Symboli verba : *incarnatus de Spiritu S. ex Maria Virgine*, tom. I, p. 305. Annotat. : Φασί τινες τῶν ἁγίων ὅτι ἐκ Πνεύματος ἁγίου δίκην γονῆς ἀνδρὸς τὴν ψυχὴν καταβληθῆναι, τὴν δὲ σάρκα διαπλασθῆναι ἐκ τῶν παρθενικῶν αἱμάτων.
Symmachi interpretatio psal. LX, 11, tom. I, p. 342.
Synodi quinque œcumenicæ, tom. II, p. 66, 95.
Synodi sex, tom. II, p. 72. Sed ille locus S. Maximo suppositus, ut videtur.
Synodus Nicæna, tom. II, p. 140, 141, 142.
Synodus œcumenica Ephesina, tom. II, p. 78.
Synodus Chalcedonensis, tom. II, p, 96, 140, 141, 142.
Synodus quinta, tom. II, p. 167. Non sola illa confiteri oportet, quæ a synodis dicta sunt, tom. II. p. 167.
Synodus Constantinopol. sub Pyrrho, tom. II, p. 194. Non est pro legitima synodo habenda, utpote in qua non sunt observata, quæ debent observari, tom. II, p. 194 seq.
Synodi latrocinales, tom. II, p. 75.
Thalassius, S. Maximi διδάσκαλος, presbyter et ἡγούμενος, tom. II, p. 14. Ad eum scribit ἔκθεσιν Γραφικῶν ἀπορημάτων et λύσεων, sive tom. I. p. 1. Lectam etiam Photio cod. CXCII, tum alia tom. II, p. 251, 358, 370, 371, 372. Ejus παραμονάριος, sive παραγωνιστικὸς, tom. II, p. 253.
Thales, tom. II, p. 591, 625, 663.
Theages, Pythagoreus, tom. II, p. 681, 669.
Themistius, ἀθέμιστος, tom. II, p. 94. Severi partis defensor et Agnoetarum ὑπερασπιστὴς, capite 45 libri secundi contra Theodosii tomum, tom. II, p. 90. Capite 52 libri tertii, id.
Themistocles, tom. II, p. 665.
Theocritus, tom. II, p. 573, 585, 586. 674.
Theodoræ, Augustæ, oblatus tomus a Theodosio, hæresiarcha, tom. II, p. 90.
Theodoretus, tom. II, p. 165.
Theodorus, cancellarius, tom. II, p. 259.
Theodorus, diaconus Byzantius, rhetor, Monothelita. Ejus dubitationes a S. Maximo confutatæ, tom. II, p. 116 seq.
Theodorus monachus (Combefisio idem videtur cum Theodoro, Raithuensi), ad quem scribit S. Maximus, tom. II, p. 151.
Theodorus, Mopsuestenus, libro II, de miraculis Salvatoris, tom. II, p. 91, 94.
Theodori, Pharanitæ episcopi (Monothelitæ), περὶ οὐσίας καὶ φύσεως, ὑποστάσεώς τε καὶ προσώπου, tom. II, p. 71. Ad eum Sergii litteræ, tom. II, p. 183.
Theodorus, presbyter, ἐν Μαζαρίῳ, Sicilia, ad quem scribit S. Maximus, tom. II. p. 134.
Theodosius, hæresiarcha, auctor Theodosianorum. Ejus tomus, quem Theodoræ, Augustæ, obtulit, oppugnatus a Themistio, Agnoetarum promacho, tom. II, p. 90. Alius Theodosius, Cæsareæ in Bithynia episcopus, cum quo S. Maximi disputatio refertur apud Binium, tom. III Concil. p. 554, et in Anastasii *Bibl. collectaneis*, a Sirmondo, *Paris.* 1620, in-8 editis, et tom. III ejus Operum recusis, atque Græce et Latine ante tomum I Operum S. Maximi edit. Combefisianæ, p. XLIV seq.
Theognis, tom. II, p. 572, 595, 613.
Theologus. Vide Gregorius, Naz. Οἱ τὰ θεῖα σοφοὶ, tom. I. 303. Τινὲς τῶν τὰ θεῖα πεπαιδευμένων, tom. I, p. 306, 323. Τινὲς τῶν τὰ τοιαῦτα διὰ τοῦ Πνεύματος ἠκριβωκότων, 309. Οἱ τὰ θεῖα εὐσεβῶς φρονεῖν διεγνωκότες, 312.
Theopemptus, S. Maximi famulus, tom. II, p. 342.
Theopemptum (ad), scholasticum, tom. I, p. 645 seq.
Theophilus, tom. II, p. 121.
Theophrastus, tom. II, p. 597, 610, 634, 646, 659, 667.
Theophylactus Simocatta, tom. II, p. 674.
Theopompus, tom. II, p. 614, 675, 682.
Theotimus, tom. II, p. 610.
Thespis, tom. II, p. 675.
Thomas, abbas, tom. II, p. 371. Ad eumdem Thomam fortasse epistolæ περὶ διαφόρων ἀπόρων, de diversis dubiis quæstionibus Dionysii (Areopag.) et Gregorii, Naz., de quibus infra.
Thomas, episcopus Severianus, tom. II, p. 260.
Thucydides, tom. I, p. 659.
Timon, μισάνθρωπος, tom. II, p. 550.
Trophilus, medicus, tom. II, p. 651.
Valentinus, hæreticus, tom. II, p. 287.
Varia lectio loci I Corinth. XV, 51, tom. I, p. 328. 329.
Vestitoris uxor, vel filia, aut soror, ἡ τοῦ Βεστίτορος, tom. II, p. 371.
Virgilius, Romæ episcopus, supra, in Mena.
Xanthippe, tom. II, p. 575.
Xanthus, tom. II, p. 540.
Xenocharis, philosophus, tom. II, p. 619.
Xenocrates, philosophus, tom. II, p. 557, 597.
Xenophanes, Colophonius, Homerum vituperans, tom. II, p. 585.

Digitized by Google

Xenophon, tom. II, p. 545, 572, 605, 672.
Zaleucus, tom. II, p. 642, 656, 667.
Zeno, Stoicus, tom. II, p. 545, 566, 591, 596, 610, 670 seq. 672, 676.

Opera S. Maximi edita, quæ in duobus tomis editionis Combefisianæ non exstant.

45. Fragmenta plurima S. Maximi, in Catenis Patrum ad S. Scripturæ libros, et speciatim in expositione Cantici canticorum per paraphrasin, collecta ex Gregorio Nysseno, Nilo et Maximo, tom. II Auctarii Ducæani, *Paris.* 1624, fol. p. 681, et tom. XIII Bibl. Patrum edit. Morell. a. 1654. *Fabr.* V. supra, vol. VIII, cap. 15, de catenis Patrum Gr. in S. Scripturam, passim. — Aliquoties in catenis mss. Coislinianis, in Montfauc. bibl. Coisl. ex Gr. in Psalmos, p. 244 bis; in Lucam, p. 67 et 252; in Epist. Jacobi, p. 263, etc. — In Lambec. comm. de codd. Cæsar. vol. III, X, XV, XLII et XLVI. — Vol. IV, p. 397 s., cod. CLXIX, n. 2. Expositio paraphrastica Cantici canticorum ex Gregorio Nysseno, Nili et Maximi commentariis collecta : — p. 457 seq. sive codd. CLXXVIII, n. 22, in catena in psalmum CIII. — *Florentiæ*, in catenis in Isaiam, Psalmos et IV Evangelia. V. Bandin. cat. codd. Gr. Laurent. I, p. 18, 91 et 161. — *Venetiis* in bibl. Marc. cod. XXVII s. Catena in IV Evangelia, de qua v. cl. Morell. ms. Gr. et Lat. I, pag. 48 seq. Add. catal. codd. Gr. bibl. Marci, p. 23, 259, etc. *Harl.*

46. Scholia in Opera, quæ jampridem feruntur sub nomine S. Dionysii Areopagitæ, illique a Maximo magna contentione vindicantur (*a*), prodierunt Græce primum ex Guil. Morellii officina, *Paris.*, 1562 in-8; una cum Dionysio ipso et Georgii Pachymeræ, Maximum secuti, paraphrasi et Michaelis Syngeli in Dionysium encomio. Deinde Græce et Latine cum Petri Lansselii S. I. versione, in editione operum Dionysii *Antwerp.* 1615 in-fol. et cum versione Balthasaris Corderii ex eadem S. I. *Paris.* 1633, fol. II vol. Francisci Combefisii breves ad Maximi in Dionysium scholia vindiciæ, et interpretum Lansselii et Corderii castigationes exstant ad calcem homiliæ S. Chrysostomi, quæ incipit : Φέρε δὴ καὶ τῶν ἡμετέρων χρόνων, editæ Græce et Latine a Combefisio, *Paris.*, 1645, in-4, p. 65-86.

INDEX SCRIPTORUM

Et hæreticorum, in scholiis Maximi ad Dionysium memoratorum,
Concinnatus a me ad paginas editionis Corderianæ (1).

Acephali confutantur tom. I, pag. 61, 91, 313, 461, 462, 507, 515, 519, 854; tom. II, pag. 36.
Adelphiani, tom. I, p. 394.
Africanus, ἐν ταῖς χρονογραφίαις, tom. II, p. 76. Ἐν πέμπτῳ χρονογραφιῶν, tom. II, p. 97.
Ammon, Hadrianopolita, ἐν τοῖς περὶ ἀναστάσεως αὐτῷ κατ' Ὠριγένους γεγραμμένοις λόγοις, tom. I, p. 88. Ejusdem Ammonis nomen excidit, tom. I, 422.
Androtio, ἐν δευτέρᾳ Ἀθθίδων., tom. I, Præf. p. XXXIV.
Antipater, Bostrensis, de resurrectione, tom. I, p. 422.
Apollinaristæ, tom. I, p. 313, 314.
Apollinaris non esse scripta, quæ Dionysio Areopagitæ tribuuntur, tom. I, p. 135, 422. Vide et 461, 510.
Apollophanes, tom. II, p. 93.
Ἀποστολικῶν διαταγμάτων lib. VII, tom. I, Præf. p. XXXV. Ex iisdem locus tom. I, pag. 272 seq. et tom. II, p. 127, ubi vocantur Ἀποστολικαὶ διαταγαί.
Ἀποστολικὴ παράδοσις τοὺς νυκτερινοὺς τῶν ψαλμῳδιῶν κανόνας παρέδωκεν, tom. II, pag. 129.
Aquila, tom. II, p. 17.
Ariani, tom. I, p. 62, 507, 811. Arius, tom. I, p. 459.
Aristonis, Pellæi, διάλεξιν Papisci et Jasonis Clemens Alex. libro VII. Ὑποτυπώσεων scripsit auctorem habere Lucam, tom. II, p. 17.
Athanasius, ὁ θεῖος, tom. II, p. 159. Οἱ Ἀττικοὶ, tom. I, p. 47, 90, 311, 314.
Bartholomæi apostoli dictum : Ὅτι πολλὴ καὶ ἐλαχίστη ἡ θεολογία, tom. II, p. 16, ubi ἐγγράφως legendum pro ἀγράφως. Vide Combefisii tom. I Auctar. noviss., p. 496.
Basiliani, sive Nestoriani, tom. I, p. 91, 425.
Basilius, tom. I, p. 884. Cappadox, tom. I, p. 88. Θεῖος, tom. I, p. 206, 269. Ὁ μέγας, in Hexaemero, tom. I, pag. 604, 702. Ἐν τῷ περὶ τοῦ, *Πρόσεχε σεαυτῷ*, λόγῳ, tom. I, pag. 29.
Bias, diversus a Prienensi, animam docuit mortalem, tom. I, p. 421.
Chrysostomus, tom. I, p. 756.
Clemens, Alexandrinus, in Pædagogo, tom. I, p. 32. Ἐν ἀρχῇ τοῦ πέμπτου στρωματέως, tom. I, p. 815. Ἐν τῷ λόγῳ τῷ περὶ τοῦ, *Τίς ὁ σωζόμενος πλούσιος*, tom. II, p. 181. Βιβλίῳ ε' τῶν ὑποτυπώσεων, tom. I, p. 517. Βιβλίῳ ς', tom. II, p. 17.
Clementis, Romani, duas tantum epistolas Eusebius memorat, tom. I, Præf. pag. XXXVI. Citatur Clemens a Dionysio, Areopag., tom. I, p. 715, 716.
Comœdia, tom. I, p, 605.
Cratinus ἐν πυλαίᾳ. δράματι, tom. II, p. 128.
Demophilus ἐν τῷ περὶ τῶν παρ' ἀρχαίοις θυσιῶν καὶ ἑορτῶν, tom. II, p. 129.

(*a*) V. supra, vol. VII, p. 12, 13, 16, 17 et paulo antea init. h. §. de ed. Combef. ac tomo ejus tertio, prelo jam parato, necdum edito. it. Oudin. l. c pag. 1649, qui quosdam excitat codd. — In cat. codd. Angliæ, etc. tom. II, n. 6110, cod. Galei sic citatur : *Maximi, monachi, ambigua, vel scholia in Dionysium, Areopagitam, inedita Gr.* add. ibid. in tom. I, inter codd. *Oxoniens.* n. 1608 et 1630. Montfaucon. bibl. Coislin. p. 140 et 303, ejusd. palæogr. Græc. pag. 61 et 322. — *Venetiis*, in codd. Marcianis, v. supra, vol. VII, p. 16 et cel. Morell. in bibl. mss. Gr. et Lat I, p. 88 seq. de cod. CXLIII, qui adnotat, ad illius cod. fidem Opp. Dionysii, Areopag., recensita esse et emendata, scholia aucta, atque ex iis quædam, veluti Germani, patriarchæ CPolitani, ab aliis S. Maximi distincta; adhuc tamen, num distinctio ea recte se habeat, posse in dubium revocari cum Jo. Fr. Bernardo de Rubeis in diss. præliminari editionis ipsius, — *Taurini*, in bibl. reg, cod. XXIV, fol. 108. sunt Maximi de « diversis dubiis SS. Dionysii et Gregorii ad Thomam, præfectum; atque auctor cat.; codd. Gr. Taur. p. 95. » Habentur, inquit, quatuor capp. in primam S. Gregorii orat. de Filio, et quintum in Dionysii, Areopagitæ, epist. ad Caium, therapeutam. » — *Paris.* in sedecim codd. bibl. publ. *Harl.*

(1) Quam complectuntur nostræ *Patrologiæ* tomi III et IV. Edit.

Digitized by Google

Didymus, cæcus, tom. I, p. 188.
Dionysius, poeta, ἐν β' τῶν λιθικῶν, tom. II, p. 28.
Dionysius, ἀρχαῖος Κορινθίων ἐπίσκοπος, tom. I, Præf. p. xxxv.
Dionysii, Areopagitæ, συμβολικὴ θεολογία jam Maximi ætate non exstabat, tom. I, pag. 208, 886. Nec θεολογικαὶ ὑποτυπώσεις, tom. I, p. 445, 465; tom. II, p. 35. In epistola ad Joannem, evangelistam, innuit se πνεύματι προγνώσεως præditum, tom. I, p. 272.
Caius, ad quem scribit, idem, ad quem S. Joannes, evangelista, tom. II, pag. 63. Ad Demophilum, tom. II, p. 121. Ad Dorotheum, tom. II, p. 28.
Dionysius, Alexandrinus episc., ὁ ἀπὸ ῥητόρων, in Scholiis ad Dionysium Areopag., tom. I, p. 70.
Δίπτυχα ἱερὰ ecclesiastica, tom. I, p. 306.
Elymas, magus, tom. I, p. 786; tom. II, p. 86.
Epiphanius, tom. I, p. 740.
Evagrius, ὁ ἀνόσιος ἐν τῇ β' ἑκατοντάδι, κεφαλαίῳ γ', tom. I, p. 94, 396. Ἐν τῷ ιθ' τῆς ε' ἑκατοντάδος, tom. I, p. 396.
Eunomius, tom. I, p. 459.
Eunomiani, tom. I, p. 507, 811.
Euripides, Andromeda, tom. II, p. 28. Bacchis, tom. I, p. 90. Oreste, tom. I, p. 90.
Eusebius multa scripta ecclesiastica recensere omisit, tom. I, Præf. pag. xxxvi. Ejus χρονογραφίαι, tom. II, p. 97.
Eutyches, tom. I, p. 150. Eutychiani, tom. I, p. 91, 313.
Gnostici, tom. I, p. 65.
Gregorius, Theologus, tom. I, p. 464, 835, 869, 884; tom. II, p. 77. Ἐν τῷ α' περὶ Υἱοῦ, tom. I, p. 612, tom. II, p. 154. Ἐν τοῖς κατ' Εὐνομίου λόγοις, tom. I, p. 513. Ἐν τῷ δευτέρῳ εἰρηνικῷ, tom. II, p. 154. Ἐν τῷ γ' τῶν θεολογικῶν αὐτοῦ, tom. II, p. 55.
Gregorius, Nyssenus, tom. I, p. 869, 884. Ἐν τῷ κατηχητικῷ, tom. I p. 313.
Hebræi ἐν τῷ Δευτερονομίῳ (in Misnah), tom. II, p. 160. τὸ Ἑβραϊκὸν, Hebraicus textus Exodi, tom. II, p. 17.
Hermæ, Pastor, tom. I, pag. 600.
Hesiodus, tom. I, p. 25.
Hierotheus, Dionysii, Areopagitæ, magister, tom. I, Præf. p. xxxv, xxxvii, tom. I, p. 76, 265, 305, 517, 543, 545, 615, 756, 834. Pauli apostoli, discipulus, tom. I, p. 520. Scripta ejus ὡς δευτέραν ἁγίαν Γραφὴν νομιστέον, tom. I, p. 543.
Hippolytus, tom. I, p. 740; tom. II, p. 123.
Homerus, tom. I, p. 25. 9; tom. II, pag. 16, 127, 165. Odyssea, tom. II, p. 28.
Hymenæi, Hierosolymitani, scripta quædam nactum se scribit Maximus tom. I, Præf. p. xxxvi.
Ignatius, martyr ante Domitianum, si credimus Maximo tom. I, p. 613.
Joannes, evangelista, sub Domitiano in Patmo exsulat, tom. I, p. 613.
Irenæus, tom. I, p. 740; tom. II, p. 123; Lugd. episc. tom. II, p. 93. Ἐν τῷ γ' βιβλίῳ κατὰ τῆς ψευδωνύμου γνώσεως, tom. II, pag. 93. Ἐν τῷ κατὰ αἱρέσεων πέμπτῳ λόγῳ, tom. I, pag. 422; tom. II, p. 180.
Justini, philosophi, λόγος πρὸς Ἕλληνας, tom. I, p. 210, 455.
Justus (S.) tom. I, p. 852.
Lacedæmonii magistratum vocant ἁρμοστήν, tom. I, p. 314.
Lampetiani, hæretici, tom. I, p. 394.
Lucas, τοῦ ἀποστόλου Παύλου κήρυγμα συνέγραψεν ὁ Λουκᾶς, tom. I, pag. 62. A Clement, Alex., habitus auctor disputationis Jasonis et Papisci. Vide supra, in Aristone, Pellæo.
Manes, tom. I, p. 421. Manichæi, tom. I, p. 313, 617, 618, 619, 627, 637 (ἄθεοι, 851), 855; tom. II, p. 130.
Marcianistæ, tom. I, p. 394.
Marcion, hæreticus, tom. I, p. 421.
Massaliani, tom. I, p. 394; tom. II, p, 130.
Menander, hæreticus, tom. I, p. 421.
Methodius Olympi in Lycia episcopus et martyr, de resurrectione, tom. I, p. 422.
Narcissi, Hierosol., scripta non memorat Eusebius, tom. I, Præf. pag. xxxvi.
Nestorius, tom. I, p. 510; tom. II, p. 86; Nestoriani, tom. II, p. 61, 91, 271, 313, 425, 461, 462, 507, 515, 519; tom. II, p. 36.
Origenes, tom. I, Præf. p. xxxvi; tom. I, p, 395, 421, 422, 740; tom. II, p. 123. Vide et supra in Ammone. Ἐν τῷ περὶ ἀρχῶν πρώτῳ λόγῳ, tom. I, p. 396. Ἐν τῷ ε' τῶν εἰς τοὺς Ἱερεμίου θρήνους, tom II, p. 125.
Pantænus, tom. I, Præf, p. xxxvi.
Papias, Hierapolitanus, attigit tempora (συναχμάσας) Joannis evangelistæ, tom. I, pag. 422. Βιβλίῳ πρώτῳ τῶν Κυριακῶν ἐξηγήσεων, tom. I, p. 32. Ἐν τῷ τετάρτῳ βιβλίῳ, tom. I, p. 422.
Paulianistæ, tom. I, pag. 425.
Petrus, diaconus Rom., testatus Maximo, omnia Dionysii Areopag., scripta servata κατὰ τὴν ἐν Ῥώμῃ τῶν ἱερῶν βιβλιοθήκην, tom. I, Præf. p. xxxvi.
Phantasiastæ, tom. I, p. 315, 519.
Philo, Judæus, Ἐν τῷ περὶ θεωρητικοῦ ἢ ἱκετῶν συντάγματι, tom. II, p. 63. Ἐν τῷ περὶ τῆς φλογίνης ῥομφαίας καὶ τῶν Χερουβὶμ λόγῳ, tom. I, p. 599.
Philochorus διὰ τῆς τρίτης τῶν αὐτοῦ Ἀτθίδων, tom. I, Præf., p. xxxiv.
Philosophi ethnici, tom. II, p. 115, 512, 543, 625, 637, 703, 711, 739, 755, 810, 811, 812, 851, 855.
Phlegon, ὁ Ἑλληνικὸς χρονογράφος ἐν ιγ' χρονογραφιῶν, tom. II, p. 97.
Phylarchus ἱστορεῖ, tom. II, p. 156.
Plato, philos., tom. I, p. 421, 715.
Plato, comicus, ἐν Πρέσβεσι τῷ δράματι, tom. I, p. 314.

Digitized by Google

Polycarpus, ἐν τῇ πρὸς Ἀθηναίους ἐπιστολῇ αὐτοῦ, tom. I, Præf. p. xxxv, πρὸς Φιλιππησίους, tom. II, p. 93.

Sextus, ὁ ἐκκλησιαστικὸς φιλόσοφος, tom. II, p. 55.

Simon Magus, tom. I, p. 421, 703, 740; tom. II, p. 123.

Stoicis et Epicureis (cum) philosophis disputans Athenis S. Paulus, apostolus, tom. I, Præf. p. xxxiii.

Symbolum, tom. I, p. 310.

Symmachus, tom. II, p. 17, 95.

Theodotio, tom. II, p. 17.

Θεολογία (ἡ) φησὶ, tom. I, p. 310. Locus e libro Sapientiæ Salomonis.

Θεολογικαὶ δέλτοι, biblia Vet. et Novi Test., tom. I, p. 242. Οἱ καθ' ἡμᾶς θεολόγοι, prophetæ et apostoli, I, p. 466.

Titus, (Bostrensis) ἐν τοῖς κατὰ Μανιχαίων λόγοις, tom. I, p. 58.

Valentinus, hæreticus, tom. I, p. 421. Valentiniani, tom. I, p. 855.

47. Ἐξήγησις κεφαλαιώδης περὶ τοῦ κατὰ Χριστὸν τὸν Θεὸν ἡμῶν σωτηρίου Πάσχα, τὸ διαγραφὲν κανόνιον ἑρμηνεύουσα. *Brevis enarratio Christiani Paschatis*, qua descripti laterculi ratio declaratur (*a*). Parto tertia cap. 9, testatur Maximus, se hunc computum Paschatis ecclesiastici scripsisse indictione XIV, anno Heraclii, imp. XXXI, Diocletiani CCCLVII hoc est Christi DCXL. Excerpta ampla Græce dederat cum notis Josephus Scaliger lib. VII *De emendat. temporum*, p. 736 seq. Confer lib. II, pag. 163 seq. Integrum primus Græce vulgavit e Vaticano codice Dionysius Petavius, addita Latina sua versione, *Paris.* 1630, fol., p. 313, in Uranologio, quod recusum est Amstelodami, (licet titulus Antwerpiam præferat) 1703 fol. Ad eumdem computum illustrandum faciunt multa in Petavii libro octavo variarum dissertationum, quæ in illo Uranologio priscis veterum scriptorum monumentis subjiciuntur. Quænam illa præter Maximi ἐξήγησιν sint, dixi lib. III, [cap. 18 vol. IV, p. 29 sq. not. fff.].

48. Ἄπορα, Ambigua, sive difficilia loca in orationibus quibusdam Gregorii Nazianzeni, explanata, ad Joannem, Cyzici episcopum (*b*). Meminit horum ἀπόρων Maximus ipse in quæstionibus ad Thalassium, tom. I, pag. 87; et Jo. Tzetzes, Chiliad. IX, v. 866.

Περὶ τοῦ λέγοντος χρησμοῦ τὰς Θετταλὰς τὰς ἵππους
Μέμνηται μὲν καὶ Μάξιμος ἱστοριῶν τοῖς λόγοις,
Ἃς ἱστορίας ἔγραψε Γρηγόριος ὁ Μέγας.

Latine vertit, qui sæpe etiam illorum in libris de divisione naturæ meminit, circa a. C. 864. Joannes (*c*) Scotus Eringena, s. Erigena, jussu Caroli Calvi, ut ipse testatur in epistola ad Carolum, quam interpretationi suæ præmisit: *Hoc opus Maximi, monachi et abbatis, quod sanctissimo et beatissimo archiepiscopo Cyzici Joanne postulante de quorumdam in sermonibus beatissimi Gregorii, Theologi, ambiguorum, hoc est intellectu difficilium, explanationibus composuit, de Græco in Latinum vobis jubentibus edidi. — Fortassis autem qualicunque apologia defensus, non tam densas subierim caligines, nisi viderem, præfatum beatissimum Maximum sæpissime in processu sui operis obscurissimas sanctissimi theologi, Dionysii Areopagitæ, sententias, cujus symbolicos theologicosque sensus nuper vobis similiter jubentibus transtuli, introduxisse, mirabilique modo dilucidasse.* Edidit quidem Thomas Galeus Maximi ἄπορα in Gregorium Naz., eisque præmissam ad Joannem Cyzici episcopum, epistolam, cum jam dicti Joannis Erigenæ versione p. 1 — 45, ad calcem librorum quinque, ab eodem Erigena Latine scriptorum: *Περὶ φύσεων μερισμοῦ. De divisione naturæ*, Oxon. 1681, in-fol. Epistola ad Joannem Cyzic. innuit: Ἐπαινοῦνται μὲν, καὶ τυχὸν δικαίως. Subjuncta quoque p. 46 — 70. Epistola Maximi ad Thomam, abbatem, cum versione, non Erigenæ, sed editoris, Galei, περὶ διαφόρων ἀπόρων τῶν ἁγίων Διονυσίου καὶ Γρηγορίου. *De variis difficilibus locis Dionysii, Areopag. et Gregorii Naz.*, τῷ ἡγιασμένῳ δούλῳ τοῦ Θεοῦ, πατρὶ πνευμονικῷ (codex Gudianus πνευματικῷ), καὶ διδασκάλῳ κυρίῳ Θωμᾷ Μάξιμος ταπεινὸς καὶ ἁμαρτωλὸς ἀνάξιος δοῦλος καὶ μαθητής. Incipit: Ἁπλανοῦς θεωρίας ἐξ ἐμμελοῦς. Meminit Photius, cod. CXCIV, duarum Maximi ad Thomam epistolarum, e quibus prior tantum edita. Pauca loca et ex paucis Nazianzeni orationibus sunt quæ a Maximo in editis hisce ἀπόροις fusius illustrantur, ac suspicor, plura vertisse Erigenam, qui p. 210, *De divisione naturæ*, capitulum quadragesimum primum de ambiguis citat in orat. Nazianzeni de Paschate: plura etiam habuisse Combefisium, cujus in Bibl. concionatoriæ tomo I, hæc sunt verba: *S. Maximus locos difficiles plurium Gregorii orationum, ac quorumdam carminum fusissime explicavit, quæ ejus mihi lucubratio exstat ex Regio codice, collato cum altero rev. abbatis, Gerasimi Blacchi, Venetiis humanissime submisso, ipsaque Joannis Erigenæ ex*

(*a*) *Paris.*, in codd. DCCCLXXXVI, (de quo v. confector cat. codd. Gr. Paris. II, pag. 171), et MMCCCCII. — *Leidæ*, in bibl. publ. inter codd. Scaliger. v. cat. bibl. Leid. p. 340, n. 33; ex eoque suppleri posse lacunas, quæ in editis occurrunt, observat Oudin. l. c. pag. 1650. — *Fragment.*, in cod. Jo. Mori, secund. cat. codd. Angliæ etc., tom. II, n. 9273. — *Chronicon*, quod vocatur *Alexandr.* male tribuitur Maximo. v. supra, vol. VII, p. 450. *Harl.*

(*b*) Conf. supra, vol. VIII, p. 430 et pag. 611, XV. Add. cod. Nanian. LXIV, v. cat. Gr. p. 114. — Cod. plenior *Venet.* Marcian. CXXXVI. v. cel. Morell. bibl. mss. Gr. et Lat. I, p. 82, qui etiam observat, de illo cod. sumptam esse et a Gallando in Append. ad Bibl. Patrum primum publicatam *S. Maximi animadversionem in eos, qui aiunt, animas ante vel post corpora exsistere.* — *Taurini*, in cod. reg. XXIV, v. Auctor. cat. codd. Gr. Taur. 95, qui etiam ex Oudino., tom. I, p. 1649, monet, diversum esse opus ab eo, quod Scotus Erigena aggressus est, excuso Oxon. 1681, F. *Harl.*

(*c*) De hoc Erigena Georgius Mackenzie in Vitis scriptorum Scotorum, Anglice in fol. editis *Edinburgi* ann. 1708, tom. I, p. 49 sq. Puto autem, commentum esse, quod pag. 58 inter Erigenæ scripta e Nauclero et Genebrardo commemorat Aristotelis Moralia de secretis secretorum, sive de recto principum regimine, de Græco in Chaldaicam, Arabicam et Latinam linguam conversa. *Fabr.* De Erigenæ dialogo de divisione naturæ v. Heumann. *Act. philos.* vol. III, pag. 858. De Erigena ipso, conf. Hamberger. zuverl. Nachr. III, pag. 652, sqq. (qui cd. citat inscriptam: Dionysii Areopagitæ, Opp. omnia, Lat. quintuplici translatione, Joan. Scoti Erigenæ, Joan. Saraceni, Ambrosii Camaldul., Thomæ canonici) versa, cum commentariis D. Dionysii a Rickel, Carthusiani etc. *Colon.* 1556, fol. et Saxii Onom. II, p. 119 ac 547, uterque alios laudat auctores. *Harl.*

Digitized by Google

Cluniacensi bibl. versione. Colophonem dabit viri Cl. Raphaelis du Fresne τοῦ μακαρίτου *pulcherrimis membranis pulcherrime et manu erudita exaratus codex, si quando facultas sit et otium cum illo conferendi.* Idem Combefisius in conspectu operum S. Maximi edito *Paris.* ann. 1660, quem Montfauconus catalogo bibl. Coislinianæ inseruit, pag. 311 : *In Gregorii, Theologi, locos difficiles. Opus est spissum atque arduum, Scoto Erigenæ olim tentatum, inscripta versione Carolo Calvo, ex qua emendata Regio cod. aliqua et suppleta. Recepta versio hæc ex Cluniacensi bibliotheca. Exstat et apud Carmelitas excalceatos. Collatus deinde textus cum probato rev. abbatis, Blacchi, cod. humanissime Venetiis eam in rem submisso.* Videtur etiam posterior ad Thomam epistola esse in codice Gudiano : nam in catalogo mss. Marqu. Gudii, quæ jam accessere bibliothecæ instructissimæ Guelpherbitanæ, p. 535, traditur desinere in his verbis (*a*) : Ἱερουργούσης τῷ Θεῷ τὴν φιλαλήλιαν τῷ ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς παρὰ πάσης δοξαζομένῳ τῆς κτίσεως καὶ μόνον ἀπαιτοῦντι παρ' ἡμῶν θυσίαν τὴν πρὸς ἀλλήλους φιλίαν.

Orationes Nazianzeni, quarum loca illustrantur, sunt : Εἰς τὸν ἅγιον Ἀθανάσιον, p. 36, seq. — Εἰς τὰ Γενέθλια, p. 26. — Δευτέρῳ εἰρηνικῷ, p. 48. — Πρὸς τοὺς πολιτευομένους, p. 26. — Περὶ Υἱοῦ πρώτῳ, p. 48 seq., 50 seq., 52 seq. — Δευτέρῳ, p. 54. — Περὶ φιλοπτωχίας, p. 4 seq., 6 seq., 33 seq. — Εἰς τὰ Φῶτα, p. 27. — Περὶ χαλάζης, p. 20.

Basilius in Isaiam laudatur, p. 15.

Ὁ στρωματεὺς μέγας Κλήμης, p. 19.

Dionysius, Areopagita, laudatur, pag. 15, 19, 47. Epist. ad Caium, θεραπευτὴν, p. 58 seq.

Pantænus, Clementis Alex. καθηγητὴς, p. 19 (1).

Scripta sancti Maximi inedita, vel deperdita.

49. Διάλεξις Ὀρθοδόξου καὶ Μαιτχαίου, citatur a Georgio, scholario, versus finem libri ms. quem contra Latinos Joanni Comneno Trapezuntio, imperatori, nuncupat. Vid. Mich. le Quien ad Damascenum, tom. I, p. 428.

50. *Lexicon*, quod in arte etymologica longe versatum ostendit Maximum, sine nomine auctoris ms, in cardinalis Mazarini bibliotheca, in quibusdam Italiæ Maximo ascriptum, quo tamen gravare ejus operum editionem non est visum, inquit Combefisius, in Notis ad Max. tom. I, p. 680. *Fabr.* V. supra vol. VI, p. 633 sq., ubi de cod. Veneto Marc. CCCCVXII addendum est, Lexicon, inscriptum : Συναγωγὴ λέξεων συλλεγεῖσα ἐκ διαφόρων βιβλίων, etc. reperiri quoque in cod. Marciano CXL (de quo præcipue agit Morell. loco mox citando), et alio ; item in cod. Naniano CCXCIV, ex quo excerpta protulit Mingarell. in cat. codd. Nan. p. 491. Cel. Morell. in bibl. msta Lat. et Gr. I, p. 85 sqq. de illo Lexico, de variis codd. ac variorum opinionibus de auctore illius docte fuseque disputat, denique ostendit, auctorem illius fuisse Zonaram, de quo supra VI, p. 638 sq. dubie scripseram *Harl.*

51. *De secundo adventu.* Incipit : Ἐπὶ τούτοις πᾶσιν. Ex Seguieriano codice editurum se promisit Combefisius in conspectu operum S. Maximi, edito *Paris.* 1660.

52. *Chronologia succincta vitæ Christi*, ms. inter alia hujus argumenti in codice Cæsareo, de quo Lambecius V, pag. 114 (*b*). Incipit : Γέγονεν ὁ εὐαγγελισμὸς τῆς Παρθένου τῷ πεντακισχιλιοστῷ πρώτῳ ἔτει.

53. *Quæstiones sacræ miscellaneæ* ad *Nicephorum*, chartophylacem Constantinopol. Ἐρωτήσεις Μαξίμου μοναχοῦ πρὸς τὸν ἁγιώτατον κύριον Νικηφόρον, γεγονότα χαρτοφύλακα τῆς τοῦ Θεοῦ μεγάλης Ἐκκλησίας, περὶ διαφόρων κεφαλαίων. Ms. in bibl. Cæsarea. Vide Lambecium, VI p. 56. [p. 125, n. 3 ed. Kollar. de cod. XVIII.]

[In catal. codd. Paris. regg. vol. II, cod. CMXX, n. 18 et 19, inesse dicuntur Maximi opusc. quo ostenditur, *monachum debere esse perfectum* (*c*) et *Tractat. de loquacitate ;* in cod. MLXXVI, n. 4, *Tractat. de oratione ;* in cod. MCCCXXXI, n. 55, *Tract. de typo Ecclesiæ catholicæ ;* in tribus codd. fragmenta.—Florent. in cod. Laurent. VI, n. 8, plut. 86, qui continet de prædeterminatione et præscientia Dei auctoritates, desumptas ex S. Script. et Patrib occurrit Maximus ἐκ τῶν πρὸς Θεοδόσιον, καὶ τῶν πρὸς Ἑλλάδιον ἀντιῤῥητικῶν· v. Bandin l. c. III. pag. 295. it. in tom. I, p. 99, 436, 348, 358, 434 et 495. In variis aliorum opp. citantur loca Maximi ; add. aliæ partes in codd. Taurin. XXV et XXXV, codd. Gr. Taur. pag. 95 et 141, et alia quædam passim in notitiis de codd. indicavimus. *Harl.*

In plerisque bibliothecis, paulo instructioribus, plura Maximi opuscula manu exarata occurrunt, ut apparet ex Apparatu Possevini, Labbei, Bibl. nova mss. et aliis scriptis, in mss, codicum notitia traditur. [v. ad initium h. §. X.] Imprimis locorum communium opus, quod hoc loco de Maximi scriptis disserendi ansam mihi dedit, ter vel quater exstat ms. in bibl. Cæsarea, quos codices cum Combefisiana editione conferri operæ pretium esset, quemadmodum et præclarum Seguierianum, de quo Montfauconus in Catalogo, bibl. Coislinianæ pag. 374 seq. Quæ autem in eodem catalogo, p. 310, negatur reperiri, S. Maximi epistola ad Georgium, præfectum Africæ, ea legitur in editione Combefisiana, tom. II, pag. 201, quemadmodum [1] spiritalis et dogmatica oratio ad Stephanum Dorensem episcopum, tom. II, pag. 81.

(*a*) Sic quoque in cod Ven. Marc. teste cl. Morell. paulo ante laudato. *H.*

(*b*) Pag. 240 seq. ed. Kollar. de cod. CCXLVI. *Harl.*

(*c*) An idem est, quod exstat in cod. Laurent. XVI, n. 23, plut. 9, *De habitu monachorum*, quod Bandin. cat. codd. Gr. Laur. I, pag. 415, suspicatur, desumptum esse ex Maximi quæstione LXVII Opp. tom. I, p. 326; et sic reliquæ particulæ fuerint excerptæ ex Max opp. *H.*

(1) *Ambigua* S. Maximi integre nuper edidit V. cl. Franc. Oehler Halis 1857, in-8. Edit. Patr.

Digitized by Google

SANCTI MAXIMI

CONFESSORIS,

GRÆCORUM THEOLOGI EXIMIIQUE PHILOSOPHI,

OPERA OMNIA

EX PROBATISSIMIS QUÆQUÆ MSS. CODICIBUS, REGIIS, CARD. MAZARINI, SEGUIERIANIS, VATICANIS, BARBERINIS, MAGNI DUCIS FLORENTINIS, VENETIS, ETC. ERUTA, NOVA VERSIONE SUBACTA, NOTISQUE ILLUSTRATA.

OPERA ET STUDIO

R. P. FRANCISCI COMBEFIS,

ORDINIS FF. PRÆDICATORUM

(Parisiis, apud Andream Cramoisy, via Fibularia, sub Abrahami Sacrificio, MDCLXXV. Cum Privilegio Regis Christianissimi.

—

SERENISSIMO PRINCIPI

EMMANUELI THEODOSIO DE LA TOUR D'AUVERGNE,

CARDINALI BULLIONIO,

MAGNO FRANCIÆ ELEEMOSYNARIO, ETC.

Exspectato diu typorum partu novus Romanaque lingua excultus Maximus, cum Galliæ cleri amplissimo ordine, omnium sibi apertos nihil diffidat sinus, nullosque non ambiat; majori tamen impetu propensiorique alacritate in tuum illum gratiarum plenum, Serenissime Princeps, merito convolat. Suum agnoscit ac domesticum, quidquid Galliæ clero meret; quodque Græcus Latinis theologus surgit atque oritur (haud forte ipse despicabilis aut immaturus, per tot retro annorum sub mea manu parturitionem, tenui licet ingenio, nec tantæ satis molitioni pari) nulli non debet, qui in eo, vel primas, vel secundas, ex quo mihi depositio creditus est, ornaverit ornetve infulas. Nec enim tot retro lustris, cunctis vita superstes; sed non pauci, Dei providentia, per eas, quas illa ipsa rei injecit, moras, ad animarum summum pastorem, ac cujus vicarias in terris vices gesserant, quavis tandem illi obsequentes προεδρίᾳ, *emigravere. Sic nimirum certatim omnibus in sententiam itum, enixeque curatum, ne quid necessaria deessent subsidia, et quo temporum sic inofficiosam Græcorum monumentis malitiam liceret vincere. Vitreianum domesticum prelum destinatum, semel iterumque data imperia, sed frustrato eventu; uni id Henrici Valesii V. Cl. Historiæ ecclesiasticæ Eusebii ac reliquorum (quod certe æternæ memoriæ opus, sua ipsius celebritate, vulgantisque singulari eruditione) valuit sufficere: meæ ipsius relictum curæ, ut quo liberet typographo, destinatam Maximi editionem studerem expedire.*

In his hærenti curarumque anxio per rei perplexitatem, occurrit ipsa a se provocata tua illa, Eminentissime Princeps, singularis humanitas. Quod in me, ea Maximi parturitione a te derivatum beneficium, non mea unius gratia est, sed qua rem sacram ac litterariam, qua Romam, Gallias, Christianum ipsum orbem, immortali memoria digno munere demeruisti. Nempe venit in mentem ingravescentis meæ ætatis, præterlabentis temporis, incerti vitæ; positæ jam

Digitized by Google

Maximo operæ, periculi ne omnis illa per preli absentiam pessum iret ; nec suum Græcia, post tantam molitionem Latinis auribus theologum daret, nec ab ea Latinæ aures atque animi (nisi in paucis, indigesta mole, plurimumque laborantibus vulgantium plerumque inscitia, aut etiam extra Ecclesiæ castra militantium sublesta fide, mente profana, sicque augustis atque mysticis prorsus peregrina) acciperent. Roma vindicem suum desideraret, et quo illi tantis asserta judiciorum fidei regula summa potestas Christi vicaria : plenum ipsum atque augustum Gallica pietas (matri, filia) non ministraret : vana spe moraretur atque lactaret, uti factum in Damasceno, tanta monumentorum jactura, occasu, furto, plagio, nulla via reparabili, per ejus obitum, qui ipse ex cleri ordine, in lucem daturus erat : et vero nondum malis adeo temporibus, succurrente opera, per quosvis in urbe typographos poterat. Excussi jam mihi omnes Vaticani plutei, summa Pontificis Max. indulgentia, si quid in eis aliisque per Italiam bibliothecis, Maximi usquam exstaret, castissimeque exscriptum, si quid inveniri potuisset, ut nostris hic bene multis, Regiis, cardinalis Mazarini, Seguierianis, aliisque accederet. Tanto hoc apparatu digestisque omnibus, dolebat tibi, Serenissime Princeps, quod mihi torpebat prelum. Tuæ hæ cogitationes, tuus animi ludus et ἀδολεσχίαι, *cum adhuc in minoribus, omnium admiratione scholasticum pulverem, tam caste quam strenue tereres, nec pro ingenita tua morum suavitate, a dignitate personaque tua alienum duceres, si sic infimi subsellii hominem ad familiaritatem tuam necessitudinemque admitteres. Cogitasti itaque, et (quod divinum; absit verbo invidia : nam et in vobis et sacerdotibus divini imago, agnovitque et professus non semel Maximus est) cogitatio opus fuit. Ausimque dicere, exemplo hoc auctor videare, ut summa arce administri, in Luparensi mea Historia Byzantina, haud aliter cogitantes, ad opus serio urgendum, invita licet temporum omni malitia, omnino excitarentur. In rem itaque destinasti, qui majores nunc infulas perquam merito ornat, et cujus plurimum opus, heroicæ illæ excoctique animi virtutes ac dotes, quibus ex personæ ac dignitatis ratione, claro mundo sidere fulges. Typographum domesticis muniis ac obsequiis notum probatumque e te is obtulit, rei ipse admovit, ex tuis prærogatis humanissimeque oblatis, ut par esset tantæ molis operi aggrediendo fecit ; moras illi omnes rupit. Nempe cogitasti jam tum, quanti sit (ac nisi martyris, at certe non verberibus solum, sed et membrorum putatione reliquisque cruciamentis purpurati confessoris) non paucos versus publico dare, sed integra volumina, sed sententiarum myriades, sed quibus Christiana omnis disciplina ac fides, mira perspicuitate ac* ἀσφαλείᾳ *statuitur, insinuatur, roboratur.* Μεγίστην *certe in Maximo vidisti* τῷ διδασκάλῳ Χριστοῦ προσθήκην, *justiori titulo ac vidit Synesius in Theophili Alexandrini Commentariis, sic paucis. Et quod suo ipse de aliis Maximus, in sanctorum Patrum commendationem,* Ὑπὲρ τῶν φωστῆρας τοῦ στερεώματος, λόγον ζωῆς ἐπέχοντα · οὗ οὐδέποτε ἡ θρυαλλὶς πίπτει, οὐδὲ ὁ λύχνος συμβέβεκε · ὁ πυρσὸς οὐ μαραίνεται, *et quæ ejusmodi prosequitur in De divinis nom. aliorum nomine, suus ipse, qui plerisque præstet, haud ignavus panegyristes. Vidisti, Eminentissime Princeps, ac vides clariore jam lumine, cum purpura prope martyri affinem facit. Nempe, in ea consideras, non honoris humani fumum, sed quam Ecclesiæ debes in ejus universali cura, juvandoque consiliis ac omni ope summum ejus antistitem, ac Petri successorem, ad sanguinis usque purpuram, fidem, diligentiam, ardorem. Nec aliud spectaverit Christianissimus idemque piissimus invictissimusque Ludovicus XIV, Francorum rex semper Augustus, cum te omnium primum, tum ad Romanas ac cardinalis, juvenem licet, delegit infulas, tum sibi episcopum Palatinum (Magnum scilicet Eleemosynarium) adhibuit, ut et Romanæ strenuus arci, senili supra ætatem prudentia, ac prope miraculo orbi habita, studeres, et rei ac Ecclesiæ Gallicanæ (quæ ipsa ocellus Christi gregis, ejusque portio sincerissima) singularem quamdam operam, assiduus muneri, in aula versans, Ecclesiarum vindicem patronumque regem maximum continue conveniens, cunctis utilis, nemini nocens, consiliis æquus gravisque, præstares. Illi denique Moses esses, puras in monte ad Deum manus levans, victoriarum illi auctor cum reliquo sacerdotum choro, dum clara progenies inclytumque genus (atque in illis princeps ille heros Turennius) arma tractant adversus Germanos (quam immerito sane bello lacessentes, et quasi in fratrum, Gallicæ gentis, perniciem, Batavorum, perduellium fœdere conjuratos) tutumque ab eis, patriæ, regno, regi asylum præbent. Nocendi impetus omnes elidunt, artes dissuunt : faventissima regi regnoque providentia, numerosiores longe exercitus ;*

Digitized by Google

sic fortis, sic interritæ nationis, fundunt. Itaque miraris, Serenissime Princeps, si tuus ad te tantis momentis gestit Maximus? si in tuo sinu tantæ ætatis frigidus senex (ne quid mea ipsi opera detriverit, nec ad illius altos animos assurrexerit) fomentum quærit? Tuæ experiri sapientiæ radios petit? acri tuo probari judicio? per te nec aulam respuere, ipsa pervadere sacra cubicula, a quibus nec eruditio abest, nec pietas exsulat. Nimirum regno instituitur regis maximi generosa sobo'es, qui et rex et philosophus, regum maximus et Christiani columen nominis, post Nestoreos parentis optimi invictissimique annos, beatamque retributionem, felici vere per eum regno ac Rep. totius Gallicæ gentis orbisque Christiani voti- exspectatur, jureque expetitur. Hæc nec Maximo aula ablubet, in qua ipse tu micantissimum sidus, etsi Heracliana pridem displicuit, eique prælata chara solitudo et ἡσυχία, quam in cœlis nunc beato nulla interturbarint negotia, nulla piis clientibus quovis tandem loco Christo militantibus, impensa solatia ac subsidia. Tuis nunc, Serenissime Princeps, auspiciis tutus, in omnium sapientum versaturus cœtu est. Doctorum implebit scenas atque exedras, scholasque ac pulpita: ascetæ nostri, et qui ad pietatem sedulo exerceantur, desudentque virtutis palæstra (quorum tibi maximum nomen, magnaque in te eorum reverentia et cultus) diurna nocturnaque manu Maximum versabunt. Quidquid λόγου est, quidquid βίου, pari fœdere in eo omnes offendent: sacræ doctrinæ summam, virtutis normam; ac queis ὁ θεολόγος vere audiat, post unum alterumque Græciæ ac Ecclesiæ theologum, Joannem ac Gregorium.

E museolo nostro cellaque ascetica in sanctissimæ Annuntiationis FF. Prædicatorum provinciæ S. Ludovici strictioris observantiæ, IV Idus Octobr. anni MDCLXXIV.

Serenitatis Tuæ Eminentissimæ,

Devotus servus ac cliens
FR. FRANCISCUS COMBEFIS.

LECTORI.

Annuit Deus optimus maximus, ut desiderato diu operi finem imponerem, unumque et alterum Maximi confessoris operum volumen, spissum utrumque, variaque omnis generis eruditione (utriusque maxime theologiæ) confertum, ad umbilicum perducerem, et tibi, Lector, unum ipsum munus ac conjunctum offerrem; cum dividere, primumque emittere, ubi semel absolutum esset, quidam suaderent, et levandum hinc typographum ducerent. Sed mihi magis visum in rem tuam conducere, si absque Polemicis et Epistolis, aliisque Maximi præcipuis, mihi ipsum elabi non sinerem: nec mihi aliter de tertio volumine conveniret, nisi diutius trahere molestius scirem, majoremque dilationem eruditi omnes, Romæ, Parisiis, toto Christiano orbe, ægrius ferrent; quod præcipue ipsa diutius moratura ejus editio operis arduitate; et qua Maximi Gregorium et Dionysium (sic enim ille ordinat, etsi Dionysium virum apostolicum habet, et magni Pauli discipulum) repræsentaturus sum; ambos scilicet viri tanti observationibus notis, scholiis, illustratos: Dionysium maxime, in quem continua illa eruditissima scholia, et quibus Pachimeris Paraphrasis aliud nihil addidisse videatur, præter majorem verborum circuitum et apparatum; quo tibi carere haud grave futurum arbitror, ubi scholia textui composita, cunctaque versione nova ex me acceperis, post tanta variorum in eis σφάλματα et supinitates, quæ mihi primum movere calamum, ut prima mea velitione almo Galliæ clero oblata, cum Chrysostomi egregio tractatu Περὶ πολιτείας (*De disciplina modoque pœnitentiæ tenendo*) vadimonium jam aliquod, juvenis ipse, Maximi susciperem, quod a seniculo maturius, Deo auspice, vita comite, a me, Lector, exspectare potes. Paschalion etiam luculentius ac edidit Dionysius Petavius vir doctus, S. J. ac religiosus: etsi in eo non multum operæ videri possit, certiori jam methodo ac faciliori digesta, nostris mathematicis arte, ac astrologis, qua Paschachalis festivitatis dies, aliorumque subinde festorum mobilium, ex decreto sanctæ Nicænæ synodi, vel χρονικῶς, vel πολιτικῶς quisque habere potest.

Digitized by Google

Sic tractæ editionis, Lector, non tam meam culpam velis, aut malitiam temporum, quam Dei cuncta rite disponentis providentiam. Ex ejus nutu erat, ut opus plenum, ac quoad liceat, suis numeris absolutum prodiret; eoque, et cleri Gallicani amplissimique ordinis votis facerem satis, nec eruditorum exspectationem fallerem. Editionem tentarat Aubertus collegii Laudunensis præpositus, oblata Vitreianis typis meæ tum versionis parte aliqua ex Quæstionibus ad Thalassium. At, bone Deus qualis tum Maximus proditurus erat! Vir ille, sic clero merens, ab eoque donatus, unum hoc præstabat, ut quæ liceret, sedulo satis colligeret : si qua jam reddita offenderet, ea sic ut exstarent, repræsentaret; alia a viris Græce doctis reddenda procuraret; notas, nec ipse ullas adhiberet, nec aliorum, si qui parturirent, ferret. Erant in promptu lacera illa, et capite, fine, medio mutila Regio cod. nullis etiam scholiis illustrata, cujus unius illi facta copia. Excell. vir Petrus Seguierius, Franciæ cancellarius, unum et alterum in rem codices suos prorsus negaverat, sive viri genio diffidebat, sive a se exque suis prodire Maximum ambiebat. Et vero cogitavit per me producere Sebastiani Cramoisy typis, prærogata justa pecuniæ summa; sed intercessit vir doctus ὁ μακαρίτης, nec maturum me satis rei tantæ insinuavit, cujus ille voces anticipata opinione, oracula habebat. Bono, vel malo animo fecerit, nihil anquiro : bono, malim, viri pietate ac candore motus; etsi socios plures meam ægre ferre dicendi libertatem, cum vere in eis doctos plurimum observem ac colam, argumentis plurimis proditum sit. Ut ut sit, et hoc Providentiæ deputo. Nihil mihi ex Seguierianis codd. desideratum, intercedente præcipue cleri nomine illustr.,ac rev. Dominico Seguierio cancellarii fratre, Meldensi episcopo meritissimo; vereque cum ætate maturuisse videatur mea in Maximc et opera et ingenium, ut seniculus darem, illustrarem, decoquerem, quæ junior non ignavus tractassem. Debebat ea laus chori totius sacerdotum esse, non unius hominis, sæculari, quantumvis augusta sacraque Themide, militia. Præterea manebant tanta illa Vaticana, aliaque Veneta, Romana, Florentina; ac quod maximum, codex ille magnificus Raphaelis Tricheti Dufresne, gentilis mei Burdigalensis, cura, me pene illi ejus auctore, ultima viri pereruditi in Italiam profectione, Galliæ invectus, humanissime mihi concessus, ac modo in Regiam gazam illatus, cujus nec molem, nec bonitatem aut copiam ullum usquam æquare existimem Maximi operum codicem. Tantis his fretus prodit, exemplarium copia digestus, sanatus, versione ex integro meus, superiorum interpretum, si qui ejus paucula delibarunt, maculis abstersus, notulis illustratus; in quibus ipsis mihi faveas, Lector, si nec mea merida dissimulaveris, sed solum charitate et veritatis zelo puriorisque theologiæ monueris, castigaveris : si qua obscurius reddita occurrerint, humaniter excusaveris, in eo præsertim auctore, qui et suis ipse Græcis, atque in eis emunctæ naris hominibus et eruditis, multæque lectionis viris, Photio, etc., negotium facessit, implexo genere dicendi, hyperbatis, mysticis sensibus remotius quæsitis, aliisque hujusmodi : quamvis non desint pleraque in sententiis, in epistolis, in tractatibus polemicis et theologicis ipsa limpidissima, vereque theologo ipsa pervia et exposita, in quibus nihil cespitaturum putem, qui non prorsus ἀμύητος, Maximum meum, sicque meis curis, longo labore, multorum annorum familiaritate mihi subactum, adierit.

Quam in Maximo tentavi operam, sollicitabat et in Damasceno illustr. ac rev. Carolus de Monchal, archiepiscopus Tolosanus, vir eruditus et litterarum fautor, quarum illi cura a clero delegata : sed non licuit impetrare a laudato viro Auberto, quæ a Leone Allatio ante Roma acceperat, aliaque in rem ejus editionis paraverat, ne jam clero inutilis prope videretur, ubi in Cyrillo, non infeliciter prorsus, sed sua methodo, et qua Maximum adoriebatur, laborasset. Utinam vero quovis tandem modo pervitæ inducias, alterum nobis a Maximo theologum, etsi omnibus, ætate, sensis, majestate imparem, quibus fultus erat monumentis dedisset, iisque litterarum sacram remp. ditasset, nec suo occasu, omnium damnum publico fecisset; iis saltem legasset, qui non tineis blattisque malo furto damnaturi essent, sed qui ex amplissimi ordinis voto, ejus collecta pecuniis ac impensis producere mallent : ac non deerant gnavi bibliopolæ, qui temporibus nondum adeo malis ipsi sponte ad Damascenum, sic auctum; sic plenum producendum (nescio an satis castigatum) prelum mihi paratum offerrent, gratiamque haberent.

Digitized by Google

De Maximo præfari pene inutile, post tanta de eo dicta in Prolegomenis, ac satis superque castigato βιογράφῳ, quibus non satis illi cum Maximi Actis convenit, aliisque æqualibus scriptoribus, vel etiam ejusdem epistolis. Acta sincerissima sunt, ab iis qui præsentes fuissent, omni fide conscripta; Vita seu Laudatio, diu ab ejus obitu, nec acri satis judicio, aut ex probatis monumentis. Acta illa jam reddiderat Anastasius Bibliothecarius cum aliis ad Honorium papam et Martinum pontificem spectantibus: mihi ego Græca ex Seguieriano habui codice, ipso integro et sano, quæ mea vena reddita repræsento.

Veterum de Maximo testimonia legere, res tædio sit et superfluum. Unum hoc sufficiat, nullum Græcorum qui post eum theologica, polemica, seu etiam ethica scripserit, a Maximi sibi testimonio summa cum laude abstinuisse; ac videre liceat in nostro Manuele Caleca, tantaque illa auctorum silva, quam dedit Leo Allatius in *Græcia* sua *orthodoxa*, ac libris aliis, eratque daturus in Metochita, si tertium ejusdem tomum dedisset, atque in eo a me acceptum quinque libris probatissimum auctorem magnumque confessorem vulgasset. Omnium maximum videatur, quod utraque Ecclesia in concilio Florentino unum Maximum causæ arbitrum voluit, causa illa vexatissima de productione Spiritus sancti et ex Filio; quidquid boni homines dormitaverint, totumque Maximum Græcorum schismaticorum opinionis sensusque fecerint: quos ipsos in Christo felicius obdormisse exopto, ut et ipse quandoque brevique obdormiam, nullaque nobis ejusmodi nebula obrepat, veri Solis claro jubare, et quæ in Dei sanctorumque injuriam vergat. Vale.

—

Non possum, amice Lector, nisi magna ingrati animi labe parumque beneficii memori, non hic exhibere reverendissimi abbatis Gerasimi Blachi Cretensis ad me datam epistolam, ab anno 1657, cum Venetiis suos litteras doceret, ipseque iis, quæ erant adornandæ Maximi operum editioni, ex illustrissimi reverendissimique cleri Gallicani ordine, haud ignavus incumberem. Ad quam nemo mortalium majoribus animis suppetias ivit, reverendissimo ipso Blacho: ut non solum quibus mihi opus erat, opuscula Maximi polemica suis ex codicibus transcribenda curaverit, serioque sua ipse manu, si quid exscribenti obrepsisset, correxerit; verum etiam spissum volumen variorum ejusdem Maximi, a se ultro, ne qua mora operi fieret, Venetiis ad me miserit; nulla alia exspectata mercede, aut pretio, quam ut editorum a me exemplar acciperet. Utinam vero, et mihi liceat dare, et illi accipere; fruaturque etiamnum vitæ hujus usura, nec lateat quonam gentium diverterit, luceatque extremæ Græciæ præclarum lumen, pietate, eruditione, fide. Corcyram tenere, ac incolumem esse, haud ita pridem accepi, salutavitque officiosissime: sed an humano abhinc fato, naturæ debitum vir cœlo dignus persolverit, haud mihi scire facile fuerit. Utinam vero in libris suis, quos illatos volebat in gazam regiam (remque per me sollicitabat) quovis regiæ munificentiæ arbitrario donativo, in sempiternum nobis viveret! Epistolam, ne viri animus eos lateat, qui Græce nesciunt, omni ego fide, quoad licebit, reddam; etsi alium libens mihi vellem interpretem, ne mihi ipse blandiri videar. In epigrammatis tamen tum reverendissimi ejusdem abbatis Blachi, tum religiosissimi pereruditissimique Arsenii Caludi, sacerdotis monachi, ac sacri Evangelii præconis, non ludam; sed, si cujus animo sederit, vel astricta vel soluta reddere oratione, permittam. Velim autem, amice Lector, sic meas, cum regis nostri Christianissimi, illustrissimique ac reverendissimi cleri Gallicani, laudes accipias, ut in eis aliud nihil, præter amorem pene insanientem, nec sui satis compotem, intelligas; ipsum certe in tantis viris veniabilem, quo ardore Græci vere homines suum nobis, suæque ipsorum Græciæ ac orbi Christiano suscitatum iri theologum flumenque vere μέγιστον Maximum, mea quavis in rem delecta opera, sapientissimi cleri concertantibus animis votisque, etiam atque etiam sibi gratulati sunt, suamque ipsi gratitudinem, quasi gentis ipsius nomine, qua amplissimo ordini, qua mihi ipsi ministro, pluraque forte imperitia mea deterenti, nec ad tantos Maximi assurgenti animos, testatam facere conati. Alioqui meum ipse modum novi, cui a te indulgeri quæso, si quando per eum non plene tibi, et quantum optas, optemque ipse, fecerim satis.

Digitized by Google

Τῷ πανσεβασιμωτάτῳ καὶ σοφωτάτῳ τῆς τῶν ἱεροκηρύκων τάξεως κυρίῳ Πατρὶ ΦΡΑΓΚΙΣΚΩ ΚΟΜΒΕΦΙΣ, *θεολόγῳ, καὶ τῶν Ἑλλήνων Πατέρων πανευφραδεῖ παραφραστῇ·* ΓΕΡΑΣΙΜΟΣ ΒΛΑΧΟΣ *ὁ ἐκ Κρήτης ἀββᾶς τοῦ μεγάλου Γεωργίου Σκαλωτοῦ, κήρυξ τοῦ ἱεροῦ Εὐαγγελίου, καὶ τῶν ἐπιστημῶν κατ' ἀμφοτέρας τὰς διαλέκτους παρὰ τοῖς ἐν Βενετίαις Γραικοῖς διδάσκαλος, εὖ πράττειν.*

—

Reverendissimo sapientissimoque ordinis FF. Prædicatorum D. P. Francisco Combefis, disertissimo Patrum Græcorum interpreti, Gerasimus Blachus Cretensis, magni Georgii Scaloti abbas, sancti Evangelii præco, et scientiarum utraque lingua Venetiis, Græcis præceptor, P. S.

—

Οὐδὲν οὕτω ἐπὶ γῆς βασιλεύοντα ἄνθρωπον, ὥσπερ ἀνδρεία μετὰ σοφίας ζηλωτὸν ἀναδείκνυσιν. Ὧν ἕνεκα καὶ τῶν ἡμετέρων προγόνων οἱ ἐπὶ σοφίᾳ θαυμάσιοι, τὴν μὲν Ἀθηνᾶν ἔνοπλον διὰ τὸ σοφὸν ἅμα καὶ θαρραλέον τοῖς Ἕλλησι, τὸν δὲ κρατερὸν Ἄρεα, διὰ τὸ τολμηρὸν, τοῖς βαρβάροις ἐπαρήγειν ἱστόρησαν. Καὶ ὁ κατ' ἐξοχὴν ποιητὴς τὸν Ἀγαμέμνονα ἀγαθὸν βασιλέα καὶ κρατερὸν αἰχμητὴν ἐρραψῴδησε, τὸ σοφὸν καὶ ἀνδρεῖον αὐτῷ οἰκειούμενος. Καὶ Ἀπόλλων αὐτὸς τὸν Λάκωνα Λυκοῦργον θεὸν καὶ ἄνδρα τούτου χάριν ἐθεσπίῳδησεν· ἐξ ὧν καὶ τὸ τοῦ θείου Πλάτωνος ἐξελήλυθε θέσφατον· *Τότε τὴν πόλιν εὐδαιμονήσειν, ὅταν ἢ οἱ φιλόσοφοι βασιλεύσωσιν, ἢ οἱ βασιλεῖς φιλοσοφήσωσιν·* ὡσανεὶ τῇ μετὰ φρονήσεως ἀνδρείᾳ τὸ οἰκονομεῖν μακαρίως πρὸς τῶν βασιλέων τῇ πόλει πορίζεσθαι.

A Nihil in terra hominem regem sic beatum reddit ac spectabilem, quemadmodum fortitudo, cui comes sapientia sit. Quamobrem etiam majores nostri, viri sapientia spectabiles, Minervam armis instructam Græcis, sapientiæ simul animique præsidentis nomine; Martem vero fortem robore, quibus barbaris audaciam ministrat, descripsere. Poetarumque adeo excellentia nominis princeps, Agamemnonem, tum regem optimum carmine celebravit, tum fortem pugnatorem, cui et sapientiæ et fortitudinis laudem ascripserit. Apollo quoque ipse Laconem Lycurgum Deum virumque eam ob causam oraculo professus est: hincque adeo divini Platonis profecta sententia est: *Tunc civitatem beatam fore, cum vel philosophi ejus principentur, vel reges ipsi philosophiæ studeant:* quasi nimirum fortitudine cum prudentia civitati præstetur, ut regum curis beate fausteque disponatur.

B

Εἰ δ' οὕτως φέρεται τὸ πρᾶγμα, καθάπερ τό τε ἐλπὶς καὶ ἡ πεῖρα καθίστησι γνώριμον· ἐγωγε προσηκόντως τὸν ἀήττητον τῆς Κελτογαλλίας ἀεὶ μέγα πεφανέοντα, σοφίᾳ τε καὶ ἀνδρείᾳ κεκοσμημένον ἐτάγαμαι. Μάρτυρες ἀψευδέστατοι, τῆς μὲν ἐκείνου ἀνδρείας τὰ κατὰ τῶν πολεμίων πολυπλάσια τρόπαια, καὶ οἱ ὁσημέραι ἐπιτελούμενοι θρίαμβοι· τῆς δὲ σοφίας, τὰ ἐκ βασιλικῆς προμηθίας τοσαῦτα ἐφηγυμνάσια, αἱ τῶν διδασκάλων κατὰ πάντα τὰ ἔσχατα ἀκαδημίαι, ἡ ὠκεάνειος, πλημμυρὶς τῶν ἐκδεδομένων περὶ πάσης ἐπιστήμης βίβλων, καὶ ἡ ἐρευνὴς τῆς τῶν πρόπαλαι συγγραφέων ἐκ παντὸς τοῦ περιγείου ἀθροίσεως πρόνοια, καὶ ἡ τῶν ἱερῶν Ἑλλήνων Πατέρων κατ' ἀμφοτέρας τὰς διαλέκτους ἔκδοσις.

Now if the matter is so, as hope and experience make it known, I have justly admired that invincible champion of Celtogallia, always displaying great things, adorned with wisdom and fortitude. Most truthful witnesses, of his fortitude indeed against enemies the many trophies, and the triumphs daily celebrated; of his wisdom, the so many exercises of learning from royal foresight, the academies of masters in the remotest parts, the oceanic flood of books published on every science, and the provision for the search of writers of old from the whole circuit of the earth, and the diligence and care of the sacred Greek Fathers in both languages.

C

Καὶ ἐπειδὴ οἷος ὁ βασιλεὺς, τοιοῦτοι καὶ οἱ ὑπήκοοι, οἷάπερ πρόπαλαι ἡ τοῦ Νότου βασιλὶς ἐπὶ Σολομῶντος, τοὺς σεμνοὺς Γαλλικανοὺς ὑπηκόους ἐπὶ σοφίᾳ καὶ ἀνδρείᾳ κατὰ πάντα τὸν κόσμον φημιζομένους κατευλογῶ· ἐξαιρέτως δὲ διὰ πάντων καὶ μετὰ πάντων θαμβαίνει μου τὸν νοῦν ὁ λαμπρότατος καὶ σοφώτατος Γαλλικανὸς κλῆρος, *οὗ καὶ μείζων ἀρετὴ, τιμή τε, βίη τε·* ὁ ἔνθεος ἐκείνου ζῆλος περὶ τὰ θεῖα, τὸ πρόθυμον περὶ τὴν ἡμετέραν φιλοσοφίαν, τὸ ἄκρον τῆς μελέτης περὶ τὴν τῶν παλαιῶν βίβλων ἐπανάκαμψιν, καὶ μάλιστα τὸ πολὺ τῆς σπουδῆς περί τε τὴν τῶν Ἑλλήνων Πατέρων

Quodque adeo talis rex est, tales et subditi. Velut olim Austri regina sub Salomone, Gallicam plebem et subditos, sapientiæ laude ac fortitudinis orbe toto fama clarissimos, etiam atque etiam laudo: singulariter vero per omnia et cum omnibus stupore animum implet illustrissimus sapientissimusque clerus Gallicanus, *cujus et major virtus, honosque ac vita:* divinus illius erga res divinas zelus; alacritas animi Græcorum philosopia colenda; eruendis et in lucem producendis antiquis libris summa diligentia; cumprimis vero ingens illud studium atque opera, typorum munere excitandi,

Digitized by Google

ac vix non exstinctos hominum usibus vita reduce donandi Græcos Patres, ac in eis divino nutu delectum, quo sapientissimus mihi, ac per omnia desideratissimus Franciscus Combefis, perspicuus clarusque interpres Græcorum Patrum, ejus digne calculo assumptus est.

Admirationi itaque habeo tuam in omnibus perfectam eruditionem, summamque, quam reddendis auctoribus exhibes peritiam. Ipse namque, vir sapientissime, improbo quantum labore, ex aliena in propriam ad verbum convertendo linguam Græcorum monumenta, nihil ea pervertis, sed velut Prometheus quidam, tua sagacitate ac solertia Græcos lepores, Latinam fecisti Musam, ut et ipse Jupiter (qui scilicet sapientiæ nomine admirationem habent) imponi sibi ipsi sentiant, animisque hæreant, qua ratione ab ossibus carnes distinguant, scriptoris linguam ac interpretis; quærantque Græcene prius an Latine ea prodierint, nec advertere satis valeant. Velut etiam nuper Maximum confessorem, eruditissimo stylo tuo ac calamo redditum intuentes, veterem renovamus parœmiam, qui dicamus: *Aut Maximus Combefis, aut Combefis Maximus;* velut etiam olim ob dictionis sensuumque ac sententiarum similitudinem dictum est: *Aut Philo platonizat, aut Plato philonizat.*

Quamobrem quantum et magnus confessor Maximus exstitit, ac Jovis cujusdam in modum Monothelitas Gigantes in Tartarum detrusit, sed qui ex Titanum gravi acie, ejus, cujus nec mens nec sensus est, oblivionis in vetustatis Tartaro vinctus esset, sancta tua diligentia atque opera, in sanctæ Ecclesiæ lucem claro sidere exortus est; et quod Magnus ipse, maximum te sacrum interpretem consecutus est. Beatum prædico Deo placitum tuum propositum, opus veneror, labores concelebro, sudores colo, alacritatem æmulor, animum exosculor, virtutem dilaudo; opus indeficiens ut conspiciatur, ac per omnia perfectum, omni animorum ardore percupio. Exactam tuam inquisitionem in ore habeo, animo cogitans dignitatem tuam, edito divini Maximi operum indiculo, a cunctis exquirere, quæ in libris suis desiderentur, pluraque in aliorum pluteis occurrant. In divinum tuum zelum pari animo conspiro; quod sic hortaris ac provocas, sequor; ac quod expetis, quoad per facultatem licet, expedio.

Ecce enim et in Christianissimi Ludovici XIV, Galliarum regis, illustrissimique Gallicani cleri gratiam, quorum studiis Græcia sibi quasi nova ac juvenescens confovetur, necnon reverentiæ tuæ desiderio, communis utilitatis causa, prompto placidoque ac libenti animo, mea ex bibliotheca (in qua cum aliis multis exstant et Maximi opera) quæ in tuo indiculo desiderantur, in meis autem occurrunt, tuæ eruditioni mitto. Exscripta vero sunt ut in exemplari jacent, nullo quovis dempto, seu etiam addito, qua ratione ipse scriptor composuit, ut ex libri longæ ætatis vetustate deprehendere licet. Est

διὰ τῶν τύπων ἀνάστασιν, καὶ περὶ τὴν πνεύματι θείῳ ἐκείνων ἐκλογήν, καθ' ἣν ὁ σοφώτατός μοι καὶ κατὰ πάντα περιπόθητος Φραγκίσκος ὁ Κομβέφις μεταφραστὴς διαπρύσιος τῶν Ἑλλήνων Πατέρων ἀξίως διεψηφισθη.

Διὰ θαύματος οὖν ἔχω τὸ κατὰ πάντα τῆς σῆς λογιότητος τέλειον, καὶ τὴν ἄκραν ἐμπειρίαν ἣν περὶ τὰς μεταφράσεις ἐνδείκνυσαι. Καὶ γὰρ αὐτὸς, ὦ σοφώτατε, μόχθῳ ὅσον πλείστῳ ἐξ ἀλλοτρίας πρὸς ἰδίαν διάλεκτον κατὰ λέξιν τὰ τῶν Ἑλλήνων συγγράμματα μεταστρέφων, οὐ διαστρέφεις· ἀλλ' οἷά τις ἄλλος Προμηθεὺς τῇ ἰδίᾳ ἀγχινοίᾳ τὴν Ἑλληνίδα, Λατινίδα Μοῦσαν διέθηκας, ὥστε καὶ αὐτὸν τὸν Δία, τοὺς ἐπὶ σοφίᾳ θαυμαζομένους, ἐξαπατᾶσθαι τοῦ διακρίναι ἐπαποροῦντας ἐκ τῶν ὀστέων τὰς σάρκας, τὸ τοῦ συγγραφέως ἐκ τῆς μεταφράσεως ἰδίωμα, καὶ πότερον Ἑλληνιστὶ ἢ Λατινιστὶ τοῦ συγγράφειν ἤρξατο ἐρωτᾷν, καὶ εἰδέναι μὴ σθένοντας. Οἷον νεωστὶ καὶ τὸν ὁμολογητὴν Μάξιμον παρὰ τῆς σῆς μεταφρασθέντα ἑλλογιμότητος βλέποντες, τὴν παλαιὰν παροιμίαν ἀνανεούμεθα λέγοντες· *Ἢ Μάξιμος Κομβέφις, ἢ Κομβέφις Μάξιμος·* καθὰ καὶ πρόπαλαι διὰ τὴν τῆς φράσεως καὶ τῶν νοημάτων ἐῤῥέθη ὁμοίωσιν, *Ἢ Φίλων Πλατωνίζει, ἢ Πλάτων Φιλωνίζει.*

Ὥστε ὅσον καὶ μέγας ὑπῆρχεν ὁ ὁμολογητὴς Μάξιμος, καὶ οἷά τις Ζεὺς τοὺς Μονοθελήτας κατεταρτάρωσε Γίγαντας, ἀλλ' ἐκ τῆς τῶν Τιτάνων δεινῆς παρατάξεως τῆς ἀνοήτου λήθης ἐν τῷ Ταρτάρῳ τῆς παλαιότητος δεδεμένος, διὰ τῆς σῆς ἱερᾶς ἐπιμελείας ἐς τὸ φῶς τῆς ἁγίας Ἐκκλησίας ἀνέτειλε, καὶ ὡς μέγας, σοῦ τοῦ μεγίστου ἱεροφάντου τετύχηκε. Μακαρίζω σου τὸν θεάρεστον σκοπὸν, τὸ ἔργον σεβάζομαι· τοὺς μόχθους ἐγκωμιάζω, τοὺς ἱδρῶτας τιμῶ, τὴν προθυμίαν ζηλῶ· τὴν γνώμην ἀσπάζομαι, τὸ κατόρθωμα ἐπαινῶ· τὸ ἔργον ἀνελλιπὲς ὀφθῆναι, τέλειον δὲ κατὰ πάντα σφόδρα ἐφίεμαι. Τὴν σὴν ἀκριβῆ ἔρευναν διὰ στόματος ἔχω, σκοπούμενος τὴν σὴν σεμνοπρέπειαν παρὰ πάντων ἐπιζητεῖν διὰ τοῦ ἐκδοθέντος τῶν τοῦ θείου Μαξίμου συγγραμμάτων πινακιδίου, τὰ ἐκ τῶν σῶν βίβλων παρελλείποντα, ὄντα δ' ἐν ἑτέροις πλείονα. Ὁμογνωμονῶ τῷ σῷ ἐνθέῳ ζήλῳ, ἕπομαι τῇ σῇ προσκλήσει, καὶ τὸ ποθούμενον ὅσον ἐφικτὸν ἐκτελῶ.

Ἰδοὺ γὰρ, χάριν καὶ τοῦ Χριστιανικωτάτου Λουδοβίκου δεκάτου τετάρτου, τοῦ τῶν Γαλλιάων ἀηττήτως βασιλεύοντος, καὶ τοῦ λαμπροτάτου Γαλλικανοῦ κλήρου, ἐξ ὧν ἡ Ἑλλὰς ἀνανεουμένη ἐνθάλπεται, καὶ τῆς πρὸς τὴν αἰδεσιμότητά σου ἐφέσεως, εἰς κοινὴν ὠφέλειαν προθύμως τε καὶ ἀσμένως ἐκ τῆς ἐμῆς βιβλιοθήκης (ἐν ᾗ μετὰ πολλῶν ἐστι καὶ τὰ τοῦ Μαξίμου) τὰ ἐν τῷ ἐκδοθέντι πινακιδίῳ παρελλείποντα, ἐν ἐμοὶ δὲ τυγχάνοντα τῇ σῇ ἐξαποστέλλω ἑλλογιμότητι. Ἀντεγράφη δὲ καθάπερ ἐν τῷ πρωτοτύπῳ κεῖται ἀφαιρέσεως ἢ προσθήκης ἄτερ· οἷάπερ συνέθετο ὁ συγγραφεύς· ὡς ἔξεστιν ἰδεῖν ἐκ τῆς ἀγαν

Digitized by Google

τῆς βίβλου παλαιότητος. Ἔστι γὰρ τῶν ἀρχαιοτάτων ἐκ βεβραΐνου χάρτου χαρακτῆρι λεπτοτάτῳ γεγραμμένη· ἔτυχε δέ μοι ἀγαθῇ τύχῃ ἐκ τοῦ τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἁγιωτάτου θρόνου. Ὅθεν ἐξ αὐτοῦ τοῦ χαρακτῆρος τὸ βέβαιον γνησιοῦται, καὶ τὸ γνήσιον τοῦ συγγραφέως ἐκ τῆς παλαιότητος βεβαιοῦται· καθὰ δὴ κἀγὼ τὰ ἀντίγραφα πρὸς τὴν σὴν σεμνοπρέπειαν ἐκστελλόμενος, ὁλόκληρα εἶναι καὶ κατὰ πάντα ὅμοια τῶν ἐν τῇ παρ' ἐμοὶ βίβλῳ ἐνώπιον Θεοῦ μεγίστην τὴν πρόνοιαν ποιῆσαι ἀποφαίνομαι.

Ἴσθι τοίνυν, Πατέρων αἰδεσιμώτατέ μοι καὶ προσφιλέστατε, καὶ τὰ τοῦ θείου Μαξίμου, καὶ τὰ τῶν ἑτέρων θείων Πατέρων τυγχάνοντά μοι συγγράμματα, σῴζεσθαι εἰς δόξαν καὶ τιμὴν τοῦ ἀηττήτου βασιλέως, εἰς ἐπίταξιν τοῦ Γαλλιανικοῦ λαμπροτάτου κλήρου, καὶ εἰς αἴτησιν τῆς σῆς λογιότητος. Ἐγωγε δὲ κατὰ τὸν τῆς ἀκολουθήσεως λόγον τὴν τοῦ Παρισίου πόλιν εὐδαιμονεστάτην τῶν ἑτέρων κηρύττω πόλεων, τὸν βασιλέα τρισόλβιον, τὸν κλῆρον μακάριον, τὴν σὴν σεμνοπρέπειαν ἀείμνηστον, ὡς διὰ πάντων ὑμῶν ἀθανάτων καὶ μακαρίων ἔργων ἀεὶ ἐνεργουμένων. Ὅθεν σοι ᾄδω·

Ὄλβέ τε καὶ μάλα χαῖρε, θεὸς δέ τοι ὄλβια δοίη.

Ἐδόθη ἐν ταῖς κλειναῖς Βενετίαις, Κυρίου τὸ ᾳχηʹ ἔτος, Ἰουνίου ιγʹ.

A enim inter antiquissimos numerandus codex, in charta bebraina, seu bombicina, minutissimo charactere delineatus, cujus mihi fauste copia ex sanctissimo Constantinopolitano throno facta est. Quapropter ex ipso charactere ejus veritas dignoscitur, veritasque scriptoris ex vetustate firmatur. qua utique ratione etiam ego, ut quæ tuæ dignitati transcripta mitto, integra essent, et per omnia libro meo similia, summam adhibuisse curam, coram Deo sancte affirmo ac pronuntio.

Scito igitur, reverendissime mihi ac amantissime pater, quæ mihi tum divini Maximi, tum divinorum aliorum Patrum in censu sunt atque suppetunt, monumenta, servari in laudem ac honorem B invictissimi regis, illustrissimi Galliæ cleri jussis, tuæque eruditionis votis ac petitioni dedita. Sane vero ipse consequenti ratione Parisiorum inclytam urbem inter reliquas beatissimam prædico, regem ter quaterque felicem, clerum beatum, tuam dignitatem sempiterna dignam memoria, quippe quod a vobis per omnia quæ immortalia beataque sunt, nullo fine accurentur ac præstentur opera. Vale, etiamque atque etiam salve, præsletque Deus felicem.

Datum in inclyta Venetiis urbe, anno salutis MDCLVIII, 13 Junii.

—

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΕΠΙΓΡΑΜΜΑ ΕΙΣ ΤΗΝ ΤΟΥ ΘΕΙΟΥ ΜΑΞΙΜΟΥ ΒΙΒΛΟΝ.

Φείξατο δαφνοφάγων πολυφέρτατα ἔμμεναι ἄλλων
Φοιγὴ θειοφόρος δῶρα σεμνὰ σοφίης.
Καὶ ἐξ Ἅιδος αἴης Ἰταλίδεσσι Σιβύλλης,
Τὴν σοφίην ἤξειν λέξατο ῥησίδιον·
Ἀλλά γε νῦν ἀπόπειρα ἀρείοσι ῥήμασι φαίνει
Τὴν σοφίην Κελτοῖς ἑδριάειν ὁρίοις.
Ἔνθεν ἄκαξ πολύολβος ἐπ' ἀμφοτέροις μεγαδώροις,
Καὶ σοφὸς ἐκτελέθει, καὶ πολέμοιο κλέος.
Ἔβλε σοφῶν ὁ κλῆρος Γαλλικανῶν μεγαθύμων
Ἰρεσύνῃ κρατέει, καὶ σοφίῃ στέφεται·
Ὅς τε σεμνῶν Πατέρων μελεδήματα Ἑλλάδος αἴης,
Ἐξ ἄϊδου ἐς φάος προφρονέως φέρεται.

Ἐκ περάτων δαπάναισιν ἄκραις ἐπὶ πείρατα γαίης
Βίβλους θειοσόφους ἀντερανιζόμενος.
Ὅς καμάτους ἱεροὺς μεγακήρυκος ἔργματι θείῳ
Μαξίμου ἀθλοφόρου χαλκοτύποις ἔθετο.
Μόχθοις Φραγκίσκου θεοκήρυκος, ὃν ῥα φιλοῦσι
Παλλὰς Ἀθηναίη, φθέγμα τε Πιερίδων.
Ὅλβιος ὃς Δαναῶν μεγαφέρτατα δῶρα κομίζων
Ἀμφοτέρῃ γλώττῃ πάντας ἐπαβρύνεται.
Μαξίμου οὖν τύπος ἐν βασιλεῦσι Maximum εἶναι
Ἄμμιγα σκηπτροφόρου δείκνυσι Γαλλιάων.
Maximum ἐν δήμῳ θεοτερπέα κλῆρον ἐπᾴδει,
Κόμβεφιν αὖ Πατέρων maximum εὐφραδέα.

—

ΕΠΙΓΡΑΜΜΑ,

Εἰς τὸν σοφώτατον καὶ ἐλλογιμώτατον ἐν Πατράσι κύριον κύριον Φραγκίσκον τὸν Κομβέφις, ἄνδρα εὐφραδέστατον, ἐκ τοῦ τῶν κηρύκων χοροῦ.

Πανδώρην μέγα ἔργον Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες,
Πέρτυνον ἀνθρώποις, δῶρα δολοφροσύνης.
Φραγκίσκον δὲ σαόφρονα ἰδμοσύνης μέγα εὖχος,
Περίδες κόσμῳ προφρονέως ἔνεμον.
Ἔμμεναι ἀργαλέων ὀλετῆρα ἐπαφροσυνάων,
Καὶ πῦρ ἀμαθύνον, βιζόθεν πάντα δόλον.

Ῥήμασιν εὐσεβέων Πατέρων ἀνεμώλια πάντα,
Μοῦνος ἄτην τ' ἀπάγων, ἐξ ἱερῶν δαπέδων.
Οὗ στόμα ἐμπεδόμυθον ἐϋμμελέως ἀγορεύει,
Λατινίδι γλώττῃ, Ἑλλάδος αὐδοσύνην.
Ὅς καὶ Γαλλικανοῦ κλήρου μελεδήματα ἄρδει,
Μάξιμον οὕνεκα ὢν, πᾶσι ποριζόμενος.

ΑΡΣΕΝΙΟΥ ἱερομονάχου Καλοῦδι τοῦ Κρητὸς,
κήρυκος τοῦ ἱεροῦ Εὐαγγελίου.

—

Digitized by Google

ΕΙΣ ΤΟΝ ΒΙΟΝ ΚΑΙ ΤΗΝ ΑΘΛΗΣΙΝ

ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΚΑΙ ΟΜΟΛΟΓΗΤΟΥ ΜΑΞΙΜΟΥ.

IN VITAM AC CERTAMEN

SANCTI PATRIS NOSTRI

AC CONFESSORIS MAXIMI.

[1] I. *Maximi eximiæ dotes.* — Cum omnium qui religiosa unquam pietate fulserunt Vita utilis sit ac conducibilis (quæ nimirum ad virtutem adhortatio sit, bonique ac honesti æmulatione animos acuat), tum maxime divini viri ac confessoris Maximi, quanto major, cunctisque illustrior est, tanto etiam ad conciliandum animis fortitudinem plus valet, et ad juvandum universis excellentior est. Fuit enim Maximus, nedum eximio vitæ cultu ornatus, sed et gratus facilisque eloquio, certaminis quoque gloria strenuus, ac omnem vincens comparationem; cujus et solum meminisse, multam afferre novit voluptatem, nec minimum religiosis animis virtutis amorem atque illecebram injicit. Quamobrem, suscepta nobis inpræsentiarum oratio, quæ ejus res ac virtutes sit enarratura, velit illa quidem, plurisque faciat, ut singula ejus gestorum in medium adducat ac repræsentet, ut et ipsa, horum memoria dulcior efficiatur, et magnam auditoribus gratiam reponat; at non potest, vel cuncta simul complecti, vel etiam iis quæ complectatur, debita laude defungi; quod vel minima admirandi viri opera ac facinora, majora sunt, quam ut ulla sermonis vi ea liceat assequi. Quod igitur haud facile sit ac expeditum cuncta [11] sermone exornare ac enarrare, ipse quoque mihi operæ pretium facturus videar, si plura omisero, nec ejus omissionis nomine ullam mihi labem asciscam; quod neque ullus hactenus superiorum, quantum nobis intelligere licuit, ut viri omnia edissereret, operam studiumque posuerit, ea scilicet ratione, quod arduam nec facile superabilem rei aggressionem intellexerint. Ne tamen tanti muneris argumentum penitus defugere videamur, ac, quia totum assequi non liceat, totum etiam omittamus; quod necquidquam frugi esse existimo, nec crimine prorsus vacare; plane necessariæ mihi operæ sit, ut hunc inferam sermonem, quanquam noverim summe exilem esse, quanquam a rerum majestate longe deficere. Sic enim, tum quod officii est impleverimus, tum debito vobis defungemur, qui etiam atque etiam omnibus semota excusatione, hanc a nobis

Α'. Καὶ πάντων μὲν τῶν κατὰ Θεὸν πολιτευσαμένων ὁ Βίος, λυσιτελὴς καὶ ὠφέλιμος· οἷα δὴ προτρέπων εἰς ἀρετὴν, καὶ παραθήγων πρὸς τὴν τοῦ καλοῦ μίμησιν· ὁ δέ γε τοῦ θείου Μαξίμου καὶ ὁμολογητοῦ, ὅσῳ μέγας καὶ τοῖς ὅλοις περιφανὴς, τοσούτῳ καὶ πρὸς ἀνδρείαν ἀλεῖψαι ἀνυσιμώτερος, καὶ ψυχὴν ὠφελῆσαι πάντων διαφορώτατος. Ἀνὴρ γὰρ ἐκεῖνος οὐ μόνον βίον ἔχων ὑπερφυῆ, ἀλλὰ καὶ λόγον ἐπιτερπῆ, καὶ ἄθλησιν γενναίαν καὶ ἀπαράθετον· οὗ καὶ μόνη ἡ μνήμη, πολλὴν μὲν οἶδε φέρειν τὴν ἡδονὴν, πολὺν δὲ ταῖς φιλοθέοις ψυχαῖς τὸν τῆς ἀρετῆς ἐνίησιν ἔρωτα. Ὅθεν καὶ ὁ παρὼν λόγος τὰ κατ' ἐκεῖνον μέλλων εἰπεῖν, βούλεται μὲν καὶ διὰ πολλοῦ ἔχει, τὸ τὰ καθ' ἕκαστα τῶν αὐτῷ πεπραγμένων εἰς μέσον θεῖναι καὶ παραστήσασθαι· ὡς ἂν αὐτός τε ἡδίων τῇ τούτων γένηται μνήμῃ, καὶ τοῖς ἀκροωμένοις μεγάλην τὴν χάριν κατάθηται· οὐκ ἔχει δ' ὅπως ἡ πάντων ὁμοῦ τὴν περίληψιν σχεῖν, ἢ καὶ ὧν ἔχει ἐν περιλήψει τὸν ὀφειλόμενον ἐπὶ τούτοις ἔπαινον εἰπεῖν, τῷ κρείττω ἢ κατὰ λόγου δύναμιν καὶ τὰ ἐλάχιστα τῶν εἰργασμένων τῷ θαυμασίῳ τυγχάνειν. Οὐκοῦν ὡς μὲν οὐ ῥᾴδιον τῷ λόγῳ οὐδ' εὔπορον, τὸ τοῖς πᾶσιν ἐπεξιέναι, παρήσειν καὶ αὐτὸς εὐλόγως δοκῶ μοι· μηδὲν πάντως ἐγκαλούμενος ἐπὶ τῷ παραλιπεῖν· ὅτι μηδ' ἄλλος τέως τῶν πρὸ ἡμῶν, ὅσα γε αὐτοὶ σύνισμεν, εἰς ἅπαντα τὰ τοῦ ἀνδρὸς καθῆκεν αὐτὸν, τῷ χαλεπὴν δηλαδὴ καὶ δυσέφικτον ὁρᾷν τὴν ἐγχείρησιν. Ὡς ἂν δὲ λοιπὸν μὴ φαινώμεθα παντελῶς τηλικαύτην ὑπόθεσιν παρατρέχοντες, καὶ ὅτι μὴ ἔξὸν ἡμῖν τοῦ παντὸς ἐφικέσθαι καὶ τὸ πᾶν ἐλλιμπάνοιμεν, ὅπερ ἀσύμφορον οἶμαι, καὶ οὐδ' ἔξω πίπτον αἰτίας· ἀναγκαῖον ἄρα ἐμοὶ τὸν παρόντα λόγον εἰσενεγκεῖν, κἂν ἐλάχιστον οἶδα τοῦτον, κἂν παρὰ πολὺ τῶν πραγμάτων λειπόμενον. Οὕτω γὰρ ἂν καὶ τό τε εἰς ἡμᾶς ἦκον ἀποπληρώσοιμεν, καὶ ὑμῖν τὸ χρέος ἀφοσιώσοιμεν, τὸν περὶ ἐκείνου λόγον, εἴπερ τι ἄλλο, ἀπαραιτήτως εἰσπράττουσιν. Εἰ δὲ καὶ ἄλλα τινὰ τῶν τηνικαῦτα πραχθέντων ἐν τῷ μεταξὺ διαμνημονεύσοι ὁ λόγος, ἀλλὰ τοῦτο οὐκ ἔξω πάντως τοῦ λόγου, οὔτε μὴν τοῦ εἰκότος· τῶν τότε καιρῶν πολλὴν κεκινηκότων, ὡς ἴστε, τὴν

Digitized by Google

κατὰ τῆς ἀληθείας ἐπήρειαν· ἀλλὰ γὰρ ἄνωθεν, ὡς εἰόν τε, τὰ κατὰ τὸν ὅσιον τέως διηγητέον, δι' ὃν καὶ τὸν λόγον ἤδη ἐνεστησάμεθα.

A hocque argumento orationem exigatis. Sin autem etiam alia quædam per id tempus interim gesta sermo perstrinxerit, atque eorum meminerit, haud tamen id prorsus extra rationem, vel a decoro procul exire existimandus sit; quod nimirum ea tempora, ut scitis, contra veritatem gravem excitarunt procellam, ac noxam intulerunt Cæterum, quæ ad virum sanctum spectant, ea hactenus a principio enarranda, cujus etiam gratia hanc modo orationem instituimus.

Β'. Μαξίμῳ τοίνυν τῷ θείῳ καὶ ὁμολογητῇ πατρὶς μὲν, ἡ πρώτη τῶν πόλεων καὶ μεγάλη Κωνσταντινούπολις· ἣν καὶ Νέαν Ῥώμην ὁ λόγος οἶδε προσονομάζειν. Πατέρες δὲ, εὐγενεῖς ἄνωθεν, καὶ τῇ κατὰ κόσμον περιφανείᾳ μὴ πολλῶν δεύτεροι· οἷς εὐσέβεια τὸ ἐξαίρετον, καὶ ἡ πρὸς τὴν ἀρετὴν νεῦσίς τε καὶ οἰκείωσις· ὡς ἂν ἔχοιεν ἐντεῦθεν μᾶλλον ἢ ἀπὸ τοῦ γένους τὸ λαμπρὸν ἐπιφέρεσθαι. Οἳ δὴ καὶ εἰς φῶς τὸν μακάριον τοῦτον προαγαγόντες, καὶ ἐν κομιδῇ νέῳ σώματι τῷ θείῳ λουτρῷ προσαγαγόντες, ἵν' ἐπ βρέφους λάβοι τὴν κάθαρσιν, οὐδὲν εἶων τῶν ὅσα παῖς νέοις πρὸς ἡδονὴν, πράττειν, οὐδὲ τοῖς νηπιώδεσι τούτοις καὶ παιδικοῖς τὴν διάνοιαν ἀσχολεῖν· ὅπως μὴ ἄπλαστος φύσις καὶ ἀπαλὴ, πρὸς ἄνεσιν ἐλκυσθῇ καὶ ἠθῶν μαλακότητα· ἀλλὰ τοῖς στερροτέραις τε καὶ ἀνδρώδεσι διαπλάττοντες τὸν γενναῖον, παλλὴν αὐτῷ τὴν πρὸς τὰ καλὰ ἐνετίθουν ῥοπὴν, καὶ ὅλον αὐτὸν συννεύειν πρὸς τὴν ἀρετὴν ἔπειθον. Ὡς καὶ αὐτὸς, καὶ φύσεως λαχὼν δεξιᾶς, καὶ ἀγωγῆς οὕτω τυχὼν, καὶ νέος μὲν ὢν ἔτι, εἶχεν ἐν ἑαυτῷ τὰ τῆς ἀρετῆς προχαράγματα, οἷον σκιάς τινας καὶ γραμμὰς οὐκ ἀμυδρῶς τὸ μέλλον εἰκονιζούσας· εἶχε δὲ ἀκριβεστέρους τοὺς ταύτης τύπους καὶ χαραχτῆρας, τῆς ἡλικίας αὐτῷ προβαινούσης ἐπὶ τὰ πρόσω, καὶ πῆξιν τῆς διανοίας στάσιμον λαμβανούσης· ὅτε καὶ λόγος καὶ φρόνημα καὶ πάντα ὁμοῦ τὰ τρὸς τὰ κρείττω τούτῳ ἑώρα καὶ τελεώτερα.

B

C

II. *Maximi patria, parentes, primaque educatio.* — Viro itaque divino ac confessori Maximo, patria quidem, primo exstitit urbium magnaque Constantinopolis, quam et Novam Romam moris est indigitare. Parentes, antiqua prosapia nobiles, ac qui sæculi claritate paucis secundi essent. Horum pietas singulare ornamentum fuit, inque virtutem propensa affectio ejusque necessitudo, ut inde quam a generis nobilitate majorem claritatem referrent. Suscepto autem in lucem beato parvulo, eoque adhuc tenella ætate divino lavacro admoto, ut jam a puero lustrationem consequeretur, rerum quæ puerilia sunt, puerilique indole ac levitate delectant, nihil eum facere permittebant, autve nugis istis ac tricis animum addicere sinebant, ne simplex ac tenerior indoles, ad laxioris vitæ licentiam morumque mollitiem per ea initia traherctur : sed ut robustioribus exque virili firmitate, strenui pectoris puerum jam tum informantes, [in] grande illi ad ea quæ officii sunt atque honesta momentum afferrent, et ut toto nisu in virtutem ferretur, auctores ei exsisterent. Quamobrem etiam ille, tum solers ipse nactus ingenium, tum et ea usus disciplina, etsi adhuc annis junior ac puer, ceu umbras quasdam atque lineas, easque ejusmodi ut non obscure futurum designarent, virtutis in se primos ductus ac informationes habebat; jamque ætate illi grandescente, firmumque mente statum eo nanciscente, ejus certiores notas figurasque animo reddebat, cum ratio et prudentia, cunctaque simul, ad ea quæ virtutis essent ac perfectiora illi spectarent.

Γ'. Ἐπεὶ δὲ οὗτος καὶ ἐπὶ διδασκάλους ἐφοίτα, σπουδῆς, ὡς εἰκὸς, παντοίας ἐπιμελούμενος, τί χρὴ καὶ λέγειν, ὅσην ἐντὸς ὀλίγου χρόνου γνῶσιν ἑαυτῷ συνελέξατο; γραμματικὴν μὲν καὶ τὴν ἄλλην ἐγκύκλιον παίδευσιν ἐξασκήσας ἐπιμελέστατα, ῥητορικῆς δὲ καὶ τῆς ἐν τῷ λέγειν τέχνης ἥκων εἰς τὸ ἀκριβέστατον, φιλοσοφίας δὲ οὕτω φιλοπόνως ἀκροασάμενος, ὡς μηδένα ἐγγὺς σὸτοῦ ἀφεῖναι γενέσθαι καὶ κατὰ μικρόν. Σπουδῇ γὰρ ἐναμίλλῳ τῇ εὐφυΐᾳ χρησάμενος, ἱκανῶς εἶχεν ἐν πᾶσι μαθήμασι καὶ περιττῶς· οἷς καὶ ἑκάστοις μὲν συνεχρῆτο, οὐκ ὀλίγα ἔστιν ὅτε τούτῳ πρὸς τὰ βελτίω συναιρομένοις. Φιλοσοφίαν δὲ καὶ τοὺς ἀπ' αὐτῆς λόγους, μειζόνως καὶ περιεῖπε καὶ περιέστεργε, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων προέτατεν. Ἐπεὶ γὰρ ᾔδει ταύτην καὶ γνῶσιν τῶν ὄντων καὶ ἐπιστήμην, καὶ περὶ θεωρίαν καταγινομένην καὶ πρᾶξιν, καὶ φύσεως πέρι καὶ κόσμου διεξιοῦσαν, καὶ πᾶν ἁπλῶς ἄλλο παραδιδοῦσαν· ταύτῃ καὶ τῇ πλείῳ σπουδὴν ἐνεμε, καὶ ἐν νῷ διὰ παντὸς ἔφερε· πλὴν οὐχ ὡς ἔτυχεν οὐδ' ἀλογίστως· ἀλλὰ τὸ μὲν σοφιστικὸν ταύτης, καὶ ὅσον ἀπάτης καὶ παραλογισμῶν ἔχεται, πόρρω θεὶς καὶ ἀποβαλόμενος, τὸ δὲ περὶ λόγους καὶ δόγματα καὶ λογικὰς ἄλλας

D

III. *Maximi studiorum sedulitas. Philosophiæ cultus, et in ea delectus.* — Quod vero et ad magistros itare ludumque terere licebat, quo nimirum omne sibi eruditionis genus pararet, quid etiam loqui necesse sit, quantam intra brevis temporis moras sibi collegerit scientiam? Nempe grammatica quidem, ac reliquis, quæ circulo traduntur, liberalibusque disciplinis diligentissime excultus; rhetorices, ejusque artis, quæ in dicendo versatur, summam arcem adeptus; acrique adeo opera philosophiæ auditione perfunctus, ut quam ipse metam modumque, vel procul assequendi, facultatem cunctis ademerit. Pari enim diligentia cum ingenii dexteritate usus, omni satis disciplinarum genere abundeque instructus fuit; quibus et singulis pariter utebatur, exque illis quandoque ad virtutis munera compendii plurimum corrogabat. Porro philosophiam, ac quarum illa doctrinarum sermonumque parens exsistit, etiam atque etiam colebat, majoremque in modum illi affectus, cunctis reliquis anteponebat. Quod enim hanc rerum scientiam certamque notitiam noverat, ac ejusmodi ut in contemplatione versetur ac actione, deque natura ac mundo disputet; quidquid denique pror-

Digitized by Google

nus aliud est, trahat; hunc quoque majorem operam impendebat, ac semper eum mente versabat. Illud tamen temere nulloque consilio aut judicio; sed sophistice quidem procul amandata, quidquid denique fallaciarum est vergitque ad errorem, repudians; doctrinamque et decreta, necnon alias rationes nitentes rerum docendarum vias ac demonstrationes, probans atque vindicans. Quid enim illius attinebat falsa propositio, nihilque sincero utens ratiocinum syllogistica arte complicatio, atque [iv] his affinis parque conclusio, ac quibus aliis vera commaculatur sapientia; nedum ut etiam verbis edidicerit, aut ejusmodi quidpiam unquam curaverit, vel ferendum putaverit, ut tantisper animum inclinaret, si quid non rite elaboratum minusque sanum aliis excideret. Denique cunctis etiam admirationi erat, qua scientiæ, qua virtutis hac fulgebat; quaque majori hac modestia ac humilitate cumulabat: quem nulla rerum efferret, et ad alte sapiendum induceret, non generis claritas, non doctrinæ, qua cunctis præstabat, excellentia, non virtutis sublimitas, aut omnino quidpiam aliud: sed sic modestiæ addictus erat, ut hanc veram vitæ ornamentum gloriamque haberet: sibique magis ea placeret, quam si quis simul, quidquid in humanis gloriæ est et claritatis, tribueret.

μεθόδους καὶ ἀποδείξεις ἐγκρίνας καὶ ἀπωσάμενος. Τί γὰρ αὐτῷ ψευδὴς πρότασις, καὶ τίνος νόθων συλλογισμῶν, καὶ τούτων συμπέρασμα, καὶ ὅσοις ἄλλοις ἡ ἀληθὴς σοφία κεκαμμένοις; Ἐκείνῃ γὰρ πάλαι δέον καὶ φύναι, ἢ πονοῦντι τι ἐμβλάψαι πώποτε, ἢ περί τι τῶν τῇδε ἄλλως σὺ καλῶς πεπραγμένων ἐπισκῆψαι γέγονε καὶ μικρὸν τὴν διάνοιαν ἐπιλύπησε. Ἀμέλει καὶ διὰ βιβλίων αὐτὸν ἔπεισαν ἐπαινοῦντα οὕτως μὲν γνώσεως, οὕτω δὲ ἀρετῆς, ἔγνως οὕτω δὲ πλέον μετρησιφρονῆς καὶ ταπεινώσεως· ὃν γε οὐδὲν τῶν ὄντων ἐπῆρεν, οὐδὲ μεῖζον φρονεῖν ἔπεισεν. οὐ γένους εὐπλεια, οὐ λόγων κατὰ τύπους ὑπεροχή, οὐκ ἀρετῆς ὄγκος, οὐκ ἄλλο τῶν τοιούτων οὐδὲν ἀλλ' οὕτως ἦν τῷ μετρίῳ προσκείμενος, ὡς μόνον τοῦτ' ἔχειν καὶ σεμνότητα βίου καὶ κατόρθωμα, καὶ τοῦτο πλέον φρονεῖν, ἢ εἴ τις ὅλον ὁρῷ τις τὴν ἐν ἀνθρώποις δόξαν αὐτῷ ἐγκαρίζεται.

IV. *Maximus secretariorum Heraclii primus.* — Cæterum fieri non poterat, ut eo vitæ splendore vir admirandus lateret, nec in alios quoque communis utilitatis causa claresceret; quamquam omnem quotidie navabat operam, ut inanem gloriam caveret, nec sæculi unquam negotiis curisque deditus esset, quas vel in cute attingere, plurimum virtuti officere putabat. Etsi vero sic ille cogitabat, suasque rationes in hoc conferebat, vel invitus tamen obnoxius fit atque capitur; Heraclio nimirum, qui tum rerum potiebatur, ac Romani clavum imperii moderabatur, omni benevolentia in suam evocante, atque eorum qui a secretis imperatori essent, principem esse jubente. Eo ille, ut qui tantus vir esset, sioque nobili prosapia, in omnibus quæ in manu erant, libens utebatur, ministrumque et adjutorem, in quibus momenti plurimum erat rebusque præcipuis, ipsum adhibebat. Ad prospicienda enim quæ officii erant, cordatissimus erat, strenuoque consilio solertissimus, necnon dicendo ex tempore atque scribendo expeditissimus; cujus consuetudine ac colloquio, tum imperator, tum aula reliqua ac proceres summe delectabantur, ejusque virtutis miraculo jugiter stupore defixi tenebantur.

Δ'. Ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἦν οὕτω βιοῦντα λαθεῖν τὸν θαυμάσιον, οὐδὲ μὴ καὶ ἐς ἄλλους ἐκφανὲς τὸ κοινὸν γενέσθαι ὠφέλιμος κατὰ πάλλ' ἐστιμέρα πειρῶντα, ὥστε τὴν κενὴν ἀποδύνειν δόξαν, καὶ τὸ μὴ ἁλῶναι ταῖς τοῦ βίου περιστάσεσιν· ὧν καὶ τὸ γενέσθαι ἐν χρῷ, μέγα πρὸς ἀρετὴν ἐμπόδιον ᾤετο. Ἀλλ' εἰ καὶ οὕτως οὗτος καὶ ἐφρόνει καὶ ἐβούλετο καὶ ἔπραττεν, ὅμως γοῦν καὶ ἄκων ἁλίσκεται· πρὸς τὰ βασίλεια τοῦτον τοῦ τότε κρατοῦντος (Ἡράκλειος δ' οὗτος ἦν), εὐνοίᾳ τῇ πάσῃ μετακαλεσαμένου, καὶ ὑπογραφέα πρώτον τῶν βασιλικῶν ὑπομνημάτων καταστησαμένου· ᾧ καὶ, οἷα πλησίῳ ἀνδρὶ καὶ τοσούτου ὄντι, ἐν πᾶσί τε ἐχρῆτο τοῖς ἀνὰ χεῖρα, καὶ ὑπουργὸν καὶ συλλήπτορα τῶν καλλίστων ἐκέκτητο. Ἦν γὰρ οὗτος συνιδεῖν μὲν τὸ δέον συνετώτατος, βουλῇ δ' ὑποθέσθαι κοιρανῇ δεξιώτατος, λόγου δὲ σχεδίασι ἐπιτηδειότατος προχειρότατος· ὧν τῇ συνουσίᾳ καὶ βασιλεὺς αὐτὸς καὶ οἱ περὶ τὰ βασίλεια σφόδρα τι ἥδοντο, καὶ διὰ παντὸς ἦσαν τὸν ἄνδρα ἐκπεπληγμένοι.

V. *Monachum init perfectioris vitæ studio, tædioque in aula grassantis hæresis. Electus præpositus ægre acquiescit.* — Verum is minora hæc ad philosophiam (claritatem scilicet, opesque et honorem, ac si quid superflui ambitus est) existimans; ad hæc etiam maculari fidem novitatibus videns, cum Monothelitarum dogma consurgens, [v] multam Ecclesiæ inferret labem, cuncta reliquit (quamdam animi inquinationem arbitratus, ea in colluvie versari), atque monachi institutum, cum et pridem vitæ solitariæ desiderio accensus esse, acriter arripit; se nimirum ipse monasterio dedens, quod in adverso situm littore est, ac Chrysopolis dicitur, quod tum vitæ religiosæ studiis florebat; atque illic tum cocuum penem, tum pannos ac cili-

Ε'. Ἀλλ' αὐτὸς μικρὰ ταῦτα πρὸς φιλοσοφίαν, καὶ δόξαν, καὶ χρήματα, καὶ τιμὴν, καὶ ὅσα φιλοτιμίας ἥπται τῆς περιττῆς, ἡγησάμενος ἄλλως τε καὶ τὴν εἱστὴν τότε καινοσουμένην ὁρῶν, τῷ πολλὰ τὴν Ἐκκλησίαν τὸ τῶν Μονοθελητῶν διαλυμαίνεσθαι δόγμα, καταλείπει μὲν ἅπαντα, ψυχῆς ὥσπερ κύνεσιν τὸ τοῖς τοιούτοις ἀνεστράφθαι οἰόμενος· πρὸς δὲ τὸν μονάδα βίον, ἔτι καὶ πάλαι τοῦ καθ' ἡσυχίαν βιῶναι ἐρῶν, σπουδῇ προσγωρεῖ, τῷ κατὰ τὴν ἀντιπέραν ἠόνα ὁρωντισηρίῳ, ὃ τῆς Χρυσοπόλεως προσανόμασται, τότε κατὰ φιλοσοφίαν ἀνθοῦντι, δοὺς ἑαυτὸν κλεῖ τρίχας τε κειράμενος, καὶ τὸ τρίχινον ἐνδυσάμενος ἔνδυμα· ἔσχε καὶ τὸ ἀπ' ἐκείνου τρίχινον ἦν τὸ σῶμα διὰ παντὸς, οὐ νηστείᾳ μόνον καὶ τῇ ἄλλῃ χρώμενος ἕξει κεκοσμηθείς, ἀλλὰ

Digitized by Google

καὶ στάσει πανυύχῳ καὶ εὐχῇ προσανέχων ἐπιτεταμένῃ, τῆς ψυχῆς ἐντεῦθεν τὸ ὀρθιον ἀναστηλῶν, καὶ τὸν νοῦν ἀποσπῶν τῆς ὕλης, καὶ τοῦ δεσμοῦ λύων καὶ πρὸ τῆς διαλύσεως. Ὁ γὰρ καὶ πρὸ τοῦ ἀκριβεστέρου βίου ἀγῶσιν ἑαυτὸν συνεθίζων καὶ πόνοις, καὶ τὴν κατὰ φιλοσοφίαν μετιὼν ἀγωγήν, σχολῇ γ' ἂν οὗτος μετὰ τὸ εἰς αὐτοὺς ὑπεισδῦναι ἄλλο τι ἢ εἶλετο ἢ κατέπραξεν. Ἀμέλει καὶ πολλοὺς ἔχων τοὺς συνασκουμένους, πάντας τε ὑπερέβαλε, καὶ δὴ καὶ τὰ κατὰ πάντων πρεσβεῖον θαυμασίως ἀνήρητο· οἵ γε καὶ τοσοῦτον τῆς τοῦδε ἡττήθησαν ἀρετῆς, ὡς καὶ κοινῇ διαπρεσβεύσασθαι πρὸς αὐτὸν, προστῆναι τούτων ἐκλιπαροῦντες, καὶ ἡγεμονίαν τὴν κατ' ἐκείνου; ἀναδεδέχθαι· ἦσαν γὰρ πρὸ μικροῦ τὸν ἑαυτῶν καθηγεμόνα ἀποβαλόμενοι. Ἀλλ' αὐτὸς τὴν ἀρχὴν ὥσπερ τι βάρους ἐφόλκιον διωθούμενος, ἀνένδοτος ἦν περὶ τὴν αἴτησιν καὶ ἰσχυρογνώμων· μήτε λόγοις αὐτῶν εἴκων, μήθ' ἱκεσίαις ὑπενδιδούς. Ὡς δὲ ἑώρα μᾶλλον ἐπικειμένους, καί τι καὶ βίας προστιθέντας, πείθεται μόλις, καὶ καταδέχεται τὴν ἐπιστασίαν· οὐκ ἀρχὴν μᾶλλον ἢ λειτουργίαν νομίσας ὑπεύθυνον.

A cium induens. Quo ex tempore vir beatus, jugiter corpus atterebat, nedum jejuniis ac reliqua jam utens corporis afflictatione, sed et noctes pervigili statione, intentisque precibus ducens; ipsaque in pedes standi lege animum in Deum recto tramite dirigens erigensque, atque a terrenis avellens; necnon vinculo, cum necdum dissolutio esset, absolvens. Qui enim, necdum etiam severioris disciplinæ arrepto instituto, certaminibus assueverat, laboribusque ac ex philosophiæ rationibus vitam instituerat; is, eo arrepto, vix aliud quidquam in animum inducat, aut agat. Denique cum et multos ejus palæstræ socios exercentes haberet, cunctos superavit, ac supra omnes primas mirabiliter tulit: tanta nimirum illius præ reliquis sodalibus virtutis præstantia, ut et B communi ad eum legatione, præesse illum ac præfecturam inire ardentibus votis poposcerint, cum paulo ante præfecto suo duceque orbati essent. Hanc vero ille præfecturam, velut oneris sarcinam ac appendicem depellens, inflexo ac obfirmato animo ad vota flagitantium erat, ut nec eorum quidquam sermonibus cederet, nec se facilem supplicum desideriis præberet. Ubi tamen majori ardore insistentes vidit, vimque etiam aliquam cumulo adhibentes, vix tandem acquiescit, ac præfecturam suscipit: non magis imperium ratus, quam obnoxium ministri functione obsequium.

Ϛ'. Ἔνθεν τοι καὶ ἔμφροντις γίνεται μᾶλλον, καὶ τὸ πᾶν μεμεριμνημένος· οὐ τὸ καθ' ἑαυτὸν μόνον σκοπῶν, οὐδ' ὅπως ἂν αὐτὸς ἄριστα διαβιῴη· ἀλλ' ὅπως ἂν εἴη τοῖς ἀρχομένοις λυσιτελῶς τὸν βίον ἰδύνειν, καὶ ἀγωγῆς ἐπειλῆφθαι τῆς κρείττονος. Ἑώρα γὰρ ἐν ἑαυτῷ, ὅτι τοῖς καθ' ἑαυτοὺς τὴν ἀρετὴν μετιοῦσιν, ἐξέσται πάντως κατὰ τὸ δοκοῦν, τὰ μείζω ἢ ἥττω τῶν πραττομένων αἱρεῖσθαι· οἷς καὶ συγγνώμη ἂν τις, μὴ τὰ μεγάλα πράττουσι. Τῷ δ' ἄγειν ψυχὰς ἐγχειρισμένῳ, καὶ μικρὸν καθυφιέντι τῆς ἀκριβείας, κίνδυνος ἔσται οὐχ ὁ τυχὼν, αὐτῷ τε καὶ τοῖς ἀρχομένοις· ὧν οὐχ ὅπως ἄριστον εἶναι δεῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔμπροσθεν ἐπιδιδόναι ἀεί· εἴπερ μέλλει τῷ καθ' ἑαυτὸν ὑποδείγματι καὶ τοὺς ὑπὸ χεῖρα προσάξειν ἐπὶ τὸ βέλτιον, ὡς πρὸς τὸ ἀρχέτυπον τὸν ἐκείνου βίον ὁρῶντας, κἀντεῦθεν ἢ πρὸς ἀρετὴν, ἢ τὸ ἐναντίον, πρὸς κακίαν ἐναγομένους. Ταῦτα ὁ θεῖος Μάξιμος ἐννοῶν, συνετήκετο τὴν ψυχὴν τὸ λεῖπον προσεδαπάνα τῶν σαρκῶν· ταῖς φροντίσι τῶν φοιτητῶν συνείχετο. Διὰ ταῦτα βελτίω τούτους ὑποτιθεὶς, καὶ νῦν μὲν, ἠπιωτέρῳ τῷ λόγῳ, νῦν δὲ, τραχυτέρῳ χρώμενος τούτῳ· καὶ ἄρτι μὲν, ὁμαλῶς καὶ ἀδήκτως ἐπαφιέμενος τὴν διδασκαλίαν· ἄρτι δ' αὐστηρὰν καὶ ἀνήδυτον ταύτην προφέρων, ὡς ἕκαστον ἑώρα ἢ ἕξεως ἢ καὶ φύσεως ἔχοντα. Καὶ αὐτὸς μὲν οὕτω καὶ διέκειτο πρὸς τοὺς ἀρχομένους, καὶ τοιαύτῃ διαθέσει τὴν τούτων μετῄει ἐπιστασίαν.

VI. *Ejus præpositi sollicitudo.*— Hinc majori pressus cura, undique sollicitus peneque animi anxius, efficitur; qui scilicet non id tantum spectaret, quod suarum rationum esset, neque ut vitam ipse optime institueret; sed ut etiam subditorum utilius C vitam dirigeret, et ad id demum, quod potioris disciplinæ esset, capessendum proveheret. Secum enim merito reputabat, iis quidem qui ipsi per se suarumque rationum solliciti privatim virtutem colant, omnino liberum esse, ut pro eo ac [vj] libuerit, majora vel minora obeundæ virtutis munera deligant: quibus et proclive venia sit, tametsi majora non faciant. Ei autem cui regimen animarum creditum est, vel si modicum ab eo quod exactum ac perfectum est, mitiore disciplina desciverit, tum se ipse, tum subditos grandi periculo innectit: quem scilicet, nedum quovis modo solum optimum esse necesse sit, sed ut etiam ad anteriora semper magis provehat, si modo id illi constitutum est, ut exemplo suo subditos suos ad me- D liorem componat frugem, atque ad majorem virtutem promoveat; qui videlicet illius vitam tanquam exemplar ob oculos habeant, ejusque inspectione aut instituantur ad virtutem, aut ad vitium prone inducantur. Hæc beatus Maximus etiam atque etiam reputans, animo contabescebat; quidquid corpusculi virium reliquum erat, id omne impendebat; discipulorum curis distinebatur. Quamobrem ad virtutem eis documenta præbebat, ac modo quidem mitiorem, modo autem asperiorem sermonem inferebat: modo placide nihilque mordacius perstringendo doctrinam adhibebat, modo austerius nulloque verborum lenocinio admonebat, ut cuique ex genio atque indole esse advertebat. Atque hic quidem Maximi erga subditos affectus erat, sicque ex animo illorum præfecturam gerebat.

Ζ'. Ἐπεὶ δ' ἑώρα, ὡς ἀνωτέρω ἔφαμεν, τὴν τῶν Μονοθελητῶν τηνικαῦτα αἵρεσιν εἰς τέλειον μᾶλλον

VII. *Alia ex Maximi litteris secessus causa in Africam. Persarum timor.* — Quod autem, uti superius

Digitized by Google

dictum est, Monothelitarum tunc hæresim magis magisque excurrere, ac immane quantum impietatis patronorum solertia ac sedulitate quotidie augmentum facere videret; gemebat ille quidem ac gravissimo luctu tenebatur, ipsos quoque maximopere miserans, qui nequissimorum auctores essent. Haud vero etiam in promptu erat, quid potissimum præstaret, malo sic in immensum effuso, et cum universum fere Orientem partesque occiduas occupasset. Quamobrem etiam in tanta hac malorum funestaque procella ac colluvie, unum hoc sibi pariter rebusque commodum invenit. Quod enim seniorem Romam ac universam Africam, locaque alia, necnon iis circumjacentes insulas, ea labe vacare cognoverat, his relictis sedibus, ad eas se partes confert, doctrinæ laboranti patrocinio futurus, rectæque fidei cultoribus per ea loca cohæsurus. Nec vero extra laborem nullisque non [vij] superatis ærumnis atque molestiis, tantum illud iter confecit: cuncta tamen honestæ alacritati posthabuit: cum forte ii ipsi, qui sub illo merebant, monachi, auctores ei perfectionis exstiterint. Quanquam enim etiam molesta vixque ferenda illorum disjunctio, haud tamen habebat quid aliud præstaret, quam quæ constituta essent, cum sic in arctum occasio cogeret, atque recessum omnino suaderet. Enimvero occupato excurrens oratio, quæ media intercesserunt dicere omisit, ac unde pessima hæc jureque aversanda opinio originem traxerit. Necesse igitur est, ut de illa pauca dicamus; ac tum, quæ deinceps ex argumenti ratione dicenda sint, adjungamus.

A ἐκτεινομένην, καὶ δεινῶς καθ' ἡμέραν ὑπὸ τῶν τῆς ἀσεβείας προστατῶν αὐξανομένην· ἔστενε μὲν καὶ πένθει βαρυτάτῳ συνείχετο, οἰκτιζόμενος μάλιστα καὶ τοὺς τὰ παράνομα δρῶντας· οὐκ εἶχε δ' ὅ τι καὶ πράξοιεν ἑαυτῷ, οὕτω τοῦ κακοῦ εἰς ἄμετρον ἐκχυθέντος, καὶ Ἑῴαν μικροῦ πᾶσαν καταλαβόντος καὶ Ἑσπέριον· Ὅθεν καὶ ἐν τοσούτοις δεινοῖς, τοῦθ' εὑρίσκει μόνον ἑαυτῷ τὸ λυσιτελοῦν, καὶ τοῖς πράγμασιν. Ἐπεὶ γὰρ ἐγίνωσκε τὴν πρεσβυτέραν Ῥώμην τοῦ τοιούτου καθαρεύουσαν μύσους, καὶ ὅσον ἐν Ἀφρικῇ, καὶ ὅσον ἐν ἄλλοις τόποις καὶ νήσοις ἐκείναις ταῖς πέριξ· λιπὼν τὰ ἐνταῦθα, ἐκεῖσε ἐπιφοιτᾷ, συνηγορίαν δώσων τῷ λόγῳ, καὶ τοῖς ἐκεῖ συνεπόμενος ὀρθοδόξοις· οὐκ ἀμογητὶ μέν, οὐδ' ἄνευ καμάτου καὶ ταλαιπωρίας, τὴν τοσαύτην ἠνυκὼς ὁδόν· πάντα δ' B ὅμως ἐλάττω τῆς καλῆς προθυμίας τιθέμενος· συμβούλοις τάχα καὶ τοῖς κατ' αὐτὸν μονάζουσι χρησάμενος τῆς ἀφίξεως· ὧν εἰ καὶ τὴν διάζευξιν βαρεῖαν καὶ οὐδὲ φορητὴν εἶχεν, ἀλλ' οὐκ εἶχεν ἄλλο τι παρὰ τὰ βεβουλευμένα δρᾶσαι, τοῦ καιροῦ στενοχωροῦντος αὐτὸν, καὶ τὴν ἀναχώρησιν ἐπιτρέποντος. Ἀλλὰ γὰρ ὁ λόγος προεκδραμὼν, παρῆκε τὰ ἐν τῷ μέσῳ εἰπεῖν, καὶ ὅθεν τὴν ἀρχὴν ἔσχεν ἡ πονηρὰ αὕτη δόξα καὶ ἀποτρόπαιος, οὕτω τὴν Ἐκκλησίαν ταράξασα, καὶ πολλοὺς εἰς τὸν ὅμοιον ὑποσύρασα ὄλισθον. Οὐκοῦν ἀναγκαῖον μικρὰ περὶ ταύτης διαλαβεῖν· εἶθ' οὕτως προσθεῖναι τῷ λόγῳ καὶ ὅσα ἐξῆς τῆς ὑποθέσεως.

VIII. *Athanasius Jacobitarum patriarcha, Heraclio auctor novitatis: Cyrus Sergiusque patroni.* — Heraclio imperii sceptra adepto, ac Sergio Constantinopolitanam sedem administrante; primum quidem ipse Heraclius cunctique palatini ac senatus primores et proceres, rectæ fidei cultu concordes erant, qui duas naturas totidemque operationes et voluntates, in Christo meo, qui Deus pariter et homo sit, tum profiterentur, tum prædicarent (*a*). Verum illo, proh dolor! post multa adversus hostes tropæa, illustriaque illa adversus Persas gesta bellica, a recto demutato dogmate, res Ecclesiæ pariter demutari pessum ac ire cœperunt, non parva populi manu in contrarium abrepta. Porro Heraclio mutationis auctor exstitit Athanasius ille, Jacobitarum (quam ita sectam dictitant) patriarcha; homo D scilicet præstigiator, ac qui veritatis confusione longe omnium solertissimus esset. Is enim Heraclium, cum Hierapoli Phrygiæ stativa haberet, conveniens, atque eum dolo maligneque aggrediens; ad hæc vero spe mulcens fore ut synodum Chalcedonensem reciperet, geminas profitentem naturas, unione quæ secundum hypostasin est, copulatas (incesserat enim istud voti Heraclium, ut tum ipsum Athanasium, cui et Antiochenam sedem fuerat pollicitus, tum reliquos omnes, quos dissidere videbat, in ejus synodi sensum cogeret illique conjungeret; quanquam fatuitate mentisque levitate, præter quam

Η'. Ἡρακλείου τῶν τῆς βασιλείας σκήπτρων ἐπειλημμένου, καὶ Σεργίου τὸν τῆς Κωνσταντινουπόλεως διέποντος θρόνον· πρῶτα μὲν αὐτὸς Ἡράκλειος καὶ ὅσον περὶ τὰ βασίλεια καὶ ὅσον ἐν τέλει καὶ ἀξιώματι, τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει συναινοῦντες ἐτύγχανον· φύσεις διττὰς καὶ ἐνεργείας τὰς αὐτὰς καὶ θελήματα, ἐπὶ τῷ θεϊκῷ τε καὶ ἀνθρωπίνῳ τοῦ ἐμοῦ Χριστοῦ, καὶ ὁμολογοῦντες καὶ κηρύττοντες. Ἀλλὰ τούτου, φεῦ! μετὰ πολλὰ κατὰ τῶν ἐχθρῶν τρόπαια, καὶ τὴν κατὰ Περσῶν ἐκείνην περιφανῆ ἀριστείαν, τοῦ ὀρθοῦ μεταβαλομένου δόγματος, συμμεταβάλλεσθαι καὶ τὰ τῶν Ἐκκλησιῶν ἤρξατο· οὐκ ὀλίγης καὶ τοῦ λαοῦ μοίρας πρὸς τὸ ἐναντίον μετατραπείσης. Αἴτιος δὲ τῷ βασιλεῖ τῆς μεταβολῆς, Ἀθανάσιος ἐκεῖνος, ὁ τῶν Ἰακωβιτῶν οὕτω καλούμενος πατριάρχης· ἀνὴρ γόης, καὶ συγχέαι ἀληθειαν πάντων δεινότατος. Οὗτος γὰρ ἐν Ἱεραπόλει τῆς Συρίας τῷ Ἡρακλείῳ διατρίβοντι προσιὼν, καὶ ὑπούλως τοῦτ' ἐν καὶ κακοήθως ὑπελθὼν, πρὸς καὶ ὑποσχέσεσι δελεάσας, ὡς καὶ τὴν ἐν Χαλκηδόνι δέξαιτο σύνοδον, ἣ τὰς δύο φύσεις καθ' ὑπόστασιν ἡνωμένας ἐπρέσβευεν (εἶχε γὰρ πόθος Ἡράκλειον, ὡς ἐδείκνυ τὰ πράγματα, αὐτόν τε Ἀθανάσιον, ᾧ καὶ τὸν τῆς Ἀντιοχείας ὑπισχνεῖτο δώσειν θρόνον, καὶ τοὺς ἄλλους δήπου ὅσους ἑώρα μὴ συμφρονοῦντας, πρὸς ἐκείνην συνάψαι τὴν σύνοδον· κἂν εὐηθείᾳ καὶ γνώμης κουφότητι, πρὸς τῷ μηδένα ἑλκύσαι, καὶ ἑαυτῷ τὴν κακοδοξίαν προσέτριψε). Τοῦτον γοῦν, ὡς εἴρηται, ποικίλως ὁ

(*a*) Eadem Theophanes. Uter ab altero acceperit.

Digitized by Google

Ἀθανάσιος ὑποποιησάμενος, ἐπιδοιάζοντά πως περὶ τὰς διττὰς ἐνεργείας καὶ τὰ θελήματα τῶν δύο φύσεων ἐγκατέστησε· παρ' ὃ δὴ καὶ πείθει καὶ Σεργίῳ τῷ Κωνσταντινουπόλεως ἀναθέσθαι τὰ δεδογμένα· ἀλλὰ μὴν καὶ Κῦρον (*a*) ἐκεῖνον τὸν Φάσιδος, πρὸς ἑαυτὸν ἤδη μεταλαλέσασθαι, πυθέσθαι τέ φησι κἀκεῖνον, πῶς ἄρα χρὴ περὶ τούτου δοξάζειν· καὶ ὅπερ τούτοις εἴη δοκοῦν, τοῦτ' εἶναι καὶ αὐτῷ συνδοκοῦν. Ἤδει γὰρ ὁ δύστροπος, ἑκατέρους τῇ μιᾷ ἐνεργείᾳ, καὶ τῷ ἑνὶ στοιχοῦντας θελήματι. Ὡς δ' Ἡράκλειος τὸν μὲν πρὸς ἑαυτὸν μετάκλητον ἐποιήσατο, τὸν Κῦρον, τῷ δὲ πατριάρχῃ γράμμασι περὶ τῶν δεδογμένων ἐσήμανεν, εὗρε δ' ἀμφοτέρους τὸ μονοθέλητον ἑκατέρας περιθάλποντας δόγμα, συναινοῦντάς τε αὖ κἀκείνῳ τὰ ἴσα φρονεῖν ἀνεπιδοιάστως· τότε δὴ ὅλος τῆς ἐναντίας γίνεται μοίρας, καὶ τοῦ ἀθελήτου μᾶλλον εἰπεῖν, ἢ μονοθελήτου, θελήματος.

A quod traxit neminem, sibi ipse pravam opinionem ascivit). Hunc igitur, uti dicebamus, Athanasius ille varia arte astuque capiens ac illiciens, dubiæ prope mentis de duplici operatione ac voluntate naturæ, quæ ipsa duplex exsistat, fecit. Quamobrem etiam auctor est, ut ad Sergium Constantinopolitanæ urbis antistitem [viij] referat, quæ visa illis essent. Quin et Cyrum Phasidis episcopum, sibi præsto esse jubeat, a quo sciscitetur, quid ea in re sentire videatur : quidquid illis visum, hoc quoque se suffragio probaturum. Noverat enim scelestissimus homo ac malignissimus, in hac ambos sententia esse, ut unam operationem unamque voluntatem colerent. Heraclius vero, ubi altero quidem (nempe Cyro) ad se accersito ; alteroque (id est patriarcha) B per litteras consulto, ambos perinde invenit unius dogma voluntatis foventes, eademque ac ille inducontrariam partem concedit, et ut nullius potius, quam unius assertor voluntatis, audiret.

bie omnino sentientes ; tunc sane totus et ipse in

Θ'. Καὶ δὴ κατὰ τάχος καὶ τῷ προέδρῳ τῆς Ῥώμης ἀνατίθησι τὰ δογματισθέντα· ὥσπερ ἀδικεῖν νομίζων, εἰ μὴ καὶ τοὺς ἁπανταχοῦ γῆς, τῆς οἰκείας ἀναπλήσειε ζύμης, καὶ τῆς λοιμώδους μεταδοίη αἱρέσεως. Ἀλλ' ὁ θεῖος οὗτος ἀνήρ, ἀπάτην νομίσας τὰ παρ' ἐκείνου, σαφῆ· καὶ τῆς φαύλης προσοχθίσας κακοδοξίας, οὐ μόνον ἀντιγράφοις καὶ δυναταῖς ἀντιῤῥήσεσι διελέγχει καὶ ἀνατρέπει τὰ προτεινόμενα· ἀλλὰ καὶ ἀναθέματι περιβάλλει τοὺς ἐκεῖνα κρατοῦντας καὶ περιέποντας. Ἀλλ' οὐδὲν Ἡράκλειον ὤνησεν, ἅτε μὴ ἐπιπόλαιον, ἀλλὰ κατὰ βάθος τὴν κακίαν εἰσδεδεγμένον· ὃς σπεύδει μετὰ μικρὸν, καὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν τούτου δὴ τοῦ μύσους ἐμπλῆσαι, Κῦρον τὸν σύμφρονα στεῖλας ταύτῃ ἐπίσκοπον, ὡς ἂν εἴη καὶ αὐτὴ Ἀλεξάνδρεια συμφρονοῦσα τὰ ἴσα καὶ διολισθήσει. Ἀμέλει καὶ Κῦρος Θεοδώρῳ τῷ τῆς Φαράν ἐπισκόπῳ πρὸς λόγους ἐλθὼν, σφόδρα αὐτῷ τοῖς Μονοθελίταις συνομαρτοῦντι, ποιεῖται ἤδη σὺν τούτῳ τὴν οὕτω καλουμένην ὑδροβαφῆ ἕνωσιν· οἶμαι δὲ τοῦτο σημαίνειν, τὴν ἐξίτηλον καὶ ὑδαρίδη βαφὴν, καὶ οὔτε πεφυρμένην καὶ ἀδιάγνωστον, καὶ μηδ' ὁποτέραν τῶν χροιῶν καθαρῶς διασώζουσαν· ἵν' ἐξῇ πάντας καὶ τούτοις, ὁποτέρως ἂν βούλοιντο, φύρειν καὶ συγχεῖν καὶ ἀνακιρνᾷν τὴν δογματιζομένην ἐνέργειαν· καὶ μήθ' ἁπλῆν ταύτην, μήτε διπλῆν, μήτ' οὐδετέραν, ἃ καὶ ἐλθὲς εἰπεῖν, οἵαν τε οὖσαν ἢ νοεῖσθαι ἢ ὀνομάζεσθαι.

IX. Sane vero statim etiam ad Romanum antistitem refert, quæ visa decreta essent ; nempe injuria prope se violari ratus, nisi etiam ubique terrarum sparsos, suo illo fermento confarciret, ac hæreseos lue impartiret (*b*). Enimvero vir ille divinus, manifestum errorem, quod ille suggerebat, existimans, pravæque opinionis nequitia odio percitus, nedum datis litteris validisque confutationibus, quæ proposita essent, coarguit atque C evertit ; verum etiam, qui ejus sententiæ exsisterent atque hæc colerent, diris subjicit. Nihil tamen inde Heraclium juvit, quippe qui non levius summaque quasi cute tinctus esset, sed alto ipso pectore pravitatem hausisset. Brevi itaque satagit Alexandriam quoque ea labe implere, misso illuc Cyro episcopo, qui idem ac ipse sentiret : quo nimirum ipsa quoque Alexandria pari sensu imbuta, pariter labefactaretur, fideique naufragio periret. Postremo etiam Cyrus cum Theodoro Pharanitano episcopo sermone congressus, qui ipse quoque Monothelitarum erroris acris defensor esset ; una cum illo, quam ita vocant, ὑδροβαφῆ (*c*) unionem facit. Existimo autem ea voce significari, evanidam ac dilutam tincturam, velutque confusam, nec satis distinctam, et in qua neuter colorum pure incolumis exstet, vereque maneat ; quo videlicet omnino liceat, pro libito, quam operationem docent, D commiscere ac confundere, quæ nec simplex nec gemina, nec (quod verius dictu) alterutrum aut intelligi aut dicit queat.

Ι'. Ἀλλ' οὗτοι μὲν, ὡς αὐτοί γε ἔδοξαν καὶ τοὺς ἐξαπατημένους ἔπεισαν, τὴν μίαν ἐνέργειαν καὶ τὸ ἓν φυσικὸν ἐπικυρώσαντες θέλημα, λαβὴν καὶ τοῖς Ἰακωβίταις καὶ τοῖς ἀπὸ Θεοδοσίου δεδώκασι, τῆς ἡμετέρας κατευχάσθαι πίστεως, καὶ ἐν γέλωτι καὶ τωθασμῷ τὴν ἐν Χαλκηδόνι τίθεσθαι σύνοδον· οἷ καὶ καταφανῆ προὔφερον γνώμην, ὡς καὶ αὐτὴ Χαλκη-

X. Verum hi quidem, quem ipsi sibi sensum usurparunt, ejus et seductis hominibus auctores exstiterunt ; unam [ix] sancientes operationem, ac naturalem unam voluntatem ; Jacobitisque et Theodosianis adversus fidem nostram gloriandi occasionem dederunt, sanctamque synodum Chalcedonensem risui ac contemptui habendi ; mentisque vagentius habuisset.

(*a*) Gr. Bibl. ubique Κύρον : at Hesych. et Suid. perinde Κῦρον.

(*b*) Aliter hæc gesta Joannes pontifex exstincto Honorio, sic hæresin damnat, in quam ille indul-

(*c*) Sic vocat Theophil. ex quo auctor, et reliqua (minuta valde) acceperit.

Digitized by Google

fritie, ipsam quoque synodum Chalcedonensem visam esse illorum secutam opinionem, jactabant, uniusque naturæ opinioni hæsisse : atque hoc inde manifestum esse, quod et unam operationem sentiat doceatque, quod nunquam aliter, ut aiunt, factura erat, nisi veritatis ipso pudore adacta esset, remque perfectius dispexisset.

δῶν τοῖς ἑαυτῶν ὤφθη συνεπομένη, καὶ τῆς μιᾶς ἐξεχομένη φύσεως· καὶ τοῦτο δῆλον ἐξ ὧν καὶ τὴν μίαν πρεσβεύει ἐνέργειαν· ὅπερ οὐκ ἂν ἄλλως, ὡς φασι, κατεπράξατο, εἰ μὴ τὸν ἀληθῆ λόγον ἐδυσωπήθη, καὶ τὴν κατάληψιν ἔσχεν ἐντελεστέραν.

XI. *Sophronii opera, compescenda Monothelitarum nova hæresi.* — Cum vero per hoc tempus Sophronius Hierosolymorum sedem suscepisset, vir nimirum pietatis laude ac virtute conspicuus, ad eum confluunt quotquot episcopi erant et orthodoxi; conjunctisque pariter studiis ac votis, eos diris feriunt damnantque, qui unam in Christo naturalem operationem unamque voluntatem sentirent; eos vero, qui præter duas naturas, duas itidem operationes ac totidem voluntates profiterentur atque docerent, amplissimo præconio celebrant ac laudant. Cumque vir ille sacratissimus, quæ illi decreta edita essent, majori luce proferri vellet, sigillatim de illis significat, tum Joanni (*a*) (sic enim ille vocabatur) Romanæ urbis antistiti, tum et Sergio Constantinopolitano episcopo, quin et Cyro Alexandrino : hos quidem sugillans graviusque vituperans ejus pravitatis nomine; illum autem (nempe Joannem), ut par erat, egregie laudans ac sexcentis encomiis coronans.

ΙΑ'. Ἐπεὶ δὲ τὸ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, Σωφρόνιος τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις θρόνον ἐνεχειρίσθη, ἀνὴρ εὐσεβείᾳ διαλάμπων καὶ ἀρετῇ· συναθροίζονται περὶ τοῦτον ὅσον ἀρχιερατικὸν καὶ ὀρθόδοξον, διαβάλλον μὲν σὺν αὐτῷ καὶ ἀναθέματι περιβάλλον τοὺς μίαν ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ φυσικὴν ἐνέργειαν καὶ ἓν δοξάζοντας θέλημα· εὐφημοῦν δὲ καὶ ἀνακηρύττον τοὺς πρὸς ταῖς δύο φύσεσι καὶ τὰς διττὰς ἐνεργείας μετὰ τῶν ἴσων θελημάτων ὁμολογοῦντας καὶ περιέποντας. Βουλόμενος δ' ἱερὸς οὗτος ἀνὴρ καὶ μειζόνως διατρανῶσαι τὰ ἐκτεθέντα, δηλοῖ ἀνὰ μέρος περὶ αὐτῶν καὶ Ἰωάννῃ τῷ Ῥώμης (οὕτω γὰρ ἐκαλεῖτο ἐκεῖνος), καὶ Σεργίῳ τῷ Κωνσταντινουπόλεως, ἀλλὰ μὴν καὶ Κύρῳ τῷ Ἀλεξανδρείας· τοὺς μέν, κακίζων καὶ πολλὰ φαυλίζων τοῦ δόγματος· τὸν δ', ὡς εἰκὸς, ἐπαινῶν, τὸν Ἰωάννην, καὶ μυρίοις καταστέφων τοῖς ἐγκωμίοις.

XII. *Heraclii nova molliorque hæresis, ut nec unam, nec duas operationes sentiret. Severianorum ironia.* — Heraclius imperator in aurem ubi accepit, in metum incidit, animique anxius factus est, secum ipse cogitationum æstu jactatus, eversisque mentis rationibus, nec habens quo novum invectum dogma commutaret; quod forte eum puderet nuperæ adeo mutationis, ac repente in contraria versi consilii. Postremo etiam ab utrisque scinditur; tum iis scilicet qui geminas operationes, tum qui unam censerent; cum hoc quoque exsecrabilis Sergius illi suasisset : quippe quem ad omnia sciret facilem ac sequacis animi, quocunque aucupando molliori aura vertisset; ac præterea timens ne is prorsus a suorum sodalitio, unius voluntatis assertorum, avelleretur. Nequiore itaque consilio indulget imperatori, ut, quod libuerit atque animo [x] sederit, hoc faciat. Hincque velut insperato lucro rei eventu delectatus Heraclius, scriptis sanctionibus, et edicto, quod vocant, ejus absurdum monstrumque opinationis confirmat. Id vero Severiani ubi sic litteris exaratum viderunt, nedum domi privatisque conventibus, verum etiam in tabernis balneisque scommata jactabant largeque subsannabant, talia quædam ore patulo effrenique licentia ructantes. Nestorii olim asseclæ Chalcedonitæ (sic enim nos appellant, ac qui ejus synodi fidem profiteamur, tametsi illorum a nobis confutata erat sententia) resipuerant pariter atque ab errore abcesserant, qui nobis per unam operationem uniti essent in unam Christi naturam : nunc autem, dum eos pœnitet ejus, quod recte illis ac frugis erat, utrumque amiserunt, qui nec duas, nec unam in Christo

ΙΒ'. Ἃ δὴ ὁ βασιλεὺς ἐνωτισθεὶς Ἡράκλειος, εἰς δέος ἐμπίπτει καὶ ἀγωνίαν· ποικιλλόμενος πρὸς ἑαυτὸν καὶ μετατρεπόμενος, καὶ οὐκ ἔχων πρὸς ὃ ἄρα τὸ καινοτομηθὲν διαμείψαιτο δόγμα· τὸ ὑπόγυον τάχα τῆς μεταβολῆς αἰσχυνόμενος, καὶ τὴν ἀθρόαν πρὸς τὰ ἐναντία μετάθεσιν. Ἀμέλει καὶ ἀπορρήγνυται ἀμφοτέρων, τάς τε δύο φημὶ καὶ τὴν μίαν πρεσβευόντων ἐνέργειαν· τοῦτο καὶ τοῦ στυγητοῦ πρὸς ἐκεῖνον ὑποθεμένου Σεργίου, οἷα εὔκολον εἰδότος περὶ ἅπαντα καὶ εὐάγωγον· ἄλλως τε καὶ ὁρῥωδήσαντος μὴ τέλεον ἴδοι τοῦτον τῆς αὐτῶν ἀποσπώμενον συμμορίας, καὶ διὰ τοῦτο συγχωρήσαντος τρόπῳ σκαιοτέρῳ πρᾶξαι τὸν βασιλέα τὰ κατὰ βούλησιν. Ἔνθεν τοι καὶ ὡς ἑρμαίῳ τῷ γενομένῳ ἡδόμενος Ἡράκλειος, καὶ ἐγγράφοις τύποις καὶ τῷ λεγομένῳ ἰδίκτῳ τὸ ἄτοπον βεβαιοῖ· ὅπερ οἱ τὰ Σευήρου φρονοῦντες, γράμμασιν οὕτω σεσημασμένον ἑωρακότες, οὐ μόνον οἴκοι καὶ καθ' ἑαυτοὺς, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ καπηλείων καὶ βαλανείων, σκώμμασιν ἐβαλλον, ἀθύρῳ ταῦτα φθεγγόμενοι στόματι, ὅτι Πρώην μὲν τὰ Νεστορίου φρονοῦντες οἱ Χαλκηδονῖται (ἡμᾶς οὕτω λέγοντες, κἂν τὰ παρ' ἐκείνων ἦμεν ἠθετηκότες), ἀνένηψάν τε, καὶ τοῦ κακῶς φρονεῖν ἀπέσχοντο, ἑνωθέντες ἡμῖν διὰ τῆς μιᾶς ἐνεργείας εἰς τὴν μίαν τοῦ Χριστοῦ φύσιν· νῦν δὲ καταγνόντες τοῦ καλῶς ἔχοντος, ἀπώλεσαν ἀμφότερα, μήτε δύο, μήτε μίαν ἐν τῷ Χριστῷ φύσιν ὁμολογοῦντες. Ἦν οὖν τότε ἰδεῖν συγχυσιν ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις καὶ ταραχὴν, ὅτε καὶ ποιμένες καὶ λαοὶ ἠφρονεύσαντο, καὶ ἄρχοντες καὶ ἀρχόμενοι· μὴ ὄντος τοῦ συνιέντος, μηδὲ τοῦ ἐκζητοῦντος τὸν Κύριον. Τίς γὰρ ἂν τοὺς πολλοὺς ἔπεισε τὰ βελτίω ἐλέσθαι, οὕτω τῶν προεστώτων διακειμένων, καὶ βασιλέων

(*a*) Imo, Honorio cui perinde ac Sergio inscripta Sophronii synodica.

Digitized by Google

καὶ ἀρχιερέων, ἀντ' ἄλλων τινῶν διαταγμάτων καὶ νόμων, τὴν ἀσέβειαν θεσπιζόντων, καὶ ὑποκύπτειν πάντας ἀναγκαζόντων, καὶ τὸν ἄτμητον τῆς Ἐκκλησίας χιτῶνα εἰς πολλὰς μοίρας τεμνόντων, καὶ ἐφήδεσθαι διδόντων τοῖς τὰ ἡμέτερα μωμοσκοποῦσι καὶ διαβάλλουσιν;

A profiteantur naturam. Multam itaque tum in Ecclesiis confusionem videre erat, cum et pastores et populi insipientes facti essent, præsidesque et subditi; nec esset qui intelligeret, nec qui Dominum exquireret[1]. Quis enim vulgo eligendi quæ potiora ac virtutis essent auctor exsisteret, cum ii qui magistratu præerant, eum in modum affecti essent, summique sæculi principes atque præsules, aliarum constitutionum legumque loco, impietatem sancirent, cunctosque caput inclinare cogerent, ac Ecclesiæ inconcissam tunicam in multas partes secarent, atque illis, qui nostra subsannant iisque detrahunt, amplam gaudii segetem ministrarent?

ΙΓ'. Ἀλλὰ γὰρ οὐ πολὺ τὸ ἐν μέσῳ, καὶ Σέργιος ὁ τῆς κακοδοξίας σπορεύς, ἡ πολυκέφαλος ὕδρα, τὸν τῇδε βίον διέξεισιν, ὅλον ἑαυτῷ τὸν τῆς δίκης τρυγίαν ἐκεῖσε ταμιευσάμενος· Πύῤῥον δὲ τῷ ἐκείνου θρόνῳ Ἡράκλειος ἐγκαθίστησι, τῆς ἐναντίας ὄντα καὶ τοῦτον καὶ μοίρας καὶ δόξης, καὶ τὰ ἴσα τῷ ἀπελθόντι πρεσβεύοντα. Ἐπεὶ δὲ καὶ αὐτὸς Ἡράκλειος μετ' ὀλίγον τὸν βίον διέστρεψε, Κωνσταντῖνος ὁ τούτου υἱὸς ἐπὶ τῶν σκήπτρων καθίσταται· ὃν καὶ Πύῤῥος κατὰ σκαιότητα τρόπων, σὺν ἅμα καὶ Μαρτίνῃ ἐκείνῃ γυναικὶ φαύλῃ καὶ πρᾶξαι τὸ κακὸν ἐπικαιροτάτῃ, φαρμάκῳ ἀνελὼν, παρὰ δόξαν τὸν ἐκείνης υἱὸν Ἡρακλωνᾶν οὕτω προσονομαζόμενον, πρὸς τὴν βασιλείαν ἀντιμεθίστησι· καλά γε ὁ ἀρχιερεὺς δρῶν, καὶ τῆς αὐτοῦ πραότητος ἄξια. Ἀλλὰ τὸν Ἡρακλωνᾶν ἡ σύγκλητος μυσαχθεῖσα, θᾶττον μετακινεῖ τῆς ἀρχῆς, ἐν ταυτῷ καὶ τὸν δυσσεβῆ Πύῤῥον, σὺν τῇ ὁμοτρόπῳ Μαρτίνῃ τῆς βασιλίδος ἀπελασάμενοι· καὶ τέως ὁ γεννάδας ταύτην τίνει τὴν δίκην, θρόνου τε καὶ πόλεως ἐξωσθείς, ἀνθ' οὗ τὸν ἄδικον φόνον ἐσκαιωρήσατο. Βασιλεύει δὲ τότε Κώνστας, ὁ τοῦ ἀναιρεθέντος Κωνσταντίνου υἱός· προχειρισάμενος οὗτος καὶ Παῦλον τῆς Βυζαντίδος ἐπίσκοπον, ὑποθάλποντας δὴ καὶ αὐτὸς [ὑποθάλποντα καὶ αὐτὸν] τὸ ἀλόγιστον ἐκεῖνο δόγμα καὶ μονοθέλητον. Ἀλλὰ γὰρ ἐπανιτέον ἡμῖν πάλιν πρὸς τὰ τοῦ θείου Μαξίμου, ὃν καὶ ὁ λόγος ἡμῖν ὑπέθετο ἐνεστήσατο, εἰ καὶ περὶ ἄλλα τὴν διήγησιν ἔτρεψεν, ὧν δὴ καὶ αὐτῶν ὡς ἀναγκαίων μνησθῆναι ἐν ἀρχῇ καθυπέσχετο.

B

C

XIII. *Pyrrhus Sergii successor. Constantinus, Heraclii filius : a Pyrrho et Martina noverca veneno sublatus.* — Non multum interim interjectum tempus excurrerat, cum pravæ sator opinionis Sergius (hydra illa multorum capitum) humanis rebus migrat, plena sibi ultionis fæce ævo illo reposita. In hujus demortui locum successor Pyrrhus ab Heraclio mox datus est : qui et ipse contrariæ tum partis tum opinionis exsisteret; eademque ac decessor sentiret ac doceret. Quia vero ipse quoque Heraclius brevi vivis sublatus est, ejus filius Constantinus rerum potitur. Quo ipso Pyrrhus, per insignem morum sævitiam ac pravitatem, una cum Martina scelestissima femina, et ad omne nefas paratissima, veneni haustu exstincto, extra omnem opinionem ejus filium Heracleonem nomine illius loco imperii sceptris admovit : dignum plane episcopo facinus, ac quod ejus [xj] congruat lenitati. Cæterum Heracleonem exsecratus senatus, non multo post in ordinem cogit, unaque impium Pyrrhum cum Martina iisdem moribus atque indole femina, urbe regia ejicit. Hancque interim audax ille ac thraso pœnam luit, sede pariter urbeque ejectus; eo scilicet nomine, quod nefandam eam cædem perpetraverit. Interim vero Constans, sublati Constantini filius, imperii summam capessit. Is Paulum Byzantinum episcopum præficit, qui et ipse ab omni abhorrens ratione, ac quod unam doceat voluntatem, dogma animi foveret. Enimvero iterum revertamur oportet ad enarrandas D. Maximi res, quem etiam oratio sibi argumentum constituit, etsi ad alia vertit narrationem, quorum ipsorum (quippe necessariorum) ingerendam mentionem jam initio in se receperat.

ΙΔ'. Ὡς οὖν τῇ Ῥώμῃ φοιτῆσαι διὰ τὴν ἐπιπολάσασαν τῇ Κωνσταντινουπόλει κακοδοξίαν, ὁ ἱερὸς οὗτος ἀνὴρ εἵλετο, καθά μοι καὶ ἀνωτέρω δεδήλωται, πρῶτα μὲν τοῖς ἐν Ἀφρικῇ ἐπισκόποις συγγίνεται κατὰ πάροδον· οἷς καὶ λόγους προθεὶς τοὺς οἰκείους, καὶ γλῶσσαν τὴν τὰ θεῖα πελαγίζουσαν ἐπαφεὶς, βεβαιοτέρους τε περὶ τὴν πίστιν καθίστα, καὶ ὅπως ἂν ἔχοιεν τὰς τῶν ἐναντίων διαδιδράσκειν λαβάς, καὶ λόγους αὐτῶν τοὺς σοφιστικοὺς ὑπεκβαίνειν, ἐδίδασκε μάλα καὶ ὑπετίθει. Ἤδει γὰρ ὁ εὐσύνετος, ὅτι πολλῆς ἡμῖν δεῖ τῆς ἐμπειρίας καὶ τῆς διαλέξεως, εἴγε μέλλοιμεν βάλλειν τοὺς ἀντιτεταγμένους, καὶ πᾶν αὐτῶν καθαιρεῖν ὕψωμα, κατὰ τῆς ἀληθοῦς ἐπαιρόμενον γνώσεως. Διὰ τοῦτο παντὶ τρόπῳ ἐκείνους παρέθηγε· συνεκρότει, λόγοις ἤλειφε πρὸς ἀνδρείαν, γενναιοτέρου ἐνεπίπλα φρονήματος. Εἰ

XIV. *Maximi in Africam profectio atque opera. Concilia Africana in Monothelitas incentore Maximo.* — Cum itaque vir iste sanctissimus ob exstantem lateque fusum Constantinopoli errorem, Romam proficisci animo constituisset, uti etiam in superioribus a nobis ostensum est : primum quidem quasi per transennam ac iter agens, in colloquium cum episcopis Africanis venit : suosque eis sermones adjiciens, atque linguam divinis affluentem doctrinis immittens, firmiores in fidei negotio reddidit : quave ratione adversariorum strues evadere possent, ac sophisticos illorum sermones eludere, docuit ac instituit. Noverat enim vir solertissimus, multa nobis peritia opus dicendique vi ac disputandi, si modo adversarios dejecturi simus, eorumque omnem sublimitatem extollentem [2] se ad-

[1] Psal. xiii, 2. [2] II Cor. x, 5.

Digitized by Google

versus veram scientiam destructuri. Quapropter omni opera et modo eorum animos incitabat, confovebat, ad fortitudinem sermonibus animabat, robustiore spiritu sensuque adimplebat. Quanquam enim sedis prærogativa præcellerent, sapientia tamen et intelligentia minores longeque inferiores erant; ut ne reliquam viri virtutem dicam, et in omnibus clarissimi nominis præstantiam. Quocirca etiam ejus libenter sermonibus cedebant, monitisque aliis ac consiliis, quorum tanta esset utilitas, nulla contradictione dicto audientes erant. Etenim vitam in eo spectabant a sæculi usu longe semotam ac eximiam; dicendi copiam ac ubertatem: ex cujus ore non stillæ quædam, sed flumina ipsa prope manarent, prudentiam denique [xij] ac reliquam animi speciem indolemque, cui nihil prorsus æquale exsisteret. Quamobrem etiam, nedum qui cleri ordinem implebant, cunctique episcopi, sed et populus universique primores ac magistratus, toti prorsus ex eo pendebant, ac velut ex magnete suspensi erant; haud aliter in beatum virum affecti, ac aiunt affici ferri segmina ad eum, quem dicebam, magnetis lapidem; sive etiam ad Sirenas, quarum in fabulis mentio est, qui earum modulis capti erant. Quia vero tum fama pervaserat, Romanum antistitem episcoporum conventum coegisse, ut communi cum illis concilio absurdum dogma diris subjiceret, ipsi quoque ut idem præstarent, hortatore duceque ac doctore divino Maximo inducti sunt: nec ii modo, ac si qui ad Africam spectant, verum etiam quotquot insulas illis in oris positas incolebant; cuncti ad opus incitati, omnique diligentia præclarum exsequentes munus, quippe cum hi omnes eum magistrum et præceptorem, atque agendis strenue socium ac adjutorem haberent.

A γὰρ καὶ τῷ θρόνῳ ὑπερεῖχον, ἀλλὰ τήν γε σοφίαν καὶ σύνεσιν, ἐλάττους ἦσαν καὶ ἀποδέοντες· ἵνα μὴ τὴν ἄλλην ἀρετὴν λέγω, καὶ τὴν ἐν ἅπασι τοῦ ἀνδρὸς εὐκλειαν. Ὅθεν καὶ λόγοις τε ἦσαν τοῖς ἐκείνου ὑπείκοντες, καὶ παραινέσεσιν ἄλλαις καὶ συμβουλαῖς οὕτω πολὺ τὸ ὠφέλιμον ἐχούσαις, ἀναντιῤῥήτως πειθόμενοι. Ἑώρων γὰρ ἐν τῷ ἀνδρὶ βίον μὲν ἀνωκισμένον καὶ ὑπερφυῆ, λόγον δὲ ἄφθονον καὶ πολὺν, καὶ οὐ κατά τινας ψεκάδας, ἀλλὰ κατὰ ποταμοὺς ῥέοντα· σύνεσιν δὲ καὶ τὴν ἄλλην κατάστασιν ἐν ψυχῇ, οὐδενὶ οὐδ' ὅλως παρισουμένην. Δι' ἃ πάντα, οὐχ ὅσον ἐν ἱερεῦσι καὶ ἐπισκόποις, ἀλλὰ καὶ ὅσοι τοῦ λαοῦ καὶ ὅσοι τοῦ πλήθους προτεταγμένοι, ἐκείνου τε ἦσαν ὅλοι δι' ὅλων ἐξηρτημένοι, καὶ αὐτοῦ οἷα μαγνήτιδος ἐκκρεμάμενοι· ταυτὸν πεπονθότες B πρὸς τὸν μακάριον, ὅ φασι πρὸς τὴν λίθον ἐκείνην τὰ σιδήρια· ἢ καὶ ὁ πρὸς τὰς μυθευομένας Σειρῆνας, οἱ τούτων τοῖς μέλεσιν ἐνισχημένοι. Ἐπεὶ δ' οὗτοι ἐπύθοντο τηνικαῦτα συνέλευσιν ἐπισκόπων τὸν Ῥώμης ἀθροίσαντα, ὡς ἂν κοινῇ σὺν αὐτοῖς τὸ ἔκτοπον δόγμα ἀραῖς ὑποβάλῃ καὶ ἀναθέματι· τοῦτο δὴ καὶ αὐτοὶ προτροπῇ καί εἰσηγήσει τοῦ θείου Μαξίμου πρᾶξαι προήχθησαν· οὐκ Ἀφρικὴ μόνον καὶ ὅσον περὶ ταύτην, ἀλλὰ καὶ εἴ τινες ἐν ἄλλαις ταῖς ἐκεῖ νήσοις, πρὸς τὸ ἔργον ἐπαχθέντες, καὶ σπουδῇ τὸ καλὸν δράσαντες· ὅτι δὴ καὶ ἅπαντες οὗτοι ἐκείνον εἶχον καὶ διδάσκαλον καὶ καθηγητὴν, καὶ τῶν πραττομένων συλλήπτορα.

XV. *Theodorus Joannis successor Rom. Pontifex. Pyrrhi secessus in Africam. Disputatio cum Maximo.*— Haud longi inde temporis emenso spatio, Joanne Romanæ urbis antistite ad Dominum migrante, ejus thronum Theodorus conscendit, non minus sedis successor, quam rectæ fidei hæres. Interim vero etiam Pyrrhus (quippe qui urbe regia ejectus esset) in Africam venit; congressusque cum beato Maximo, suos ei sermones proponit, vicissimque ex ejus excipit ore: quorum etiam amborum vicaria objecta responsaque, quanam modo ratione ex rei dignitate referre, aut ve viri sancti in singulis quibusque quæsitis, probabilem veroque nitentem solutionem, sive etiam Pyrrhi ad dicta singula victoria cadentis nutum assensumque, repræsentare queam? Pyrrhus quidem, ut quid validissimum et insolubile, uni Christo unam quoque inesse voluntatem opponebat, nec alio modo vere intelligi posse aiebat. Maximus contra, tum unum esse ratione personæ (seu hypostasi) reponebat, tum nihilominus duplicem in eo naturam, pariterque duplicem voluntatem distinguebat; idque validissime, et ut nihil opponi posset, probabat. Atque ille quidem rursus cum voluntatibus pari etiam numero volentes inferebat, absurdum absurdo nectens; sanctus vero ut quid immane [xiij] quantum alienum a ratione atque absonum consequenti ratione amoliebatur ac confutabat. « Si enim semel, aiebat, dederimus, cum voluntatibus

C ΙΕ'. Χρόνος τὸ ἀπ' ἐκείνου διῆει οὐχὶ συχνὸς, καὶ Ἰωάννης ὁ τῆς Ῥώμης πρόεδρος πρὸς Κύριον ἐξεδήμει· ἄνεισι δὲ πρὸς τὸν ἐκείνου θρόνον Θεόδωρος, οὐχ ἧττον τῆς προεδρείας, ἢ τῆς ὀρθοδοξίας διάδοχος. Ἐν τοσούτῳ δὲ καὶ Πύῤῥος, οἷα τῆς βασιλίδος ἀπελαθεὶς, καταλαμβάνει τὴν Ἀφρικὴν, καὶ τῷ θείῳ Μαξίμῳ συγγίνεται, λόγους τοὺς οἰκείους αὐτῷ προβαλλόμενος, καὶ τοὺς παρ' ἐκείνου δεχόμενος· ὧν καὶ ἀμφοτέρων πρὸς πεύσεις καὶ ἀντιῤῥήσεις ἰόντων, πῶς ἂν ἐπὶ τοῦ παρόντος ἀξίως, ἢ τὴν τοῦ ἁγίου μετὰ τοῦ πιθανοῦ καὶ τῆς ἀληθείας ἐν ἑκάστῳ προβλήματι παραστήσαιμι λύσιν, ἢ τὴν τοῦ Πύῤῥου πρὸς ἕκαστον τῶν λεγομένων ἧτταν καὶ συγκατάθεσιν; Ὁ μὲν γὰρ, ὥς τι τῶν ἀμάχων καὶ δυσεκλύτων, ἓν εἶναι τῷ ἑνὶ Χριστῷ προὐβάλλετο καὶ τὸ θέλημα, καὶ οὐκ ἂν φησιν ἄλλως ἔχειν D τὴν ἐπ' ἀληθείας κατάληψιν· ὁ δὲ, καὶ ἕνα τοῦτον καθ' ὑπόστασιν ἀνθυπέφερεν· ἀλλά γε καὶ τὸ διπλοῦν διῄρει τῶν φύσεων, αἷς συνδιῃρεῖτο καὶ τὰ θελήματα· καὶ τοῦσο ἰσχυρῶς ἄγαν καὶ ἀναντιῤῥήτως ἐδείκνυ. Καὶ ὁ μὲν αὖθις τοῖς θελήμασι καὶ τοὺς θέλοντας συνῆγεν, ἀτόπῳ συνδέων τὸ ἄτοπον· ὁ δ' ὅσιος, τοῦτο μὲν ὡς ἐκτόπως παράλογον ἀπέτρεπεν ἐκ τοῦ ἀκολούθου καὶ ἤλεγχεν. « Εἰ γὰρ δοθῇ, φησὶ, τοῖς θελήμασι συνεισάγεσθαι καὶ τοὺς θέλοντας (αὐτοῖς γὰρ τοῖς τῆς μακαρίας γλώσσης χρήσομαι λόγοις), πάντως καὶ τοῖς θέλουσι τὰ θελήματα κατὰ τὴν εὔλογον ἀντιστροφὴν συνεισαχθήσεται·

Digitized by Google

καὶ εὑρεθήσεται, καθ' ὑμᾶς, τῆς ὑπερουσίου καὶ ὑπεραγάθου καὶ ἀρχικωτάτης θεότητος, διὰ μὲν τὸ ἓν αὐτῆς θέλημα, μία καὶ ὑπόστασις, κατὰ Σαβέλλιον· διὰ δὲ τὰ τρία πρόσωπα, τρία καὶ τὰ θελήματα· καὶ διὰ τοῦτο τρεῖς φύσεις, κατὰ Ἄρειον· εἴπερ, κατὰ τοὺς πατρικοὺς ὅρους καὶ κανόνας, ἡ διαφορὰ τῶν θελημάτων, καὶ φύσεων εἰσάγει διαφοράν. »

etiam inferri qui velint (iisdem enim ipsis beatæ illius linguæ verbis utar) plane etiam æqua ac probabili conversione, cum iis qui velint inferentur et voluntates: invenieturque vestro illo sensu ac argutatione, superessentialis et supra quam bonæ principalissimæque Deitatis, ratione quidem unius ipsius voluntatis, etiam una persona, ex Sabellii mente; ratione vero trium personarum etiam tres voluntates; atque adeo tres naturæ, quæ Arii sententia est (*a*); siquidem juxta Patrum definitiones atque regulas, voluntatum distinctio, etiam naturarum inducit distinctionem, atque altera alteri prope comes est. »

ΙϚ'. Καὶ τί ἂν τὰ καθ' ἕκαστα λέγοιμι τῶν τότε ῥηθέντων; ἃ καὶ ὑπόθεσιν ὅλην ἐνστησάμενος, μόλις ἂν συνηθείην πᾶσιν εἰς τέλος ἐπεξελθεῖν· οὕτω μακρᾶς οὔσης καὶ ποικίλης καὶ περινενοημένης, τῆς τούτων ἐπεξηγήσεως. Θὐκοῦν ἔξεστιν, ἐκεῖνο αὐτὸ τὸ πανηθὲν σύνταγμα τῷ ἁγίῳ διεξελθοῦσιν, ἐκ τοῦδε καταμαθεῖν ἀκριβέστερον, καὶ τοῦ ἁγίου τὴν μετὰ συνέσεως καὶ λογισμῶν ἐπικαιροτάτων πεῦσιν ἐν ἅπασι καὶ ἀπόκρισιν, καὶ τοῦ Πύῤῥου τὸ ἐν προτάσεσιν ἀσυνάρτητον καὶ μαχόμενον, ἢ μᾶλλον ἀσυλλόγιστον εἰπεῖν καὶ ἀνόητον· ὃς καὶ τοῖς ὅλοις ἐπειρητικῶς, βοῦν ἐπὶ γλώσσης, ὅ φασι, τίθεται, καὶ τοῦ οἰκείου λόγου καταγινώσκει ἀσθένειαν· ὃν καίτοι εἰς πολλὰ μορφώσας καὶ ποικίλας, καὶ πανταχόθεν εἴλιξας, οὐκ ἔσχεν ὅμως πρός τι τῶν κατὰ βούλησιν αὐτῷ συναιρόμενον. Ἀμέλει καὶ συγγνώμην ἐφ' οἷς ἔδρασεν ἐξαιτεῖται, δόγμα παρευθὺς τὸ οἰκεῖον καὶ μονοθέλητον, ἐγγράφως ἐξομοσάμενος, δοὺς καὶ τῷ Ῥώμης λιβέλλους· καὶ ὑπ' αὐτοῦ πῶς ἂν εἴποις δεχθεὶς ἀσμενέστατα. Ἀλλ' ὁ ἄφρων καὶ ἰσχυρῶς ἀνόητος, ὥσπερ οὐδενὸς ἐπ' αὐτὸν καινοῦ γεγονότος, ἐν Ῥαβέννῃ κύων ἐπὶ τὸν ἴδιον ἀνέτρεχεν ἔμετον. Ὅπερ καὶ εἰς ὦτα τῷ θείῳ Μαξίμῳ πεσὸν, καὶ αὐτῷ τῷ εἰρημένῳ προέδρῳ, κοινῇ συνελεύσει τὴν κατ' αὐτοῦ ψῆφον ἐκφέρουσιν, ὡς τι μέλος σεσηπὸς καὶ συνδιῆς ἀνίατον, τέλεον ἐκκόψαντες τὸν ἄθλιον καὶ ἀποβαλ[λ]όμενοι. Ὁ δὲ, καὶ οὕτω παθὼν, οὐδ' οὕτως ἔλιγεν ἀναιδείας, οὐδὲ τοῦ μεῖζον κατολοφυρῶσθαι· ἀλλ' ὁρμῇ αὐθαδεστέρᾳ, τῷ ἐν Κωνσταντινουπόλει καὶ αὖθις θρόνῳ ἐπιπηδᾷ, καὶ ἄθλον ἀσεβείας, τὴν ἀρχιερωσύνην λαμβάνει δεύτερον.

XVI. *Pyrrhus a Maximo victus : ejurata hæresi receptus. Idem ad vomitum reversus, dirisque devotus, sedem recipit.* — Quid vero necesse dicta tunc singula persequi, quæ vel sola in argumenti partem assumpta, omnia in finem explicare oratio nulla sufficiat; sic nimirum prolixa variaque, ac solerti ingenio composita, habitæ tunc disputationis tractatio. Possint itaque, qui illud ipsum opus, viro sancto elucubratum pellegerint, ex eo accuratius, tum ejus ipsius in omnibus cum prudentia solidissimisque rationibus conjunctas interrogationes responsionesque perdiscere, tum Pyrrhi inconsonas sibique ipsas pugnantes propositiones (seu potius ejus ipsius imprudentiam ac dementiam) advertere : qui et cunctis desperatis, quod parœmiæ est (*b*), bovem linguæ imponit, infirmumque sermonem suum ac rationem agnoscit. Quamvis enim multis efformans variansque ac undequaque versans, ad ea quæ animo constituta essent, nihil inde frugis ac quod conduceret, effecit. Denique etiam eo adactus, ut eorum quæ dicta illi essent, peteret veniam, confestim suum ipse dogma, uniusque voluntatis errorem, scripto ejurat, datis etiam libellis Romano pontifici, a quo ipso, supra quam dici possit, humanissime receptus fuit. Cæterum vir insipiens valdeque mentis inops, ac si nihil novi contigisset, Ravennæ constitutus, canis ad vomitum suum reversus est. Idque adeo, ubi in divini Maximi, ejusque, quem dicebam, sententiis, aures incidisset, communi conventu in eum sententiam ferunt, ac velut putre membrum prorsusque insanabile, miserum penitus exscindunt ac abjiciunt. Ille autem ne sic quidem eaque indicta mulcta, impudentior esse destitit, [xiv] magisque supercilium tollere · quinimo audaciore conatu in Constantinopolitanæ urbis sedem denuo irrumpit, ac impietatis præmio iterum episcopatum accipit (*c*).

ΙΖ'. Ἐπεὶ δὲ καὶ τὸν αἴτιον, ὅττις ἐστὶν, οὐκ ἠγνόει (καὶ πῶς γὰρ ἂν οὕτω λάμποντα πᾶσι καὶ ἐν ὑπαίθρῳ τὸν λόγον πυρσεύοντα;), σπουδῇ τὸν ὅσιον εἰσαχθῆναι προστάττει πρὸς τὰ βασίλεια· οἰόμενος ὡς εἰ τούτου κρατήσοι, καὶ πάντων τῶν ἄλλων ἔσται κρατῶν. Σὺν αὐτῷ δὲ καὶ τὸν τούτου μαθητὴν Ἀναστάσιον, μεθ' ἅμα τοῦ ὁμωνύμου τούτου καὶ ὁμοτρόπου, ὃς καὶ ἀποκρισιάριος τῆς κατὰ Ῥώμην Ἐκκλησίας ἐλέγετο· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Μαρτῖνον τὸν θειότατον σὺν ἐπισκόποις τῶν ἑσπερίων πλείοσι, θᾶττον ἐν Βυζαντίδι παρίστησι· τούτοις, οἷα εἰκὸς,

XVII. *Maximus cum Anastasiis et Martinus papa Byzantium adducti. Martini pœna et exsilium.* — Quod vero etiam auctorem quisnam esset, eum non latebat (quomodo enim nescire posset, qui sic clarum omnibus jubar, ac velut faculam in aperto, veritatis sermonem prætenderet?), cito virum sanctum in regiam induci jubet; hoc nempe reputans, fore ut, hoc superato, etiam reliquorum facile compos fieret. Cum eo autem ejus quoque discipulum Anastasium, ac cui idem nomen erat, parique morum honestate fulgebat, Anastasium alterum, qui

(*a*) Greg. or. 29 ; Damasc. de duabus vol., fere initio, etc.

(*b*) Erasm. chil. 1, cent. 7, 18.

(*c*) Gesta hæc Paulo jam patriarcha, ut ex Actis liquet.

Digitized by Google

et Romanæ Ecclesiæ apocrisiarius audiebat; quin et divinissimum Martinum cum non paucis occiduarum partium episcopis, sine mora in urbe Byzantio sibi sistit; in illos nimirum, ut par est, ob adversam sententiam gravius exasperatus. Verum quæ spectant ad Martinum pontificem, quantaque in eum homo impius debacchatus sit, sexcentis virum compluens verborum probris, verberumque dehonestans injuriis (o manus impias!) innocentem tormentis subigens, ac demum longissimo procul exsilio addicens (porro exsilii constitutus locus Chersona erat), paria quoque in ejus episcopos patrans; hæc, inquam, non satis interim per otium licet, ut quemadmodum gesta sunt, hic edisseram : qui videlicet ad res Maximi ac argumenti caput properem; multi vero forsitan illa, partim quidem jam dicturi sunt, partim etiam puto, dixerunt, honorem viro habentes, atque ejus vitam et gesta celebrantes. Nobis autem oratio, qualis tandem est, quæ instituti sunt exsequatur.

A διὰ τὸ τῆς γνώμης ἀντίξοον ἐμπικραινόμενος. Ἀλλὰ τὰ μὲν κατὰ τὸν ἱεράρχην Μαρτῖνον, καὶ ὅσα πρὸς τοῦτον πεπαρῳνήκει ὁ δυσσεβὴς, μυρίαις αὐτὸν πλύναις ταῖς ὕβρεσι καὶ αἰκίαις, ὢ χειρῶν ἀνοσίων! τὸν ἀθῷον τιμωρησάμενος, καὶ τὸ τελευταῖον ὑπερορίᾳ μακροτάτῃ καταδικάσας (Χερσὼν δ' ἦν αὐτῷ ὁ τῆς ὑπερορίας τόπος), τὰ ἴσα δηλαδὴ καὶ τοῖς αὐτοῦ δράσας ἐπισκόποις· ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὐ σχολὴ τέως ἐμοὶ καθὰ ἐπράχθη διεξελθεῖν, πρὸς τὰ τοῦ θείου Μαξίμου ἐπειγομένῳ· πολλοὶ δὲ ἴσως ἐκεῖνα, οἱ μὲν ἤδη ἐροῦσιν, οἱ δὲ καὶ εἰρήκασιν, οἶμαι, τὸν ἄνδρα τιμῶντες, καὶ τούτου τὴν πολιτείαν σεμνύνοντες· ἡμῖν δ', ὡς ὁ λόγος ἔχει, τὰ τοῦ σκοποῦ διίτω.

XVIII. *Maximi dura Byzantii susceptio, et carcer*, etc. — Jam itaque quomodo vir sacratissimus in scelestissimorum hominum manibus versaretur, ab eis comprehensus, et in eum intentis omnes oculis essent, videamus. Quibus primum occursibus ipsum accipiunt, qualive judicii forma præclari hi censores legumque administri, ejus negotium transigunt. Vix enim jam nave eductus Byzantium salutaverat, cum ad eum veniunt, quos eam in rem imperator destinaverat; homines scilicet ipso aspectu ingentem animo acerbitatem prodentes. Hi nempe sanctum procaciore ausu rapientes, cum nudis pedibus esset ac sine [xv] amiculo, vi, publice trahunt ducuntque, sequente pariter discipulo, ac rei facinus deplorante : porro autem cum in modum turpi pompa deductum, tenebricosa C quadam domuncula carcere includunt, ne facta quidem contubernalis monachi ac discipuli facultate. Post aliquot vero dies virum justum in palatium ducunt, præsidente universo senatu, cunctis in eum truculentis, plenisque furore oculis, conversis : hactenusque Sacellario, qui dignitate omnibus anteiret, ejus causam ac judicium committunt; viro scilicet expeditæ linguæ facilisque eloquii, ac qui sermones levi opera posset confingere : cui denique ad veritati fucum faciendum, dexteritate ac ingenio nullus secundus esset. Hinc quidnam mali omissum? quidve nequitiæ non pertentatum atque sceleris patratum? Nihil venerandam viri reveritus senectutem (cum prope jam octogenarium eo tempore ageret), non gratiam in ejus efflorentem vultu, non gestum habitumque gravitate compositum, non reliquum honestate ac modestia conditum animum; idque cum scelestissimus homo, nihil justi criminis aut rationis obtendere posset, pro ea severitate judicii : nec aliud, ut sic loquar, quam suam ipse ferocitatem morumque improbitatem ac morositatem ostenderet : ut quanquam tanta grassari impudentia visus est, frustra tamen omnia miscuerit, degeneri duntaxat malignitate palam deprehensus ac improbitate insignis. Verum singula tunc dicta gestaque, ac per calum-

B ΙΗ'. Ὡς οὖν λοιπὸν ὁ ἱερὸς οὗτος ἀνὴρ χερσὶν ἦν φονώντων συνειλημμένος, καὶ πρὸς αὐτὸν ἦσαν ἅπαντες ἐνορῶντες· ἴδωμεν ποίοις πρῶτον αὐτὸν δεξιοῦνται τοῖς ἀπαντήμασι, καὶ ποταπῇ κρίσει τὰ κατ' αὐτὸν οἱ καλοὶ οὗτοι διεξάγουσι θεσμοθέται. Ἅμα γὰρ τῷ προσοκεῖλαι τῇ Βυζαντίδι διὰ πλοίου ἤδη ἀναχθέντα, ἥκουσι πρὸς αὐτὸν οἱ παρὰ βασιλέως ἀποσταλέντες, ἄνδρες ἀπὸ μόνης τῆς ὄψεως πολλὴν ἐν τῇ ψυχῇ τὴν πικρίαν ἐμφαίνοντες· οἳ καὶ ἀναίδην τοῦ ὁσίου λαβόμενοι, ἀνυποδήτου καὶ δίχα ὄντος περικαλύμματος, εἷλκον βίᾳ τὴν ὁδὸν καὶ ἀπῆγον, συνεπομένου καὶ τοῦ μαθητοῦ, καὶ τοῖς ὁρωμένοις ἐπιστενάζοντος· ὃν δὴ καὶ ἀπαγαγόντες, πρός τι καθεῖρξαν ζοφῶδες δωμάτιον, μηδ' αὐτὸ μόνον, τῆς τοῦ μαθητοῦ μεταδόντες αὐτῷ συνοικήσεως. Καὶ δὴ καὶ ἡμερῶν διαγενομένων, ἄγουσι τὸν δίκαιον ἐν τῷ παλατίῳ, τῆς συγκλήτου ἁπάσης προκαθημένης, καὶ φόνιόν τι καὶ μανικὸν πρὸς αὐτὸν ἀποβλεπομένης· καὶ τέως μὲν τῷ Σακελλαρίῳ, πρώτῳ τὴν ἀξίαν τυγχάνοντι, τὴν κατ' αὐτοῦ ἐπιτρέπουσι δίκην· ἀνδρὶ δεινῷ μὲν εἰπεῖν· δεινῷ δὲ λόγους συμπλάσαι· κακουργῆσαι δ' ἀλήθειαν, πάντων οὐχ ἥκιστα δεινοτέρῳ. Ὅς, τί μὲν κακίας ἐνέλιπε; τί δὲ πονηρίας οὐκ εἴργαστο; μὴ γῆρας αὐτοῦ τὸ τίμιον αἰδεσθεὶς (περὶ γὰρ τὰ ὀγδοήκοντά που τότε ἐτύγχανεν ἔτη μικροῦ δέοντος), μὴ τὴν ἐπανθοῦσαν τῷ προσώπῳ χάριν, μὴ τὸ ἐν ἤθει κόσμιον, καὶ τὴν ἄλλην εὐπρεπῆ, καὶ σεμνοτάτην κατάστασιν· καὶ ταῦτ' ἔχων ὁ ἀδικώτατος, δίκαιον μὲν οὐδὲν οὐδ' εὔλογον ἐφ' οἷς ἔπραττεν ἐγκαλεῖν, D μόνην δ', ὡς εἰπεῖν, τὴν οἰκείαν ἐμφαίνων σκαιότητα, καὶ τὸ ἰταμὸν τοῦ τρόπου καὶ μοχθηρότατον· ὃς, εἰ καὶ τὰ τηλικαῦτα ὤφθη ἀναιδευόμενος, ὅμως γοῦν μάτην ἐφάνη πάντα κυκῶν· δύσνους μόνον ἐξελεγχθεὶς, καὶ τὴν πονηρίαν διασημότατος. Ἀλλὰ γὰρ τὰ καθ' ἕκαστα τῶν τότε ῥηθέντων καὶ πραχθέντων, καὶ οἷας τὰς συκοφαντίας τῷ ἀναιτίῳ προσῆψαν οἱ τῷ ψεύδει οἰόμενοι σκεπασθήσεσθαι, αὐτὸς ὁ καλὸς τοῦ ὁσίου μαθητὴς ἐπὶ μέρους διέξεισιν, ἐν ἰδίῳ ἐχθέμενος ὑπομνήματι· παρ' οὗ καὶ τῷ βουλομένῳ ἐξέσται πάντα διιέναι πρὸς ῥῆμα, καὶ ἀναμαθεῖν ἀκριβέστερον. Πλὴν οὐκ ἀπὸ σκοποῦ καὶ

Digitized by Google

ἡμῖν βραχέα ἀπ' ἐκείνων ἐρεῖν, καὶ τῷ παρόντι ἐνθεῖναι λόγῳ, ὡς ἂν μὴ ὦμεν παντελῶς τῶν τοιούτων μηδενὸς μεμνημένοι· καὶ ταῦτα μέλλοντες, οὐ κατὰ διήγησιν, ἀλλὰ κατ' ἐπιδρομήν, ὡς ἄν εἴποι τις, περὶ τῶν πεπραγμένων διεξελθεῖν.

A niam innocentis animi viro objecta, eique afflicta, cum in eis mendacium sibi præsidium tutum quæreret, præclarus ipse viri sancti discipulus per singula disserit, proprio hæc exsecutus commentario (*a*) : apud quem etiam licebit volenti omnia ad verbum perlegere ac accuratius discere. Haud tamen alienum ab instituto videatur, ut et nos ex illis pauca delibemus, atque huic orationi nostræ inseramus, ne nulla horum penitus facta mentione illi finem imponamus : cum præsertim non continua quasi narratione, sed velut desultorie cursimque, ut sic dicam, acta hæc perstricturi simus.

ιθ'. Ὡς οὖν ὁ δυσώνυμος ἐκεῖνος Σακελλάριος εἰς ὄψιν τὸν ἅγιον παρεστήσατο, λόγοις αὐτὸν τραχυτέροις καὶ ἀπειλαῖς εὐθὺς προκατασείειν ἤρχετο· ἄδικον καὶ προδότην, καὶ τοῖς βασιλεῦσιν ἐχθρόν, καὶ τὰ πάντων ἀποκαλῶν αἴσχιστα. Ὡς δ' ἐπύθετο οὗτος, ὅτου χάριν εἴη ταῦτα καταλέγων αὐτοῦ, καὶ τίς ἦν εἰργαστο προδοσίαν· τότ' ἐκεῖνος συμπλάττει διαβολὰς, ἃς ἐκεῖνον μόνον συμπλάσσειν εἰκὸς, παριστῶν ἐφ' ὁμολογουμένῳ τῷ ψεύδει καὶ μάρτυρας. Καὶ δὴ κατεφλυάρει τοῦ ὁσίου, ὡς εἴη πόλεις μεγάλας προδεδωκώς, Ἀλεξάνδρειαν φημὶ καὶ Αἴγυπτον καὶ Πεντάπολιν, τῶν ἡμετέρων μὲν, φησὶν, ἀποσπάσας ὁρίων, τοῖς δὲ Τῶν Σαρακηνῶν ἤδη προσθέμενος· ὧν καὶ τὰ μάλιστα εὔνουν αὐτὸν ἐκάλει, καὶ οἰκειότατον.

B

XIX. *Proditionis crimen per calumniam impactum Maximo.* — Ubi itaque nefandi ille nominis Sacellarius suo coram tribunali adhibuisset, cœpit statim asperiori sermone lacessere minasque incutere, injustum cum et proditorem, imperatorumque [xvj] inimicum et perduellem dictitans, atque omnia alia turpissima in eum jactans. Quo sciscitante, qua is gratia de illo hæc diceret ; quamve proditionem patrasset, mox ad calumniam vertit animum, eaque confingit, quæ par erat uni illi posse in mentem venire, reque exploratissime falsa testes producit. Sane vero deblaterabat in religiosissimum virum, magnas eum urbes prodidisse : Alexandriam scilicet et Ægyptum ac Pentapolim ; quas a nostris, inquit, abstraxisti finibus, ac Saracenorum ditionis fecisti (*b*) : quibus eum maxime bene velle aiebat, ac necessitudine conjunctissimum esse

κ'. Ὡς δὲ ταύτην αὐτοῦ τὴν σκαιωρίαν λόγῳ ἀναντιρρήτῳ ὁ ἅγιος ἀπεκρούσατο, συκοφαντίαν σαφῆ καὶ οὐδὲν ἄλλο οὖσαν δείξας (τί γὰρ αὐτῷ καὶ τῇ ἁλώσει τῶν πόλεων, αἷς μᾶλλον τὰ λυσιτελῆ ἐβούλετο;)· ἑτέραν ἀναισθὴς ἐτράπετο, ὀνείρους τινὰς πλάττων καὶ σκιὰς καὶ φαντάσματα· ἐν οἷς καὶ φωνῶν ἀπηχήσεις μειζόνων τε καὶ ἐλαττόνων, καὶ βασιλέων προσηγορίας, καὶ τῷ τῆς Ἑσπέρας μᾶλλον, ἢ τῷ τῆς Ἑῴας, τὴν τρανοτέραν φωνὴν ἐπαφιεμένην ἀπήχησιν· κατηγόρους κἀντεῦθεν, καὶ συκοφάντας ἐμφανίζων καὶ προβαλλόμενος. Ἐφ' ᾧ καὶ μᾶλλον ὁ ὅσιος ἐπιστενάξας, « Εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ μου, εἶπεν, ὅτι εἰς χεῖρας ὑμῶν παραδίδομαι, καὶ τοιούτοις αἰτιάμασι βάλλομαι· ὡς ἂν διὰ τῶν ἀκουσίων τουτωνὶ, τὰ ἑκουσίως μοι προστριβέντα ἀπαλιφῇ, καὶ κηλίδων τῶν ἐν τῷ βίῳ ἐμαυτὸν ἀποσμήξαιμι. Πλὴν ἵνα μικρὸν καὶ πρὸς ταῦτα ἀπολογήσωμαι, οὔτε ὀνειροσκόπος ἐγὼ, οὔτε ἐπιστήμων ὀνείρων· ὅτι μηδὲ σχολὴ ἐμοὶ τοῖς τοιούτοις καταφαντάζειν τὸν νοῦν. Ἐπεὶ δ' οὕτω μου κατηγορεῖν εἴλεσθε, ὡς καὶ μάρτυρας παριστᾶν· καὶ τούτους οὐ τοὺς εἰδότας, ἀλλὰ τοὺς παρὰ τῶν εἰδότων ἀκηκοότας, ὡς ἐκείνων, φατὲ, ἀπολελοιπότων τὸν βίον· διὰ τί μὴ ἀπ' ἀρχῆς, καὶ ἔτι περιόντων τῶν πρώτων, τὰς περὶ τῶν ὀνείρων ἀπῃτεῖτε εὐθύνας; Οὕτω γὰρ ἂν αὐτοί τε ἦτε πραγμάτων ἀπηλλαγμένοι, κἀγὼ ἂν εἰσεπραξάμην τὴν δίκην ἐφ' ὁμολογουμένοις τοῖς πράγμασιν. Ἀλλ', ὡς ἔοικεν, οὔτε ἡ ἀλήθεια οὕτως ἔχει, οὐθ' οἱ κατειπόντες ἡμῶν, τὸν ἐτάζοντα καρδίαν ἐν ὀφθαλμοῖς ἔθεντο. Μὴ γὰρ ἴδοιμι τοῦ ἐμοῦ δεσπότου καὶ Κυρίου ἐπιφάνειαν, μηδὲ Χριστιανὸς

C

XX. *De somniis quæstio habita, eorumque exsufflata calumnia.* — Ubi autem hanc illius pravitatem irrefragabili rationis vi vir sanctus propulsavit, manifestam calumniam, nec aliud quidquam certa probatione evincens (quid enim etiam Maximo capiendis urbibus, qui magis vellet quæ eis conducibilia essent?), aliam homo impudentissimus viam init; somnia quædam et umbras et spectra fingens; in iisque et vocum resultantes sonos majorum et minorum, regumque appellationes; atque Occidentis, quam Orientis, imperatori clariorem resonare vocem : hic quoque accusatores et sycophantæ in medium producti. Quare magis etiam ingemiscens religiosissimus vir : « Gratias ago Deo meo, inquit, quod in manus vestras traditus, ejusce generis criminibus reus agar; quo mirum in modum hisce involuntariis, ea quæ voluntate mihi commissa sunt, deleam, et ut vitæ meæ maculas abstergam. Verum ut his quoque paucis respondeam : Nec ad somnia respicio, nec conjector sum somniorum, nec per otium vacat ut his vanis animum occupem. Quoniam vero sic placuit accusare, ut et testes adduceretis eosque qui ipsi non noverunt, sed ab iis qui noverant dicta acceperunt; quod priores (ut dicitis) humanis jam sublati sunt; quid causæ est cur non a principio, et cum illi etiamnum vitæ superstites essent, somniorum rationem pœnasque expeteretis? Sic enim tum vos ipsi magno negotio ac molestia liberasssetis; tum ego explorata noxa atque crimine pœnas exsolvissem. Sed, ut vero simile

D

(*a*) Sunt hæc Collationes, quæ exstant et infra repræsento, cum Sirmondus ex Anastasii versione Latinas dedisset.

(*b*) Id forte, quod per religionis dissidia auctæ Saracenorum vires capta Ægypto, Cyro Alexandrino episcopo.

Digitized by Google

est, nec se veritas sic habet, nec mei accusatores ob oculos suos statuerunt eum qui corda scrutatur [3]. Ne enim videam Domini Herique mei conspectum, nec Christianus habear (quod enim mihi imprecer gravius aliud non [xvij], occurrit) si conflictum somnium aut vidi ego, aut mente informavi, vel cuiquam hominum narravi; eo scilicet tanquam insperato lucro delectatus. »

λογισθείην (οὐ γὰρ ἄλλο τι ἔχω ἐμαυτῷ ἐπαράσασθαι), εἰ τὸν συμπλασθέντα ὄνειρον, ἢ εἶδον ἐγὼ ἢ ἀνετυπωσάμην, ἢ ἄλλοις ἐξηγησάμην, ὡς ἐρμαίῳ δῆθεν τῷ πράγματι ἐφηδόμενος. »

XXI. Tertium deinde ei crimen inferunt, ubi secundi dicam confutatam viderunt : quod nec orationi inserendum putavi, tum quod omnem ipsum sponte sibi adimat fidem, tum quod puerile sit ac ridiculum. Quod itaque ne a quarta criminatione ac impostura præclari judices abstinendum sibi putaverunt, Gregorium quemdam inducunt, qui affirmaret dixisse Romæ sancti discipulum: « Nefas esse nec e ratione aut conveniens, ut imperator sacerdos appelletur, » tanquam nimirum hæc a magistro doctus esset. Verum ne in hoc quoque sancto viro defuit defensio : qui in faciem Gregorio obstiterit, certoque probaverit, alia esse quæ tunc dicta sunt, alia quæ nunc objiciantur. « Illo enim, inquit, Romam veniente, de Unione (*a*) sermo erat, hocque agebatur negotium, ut et nos typum reciperemus, quo dogma illud per multorum ora vulgatum sanciebatur ac promulgabatur. Ad hæc nimirum tum nobis et mista colloquia et habiti conventus, ea disceptantibus quæ conducibilia essent et quæ utilia arbitraremur. Quamobrem nec mea esse novi quæ nunc proferuntur, nec ejus qui in crimen vocatur, meus discipulus; quocum nihil unquam ejusmodi (Deo teste) contuli. Cæterum unum hoc dixisse, mihi ipse conscius sum meminique, non discipulo, sed utique ipsi Gregorio; quod ne ipse quidem impræsentiarum sit inficiaturus, nisi et ipse seipsum neget; sacerdotum magis esse quam regum et imperatorum dogmata definire, ac de illis quæstionem movere; quoniam his quoque concessum est et ungere, et manuum impositionem facere, seu ordinare, et panem offerre, et altari assistere, et quæcunque alia diviniora sunt ac sacratiora, divinique Christo auctore ritus atque muneris, peragere. Hæc tunc temporis locutus sum, et nunc etiam loquor. Horum me nomine, quisquis velit vel absolvat vel damnet. Neque enim homo, quantumvis omnium gravissima patiatur, injuste lædi ab hominibus potest.

Κα'. Εἶτα καὶ τρίτην αὐτῷ ἐπάγουσι κατηγορίαν, ὡς τὴν δευτέραν εἶδον ἐληλεγμένην· ἣν οὐδ' ἐνθεῖναι τῷ λόγῳ δέον ᾠήθην, τῷ πρὸς τῷ ἀπιθάνῳ καὶ παιδιώδη εἶναι καὶ καταγέλαστον. Ἐπεὶ δ' οὐδὲ τετάρτων λόγων καὶ ψευδολογιῶν οἱ καλοὶ ἀπέσχοντο δικασταὶ, εἰσάγουσί τινα Γρηγόριον, εἰρηκέναι λέγοντα ἐν Ῥώμῃ τὸν τοῦ ἁγίου μαθητὴν, μὴ ὅσιον εἶναι μηδ' εὔλογον, ἱερέα τὸν βασιλέα καλεῖσθαι· ἅτε παρὰ τοῦ διδασκάλου τοῦτο μεμαθηκότα. Ἀλλ' ὁ ἱερὸς ἀνὴρ, οὐδὲ πρὸς ταῦτα ἀπολογίας ἠπόρησεν, αὐτῷ κατὰ πρόσωπον Γρηγορίῳ ἀντικαταστὰς, καὶ δείξας, ἄλλα μὲν εἶναι τὰ τότε ὁμιληθέντα, ἄλλα δὲ τὰ νῦν προβαλλόμενα. « Καὶ ὅτι, φησὶν, ἐκείνῳ τὴν Ῥώμην καταλαβόντι, περὶ ἑνώσεως ἦν ὁ λόγος, καὶ τοῦ τὸ δεδέχθαι τὸν τύπον ἡμᾶς, δι' οὗ τὸ θρυλλούμενον δόγμα ἐτυποῦτο καὶ ἐπεγράφετο. Πρὸς ἃ δηλαδὴ καὶ ἡμῖν οἵ τε λόγοι ἦσαν καὶ ἀπαντῆ, τὰ συνοίσοντα ἑαυτοῖς διεξιοῦσι, καὶ ἃ λυσιτελῆ ἐνομίζομεν. Διὰ τοῦτο γοῦν οὔτε ἐμὰ οἷδα τὰ νῦν προφερόμενα, οὔτε τοῦ ἐνδιαβαλλομένου μαθητοῦ· ᾧτινι οὐδέν ποτε τοιοῦτον ἐπὶ Θεῷ μάρτυρι ἐκοινολογησάμην. Πλὴν τοῦτο μόνον σύνοιδα εἰρηκὼς (οὐ τῷ μαθητῇ, ἀλλ' αὐτῷ δήπου τῷ Γρηγορίῳ· ὅπερ οὐδ' αὐτὸς παντελῶς ἀρνηθείη, εἰ μὴ καὶ ἑαυτὸν τελείως ἀρνήσοιτο), ὅτι τὸ ὁρίζεσθαι περὶ δογμάτων καὶ ζητεῖν, ἱερέων μᾶλλον ἢ βασιλέων ἐστί. Ἐπεὶ καὶ τούτοις ἀνεῖται χρίειν, καὶ χειροθετεῖν, καὶ τὸν ἄρτον προσφέρειν, καὶ θυσιαστηρίῳ παρίστασθαι, καὶ ὅσα ἄλλα θειότερα πράττειν καὶ μυστικώτερα. Ταῦτα καὶ τότε ἐφθεγξάμην, καὶ νῦν φθέγγομαι. Ἐπὶ τούτοις ὁ βουλόμενος ἢ ἀφιέτω, ἢ κατακρινέτω· οὐ γὰρ ἂν ἀδικηθείη ἄνθρωπος παρὰ ἀνθρώπων, κἂν εἰ τὰ πάντων δεινότερα πείσοιτο. »

XXII. *De Anastasio Maximi discipulo.* — Exinde aqua illis hærente, ac cum, non haberent quid facerent, qui in mendacio spem ponerent [4]; justum quidem ex auditorio educunt; ejus vero discipulum Anastasium inducunt. [xviij] Hunc verbis minisque ac terroribus aggrediuntur, et ut magistro aliquid obloquatur, cogunt. Nempe hoc adigunt ut dicat molestiæ quidpiam Pyrrho fecisse, ac injuria virum violasse, tum, cum in colloquium cum eo venisset : nec scio quid hac sciscitatione falsiloqui homines struerent ac molirentur. Cum vero is, secus omnino ac exspectabant, respondisset, ac nedum nihil quidquam gravius illo usum esse, sed omni

Κβ'. Εἶτα μὴ ἔχοντές τι δρᾶσαι, οἱ τῷ ψεύδει τὴν ἐλπίδα τιθέμενοι, ἐξάγουσι μὲν τοῦ κριτηρίου τὸν δίκαιον, τὸν δὲ τούτου μαθητὴν εἰσάγουσιν Ἀναστάσιον· ὃν λόγοις καὶ ἀπειλαῖς ἐξεδειμάτουν, τοῦ διδασκάλου κατειπεῖν ἀναγκάζοντες· καὶ ὡς εἴη τὸν Πύῤῥον λελυπηκὼς, ὅτ' εἰς λόγους αὐτῷ συνεγένετο, εἰπεῖν ἐκβιάζοντες· οὐκ οἶδα ἀνθ' ὅτου τὸ τοιοῦτον οἱ ψευδολόγοι συσκευαζόμενοι. Ὡς δὲ τἀναντία ἢ αὐτοὶ προσεδόκων εἰρήκει καὶ Ἀναστάσιος, καὶ ὅτι οὐδὲν οὐμενοῦν οὐ μόνον τοῦτον λυπήσοι, ἀλλὰ καὶ τιμῇ τιμήσοι τῇ πάσῃ, καὶ οἷα εὔνουν δοκοῦντα φιλοφρονέστατα δεξιώσοιτο, πυγμαῖς αὐτὸν καὶ κονδύλοις κατὰ κεφαλῆς καὶ παρειῶν αἰκίσαντες, καὶ ταύτην

[3] Psal. vii, 10. [4] Isa. xxviii, 15.

(*a*) Unione Ecclesiarum sub forma typi, non voluntatum, ut male Morinus, et ex illo Baronius.

Digitized by Google

τῆς ἀληθείας εἰσπραξιν δεδωκότες, φρουρᾷ καὶ αὖθις ἐγκλεισθῆναι προστάττουσιν.

A honore cultuque hominem demeruisse, ac quasi qui bene in eum affectus videretur, humanissime accepisse, pugnis et colaphis in caput genasque cæsum, oppressa per eam vim veritate, in carcerem rursus compingi præcipiunt.

ΚΓ'. Ἄγουσι δὲ πάλιν πρὸς ἑαυτοὺς τὸν ὅσιον, ὥσπερ οὐκ ἀρκούμενοι τοῖς προλαβοῦσι, καὶ πεῖραν ἄλλην τῷ ἀπειράστῳ προσάγουσιν. Ἡ δὲ ἦν, ὡς εἴη στοιχῶν τοῖς τοῦ Ὠριγένους δόγμασι, καὶ τούτῳ ἐν ἅπασι συμφρονῶν. Ὡς δὲ θᾶττον τὴν σαθρὰν ταύτην καὶ εὐδιάλυτον κατηγορίαν διέλυσε, φάμενος σαφῶς, ὡς εἴη Θεοῦ κεχωρισμένος καὶ τῆς τῶν Χριστιανῶν μοίρας, ὁ τὰ Ὠριγένους φρονῶν, καὶ λόγους αὐτοῦ τοὺς ληρώδεις παραδεχόμενος· περὶ τοῦ Πύρρου ἐκ δευτέρου καὶ τῶν τότε λεχθέντων πυνθάνονται, προσωπεῖον ὑποδύντες χρηστότητος, ἢ εἰδότες, ἢ ἐπὶ καρδίαν θέμενοι. Εἶθ' ἑξῆς, καὶ ὅτῳ τρόπῳ τῆς τοῦ πατριάρχου κοινωνίας ἀπέρρηξε. Ἐφ' οἷς καὶ ἄλλας ἐν τῷ μεταξὺ πεύσεις καὶ ἐρωτήσεις προτεινάμενοι, καὶ τὸν παρ' αὐτοῖς προβαλλόμενον τύπον τιμᾶσθαι δέον ἰσχυρισάμενοι, οὕτω σφόδρα ὑπ' ἐκείνου βδελυττόμενον καὶ ἀτιμαζόμενον· καὶ ἁπλῶς ὅσα τοιοῦτοις ἐδόκει ἄφυκτά τινα, καὶ ταῖς ἀπαντήσεσι δύσληπτα παρενθέμενοι, καὶ μήτε ἐπειλῶν τῶν κατ' αὐτοῦ, μήτε ὕβρεων ἀποσχόμενοι· τέλος ὡς εἶδον ἑαυτοὺς ἡττωμένους ἐν ἅπασι, καὶ οἰκείας, τὸ τοῦ λόγου, πίλοις [*f* πτίλοις] ἁλισκομένους· τὸ συνέδριον λύσαντες, αὐτοὶ σπουδῇ πρὸς τὸν βασιλέα εἰσῆεσαν, τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἔνστασιν, καὶ τὸ ἐν λόγοις ἀήττητον προσαγγέλλοντες, καὶ ὅτι Μάξιμον οὐδεὶς ἂν πείσοι συνθέσθαι τοῖς ἡμετέροις, κἂν κολάζειν ἐπιχειροῖη.

B

C

XXIII. *Maximi iterata auditio. Depulsa Origeniani sensus calumnia. Quæstio de typo.* — Iterata igitur auditione sanctum sibi adhibent, quasi superioribus minus ex voto cessisset negotium; aliaque machina nullis machinis expugnabilem illius adoriuntur animum. Objectant ergo Origenis eum dogmata sequi, ejusdemque cum illo in omnibus sententiæ esse. Cumque is confestim imbecillum et ad diluendum facile crimen depulisset, palam asseverans, a Deo sejunctum esse, et a Christo ejusque ac Christianorum parte extraneum, qui Origenis sensum teneret, anilesque ac deliros illius reciperet sermones; de Pyrrho rursus, deque illis quæ tunc dicta essent, interrogant: lenitatis potius larvam induti, quam eam scientes, aut in corde positam habentes. Tum quærunt, ecquonam modo a patriarchæ se communione abruperit? Aliique interea hinc inde interrogatis responsisque propositis, quodque typum, quem proferrent, ac quem veneratione habendum sanctumque astruerent, eum ipse tantopere exsecraretur, spretimque haberet ac infamaret: omninoque quæcunque eis inextricabilia argumenta viderentur ac crimina, et quibus vix quidquam occurri posset, hæc intermiscentes, nec minis in eum contumeliisque abstinentes; tandem, ut viderunt se in omnibus illi impares, propriisque (ut aiunt) capi udonibus (*pennis, alis*) soluto conventu, imperatorem propere adeunt, viri renitentiam nuntiantes, invictamque ejus verborum ac rationum pugnacitatem. « Maximum, aiunt, nemo unquam adducat, satisque ei suadeat ut assensum nostris præbeat, vel si omnia in eum tormenta experiatur. »

ΚΔ'. Χρόνος τὸ ἀπ' ἐκείνου βραχὺς, καὶ ἀφικνοῦνται πρὸς αὐτὸν ἕτεροι, ἐμφρουρον ἤδη τυγχάνοντα· οἰόμενοι τάχα τῷ συχνὰ προσβάλλειν, καὶ λόγοις δεδίττειν μαλακωτέρῳ ἐντεύξεσθαι. Ἔφασκον δ' οἱ ἀφιγμένοι πρὸς τοῦ πατριάρχου ἐστάλθαι· οἳ καὶ ταῦτα, ὡς εἶχον, προὐτείναν τῷ ἁγίῳ· « Ποίας εἶ, φασὶν, ὦ οὗτος, Ἐκκλησίας; » αὐτοῖς γὰρ τοῖς ἐκείνων χρήσομαι ῥήμασι· « Βυζαντίου, Ῥώμης, Ἀντιοχείας, Ἀλεξανδρείας, Ἱεροσολύμων; Ἰδοὺ πᾶσαι μετὰ τῶν ὑπ' αὐτὰς ἐπαρχιῶν ἡνώθησαν. Εἰ τοίνυν εἶ τῆς Καθολικῆς καὶ αὐτὸς Ἐκκλησίας, ἑνώθητι, μήπως ξένην ὁδὸν τῷ βίῳ καινοτομῶν, πάθῃς ἅπερ οὐ προσδοκᾷς. » Πρὸς οὓς ὁ μακάριος πῶς ἂν εἴποις ἐπικαίρως καὶ συνετῶς ἀποκρίνεται· « Καθολικὴν Ἐκκλησίαν, τὴν ὀρθὴν καὶ σωτήριον τῆς πίστεως ὁμολογίαν, ὁ Κύριος εἶναι εἶπὼν, ἐπὶ τούτῳ καὶ Πέτρον καλῶς ὁμολογήσαντα, ἐμακάρισεν· ἐφ' ᾧ καὶ τὴν τοιαύτην οἰκοδομήσειν Ἐκκλησίαν, ὁ τῶν ὅλων Θεὸς ἀπεφήνατο. Πλὴν βούλομαι μαθεῖν τὴν ὁμολογίαν, ἐφ' ᾗ πᾶσα ἡ τῶν Ἐκκλησιῶν γέγονεν ἕνωσις· καὶ εἰ καλῶς τοῦτο γέγονεν, οὐδ' αὐτὸς ἀλλοτριοῦμαι.

D

XXIV. Haud longum tempus effluxerat, [xix] cum eum jam in carcere constitutum alii conveniunt: hoc forsitan reputantes fore, ut crebro congredientes ac verbis territantes, molliore eo uterentur. Venientes autem, missos se esse a patriarcha dicebant, atque hæc actutum sancto objectabant: « Cujusnam, heus tu, Ecclesiæ es (*a*)? Ipsis enim utar eorum verbis. « Ejus quæ Byzantii, Romæ, Antiochiæ, Alexandriæ, Hierosolymis est? En omnes cum provinciis eis subjectis unitæ sunt. Ergo, si et ipse Ecclesiæ catholicæ es, unionem cole, ne forte peregrinam novamque sæculo viam initians, quæ non exspectas, mala patiaris. » Ad quos vir beatus, quantum quid dicat opportune, quanta sollertia ac judicio, respondet: « Dominus, dum Ecclesiam, rectam ac salutarem fidei confessionem vocavit; eo nomine etiam Petrum præclara edita confessione beatum [5] prædicavit; super quem etiam universorum Deus pronuntiavit ædificaturum se ejusmodi Ecclesiam. Cæterum velim eam fidem nosse ac confessionem, super qua omnis Ecclesiarum facta est unio. Ac siquidem rite transactum negotium est, nec ego abhorrebo. »

[5] Matth. xvi, 18.

(*a*) Hæc ipse Maximus ad Anastasium suum discipulum. Exstant in Collect. Anast. post Collat.

Digitized by Google

XXV. *Una et duæ operationes Maximo confutatæ.* — Ad quem qui missi erant : « Quamvis eam in rem mandatum non habeamus, dicemus tamen ne quid tibi quo excuses sit reliquum. Duas dicimus operationes, ob distinctionem; unamque ob unionem. » Ad quos vir sanctus : « Duasne propter unionem unam effectam dicitis, an præter duas aliam? — Non, aiunt illi, sed duas unam ob unionem. » Respondit ille : « Omni sumus liberati negotio, qui nobis ipsis fidem nulla substantia confixerimus, ac Deum non vere exsistentem. Si enim in unam confundimus, quæ duæ sint, propter unionem, et rursus in duas dividimus, quæ una sit, propter distinctionem, nec unitas futura est, nec binitas (ut sic dicam) operationum; cum se illæ mutuo jugiter interimant, omnisque expertem operationis, cujus nativæ facultates sunt, ipsumque prorsus ne vere quidem ens aut exsistentem, reddant. Quod enim nullo ex natura motu inauferibili nullaque mutationis ratione alterabili, et qui in aliud transferatur, præditum est, omni substantia veraque entitate, ut est Patrum sententia, destitutum est; quippe cui desit operatio, quæ substantialiter ejus propria nota, vereque insigniens est. Hoc itaque ut dicam in animum inducere non valeo, nec a sanctis Patribus didici, ut ita confitear. Quod igitur vobis videtur, facite, penes quos rei summa ac potestas est. »

A

B

ΚΕ'. Πρὸς ὃν οἱ ἀπεσταλμένοι, « Κἂν οὐκ ἔχωμεν, εἶπον, περὶ τούτου κέλευσιν, ὅμως ἐροῦμεν, διὰ τὸ εἶναί σε παντελῶς ἀπροφάσιστον. Δύο λέγομεν ἐνεργείας διὰ τὴν διαφοράν, καὶ μίαν διὰ τὴν ἕνωσιν. » Ὁ δέ φησι· « Τὰς δύο, διὰ τὴν ἕνωσιν μίαν φατὲ γεγενῆσθαι, ἢ παρὰ ταύτας ἑτέραν; —Οὔ, φασὶν οὗτοι, ἀλλὰ τὰς δύο μίαν διὰ τὴν ἕνωσιν. — Ἀπηλλάγημεν, ἔφη, πραγμάτων, ἑαυτοῖς ἀνυπόστατον πίστιν, καὶ Θεὸν ἀνύπαρκτον πλάσαντες. Εἰ γὰρ εἰς μίαν συγχέομεν τὰς δύο διὰ τὴν ἕνωσιν, καὶ πάλιν εἰς δύο διαιροῦμεν τὴν μίαν διὰ τὴν διαφοράν, οὐκ ἔσται μονὰς οὔτε δυὰς ἐνεργειῶν· ὑπ' ἀλλήλων ἀναιρουμένων ἀεὶ, καὶ ποιουσῶν ἀνενέργητον, τὸν ᾧ προσπεφύκασι, καὶ παντελῶς ἀνύπαρκτον. Τὸ γὰρ μηδὲ μίαν ἔχων ἐκ φύσεως ἀναφαίρετον, καὶ μηδενὶ λόγῳ τροπῆς ἀλλοιουμένην καὶ μεταπίπτουσαν κίνησιν, πάσης οὐσίας ἐστέρηται, κατὰ τοὺς Πατέρας· οὐκ ἔχον ἐνέργειαν οὐσιωδῶς αὐτὸ χαρακτηρίζουσαν. Τοῦτο τοίνυν λέγειν οὐ δύναμαι, οὐδὲ ἐδιδάχθην ἐκ τῶν ἁγίων Πατέρων ὁμολογεῖν· τὸ δοκοῦν οὖν ὑμῖν οὖσιν ἐξουσιασταῖς, ποιήσατε. »

XXVI. *In Maximum dicta sententia. Maximi et sociorum exsilium.* — Cum vero non haberent quid [xx] contra hæc obmutirent, quod visum rerum dominis, illi inferunt; aiunt itaque : « Debere, qui, ut morem gerat induci nolit, anathemati subjici, abundeque morte luere, quæ illi decreta sit. » Ad quæ sic leni voce modesteque Maximus : « Quod de me a Deo definitum est ac prædestinatum, id impræsentiarum finem accipiat, quod in ejus gloriam, ante omne sæculum cognitam, cedat. » Verum hactenus, quæ lata eis sententia erat, exsequi differunt : inito vero consilio imperator et patriarcha (haud secus ac Pilatus et Judæi, dum mei Jesu causa ageretur), virum justum damnant exsilio : in oppidulum quoddam (*a*) Bizyæ nomine quam cito abducentes : simul etiam ejus discipulum Anastasium in locum immane quantum horridum, arentem, tenuem, ad imperii Romani extremam oram, solum deportant. Loco Perberis nomen, quod ita Barbaris nuncupatur. Nec mitiore sorte habitus, alter ipse Anastasius, Ecclesiæ Romanæ apocrisiarius, Mesembriam relegatus.

C

ΚΖ'. Οἱ δὲ μὴ ἔχοντες πρὸς ταῦτα ἀντειπεῖν, τὸ δόξαν τοῖς κρατοῦσι τούτῳ προσεπιφέρουσιν· ὡς εἴη, φάσκοντες αὐτὸν ἀναθέματι μὴ πειθόμενον ὑποβληθῆναι, καὶ θάνατον αὐτῷ τὸν ὁρισθέντα προσαπενέγκασθαι. Ὁ δὲ πράως οὕτω καὶ ταπεινῶς, « Τὸ τῷ Θεῷ, φησὶν, ὁρισθὲν ἐπ' ἐμοὶ, νῦν δέξοιτο πέρας, φέρον αὐτῷ δόξαν πρὸ παντὸς ἐγνωσμένην αἰῶνος. » Ἀλλὰ τέως μὲν ἀναβάλλονται τὰ ἐξενηνεγμένα· συμβούλιον δὲ ποιησάμενοι βασιλεὺς ἅμα καὶ πατριάρχης, οὐδὲν ἧττον ἢ Πιλάτος καὶ Ἰουδαῖοι ἐπὶ τῷ ἐμῷ Ἰησοῦ, κατακρίνουσιν ἐξορίᾳ τὸν δίκαιον· ἐπί τι πολίχνιον, Βιζύη οὕτω καλούμενον, θᾶττον ἀπαγόμενοι· ἐν ταυτῷ δὲ καὶ τὸν μαθητὴν Ἀναστάσιον, εἴς τινα τόπον ἐκτόπως φαῦλον, καὶ τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς ἔσχατον, μόνον ἀπενεγκάμενοι (Πέρβεις οὕτω πως γλώσσῃ βαρβάρῳ ὁ τόπος ὠνόμασται)· τὰ ἴσα δηλαδὴ καὶ τῷ αὐτοῦ δράσαντες συνωνύμῳ, τῷ τῆς Ῥώμης ἀποκρισιαρίῳ φημί.

XXVII. Non paucis interim interjectis diebus, ad virum sanctum in exsilio positum, missi Theodosius ille Cæsariensis episcopus, itemque Paulus alterque Theodosius (*b*), consulari ambo dignitate fulgentes. Hi quoque multos diversosque beato viro sermones obtendunt : partim blanditiis agentes, partim vero minas adhibentes; partim etiam audiendi studio interrogantes; quæ ipsa per singula narrata declarat, uti a me superius dictum est, quem præclarus Anastasius in eam rem commentarium edidit. Haud vero forsitan importunum videatur, nos quoque pauca quædam ex illis commemo-

D

ΚΖ'. Καὶ δὴ ἡμερῶν συχνῶν διαγενομένων, πέμπουσιν ἐν ἐξορίᾳ πρὸς τὸν ἅγιον Θεοδόσιον ἐκεῖνον τὸν Καισαρείας ἐπίσκοπον, καὶ Παῦλον καὶ Θεοδόσιον ἕτερον, τὴν τοῦ ὑπάτου ἀμφοτέρους περικειμένους ἀξίαν· οἱ καὶ αὐτοὶ, πολλοὺς μὲν καὶ ποικίλως τῷ μακαρίῳ προὔτειναν λόγους· νῦν μὲν κολακεύοντες, νῦν δ' ἀπειλοῦντες· νῦν δὲ καὶ πρὸς τὸ πυθέσθαι διερωτῶντες. Ὧν καὶ τὴν ἀνὰ μέρος ὑφήγησιν, τὸ ἐκτεθὲν πρὸς τοῦ καλοῦ Ἀναστασίου, καθά μοι καὶ ἀνωτέρω εἴρηται, διεμφαίνει ὑπόμνημα. Οὐκ ἄκαιρον δὲ ἴσως καὶ ἡμῖν ὀλίγα καὶ ἀπὸ τούτων ἐρεῖν, ποιουμένοις κἀνταῦθα κατ' ἐπιδρομὴν τὴν διήγησιν.

(*a*) At nunc metropolim ep. sub arch. Heracl.

(*b*) In Collect. Anastasii, missus Theodosius ex persona Petri patriarchæ, reliqui duo ex persona imperatoris.

Digitized by Google

Οὕτω γὰρ ἂν μᾶλλον, τὸ ἐν πᾶσιν ἀνάλωτον τοῦ ἀνδρὸς καταμάθοιμεν, ὅτι καὶ πολλῶν ὄντων τῶν τινασσόντων, καὶ διασαλεύειν πολυτρόπως ἐπιχειρούντων, αὐτὸς οὐδὲν ἧττον ἀκλινὴς ἔμενε, στερρὸς ὢν, καὶ τὸ φρόνημα ἄτρεπτος.

A rare, ea methodo ut hic quoque quasi desultorie dicendis defungamur. Sic enim magis invictum in omnibus viri animum cognoscemus, quod nimirum multis eum pulsantibus, ejusque constantiam variis modis labefactare conantibus, ipse nihilominus inflexa firmitate manserit, robusto prorsus proposito stabilis, sensuque mentis indemutabilis.

ΚΖ'. Ἀλλὰ γὰρ ἴδωμεν οἷα οἱ ῥηθέντες οὗτοι τῷ ἁγίῳ προσφέρουσι. Τὰ κατ' αὐτὸν ὅπως ἔχοι, πρῶτον διαπυνθάνονται· φιλικὴν δῆθεν ταύτην, ἢ κολακικὴν μᾶλλον εἰπεῖν, τὴν πεῦσιν τούτῳ προσάγοντες. Ὡς δ' ἔφη οὗτος· « Καθὰ προεγνωσμένον τε καὶ προωρισμένον ἐστὶ τῷ προνοητικῷ τοῦ Θεοῦ τὸ περὶ αὐτὸν τῆς βιοτῆς πέρας, οὕτως δὴ καὶ ἔχοιμι· » αὖθις ἀντερωτῶσιν αὐτοί· « Τί τὸ προγνῶναι αὐτὸ, καὶ τί τὸ προωρίσθαι δηλοῖ, καὶ τί τὸ τῶν ἑκατέρων διάφορον. » Τοῦ δὲ φάντος, τὸ μὲν, τῶν ἐν ἡμῖν εἶναι, ἐννοιῶν τέ φημι, καὶ λόγων, καὶ ἔργων, τὸ προγνῶναι· ἐξ ὧν αἱ ἀρεταὶ καὶ αἱ κακίαι ἡμῖν ἐπεισίασι· τὸ δὲ, τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν, ἀλλὰ τῶν ἔξωθεν ἐπισυμβαινόντων ἀκουσίως, τὸ προωρίσθαι· ἐπιφορῶν τε δήπου παντοίων, καὶ ἄλλων κολαστικῶν τρόπων· καὶ ἁπλῶς περὶ ἑκάστου τούτων τοῦ θεοληπτικωτάτου διεξελθόντος· καὶ ποῖαι μὲν τῶν θλίψεων, δι' ἔκτισιν ἁμαρτιῶν, διελθόντος· ποῖαι δὲ διὰ δοκιμασίαν, ἢ καὶ οἰκονομίαν δικαίως ἡμῖν, καὶ ὡς οὐκ ἂν εἴποι τις ἄλλως, συμφερόντως ἐπάγοντα· ἐκεῖνοι τούτων τέως ἀφέμενοι, περὶ ὧν ἥκοντες ἦσαν ἀντεπῆγον τοὺς λόγους· πρὸς κοινωνίαν αὐτῶν, ἐκκαλούμενοι, καὶ ὧν ἔδρασαν, συγκατάθεσιν. Ὡς δὲ οὗτος τὴν γενομένην τῇ Ἐκκλησίᾳ ἀνθυπέφερε καινοτομίαν, καὶ τὴν τῆς πίστεως σύγχυσιν· τηνικαῦτα καὶ ὁ Καισαρείας Θεοδόσιος πρὸς διάλεξιν αὐτῷ ἐπισυνίσταται, καὶ ὡς οὐδὲν ἐναντίον παρὰ τοῖς πρεσβεύοιτο, οὐδ' ἔκφυλον καὶ τοῦ ὀρθοῦ λόγου ἀλλότριον, μᾶλα ἐνστατικῶς προὔφερε· τὴν ἐνέργειαν καὶ τὸ μονοθέλητον ἐκεῖνο θέλημα συγκροτῶν, καὶ ὑπερμαχόμενος.

XXVIII. Enimvero videamus quos viri jam dicti sancto viro sermones inferant. Ante omnia interrogant ut se res illius habeant, quasi amice, seu magis adulatorie, ex illo sciscitentur. Illo autem dicente, prout nimirum Dei providentia vitæ illi præscitus finis ac prædestinatus, seu præordinatus, sic nempe se habere : congeminata rursus interrogatione [xxj] quærunt, « Quid enim vero sibi velit præscire, quidve prædestinare sive præfinire ? » Ad quos ille : « Illud quidem eorum esse, quæ sita sunt in nostra potestate : cogitationum scilicet, verborumque et operum, nempe præscientiam, unde nobis virtutes vitiaque obveniunt : hoc autem, illorum esse quæ non sunt in nostra potestate (*a*), sed præter voluntatem extrinsecus accidunt, prædestinationem scilicet et præfinitionem : adversorum scilicet omnis generis casuum, et aliorum quibus pœnæ infliguntur. » Cumque omnino vir divino Spiritu plenissimus, horum singula sermone prosecutus esset, ac quantæ nobis ærumnæ obveniant ob peccatorum luendam pœnam, quanta vero mala probationis causa, seu etiam altiori quodam consilio juste nobis, et (ut nemo aliter dixerit) utiliter inferantur, dixisset ; illi, his hactenus omissis, de iis quorum causa venerant, sermones subjecerunt ; nempe provocantes ut communione iis jungeretur, atque his quæ gesta essent, assentiretur. Porro Maximo novationem, quæ Ecclesiæ facta erat, objectante, fideique confusionem ; tunc et Theodosius Cæsariensis ad disputandum cum eo accingitur. *nihilque* iis antiquæ adversum doctrinæ, nihilve peregrinum, atque a recta alienum fide doceri, *pugnaci* admodum animo contendebat, cum unam illam operationem ac voluntatem astrueret, eamque propugnaret.

ΚΘ'. Ἀλλὰ τὴν ἐν τοῖς τοιούτοις ἀτοπίαν ὁ ὅσιος διελέγξας, καὶ ὡς εἰ μία ἐνέργεια, φησὶν, δύο θεῖη ἐπὶ θεότητος λέγεσθαι καὶ ἀνθρωπότητος, συγχυθήσεται πάντως καὶ ὁ τῆς θεολογίας καὶ ὁ τῆς οἰκονομίας λόγος· καὶ τὸ ἄτοπον, τετρὰς ἔσται ἡ τριὰς, τῇ ὁμοφυῇ τῷ Λόγῳ γενέσθαι τὴν σάρκα· εἴπερ, κατὰ τοὺς Πατέρας, « Ὧν οὐσία μία, μία ἔσται καὶ ἐνέργεια. » Ἀλλὰ μὴν καὶ τὰ γνωριστικὰ καὶ συστατικὰ τῆς τε θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος ἀφαιρεθήσεται, ἢ καὶ εἰς τελείαν ἑκατέρα χωρήσει ἀνυπαρξίαν· τῷ μήτε μίαν, μήτε δύο τὰς ἐνεργείας ἢ τὰς θελήσεις, ἐξὸν ἢ νοεῖσθαι ἢ λέγεσθαι κατὰ τοὺς ὑμετέρους τούτους λόγους, καὶ τὴν καινὴν δογματοποιίαν· καὶ πολλὰ ἕτερα τῷ λόγῳ προσθεὶς, ὥσπερ ἀπορήσας ὁ Θεοδόσιος, « Ἀλλὰ τὸ δι' οἰκονομίαν, φησὶ, γεγενημένον οὐ δέον ὡς κύριον δόγμα λαμβάνειν, καθὰ καὶ

XXIX. Cæterum ubi vir sanctus, quæ in eis contineretur, absurditatem arguisset, atque probasset, si una operatio, duæ in Deitate atque humanitate dici ponantur, fore omnino ut et theologiæ et dispensationis doctrina (Trinitatis scilicet fides et incarnationis) confundatur : ac quod longe absurdissimum est, Trinitas, quaternitas sit ; ea scilicet ratione, quod caro ejusdem ac Verbum naturæ facta esset ; siquidem, ut Patrum sententia est : quorum una substantia est, horum una erit et operatio. Quin etiam, ut intereant quæ divinam humanamque insigniunt et constituunt naturam, sive ut utraque in nihilum prorsus cedat, quod nimirum, ut ita belle comminiscimini, novoque confingitis dogmate, neque una, neque duplex operatio aut voluntas, vel intelligi possit, vel dici : multisque

(*a*) Sic quoque Nem., Damasc. ac Græci alii quasi de illis, quæ Deus nobiscum faciat, et quæ sine nobis.

Digitized by Google

aliis ejus generis illi disputatis, velut jam animi au- A νῦν ὁ παρ' ἡμῶν προτεινόμενος τύπος, οἰκονομικῶς
ceps Theodosius, atque illi hærente [xxij] aqua : « At, γεγένητο, ἀλλ' οὐ δογματικῶς. » Τοῦ δὲ ὁσίου,
inquit, quod certa indulgentia ac dispensatione ge- « Οὔτ' εὔλογον, οὔτε δίκαιον ταῖς τοιαύταις καινοτο-
stum est, non ut dogma proprium accipiendum est ; μίαις συμφέρεσθαι, ὑπειπόντος, καὶ ὡς ψευδοδιδα-
quemadmodum et quem modo protendimus typum, σκάλων τὸ τοιοῦτον καὶ ἀπατεώνων, οἷς οὐδὲ πεί-
dispensationis ratione certaque indulgentia, at non θεσθαι χρή, ἀλλ' ἐκκλίνειν, ὡς ἐγχωροῦν, καὶ ἀπο-
dogmatis sanciendi causa, editum fuerat. » Cumque διίστασθαι, ἵνα μὴ καὶ δόξωμεν κακόν τι τῆς τούτων
vir sanctus subjecisset, « nec rationi consonum συνουσίας παραπολαύειν· » ἐννεοὶ ὥσπερ ἐπὶ τοῖς
esse, nec vero æquum ejus generis novitatibus λαληθεῖσιν οὗτοι γενόμενοι, σιγῶντες ἦσαν ἐφ' ἱκα-
animum accommodare ; remque esse ac facinus νοῦ, καὶ τὰς κεφαλὰς κάτω κύπτοντες.
falsorum magistrorum atque impostorum, quibus
nullo modo deceat morem gerere, ac quos totis vi-
ribus cavere necesse sit et aversari, ne quid mali ac labis ex eorum nobis consuetudine videamur
asciscere, » stupore quodam correpti judices, ex iis quæ audierant, ac attoniti, prono in terram ca-
pite ac cernui, diu silentium tenuerant.

Β'. Τοιγαροῦν τῇ εἰκοστῇ τετάρτῃ τοῦ Αὐγούστου μηνὸς τῆς νυνὶ παρελθούσης τεσσαρεσκαιδεκάτης ἐπινεμήσεως, ἐξῆλθε πρὸς αὐτὸν ἐν ᾗ παρεφυλάττετο ἐξορίᾳ, τουτέστιν ἐν κάστρῳ Βιζύης, ὁ προρηθεὶς ἐπίσκοπος Θεοδόσιος, ὡς εἶπεν, ἐκ προσώπου Πέτρου τοῦ πρέσβυ Κωνσταντινουπόλεως πεμφθείς· καὶ Παῦλος καὶ Θεοδόσιος οἱ ὕπατοι, ὡς εἶπον καὶ αὐτοί, ἐκ προσώπου βασιλέως πεμφθέντες· καὶ ἀνελθόντες πρὸς τὸν εἰρημένον μοναχὸν Μάξιμον, ἐν ᾧ τόπῳ ἀπεκέκλειστο, ἐκάθισαν, καὶ ἐπέτρεψαν καὶ αὐτὸν καθῆσαι, συνόντος αὐτοῖς δηλονότι καὶ τοῦ ἐπισκόπου Βιζύης. Καὶ λέγει πρὸς αὐτὸν Θεοδόσιος ὁ ἐπίσκοπος· Πῶς ἔχεις, κῦρι ἀββᾶ; ΜΑΞ. Ὡς προώρισεν ὁ Θεὸς πρὸ πάντων τῶν αἰώνων τὴν περὶ ἐμὲ προνοητικὴν διαξαγωγήν, οὕτως ἔχω. ΘΕΟΔ. Τί οὖν; πρὸ παντὸς αἰῶνος περὶ ἑκάστου ἡμῶν ὥρισεν [προώρισεν] ὁ Θεός; ΜΑΞ. Εἴπερ προέγνω, πάντως καὶ προώρισε· ΘΕΟΔ. Τί ἐστιν αὐτὸ τὸ, Προέγνω, καὶ Προώρισεν; ΜΑΞ. Ἡ πρόγνωσις τῶν ἐφ' ἡμῖν ἐννοιῶν καὶ λόγων καὶ ἔργων ἐστίν· ὁ προορισμὸς δὲ τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν συμβαινόντων ἐστί. ΘΕΟΔ. Ποῖά ἐστι τὰ ἐφ' ἡμῖν, καὶ ποῖα τὰ οὐκ ἐφ' ἡμῖν; ΜΑΞ. Ὡς ἔοικε, πάντα γινώσκων ὁ δεσπότης μου, δοκιμαστικῶς διαλέγεται πρὸς τὸν δοῦλον αὐτοῦ. ΘΕΟΔ. Μὰ τὴν ἀλήθειαν τοῦ Θεοῦ, ἀγνοῶν ἠρώτησα, καὶ μαθεῖν θέλων τὴν διαφορὰν τῶν ἐφ' ἡμῖν, καὶ οὐκ ἐφ' ἡμῖν· καὶ πῶς τὰ μὲν ὑπὸ τὴν πρόγνωσιν τοῦ Θεοῦ ὑπάρχουσι· τὰ δὲ, ὑπὸ τὸν προορισμόν εἰσιν. ΜΑΞ. Ἐφ' ἡμῖν ἐστι τὰ ἐκούσια πάντα, τουτέστιν ἀρεταὶ καὶ κακίαι· οὐκ ἐφ' ἡμῖν δὲ, αἱ ἐπιφοραὶ τῶν συμβαινόντων ἡμῖν κολαστικῶν τρόπων, ἢ τῶν ἐναντίων. Οὔτε γὰρ ἐφ' ἡμῖν ἐστιν ἡ κολάζουσα νόσος, οὔτε ἡ εὐφραίνουσα ὑγιεία· καὶ αἱ ποιότητες καὶ αἱ τούτων (a) αἰτίαι. Οἷον ἐστὶν ἡ νόσου ἀταξία, ὥσπερ καὶ ὑγείας εὐταξία· καὶ βασιλείας οὐρανῶν αἰτία, ἡ τῶν ἐντολῶν φυλακή, ὥσπερ καὶ πυρὸς αἰωνίου, ἡ τούτων παράβασις. ΘΕΟΔ. Τί οὖν; διὰ τοῦτο θλίβῃ ἐν τῇ ἐξορίᾳ ταύτῃ, ἐπειδὴ ἄξιά τινα ἐποίησας ταύτης τῆς θλίψεως; ΜΑΞ. Παρακαλῶ ἵνα ὁ Θεὸς ταύτῃ τῇ θλίψει περιορίσῃ τὰς ἐκτίσεις ὧν ἥμαρτον αὐτῷ ἐν τῇ παραβάσει τῶν αὐτοῦ δικαιωτικῶν ἐντολῶν. ΘΕΟΔ. Οὐκ ἔστι δοκιμῆς ἕνεκεν ἐπαγομένη θλῖψις πολλοῖς; ΜΑΞ. Ἡ δοκιμὴ τῶν ἁγίων ἐστὶν, ἵνα φανερωθῶσι διὰ τῆς θλίψεως τῷ βίῳ τῶν ἀνθρώπων, αἱ περὶ τὸ φύσει καλὸν διαθέσεις αὐτῶν, αὐταῖς συνεχφαίνουσαι τὰς ἠγνοημένας πᾶσιν ἀρετὰς, ὡς ἐπὶ Ἰὼβ καὶ Ἰωσήφ. Ὑπὲρ μὲν γὰρ ἐπὶ φανερώσει τῆς κεκρυμμένης ἀνδρείας ἐπειράζετο· ὁ δὲ, ἐπ' ἐκφωνήσει τῆς ἁγιαστικῆς σωφροσύνης ἐδοκιμάζετο· καὶ πᾶς τῶν ἁγίων ἀκουσίως ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ θλιβεὶς, ἐπὶ τισὶ τοιαύταις οἰκονομίαις ἐθλίβετο, ἵνα διὰ τῆς ἀσθενείας τῆς συγχρωσμένης αὐτοῖς ἐπαχθῆναι, τὸν ὑπερήφανον καὶ ἀποστάτην περιπατήσωσι δράκοντα, τουτέστι τὸν διά-

nc forte veritatis inimici more solito huic contraria diffamantes, corda vestra conturbent.

II. Igitur nono Kalendas Septembris, ejus quæ jam lapsa est, indictionis, venit ad eum in exsilium, in quo positus servabatur (ad castrum scilicet Bizyæ) quem modo dicebam, Theodosius episcopus, ex persona (uti dicebat) Constantinopolitani præsulis [xlv] missus; Paulusque et Theodosius consules, ipsi quoque, ut fassi sunt, ex persona imperatoris directi. Ascendentesque ad eum, quem dixi, abbatem Maximum, quo loco reclusus erat, sederunt, eumque pariter sedere jusserunt. Aderat autem cum illis etiam episcopus Bizyæ. Et dicit ad eum Theodosius episcopus : Quomodo habes, domne abba ? MAX. Sicut prædestinavit Deus ante omnia sæcula certa mihi providentia transigendam vitam, sic habeo. THEOD. Ergone prædestinavit Deus ante omne sæculum, quid cuique nostrum futurum sit? MAX. Si præscivit, omnino etiam prædestinavit [18]. THEOD. Quid sibi hoc ipsum vult, Præscivit et, Prædestinavit? MAX. Præscientia est cogitationum sermonumque et operum, quæ in nobis sunt; prædestinatio vero est eorum quæ non posita in nobis eveniunt. THEOD. Quænam sunt quæ in nobis, et quæ non in nobis posita sunt? MAX. Ut videtur, cum sciat omnia dominus meus, explorando cum servo suo disputans sermone congreditur. THEOD. Per Dei veritatem, ignorans interrogavi, eoque animo ut noverim, quodnam sit discrimen eorum quæ in nobis, et quæ non in nobis posita sunt; et quomodo alia quidem sub Dei præscientiam, alia vero sub prædestinationem cadant. MAX. In nobis sunt omnia quæ voluntaria sunt, virtutes scilicet et vitia; non in nobis autem, quæ castigandis delictis mala eveniunt Deoque auctore inferuntur, atque his contraria. Non enim in nobis est, vel languor crucians, vel sanitas lætitiam præstans; tametsi in nobis sunt quibus illa conflantur. Puta, inordinata victus ratio causa est languoris; uti etiam eadem ordinata exque temperantiæ rationibus composita, est causa sanitatis. Regni item cœlorum causa, mandatorum custodia est; uti et ignis æterni, illorum transgressio. THEOD. Quid igitur? Ea causa est cur in hoc exsilio malis conflictaris, quod ærumna hac digna quædam perpetraveris? MAX. Rogo ut Deus ærumna hac circumscribat pœnas eorum, quæ illi deliqui, in transgressione justificantium illius mandatorum. THEOD. Nunquid non multis probationis causa est, quod malis appetuntur? MAX. Probatio sanctorum est, ut per ærumnam illataque eis mala, eorum animus circa id quod natura bonum est, mortalium vitæ innotescat, ac cum eo virtutes cunctis ignotæ una elucescant : uti se res in Jobo et Josepho habuit. [xlvi] Alter namque tentatus est, ut quæ occulta erat fortitudo splen-

[18] Rom. VIII, 29.

(a) Legit Anast., quem sequor, κἂν αἱ ποιητικαὶ τούτων.

Digitized by Google

desceret; alter vero probatus, ut sanctimoniæ castitatis celebrem laudem referret. Ac quisquis sanctorum in hoc sæculo iis malis, quæ non ex voluntate sunt, obnoxius fuit, ut iis esset obnoxius, ejusmodi aliqua dispensatio causa fuit; quo scilicet per infirmitatem quam illis evenire Deus permittebat, seu etiam cujus ipse eis auctor erat, superbum draconem ac desertorem conculcarent; nempe diabolum. Patientia enim probationis opus est in quolibet sanctorum [19]. THEOD. Per Dei veritatem bene dixisti : ac me commodo affectum confiteor; quærebamque semper in talibus vobiscum sermonem conferre. Quia tamen alia rei summa est ob quam ego pariter et domini mei futuri patricii (*a*) ad te venimus, tantaque locorum spatia peragravimus; rogamus te ut quæ a nobis proponenda sunt suscipias, orbique universo gaudium facias. MAX. Quænam hæc, domine, quisve ego sum, et unde, ut si his quæ mihi proponenda sunt assensum præbuero, gaudium facturus sim orbi universo? THEOD. Per veritatem Domini nostri Jesu Christi, quod tibi dicturus sum, ego et domini mei futuri patricii ex ore domini nostri patriarchæ audivimus, ac pii Dominatoris orbis. MAX. Amabo vos, domini mei, dicite quæ vultis, et quæ audistis.

A δολον. Ἡ γὰρ ὑπομονὴ, ἕοκιμῆς ἔργον ἐστὶν ἑφ' ἑκάστου τῶν ἁγίων. ΘΕΟΔ. Μὰ τὴν ἀλήθειαν τοῦ Θεοῦ, καλῶς εἶπας· καὶ ὁμολογῶ τὴν ὠφέλειαν· καὶ ἐζήτουν ἀεὶ ἐν τοῖς τοιούτοις συνδιαλέγεσθαι ὑμῖν· ἀλλ' ἐπειδὴ ἐπ' ἄλλῳ κεφαλαίῳ κἀγὼ καὶ οἱ δεσπόται μου οἱ μελλοπατρίκιοι (*a*) πρὸς σὲ γεγόναμεν, καὶ τοσαῦτα διαστήματα ἤλθομεν, παρακαλοῦμέν σε τὰ παρ' ἡμῶν προτεινόμενα δέξασθαι, καὶ χαροποιῆσαι πᾶσαν τὴν οἰκουμένην. ΜΑΞ. Ποῖα ταῦτά εἰσι, δέσποτα, καὶ τίς ἐγὼ, καὶ πόθεν εἰμὶ, ἵνα ἡ ἐπὶ τοῖς προτεινομένοις μοι συγκατάθεσις χαροποιήσῃ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην; ΘΕΟΔ. Μὰ τὴν ἀλήθειαν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἅπερ λέγω σοι, ἐγώ τε καὶ οἱ δεσπόται μου μελλοπατρίκιοι, ἐκ τοῦ στόματος τοῦ δεσπότου ἡμῶν τοῦ πατριάρχου καὶ τοῦ εὐ-
B σεβοῦς Δεσπότου τῆς οἰκουμένης ἠκούσαμεν. ΜΑΞ. Κελεύσατε, οἱ δεσπόται μου, εἰπεῖν ἅπερ βούλεσθε, καὶ ἅπερ ἠκούσατε.

III. THEOD. Rogat per nos imperator et patriarcha, ex te scire, quid causæ sit, cur non communices throno Constantinopolitano. MAX. Habetis super hoc procurationem in scriptis a piissimo imperatore vel a patriarcha? THEOD. Non debueras, domine, nobis fidem abnuere. Tametsi enim humilis sum atque tenuis, episcopus tamen audio, et isti domini mei pars senatus sunt : nec tui tentandi causa venimus; absit! MAX. Quovis tandem C modo ac causa ad servum vestrum veneritis, ego nulla tergiversatione, causam vobis ob quam non communico throno Constantinopolitano, aperiam. Cæterum, quanquam aliorum erat ex me ejus rei percontari causam, at certe vestrum non est, qui me certius eam noveritis.

Γ'. ΘΕΟΔ. Παρακαλεῖ ὁ βασιλεὺς καὶ ὁ πατριάρχης δι' ἡμῶν, μαθεῖν παρὰ σοῦ, διὰ ποίαν αἰτίαν οὐ κοινωνεῖς τῷ θρόνῳ Κωνσταντινουπόλεως. ΜΑΞ. Ἔχετε περὶ τούτου ἐπιτροπὴν ἔγγραφον παρὰ τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως, ἢ παρὰ τοῦ πατριάρχου; ΘΕΟΔ. Οὐκ ὤφελες, δέσποτα, ἀπιστῆσαι ἡμῖν. Κἂν γὰρ ταπεινός εἰμι, ἐπίσκοπος ἀκούω· καὶ οἱ δεσπόται μου συγκλήτου μέρος τυγχάνουσι· καὶ οὐκ ἤλθομεν πειράσαι σε· μὴ δῴη Θεός. ΜΑΞ. Οἱῳδήποτε τρόπῳ ἤλθατε πρὸς τὸν δοῦλον ὑμῶν, ἐγὼ χωρὶς πάσης ὑποστολῆς λέγω τὴν αἰτίαν δι' ἣν οὐ κοινωνῶ τῷ θρόνῳ Κωνσταντινουπόλεως. Πλὴν κἂν ἄλλων ἦν πρὸ ἐρωτᾶν με διὰ ποίαν αἰτίαν, ὑμῶν οὐκ ἔστι, τῶν γινωσκόντων ἀσφαλῶς πλεῖον ἐμοῦ τὴν αἰτίαν.

IV. Nostis quæ factæ sunt novitates a sexta indictione transacti circuli, cœptas ab Alexandria, per novem capitula a Cyro promulgata, qui nescio qua ratione ejus loci præsul exstitit; quæ ipsa a sede [xlvij] Constantinopolitana confirmata sunt : aliasque immutationes, necnon additamenta minuentiaque synodice a Sergio, Pyrrho, Paulo, Byzantinæ Ecclesiæ præsulibus, facta : quas videlicet novitates omnis orbis exploratas habet. Hæc causa D est, cur ego servus vester non communicem Ecclesiæ Constantinopolitanæ. Tollantur offendicula, a viris, quos dicebam, posita, una cum ipsis qui hæc posuerunt, quemadmodum ait Deus : *Et lapides e via disjicite* [20], planamque ac tritam, atque ab omni senticosæ hæreseos pravitate liberam Evangelii viam, qualem et inveneram, nullo hominum hortatore, ipseque ultro incedam. Quandiu autem de ipsis his offendiculis positis, iisque qui posuerunt, gloriantur Constantinopolitani præsules, nulla sit

Δ'. Γινώσκετε τὰς γενομένας καινοτομίας ἀπὸ τῆς ἕκτης ἐπινεμήσεως τοῦ διελθόντος κύκλου ἀρξαμένας ἀπὸ Ἀλεξανδρείας διὰ τῶν ἐκτεθέντων ἐννέα κεφαλαίων παρὰ Κύρου, τοῦ οὐκ οἶδα πῶς γεγονότος ἐκεῖσε προέδρου, τῶν βεβαιωθέντων ὑπὸ τοῦ θρόνου Κωνσταντινουπόλεως· καὶ τὰς ἄλλας ἀλλοιώσεις, προσθήκας τε καὶ μειώσεις, τὰς γενομένας συνοδικῶς ὑπὸ τῶν προεδρευσάντων τῆς τῶν Βυζαντίων D Ἐκκλησίας, Σεργίου λέγω, καὶ Πύρρου, καὶ Παύλου· ἅστινας καινοτομίας πᾶσα γινώσκει ἡ οἰκουμένη. Διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν οὐ κοινωνῶ, ὁ δοῦλος ὑμῶν, τῇ Ἐκκλησίᾳ Κωνσταντινουπόλεως. Ἀρθῶσι τὰ προσκόμματα τὰ τεθέντα ὑπὸ τῶν εἰρημένων ἀνδρῶν, μετ' αὐτῶν ἐκείνων τῶν θεμένων αὐτὰ, καθὼς εἶπεν ὁ Θεός· *Καὶ τοὺς λίθους ἐκ τῆς ὁδοῦ διαβλίψατε*, καὶ τὴν λείαν καὶ τετριμμένην, καὶ πάσης ἀκανθώδους αἱρετικῆς κακίας ἐλευθέραν ὁδὸν τοῦ Εὐαγγελίου, καθάπερ καὶ ἦν εὑρίσκων, ὁδεύω πάσης δίχα προτροπῆς ἀνθρωπίνης. Ἕως δὲ ἂν τοῖς

[19] Rom. v, 4. [20] Jerem. L, 26.

(*a*) Sic quoque Anast., *futuri patricii;* Morinus, *magnificentissimi*, quasi μεγαλοπατρίκιοι, fallentibus, puto, oculis.

Digitized by Google

τεθεῖσι προσκόμμασι, καὶ τοῖς τεθεικόσιν αὐτὰ σεμνύνωνται οἱ πρόεδροι Κωνσταντινουπόλεως, οὐδείς ἐστιν ὁ πείθων με λόγος ἢ τρόπος κοινωνεῖν αὐτοῖς.

ratio ac sermo, nullus modus, quo in consensum eorum communionis inducar.

Ε'. ΘΕΟΔ. Τί γὰρ κακὸν ὁμολογοῦμεν, ἵνα χωρισθῇς τῆς κοινωνίας ἡμῶν; ΜΑΞ. Ὅτι μίαν ἐνέργειαν ἐχόντες θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, συγχέετε τόν τε τῆς θεολογίας, καὶ τῆς οἰκονομίας λόγον. Εἰ γὰρ πεισθῆναι δεῖ τοῖς ἁγίοις Πατράσι, λέγουσιν, Ὧν ἡ ἐνέργεια μία, τούτων καὶ ἡ οὐσία μία· τετράδα ποιεῖτε τὴν ἁγίαν Τριάδα, ὡς ὁμοφυοῦς τῷ Λόγῳ γενομένης τῆς αὐτοῦ σαρκὸς, καὶ ἐκστάσης τῆς πρὸς ἡμᾶς καὶ τῆς αὐτὴν τεκούσης συγγενοῦς κατὰ φύσιν ταυτότητος.

V. THEOD. Quid enimvero mali confitemur, ut a nostra te communione abjunxeris? MAX. Quod nimirum dicendo unam deitatis et humanitatis Dei ac Domini nostri Jesu Christi operationem, theologiæ pariter ac dispensationis (Dei scilicet trini et Christi incarnati) doctrinam confunditis. Siquidem enim fides habenda Patribus est, dicentibus, Quorum una est operatio, eorum esse et unam substantiam; quaternitatem facitis sanctam Trinitatem, ut quod ejusdem ac Verbum naturæ ejus caro facta sit, atque a nostra ejusque Genitricis per naturam cognata identitate excesserit.

ς'. Καὶ πάλιν, ἀναιροῦντες τὰς ἐνεργείας, καὶ μίαν κυροῦντες θέλησιν θεότητος τοῦ αὐτοῦ καὶ ἀνθρωπότητος, ἀφαιρεῖσθε αὐτοῦ τὴν τῶν ἀγαθῶν διανομήν. Ἐὰν γὰρ ἐνέργειαν οὐδεμίαν ἔχῃ, κατὰ τοὺς τοῦτο θεσπίσαντας, δῆλον ὅτι, κἂν θέλῃ, ἐλεῆσαι οὐ δύναται, ἀφαιρεθείσης αὐτῷ τῆς τῶν ἀγαθῶν ἐνεργείας, εἴπερ ἐνεργείας ἀγαθῆς χωρὶς, οὐδὲν τῶν ὄντων ἐνεργεῖν ἢ πράττειν πέφυκεν.

VI. Et rursus: Qui operationes perimatis, unamque voluntatem deitatis et humanitatis statuatis, bonorum distributionem uni Christo aufertis. Nam si nullam habet operationem, juxta quod sanxerunt ejus auctores dogmatis, perspicuum est, vel si velit, non posse misereri, sublata illi bonorum operatione atque virtute; quippe cum citra illam, eaque desiderata, nulli rerum comparatum sit ut operetur aut agat.

Ζ'. Ἄλλως τε δὲ, καὶ τὴν σάρκα ποιεῖτε τῷ θελήματι συνδημιουργὸν πάντων τῶν αἰώνων, καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς, Πατρί τε, καὶ Υἱῷ, καὶ Πνεύματι· τῇ δὲ φύσει κτιστὴν, ἢ τὸ ἀληθέστερον εἰπεῖν, ἄναρχον τῇ θελήσει, ἐπείπερ ἡ θεία θέλησις ἀναρχός ἐστιν, ὡς ἀνάρχου θεότητος· τῇ δὲ φύσει πρόσφατον, ὅπερ πᾶσαν οἶδα ἄνοιαν ὑπερβαίνει μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀσέβειαν. Οὐ γὰρ λέγετε ἁπλῶς μόνον ἓν θέλημα, ἀλλὰ καὶ τοῦτο κενόν. Θείας δὲ θελήσεως, οὐδεὶς δύναται ἀρχὴν ἐπινοῆσαι χρονικὴν, ἢ τέλος, ἐπειδὴ μηδὲ τῆς θείας φύσεως, ἧς ἐστιν οὐσιώδης ἡ θέλησις.

VII. Præterea vero, etiam carnem una cum Patre et Filio, et Spiritu sancto, omnium sæculorum, et eorum quæ in eis sunt, creatricem facitis, eamdemque natura creatam statuitis, aut (quod dictu verius est) voluntate principii expertem (si quidem divina voluntas ipsa principii expers, quippe cum deitatis exsistat, cujus nullum principium sit), eamdemque natura recentem; quod nedum omnem dementiam, verum etiam omnem impietatem excedit. [xlviij] Non enim unam quovis modo dicitis voluntatem, sed hanc quoque divinam. Divinæ autem voluntatis nemo unquam initium temporis finemve excogitaverit: nam neque divinæ hæc nasci, cujus illa substantialis voluntas sit, quisquam sana mente ascripserit.

Η'. Πάλιν δὲ ἑτέραν εἰσάγοντες καινοτομίαν, ἀφαιρεῖσθε παντάπασι πάντα τὰ γνωριστικὰ καὶ συστατικὰ τῆς θεότητος καὶ τῆς ἀνθρωπότητος τοῦ Χριστοῦ, νόμοις καὶ τύποις θεσπίζοντες μήτε μίαν, μήτε δύο ἐν αὐτοῦ θελήσεις ἢ ἐνεργείας λέγεσθαι· ὅπερ ἐστὶ πράγματος ἀνυπάρκτου. Οὐδὲν γὰρ τῶν ὄντων, εἴτε νοερόν ἐστιν ἀφήρηται θελητικῆς δυνάμεως καὶ ἐνεργείας, εἴτε αἰσθητικὸν αἰσθητικῆς ἐνεργείας, εἴτε φυτικὸν, αὐξητικῆς καὶ θρεπτικῆς ἐνεργείας· εἴτε παντελῶς ἄψυχον, καὶ πάσης ἄμοιρον ζωῆς, τῆς καθ' ἕξιν λεγομένης ἐνεργείας καὶ ἐπιτηδειότητος. Καὶ δηλοῦσι πάντα τὰ οὕτως ὄντα, ἀντιληπτὰ τυγχάνοντα ταῖς τῶν αἰσθητικῶν αἰσθήσεσιν. Ἐνέργεια γὰρ τῶν τοιούτων, τὸ ὑποπίπτειν πάντως ὁράσεσι, διὰ τῆς ἰδίας ἐπιφανείας· ἀκοῇ, διὰ κτύπου· ὀσφρήσει, δι' ἀτμοῦ τινος προσφυοῦς· γεύσει, τισὶ χυμοῖς· καὶ ἁφῇ, διὰ τῆς ἀντιτυπίας. Ὥσπερ γὰρ ἐνέργειαν λέγομεν τῆς ὁράσεως τὸ ὁρᾶν, οὕτως καὶ τῶν ὁρωμένων τὸ ὁρᾶσθαι. Καὶ τὰ λοιπὰ πάντα κατὰ τὸν αὐτὸν θεωροῦμεν γινόμενα τρόπον. Εἰ τοίνυν οὐδὲν τῶν ὄντων ἐστὶ πάσης ἔρημον παντελῶς φυσικῆς ἐνερ-

VIII. Rursus vero aliam novitatem inducitis: nempe, omnes prorsus notas insignientes ac constituentes seu exhibentes ac repræsentantes Christi deitatis ac humanitatis aufertis, qui legibus ac typis sanciatis, neque unam, neque duas in eo dicendas voluntates aut operationes: quod ejus rei est, quæ nullam vere exsistentiam habeat. Nulla enim rerum, sive intelligens est, privata est voluntatis vi ac operandi; sive sentiens, sentiendi operatione; sive vegetabilis, augendi operatione et nutriendi; sive prorsus inanima est, omnisque vitæ expers, ea, quæ habitu dicitur, operatione ac aptitudine. Ostenduntque, quæ ita se habent omnia, ipsa ut percipiantur eorum sensibus quæ sensu vivunt, comparata. Talium namque operatio et virtus actusque in eo positus est, ut omnino subjiciantur: obtutibus, per externam speciem; auditui, per sonum; olfactui, per convenientem quamdam exspirationem et vaporem; gustui, per sapores quosdam; tactui, per qualitates obnitentiam quamdam facientes. Quemadmodum enim operationem

Digitized by Google

visus ejusque actum videre dicimus, sic et videri atque conspici, eorum quæ visu percipiuntur. Ac reliqua ad eumdem modum fieri conspicimus. Siquidem igitur nulla rerum omni prorsus operatione actuque deficitur; Dominus autem noster ac Deus (propitius esto, Domine) nulla præditus voluntate est aut operatione, in alterutro eorum ex quibus, et in quibus, et quæ ipse est, quomodo Dei cultores virique religiosi aut esse potestis, aut vocari, qui, quod colitis Numen, nullo modo volendi aut operandi facultate præditum dicatis? Clare enim ex sanctis Patribus didicimus, qui dicant (*a*) : *Quod enim nullam virtutem habet, neque est, neque aliquid est, neque ulla ejus omnino affirmatio est.*

A γείας· ὁ δὲ Κύριος ἡμῶν καὶ Θεὸς (ἱλάσθητι, Κύριε) οὐδεμίαν ἔχει φυσικὴν θέλησιν ἢ ἐνέργειαν καθ' ἑκάτερον τῶν ἐξ ὧν, ἐν οἷς τε καὶ ἅπερ ἐστί· πῶς δύνασθε ἢ εἶναι ἢ καλεῖσθαι θεοσεβεῖς, κατ' οὐδένα τρόπον ὑπάρχοντα θελητικὸν ἢ ἐνεργητικὸν, παρ' ὑμῶν προσκυνούμενον λέγοντες; Τρανῶς γὰρ ὑπὸ τῶν ἁγίων Πατέρων διδασκόμεθα, λεγόντων· *Τὸ γὰρ μηδεμίαν δύναμιν ἔχον, οὔτε ἔστιν, οὔτε τί ἐστιν, οὔτε ἔστί τις αὐτοῦ παντελῶς θέσις.*

IX. THEOD. Quod certa consilii ratione ac dispensando factum est, tu ne quasi fatum dogma acceperis. MAX. Si non est ratum dogma, eorum, qui recipiunt, qui sancit typus, lexque posita, ut nulla Domini dicatur voluntas aut operatio (quarum ablatio nihil esse nullaque substantia præditum indicat, cui hæc sublata sunt), quid causæ est cur me gentibus barbaris [xlix] et sine Deo absque honore tradideretis? Quamobrem decreto mihi exsilio Bizyam habitare damnatus sum, et conservorum meorum alter quidem Perberim, alter vero Mesembriam? THEOD. Per Deum qui me judicaturus est, et quando factus est, dixi, et nunc idipsum dico, male factum fuisse Typum et vulgi damno. Ut autem ederetur ratio fuit, alterna lis orthodoxorum altercantium super operationibus et voluntatibus: et ut omnes inter se pacem haberent, operæ pretium aliqui putaverunt, ut voces ejusmodi silerentur. MAX. Quisnam vero fidelis dispensationem recipiet, eas voces silentio damnantem, quas universorum Deus (*b*) per apostolos et prophetas atque doctores loquendas dispensavit? Ac videamus, magne domne, in quod malum exeat istud, quod tractamus, capitulum. Siquidem enim Deus in Ecclesia posuit, primum quidem apostolos, secundo prophetas, tertio doctores ad perfectionem sanctorum [21]; dicens in Evangelio apostolis, et per eos etiam iis qui illorum successores exsistunt: *Quod vobis dico, omnibus dico* [22]. Et iterum, *Qui recipit vos, me recipit* [23]; *et qui vos spernit, me spernit* [24]; manifestum est ac plane perspicuum, qui non recipit apostolos et prophetas atque doctores, sed spernit eorum voces, etiam Christum spernere.

Θ'. ΘΕΟΔ. Τὸ δι' οἰκονομίαν γενόμενον, μὴ λάβῃς ὡς κύριον δόγμα. ΜΑΞ. Εἰ μή ἐστι κύριον δόγμα τῶν δεχομένων, ὁ θεσπίζων τύπος καὶ νόμος μηδεμίαν λέγεσθαι τοῦ Κυρίου θέλησιν ἢ ἐνέργειαν, ὧν ἡ ἀφαίρεσις τὴν ἀνυπαρξίαν δηλοῖ τοῦ ταύτας ἀφῃρημένου, διὰ ποίαν αἰτίαν βαρβάροις ἔθνεσι καὶ ἀθέοις ἀπέδοσθέ με ἄνευ τιμῆς; Διὰ ποίαν αἰτίαν κατεκρίθην οἰκῆσαι Βιζύην, καὶ οἱ σύνδουλοί μου, ὁ μὲν Πέρβειρεν, ὁ δὲ Μεσημβρίαν; ΘΕΟΔ. Μὰ τὸν Θεὸν τὸν μέλλοντά με ἐτάσαι, καὶ ὅτε γέγονεν, εἶπον, καὶ νῦν τὸ αὐτὸ λέγω, ὅτι κακῶς γέγονεν ὁ Τύπος, καὶ ἐπὶ βλάβῃ πολλῶν. Πρόφασις δὲ γέγονε τὸ ἐκτεθεῖναι αὐτὸν, ἡ πρὸς ἀλλήλους τῶν ὀρθοδόξων περὶ θεληµάτων καὶ ἐνεργειῶν ζυγομαχία· καὶ διὰ τὸ πρὸς ἀλλήλους εἰρηνεῦσαι πάντας, συνεδόν τινες τὰς τοιαύτας κατασιγασθῆναι φωνάς. ΜΑΞ. Καὶ ποῖος πιστὸς δέχεται οἰκονομίαν κατασιγάζουσαν φωνὰς, ἅσπερ λαλεῖσθαι δι' ἀποστόλων, καὶ προφητῶν, καὶ διδασκάλων ὁ τῶν ὅλων Θεὸς ᾠκονόμησε; Καὶ σκοπήσωμεν, κῦρι ὁ μέγας, εἰς ποῖον κακὸν καταντᾷ ψηλαφούμενον τὸ κεφάλαιον τοῦτο. Εἰ γὰρ ὁ μὲν Θεὸς ἔθετο ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ, πρῶτον μὲν ἀποστόλους, δεύτερον προφήτας, τρίτον διδασκάλους πρὸς τὸν καταρτισμὸν τῶν ἁγίων· εἰρηκὼς ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ τοῖς ἀποστόλοις, καὶ δι' αὐτῶν καὶ τοῖς μετ' αὐτούς· *Ὁ ὑμῖν λέγω, πᾶσι λέγω.* Καὶ πάλιν· *Ὁ δεχόμενος ὑμᾶς, ἐμὲ δέχεται· καὶ ὁ ἀθετῶν ὑμᾶς, ἐμὲ ἀθετεῖ·* δῆλον ὅτι καὶ προφανὲς, ὡς ὁ μὴ δεχόμενος τοὺς ἀποστόλους, καὶ προφήτας, καὶ διδασκάλους, ἀλλ' ἀθετῶν αὐτῶν τὰς φωνὰς, αὐτὸν ἀθετεῖ τὸν Χριστόν.

B

C

D

X. Quin aliud quoque inspiciamus. Electos Deus apostolos et prophetas atque doctores suscitavit ad perfectionem sanctorum; diabolus vero pseudoapostolos et pseudoprophetas falsosque doctores contra pietatem electos excitavit, ut tum veterem legem tum evangelicam oppugnaret. Pseudoapostolos autem et pseudoprophetas ac falsos doctores hæreticos duntaxat intelligo, quorum doctrina, sermonesque ac rationes perversæ sunt. Quemadmodum igitur qui veros apostolos et prophetas atque

Ι'. Καὶ ἄλλο δὲ σκοπήσωμεν· Ὁ Θεὸς ἐκλεξάμενος, ἐξήγειρεν ἀποστόλους, καὶ προφήτας, καὶ διδασκάλους, πρὸς τὸν καταρτισμὸν τῶν ἁγίων· ὁ δὲ διάβολος, ψευδαποστόλους καὶ ψευδοπροφήτας, καὶ ψευδοδιδασκάλους κατὰ τῆς εὐσεβείας ἐκλεξάμενος ἐξήγειρεν, ὥστε καὶ τὸν παλαιὸν πολεμηθῆναι νόμον, καὶ τὸν εὐαγγελικόν. Ψευδαποστόλους δὲ, καὶ ψευδοπροφήτας, καὶ ψευδοδιδασκάλους μόνους νοῶ τοὺς αἱρετικούς· ὧν οἱ λόγοι καὶ οἱ λογισμοὶ διεστραμμένοι εἰσίν. Ὥσπερ οὖν ὁ τοὺς ἀληθεῖς ἀποστόλους, καὶ

[21] Ephes. IV, 11. [22] Marc. XIII, 37. [23] Matth. X, 40. [24] Luc. X, 16.

(*a*) Dionys. *De div. nom.*
(*b*) Moriu., *quas magnus apostolus, Paulus*, etc., nihil apte.

Digitized by Google

προφήτας, καὶ διδασκάλους δεχόμενος, Θεὸν δέχεται· οὗτος καὶ ὁ τοὺς ψευδαποστόλους, καὶ ψευδοπροφήτας, καὶ ψευδοδιδασκάλους δεχόμενος, τὸν διάβολον δέχεται. Ὁ τοίνυν συνεκβαλὼν τοὺς ἁγίους τοῖς ἐναγέσι καὶ ἀκαθάρτοις αἱρετικοῖς (δέξασθε λέγοντα τὴν ἀλήθειαν), τῷ διαβόλῳ προφανῶς τὸν Θεὸν συγκατέκρινεν.

A doctores recipit, Deum recipit, sic et qui pseudoapostolos et pseudoprophetas falsosque doctores recipit, diabolum recipit. Igitur qui pariter cum scelestis et impuris hæreticis sanctos ejicit (suscipite me qui dicam veritatem) (*a*), iis liquido Deum pariter cum diabolo condemnavit.

ΙΑ'. Εἰ τοίνυν γυμνάζοντες τὰς γενομένας καινοτομίας ἐν τοῖς ἡμετέροις χρόνοις, εἰς τοῦτο καταντούσας αὐτὰς εὑρίσκομεν τὸ ἀκρότατον κακὸν, ὁρᾶτε μήπως εἰρήνην προφασιζόμενοι, τὴν ἀποστασίαν εὑρεθῶμεν νοσήσαντες, καὶ κηρύττοντες ἣν πρόδρομον εἶπεν ἔσεσθαι τῆς τοῦ Ἀντιχρίστου παρουσίας ὁ θεῖος Ἀπόστολος. Ταῦτα χωρὶς ὑποστολῆς εἶπον ὑμῖν, δεσπόται μου, ἵνα φείσησθε ἑαυτῶν τι καὶ ἡμῶν. Κελεύετε ἵνα ταῦτα γεγραμμένα ἔχων ἐν τῇ βίβλῳ τῆς καρδίας, ἔλθω κοινωνήσων ἐνταῦθα κηρύττεται Ἐκκλησία· καὶ γένωμαι κοινωνὸς τῶν ἀληθῶς μὲν τὸν Θεὸν, δῆθεν δὲ τὸν διάβολον τῷ Θεῷ συνεκβαλλόντων; Μὴ γένοιτό μοι παρὰ τοῦ Θεοῦ, τοῦ δι' ἐμὲ γενομένου χωρὶς ἁμαρτίας. Καὶ βαλὼν μετάνοιαν εἶπεν· Ἐγὼ, εἴ τι κελεύετε εἰς τὸν δοῦλον ἡμῶν ποιῆσαι, ποιήσατε· ἐγὼ γὰρ ταῦτα δεχομένοις, οὐδέποτε γένωμαι συγκοινωνός.

XI. Cum igitur, examinando novitates quæ nostris temporibus factæ sunt, ad hoc eas summum malum evasisse inveniamus, videte, ne forte prætextæ pacis causa, defectione laborare inveniamur, [1] ac eam prædicare, quam beatus Apostolus dixit Antichristi adventui præire. Hæc confidentius vobis locutus [22] sum, ut vobis pariter nobisque pareatis. Vultis, ut qui ista in libro cordis scripta habeam, ei Ecclesiæ communicaturus veniam, in qua hæc prædicantur; flamque eorum socius, qui vere scilicet Deum, ac cum Deo diabolum pariter ejiciunt? Ne mihi a Deo contigerit, qui propter me mei similis, uno duntaxat excepto peccato, factus est. Et genu flexo, dixit: Quidquid in servum vestrum libet facere, facite. Ad me quod attinet, his, qui hæc recipiunt, nunquam sum communicaturus.

ΙΒ'. Καὶ ἀποπαγέντες ἐπὶ τοῖς λαληθεῖσι, κάτω βαλόντες τὰς κεφαλὰς ἐσίγησαν ἐπὶ ὥραν ἱκανήν· καὶ ἀνακύψας, καὶ τῷ ἀββᾷ Μαξίμῳ ἀτενίσας Θεοδόσιος ὁ ἐπίσκοπος, εἶπεν· Ἡμεῖς ἀντιφωνοῦμέν σοι, τὸν δεσπότην ἡμῶν τὸν βασιλέα, ὅτι σοῦ κοινωνοῦντος καυφίζει τὸν Τύπον. ΜΑΞ. Πολὺ ἀπεχόμεθα ἀπ' ἀλλήλων ἀκμήν· τί ποιοῦμεν περὶ τῆς συνοδικῶς βεβαιωθείσης φωνῆς, τοῦ ἑνὸς θελήματος, ἐπ' ἐκβολῇ πάσης ἐνεργείας ὑπὸ Σεργίου καὶ Πύρρου; ΘΕΟΔ. Ἐκεῖνος ὁ χάρτης κατηνέχθη καὶ ἀπεβλήθη. ΜΑΞ. Κατηνέχθη ἐκ τῶν λιθίνων τοίχων, οὐ μὴν ἐκ τῶν νοερῶν ψυχῶν. Δέξονται τὴν κατάκρισιν τούτων τὴν ἐν Ῥώμῃ συνοδικῶς ἐκτεθεῖσαν δι' εὐσεβῶν δογμάτων τε καὶ κανόνων, καὶ λέλυται τὸ μεσότοιχον, καὶ πρεσκοπῆς οὐ δεόμεθα. ΘΕΟΔ. Οὐκ ἐρρωται ἡ σύνοδος ἡ ἐν Ῥώμῃ, ἐπειδὴ χωρὶς κελεύσεως γέγονε βασιλέως. ΜΑΞ. Εἰ τὰς γενομένας συνόδους αἱ κελεύσεις τῶν βασιλέων κυροῦσιν, ἀλλ' οὐχὶ εὐσεβὴς πίστις. Δέξονται καὶ τὰς κατὰ τοῦ ὁμοουσίου γενομένας συνόδους, ἐπειδὴ κελεύσει βασιλέων γεγόνασι· φημὶ δὲ, τὴν ἐν Τύρῳ, τὴν ἐν Ἀντιοχείᾳ, τὴν ἐν Σελευκείᾳ, τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐπὶ Εὐδοξίου τοῦ Ἀρειανοῦ· τὴν ἐν Νίκῃ τῆς Θράκης, τὴν ἐν τῷ Σιρμίῳ· καὶ μετὰ ταύτας πολλοῖς ὕστερον χρόνοις, τὴν ἐν Ἐφέσῳ δευτέρου, ἧς ἐξῆρχε Διόσκορος· ὅλας γὰρ ταύτας, κέλευσις βασιλέων ἤθροισε, καὶ ὅμως πᾶσαι κατεκρίθησαν διὰ τὴν ἀθεΐαν τῶν κυρωθέντων ἀσεβῶς δογμάτων. Διὰ τί δὲ οὐκ ἐκβάλλετε τὴν καθελοῦσαν Παῦλον τὸν Σαμοσατέα ἐπὶ τῶν ἁγίων καὶ μακαρίων

XII. Obriguerunt ad hanc verborum constantiam, vultuque cernui ad longum satis tempus conticuerunt; levansque caput Theodosius episcopus, et oculis in Maximum abbatem intentis, dixit: Nos fide jubemus pro domino nostro imperatore, te communicante, sublatum iri (*b*) Typum. MAX. Multum adhuc distamus, nec parum inter nos refert. Quid faciemus de confirmata synodice unius voluntatis voce a Sergio et Pyrrho, ad eliminandam omnem operationem? THEOD. Charta deposita est et rejecta. MAX. Deposita est ex muris lapideis, non autem ex animis atque mentibus. Suscipiant horum damnationem, quæ Romæ per pia dogmata atque regulas synodice edita est (*c*), mediusque paries solutus est, nec ulla nobis opus erit exhortatione. THEOD. Non habuit robur, quæ Romæ celebrata synodus est, ut quæ injussu imperatoris habita est. MAX. Si habitas synodos imperatorum jussiones firmant, non autem pia fides, etiam synodos contra homoousion habitas suscipiant, quippe quæ principum jussione habitæ sint. Primam videlicet Tyri, secundam Antiochiæ, tertiam Seleuciæ, quartam Constantinopoli Eudoxio Ariano antistite, quintam Nicæ (*d*) Thraciæ, sextam Sirmii; et post has multo post secundam Ephesinam, cui Dioscorus præfuit. Omnes enim has, imperatorum jussio congregavit: omnes tamen damnatæ sunt, propterea quod impia dogmata irreligiose confirmarunt. Cur vero non eam abjicitis, quæ Paulum Samosa-

[22] II Thess. II, 3, 4.

(*a*) Mendosa, Morin.
(*b*) Non bene Morin., *leviorem factum iri*; Anast., *tollere*, qui verus sensus.
(*c*) Laterani Mart. I pontifice.
(*d*) Male Morin., *Nicææ*, quæ non Thraciæ, sed Bithyniæ.

Digitized by Google

tenum deposuit, sub sanctis ac beatis Patribus, Dionysio papa Romano et Dionysio Alexandrino atque Gregorio [Ij] miraculorum effectore, qui eidem synodo præfuit, quod imperatoris injussu celebrata sit? Quis præterea canon illas duntaxat synodos probandas statuit, quæ imperatoris jussione coactæ fuerint, aut omnino synodos omnes imperatoris jussione cogendas fore? Illas sane sanctas probatasque synodos novit pia Ecclesiæ regula, quas rectitudo dogmatum approbavit (*a*). Quin et sicut novit dominus meus atque alios docet, bis in anno per omnem provinciam celebrandas synodos ecclesiastica sancit regula, nulla regiæ jussionis mentione, ad salutaris fidei nostræ munimentum, ac emendationem omnium capitulorum quæ divinæ Ecclesiæ legi non congruunt.

A Πατέρων, Διονυσίου τοῦ πάπα Ῥώμης καὶ Διονυσίου τοῦ Ἀλεξανδρείας καὶ Γρηγορίου τοῦ Θαυματουργοῦ, τοῦ τῆς αὐτῆς ἁρξαντος συνόδου, ἐπειδὴ μὴ γέγονε κελεύσει βασιλέως; Ποῖος δὲ κανὼν διαγορεύει, μόνας ἐκείνας ἐγκρίνεσθαι συνόδους, τὰς κελεύσει βασιλέως ἀθροισθείσας, ἢ ὅλως κελεύσει βασιλέως πάντας τὰς συνόδους ἀθροίζεσθαι. Ἐκείνας οἶδεν ἁγίας καὶ ἐγκρίτους συνόδους ὁ εὐσεβὴς τῆς Ἐκκλησίας κανών, ἃς ὀρθότης δογμάτων ἔκρινεν. Ἀλλὰ, καθὼς οἶδεν ὁ δεσπότης μου, καὶ ἄλλους διδάσκει, δεύτερον γίνεσθαι σύνοδον κατὰ πᾶσαν ἐπαρχίαν τοῦ ἔτους ὁ κανὼν διηγόρευσε, κελεύσεως βασιλικῆς μηδεμίαν μνήμην πεποιημένος, ἐπ' ἀσφαλείᾳ τῆς σωτηριώδους ἡμῶν πίστεως, καὶ διορθώσει πάντων τῷ θείῳ τῆς Ἐκκλησίας νόμῳ μὴ συναινούντων κεφαλαίων.

B

XIII. THEOD. Ita est, ut asseris; dogmatum rectitudo, synodos approbat eisque robur adjicit. Verumtamen non recipis libellum Menæ, in quo unam Christi voluntatem et unam operationem docuit? MAX. Non det Dominus Deus. Vos non recipitis, sed ejicitis omnes doctores qui post sanctum concilium Chalcedonense adversus exsecrabilem Severi hæresim concertarunt, et ego recipere habeo libellum Menæ, qui post concilium fuit? quo palam Severo patrocinatur, et Apollinario et Macedonio et Ario et omni hæresi, sugillatque synodum; quinimo omnino rejicit, per ea quæ dogmatizavit. TH. Quid igitur, nullo modo admittis unam operationem? MAX. Ecquis probatorum Patrum unam operationem dicit? Et attulit Theodosius quæ ab eis subdititiæ auctoritates feruntur sanctorum Julii Romani, Gregorii Thaumaturgi et Athanasii, easque legit. MAX. Timeamus, quæso, Deum, nec ad iracundiam eum provocare velimus, ea ratione quod hæreticorum testimonia adducimus. Nemo enim est qui nesciat esse hæc impii Apollinarii. Ergo, si alia forsan habes, ostende. Quippe hæc proferendo, laborare vos vere impii Apollinarii et sodalium errore pravaque opinione, magis omnibus persuadetis. Profertque idem Theodosius episcopus duo testimonia nomine Chrysostomi; quibus lectis abbas Maximus ait: Hæc Nestorii sunt, qui duas in Christo personas vesane dogmatizavit. Moxque ira effervescens Theodosius, dixit: Domne monache, Satanas locutus est per effrene os tuum (*b*). MAX. Ne tristetur [Ij] dominus meus adversus servum suum. Sumensque statim ostendit ei easdem has voces esse Nestorii, et in quibus ejus libris positæ essent. THEOD. Deus novit, frater, hæc testimonia mihi patriarcha dedit: sed ecce, horum alia quidem dixisti Apollinarii esse, alia Nestorii. Productoque sancti Cyrilli testimonio, quod ait: *Unam et congenerem, per utramque demonstrans operationem*; dixit: Quid ad

C

ΙΓ. ΘΕΟΔ. Ὡς λέγεις ἐστίν· ἡ τῶν δογμάτων ὀρθότης ἐγκρίνει τὰς συνόδους· πλὴν οὐ δέχῃ τὸν λίβελλον Μηνᾶ, ἐν ᾧ μίαν θέλησιν καὶ μίαν ἐνέργειαν τοῦ Χριστοῦ ἐδογμάτισεν; ΜΑΞ. Μὴ δῷ Κύριος ὁ Θεός. Ὑμεῖς οὐ δέχεσθε, ἀλλ' ἐκβάλλεσθε πάντας τοὺς διδασκάλους, τοὺς μετὰ τὴν ἁγίαν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον, τοὺς ἀγωνισαμένους κατὰ τῆς τοῦ Σεβήρου μιαρίας· κἀγὼ ἔχω δέξασθαι τὸν λίβελλον Μηνᾶ, τοῦ γενομένου μετὰ τὴν σύνοδον; δι' οὗ συνηγορεῖ προφανῶς Σεβήρῳ, καὶ Ἀπολιναρίῳ καὶ Μακεδονίῳ καὶ Ἀρείῳ καὶ πάσῃ αἱρέσει, καὶ κατηγορεῖ τῆς συνόδου· μᾶλλον δὲ τελείως ἐκβάλλει, δι' ὧν ἐδογμάτισε. ΘΕΟΔ. Τί οὖν; ὅλως οὐ δέχῃ μίαν ἐνέργειαν; ΜΑΞ. Καὶ τίς λέγει μίαν ἐνέργειαν τῶν ἐγκρίτων διδασκάλων; καὶ ἦγαγε Θεοδόσιος τὰς ψευδωνύμως παρ' αὐτῶν περιφερομένας Ἰουλίου τοῦ Ῥώμης, καὶ τοῦ Θαυματουργοῦ Γρηγορίου, καὶ Ἀθανασίου τῶν ἁγίων χρήσεις, καὶ ἀνέγνω αὐτάς. ΜΑΞ. Φοβηθῶμεν δὴ τὸν Θεὸν, καὶ μὴ θελήσωμεν παροργίσαι αὐτὸν, ἐπὶ τῇ παραγωγῇ τῶν αἱρετικῶν χρήσεων. Οὐδεὶς ἀγνοεῖ ταύτας εἶναι τοῦ δυσσεβοῦς Ἀπολιναρίου. Εἰ μὲν ἄλλας ἔχεις, δεῖξον· ἐπεὶ ταύτας προφέροντες, πλεῖον πείθετε πάντας, ὅτι κατ' ἀλήθειαν Ἀπολιναρίου τοῦ δυσσεβοῦς, καὶ τῶν ὁμοφρόνων αὐτῷ κακοδοξίαν ἐνοσήσατε (*c*). Καὶ προφέρει ὁ αὐτὸς ἐπίσκοπος Θεοδόσιος, ἐπ' ὀνόματι τοῦ Χρυσοστόμου δύο χρήσεις, ἃς ἀναγνοὺς ὁ ἁββᾶς Μάξιμος ἔφη· Αὗται Νεστορίου εἰσὶ τοῦ νοσήσαντος ἐπὶ Χριστοῦ τὴν προσωπικὴν δυάδα. Καὶ εὐθέως θυμῷ ζέσας ὁ ἐπίσκοπος εἶπε· Κύριε μοναχὲ, ὁ Σατανᾶς ἐλάλησε διὰ τοῦ χαλινοῦ σου. ΜΑΞ. Μὴ λυπηθῇ ὁ δεσπότης μου πρὸς τὸν δοῦλον αὐτοῦ. Καὶ λαβὼν, εὐθέως ἔδειξεν αὐτῷ τὰς αὐτὰς φωνὰς οὔσας Νεστορίου, καὶ ἐν ποίοις λόγοις αὐτοῦ κειμένας. ΘΕΟΔ. Ὁ Θεὸς οἶδεν, ἀδελφὲ, τὰς χρήσεις ταύτας ὁ πατριάρχης μοι δέδωκε· πλὴν ἰδοὺ, τὰς μὲν Ἀπολιναρίου εἶπας· τὰς δὲ, Νεστορίου. Καὶ παραγαγὼν τὴν τοῦ ἁγίου Κυρίλλου χρῆσιν τὴν λέγουσαν· *Μίαν τε καὶ συγγενῆ, καὶ δι' ἀμφοῖν ἐπιδεικνὺς ἐνέρ-*

D

(*a*) Conc. Antioch., c. 20, et Chalc., c. 19.

(*b*) Morin., *per frenum tuum*. Malui sequi Anast., ac forte scriptum, ἀχαλινώτου στόματός σου.

(*c*) Legit Anast., ἐκαινοτομήσατε. Morin. ex Rom. cod. *innovasse*.

Digitized by Google

γειαν, εἶπε· Τί πρὸς ταῦτα λέγεις; ΜΑΞ. Εἰσί τινες δείξαντες αὐτὴν κατ' ἀλήθειαν κατὰ προσθήκην τεθεῖσαν ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ τοῦ Εὐαγγελίου, τῇ γενομένῃ ἐκ τοῦ ἁγίου τούτου Πατρὸς, ὑπὸ Τιμοθέου τοῦ Ἐλούρου. Ἔστω δὲ καθ' ὑμᾶς αὐτοῦ. Ἐξετάσωμεν τοίνυν τὴν διάνοιαν τῶν πατρικῶν φωνῶν, καὶ γνωσόμεθα τὴν ἀλήθειαν. ΘΕΟΔ. Τοῦτο οὐ συγχωρῶ γενέσθαι· ἁπλᾶς γὰρ τὰς φωνὰς ἀνάγκην ἔχεις δέξασθαι. [(a) ΜΑΞ. Εἰπέ μοι τὴν διαφοράν, ἰκέσιος γενόμενος, τῶν ἁπλῶν φωνῶν πρὸς τὰς ποικίλας. ΘΕΟΔ. Ἵνα ὡς ἔστι τὴν φωνὴν δέξῃ, καὶ μὴ ἐρευνήσῃς τὴν διάνοιαν αὐτῆς.] ΜΑΞ. Προφανῶς καινοὺς καὶ ξένους τῆς Ἐκκλησίας καὶ περὶ τῶν φωνῶν εἰσάγετε θεσμούς. Εἰ καθ' ὑμᾶς οὐ δεῖ ἐρευνᾶν τὰς φωνὰς τῶν Γραφῶν καὶ τῶν Πατέρων, ἐκβάλλομεν πᾶσαν τὴν Γραφὴν τὴν Παλαιὰν καὶ τὴν Καινήν. Ἠκούσαμεν γὰρ λέγοντος τοῦ Δαβίδ· *Μακάριοι οἱ ἐξερευνῶντες τὰ μαρτύρια αὐτοῦ, ἐν ὅλῃ καρδίᾳ ἐκζητήσουσιν αὐτόν*· ὡς μηδενὸς χωρὶς ἐρεύνης δυναμένου ἐκζητῆσαι τὸν Θεόν. Καὶ πάλιν· *Συνέτισόν με, καὶ ἐξερευνήσω τὸν νόμον σου, καὶ φυλάξω αὐτὸν ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου*· ὡς τῆς ἐρεύνης ἀγούσης ἐπὶ τὴν γνῶσιν τοῦ νόμου, καὶ τῆς γνώσεως πόθῳ πειθούσης τοὺς ἀξίους ἐν καρδίᾳ αὐτῶν φυλάξαι, διὰ τῆς πληρώσεως τῶν ἐν αὐτῷ κειμένων ἁγίων ἐντολῶν. Καὶ πάλιν· *Θαυμαστὰ τὰ μαρτύριά σου, διὰ τοῦτο ἐξηρεύνησεν αὐτὰ ἡ ψυχή μου*. Τί δὲ παραβολὰς καὶ αἰνίγματα καὶ σκοτεινοὺς λόγους ἐρευνᾶν ἡμᾶς βούλεται ὁ παροιμιακὸς λόγος; Τί δὲ ὁ Κύριος ἐν παραβολαῖς λαλῶν βούλεται νοεῖν τοὺς μαθητὰς, διδάσκων τῶν παραβολῶν τὴν διάνοιαν; Τί δὲ προστάσσων, *Ἐρευνᾶτε τὰς Γραφὰς*, ὡς μαρτυρούσας περὶ αὐτοῦ; Τί δὲ ὁ τῶν ἀποστόλων κορυφαῖος Πέτρος διδάσκειν βούλεται, *Περὶ ἧς σωτηρίας ἐξεζήτησαν, καὶ ἐξηρεύνησαν προφῆται*, λέγων; Τί δὲ Παῦλος ὁ θεῖος ἀπόστολος, λέγων· *Εἰ κεκαλυμμένον ἐστὶ τὸ Εὐαγγέλιον, ἀλλ' ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις, ὧν ὁ Θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου ἐτύφλωσε τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς διανοίας αὐτῶν, εἰς τὸ μὴ διαυγάσαι αὐτοῖς τὸν φωτισμὸν τῆς γνώσεως τοῦ Χριστοῦ*; Ὡς ἔοικεν, ἐξομοιωθῆναι ἡμᾶς βούλεσθε τοῖς Ἰουδαίοις, οἵτινες ἁπλαῖς ταῖς φωναῖς, ὡς λέγετε, τουτέστι μόνῳ τῷ γράμματι ὥσπερ τινὶ φορυτῷ ἐγχώσαντες τὸν νοῦν, ἐξέπεσαν τῆς ἀληθείας, τὸ κάλυμμα ἔχοντες ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν, τοῦ μὴ νοῆσαι τὸ κύριον πνεῦμα, τὸ ἐγκεκρυμμένον τῷ γράμματι, περὶ οὗ φησι· *Τὸ μὲν γράμμα ἀποκτέννει· τὸ δὲ πνεῦμα ζωοποιεῖ*. Πληροφορηθῇ ὁ δεσπότης μου, ὅτι ἐγὼ οὐκ ἀνέχομαι δέξασθαι φωνὴν χωρὶς τῆς ἐγκειμένης αὐτῇ διανοίας, ἵνα μὴ γένωμαι προφανὴς Ἰουδαῖος.

hæc dicis? MAX. Sunt qui ostendant, id revera per additionem positum esse a Timotheo Eluro, in expositione Evangelii, quæ ex hoc sancto Patre conflata est. Verum esto, quod vos ita existimatis, illius vere sententia sit. Excutiamus igitur sensum paternarum vocum, et veritatem sciemus. THEOD. Istud fieri, non sino; necesse enim habes simplices voces recipere. MAX. Dic mihi, quæso, quid differant simplices voces, ab his, quæ variæ sunt? THEOD. Ut, sicuti est, vocem accipias, et ne scruteris illius sensum. MAX. Novas perspicue et ab Ecclesia alienas, ad ipsas quoque quod attinet voces, inducitis leges. Si, ut vos auctores estis, non sunt scrutandæ Scripturarum voces Patrumque, omnem utriusque paginæ Scripturam rejicimus. Audivimus enim Davidem, dicentem: *Beati qui scrutantur testimonia ejus; in toto corde exquirunt eum* [26]. Quasi nemo nisi scrutando possit exquirere Deum: Et rursus: *Da mihi intellectum, et scrutabor legem tuam, et custodiam illam in toto corde meo* [27]. Tanquam nimirum, hoc, quod scrutamur, ad Legis scientiam ducat; scientiaque ex desiderio suadeat, auctorque sit, ut qui digni sunt, in corde suo eam custodiant, ea ratione, ut quæ in ea posita sunt, sancta mandata impleant. Et iterum: *Mirabilia testimonia tua, ideo scrutata est ea anima mea* [28]. Quid nos parabolas et ænigmata atque obscuros sermones scrutari jubet proverbialis sermo [29]? Quid Dominus in parabolis loquens intelligere vult discipulos suos, ipse parabolarum edocens sensum [30]? Quid dum scrutari Scripturas admonet, ut quæ de ipso testimonium perhibeant [31]? Quid et summus apostolorum vertex Petrus docere vult, dum ait: *De qua salute exquisierunt graviterque scrutati sunt prophetæ* [32]? Quid vero Paulus divinus apostolus, dicens: *Si opertum est Evangelium, sed in his qui pereunt est opertum; quorum Deus hujus sæculi* [liij] *excæcavit oculos mentis, ut non fulgeat eis illuminatio scientiæ Christi* [33]. Ut videtur, similes nos vultis esse Judæis, qui simplicibus, ut dicitis, vocibus (sola nimirum littera) velut confusa quadam strue ac quisquiliis sensum obruentes, a veritate avulsi sunt, velamen habentes in cordibus suis, ut non intelligant Dominum Spiritum, qui in littera abditus est, de qua ait: *Littera quid m occidit, Spiritus autem vivificat* [34]. Certus sit dominus meus, nunquam me passurum, ut vocem recipiam absque sensu qui illi inest, ne manifestus Judæus videar.

ΙΔ'. Τοῦτο δὲ ἀκούσας Θεοδόσιος, εἶπεν· Μίαν ἐνέργειαν τοῦ Χριστοῦ ὑποστατικὴν ὀφείλομεν λέγειν. ΜΑΞ. Σκοπήσωμεν τὸ τικτόμενον ἐκ τούτου κακὸν, καὶ φύγωμεν τὴν ξένην ταύτην φωνήν· μόνων γὰρ αἱρετικῶν πολυθεούντων ἐστίν. Εἰ γὰρ ὑποστατικὴν λέγομεν τοῦ Χριστοῦ τὴν μίαν ἐνέργειαν, οὐ

XIV. Quo audito, dixit Theodosius: Unam Christi voluntatem personalem debemus dicere. MAX. Consideremus quid inde mali eveniat, novamque hanc et peregrinam vocem fugiamus, quæ hæreticorum duntaxat sit; eorum scilicet qui plures deos invehant. Si enim unam Christi per-

[26] Psal. cxviii, 2. [27] ibid. 34. [28] ibid., 129. [29] Prov. i, 6. [30] Matth. xiii, 18; Luc. viii, 11. [31] Joan. v, 39. [32] I Petr. i, 10. [33] I Cor. iv, 3. [34] II Cor. iii, 6.

(a) Ex Anast. petita.

Digitized by Google

sonalem operationem dixerimus, cum Filius in persona cum Patre et Spiritu sancto non conveniat; plane etiam non conveniet ejus operationis ratione, quæ personalis est; eritque necesse, ut sicut Filio, sic et Patri et Spiritui personales operationes tribuamus; vestroque adeo sensu beata Deitas quatuor habebit operationes; tres scilicet distinguentes personas, in quibus est; unamque communem, quæ naturalem trium personarum communitatem significet: atque adeo juxta Patres, si modo eorum doctrinam recipimus, in eo erimus errore, ut quaternam Deitatem (quatuor scilicet deos) sentiamus. Naturalem enim, non vero personalem statuunt omnem operationem. Quod si ita est, ut sane etiam est, quatuor naturas totidemque deos, inter se natura pariter personaque distinctos, dicere nos liquebit. Enimvero quis vidit autve animo intellexit, operationem propriam cujusvis eorum, quæ sub speciem aliquam rediguntur, ac sub communi speciei definitione natura collocantur? Nunquam enim quod natura commune est, unius cujusdam ac singularis proprium est. Personalia enim insignientia, puta nasi aduncitas ejusve simitas, aut quod oculis cæsis sis aut calvaster, ac si qua ejus generis sunt, accidentia sunt ea segregantia, quæ inter se numero distinguuntur. Omnis enim homo, ut quid natura, non ut quis persona, operari habet, secundum peculiarissimam, et quæ communiter intelligatur [liv] pariter atque dicatur, categoricam rationem; ut est animal, rationale, mortale, quæ nostra hominum universalis ac generica ratio est. Omnes enim ejusdem vitæ commercio gaudemus, eadem rationis facultate, eodem fluxu ac defluxu, quod sedemus et stamus, et loquimur et tacemus, et videmus et audimus et tangimus: quæ sunt communis ejus rationis, quæ in nobis intelligitur. Non igitur novæ invehendæ voces, quæ nec ex Scriptura, nec ex Patribus, nec ex perversis hominum studiis adinventum. Cæterum natura robur habeant, sed peregrinum quid, ac ostende mihi vocem hanc exstare apud ullum Patrum, ac rursus ejus qui dixit, sensum inquiremus.

A συμβαίνει δὲ κατὰ τὴν ὑπόστασιν τῷ Πατρὶ καὶ Πνεύματι ὁ Υἱὸς, δῆλον ὅτι οὔτε κατὰ τὴν ὑποστατικὴν ἐνέργειαν· ἀναγκαζόμεθα δὲ ὥσπερ τῷ Υἱῷ, οὕτω καὶ τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Πνεύματι ὑποστατικὰς ἐνεργείας ἀπονεῖμαι· καὶ καθ' ὑμᾶς, τέσσαρας ἐνεργείας ἕξει μακαρία Θεότης· τρεῖς ἀφοριστικὰς τῶν ἐν οἷς ἔστι προσώπων, καὶ μίαν κοινὴν σημαντικὴν τῆς κατὰ φύσιν τῶν τριῶν ὑποστάσεων κοινότητος· καὶ κατὰ τοὺς Πατέρας, εἴπερ αὐτῶν δεχόμεθα τὴν διδασκαλίαν, τετραθεΐαν νοσήσομεν. Φυσικὴν γὰρ, ἀλλ' οὐχ ὑποστατικὴν πᾶσαν εἶναι διαγορεύουσιν ἐνέργειαν. Καὶ εἰ τοῦτό ἐστιν ἀληθῶς, ὡς οὖν καὶ ἔστι, τέσσαρας φύσεις, τέσσαρας θεοὺς, διαφέροντας ἀλλήλων ὑποστάσει τε καὶ φύσει δειχθησόμεθα λέγοντες. Πλὴν, τίς εἶδεν ἢ ἐθεώρησεν ἰδιάζουσαν ἐνέργειαν οἱανδήποτε τῶν ὑπὸ τὸ εἶδος ἀγομένων, καὶ ὑπὸ τὸν κοινὸν ὁρισμὸν τοῦ εἴδους φύσει ταττομένων; Οὐδέποτε γὰρ γίνεται τὸ φύσει κοινὸν, ἑνὸς καὶ μόνου τινὸς ἴδιον. Τὰ γὰρ ὑποστατικὰ σήμαντρα, οἷον, γρυπότης, ἢ σιμότης, ἢ γλαυκότης, ἢ ψεδνότης, καὶ ὅσα τοιαῦτα, ἀφοριστικά εἰσι συμβεβηκότα τῶν ἀριθμῷ ἀλλήλων διαφερόντων. Πᾶς γὰρ ἄνθρωπος, ὥς τι τὴν φύσιν ὤν, ἀλλ' οὐχ ὡς τις τὴν ὑπόστασιν, ἐνεργεῖν πέφυκε, κατά τε τὸν ἰδιαίτατα καὶ κοινῶς νοούμενόν τε καὶ λεγόμενον κατηγορικὸν λόγον, οἷον τὸ ζῶον, τὸ λογικὸν, τὸ θνητὸν, ὅπερ ἐστὶ τοῦ καθ' ἡμᾶς γενικοῦ λόγου. Πάντες γὰρ τῆς αὐτῆς μετέχομεν ζωῆς, τῆς αὐτῆς λογικότητος, καὶ τῆς αὐτῆς ῥοῆς καὶ ἀπορροῆς, καὶ τοῦ καθέζεσθαι καὶ ἵστασθαι, καὶ λαλεῖν καὶ σιγᾷν, καὶ ὁρᾷν καὶ ἀκούειν καὶ ἅπτεσθαι· ἅπερ εἰσὶ τοῦ κοινοῦ ἐφ' ἡμῶν νοουμένου λόγου. Οὐ δεῖ οὖν καινοτομεῖν φωνὰς μὴ ἐχούσας ἰσχὺν ἢ Γραφικὴν, ἢ Πατρικὴν, ἢ φυσικήν· ἀλλὰ ξένην, καὶ διαστροφαῖς ἀνθρώπων ἐξηυρημένην. Πλὴν δεῖξόν μοι ταύτην κειμένην ἐν οἱῳδήποτε Πατρὶ, καὶ πάλιν τὸν νοῦν τοῦ ταύτην εἰρηκότος ἐπιζητοῦμεν.

XV. THEOD. Quid igitur? Non est omnino dicenda in Christo una operatio? MAX. Ex Scriptura sanctisque Patribus, et ut illis consentaneum est, nihil tale dicendum accepimus; sed sicut duas naturas Christum, ex quibus est, sic et naturales ejus voluntates et operationes, pro ejus ratione, qui simul natura Deus et homo in eodem sit, credere jussi sumus, ac confiteri. THEOD. Certe, domine, nos quoque cum naturas confitemur, tum distinctas operationes, divinam scilicet et humanam; ejusque deitatem voluntatis facultate præditam, itemque voluntate præditam ejus humanitatem. Quippe non absque voluntate ejus anima erat. Duas tamen non dicimus, ne ipsum secum pugnantem inducamus. MAX. Quid igitur? dicendo duas naturas, eas inter se pugnantes inducitis, ea ratione quod numero censentur? THEOD. Haud sane. MAX. Quid igitur? numerus de naturis prædicatus non dividit; de voluntatibus autem et

ΙΕ'. ΘΕΟΔ. Τί οὖν; Οὐ δεῖ παντελῶς ἐπὶ Χριστοῦ λέγειν μίαν ἐνέργειαν; ΜΑΞ. Κατὰ τὴν ἁγίαν Γραφὴν, καὶ τοὺς ἁγίους Πατέρας οὐδὲν τοιοῦτον λέγειν παρελάβομεν· ἀλλ' ὥσπερ δύο φύσεις τὸν Χριστὸν τὰς ἐξ ὧν ἐστιν, οὕτως καὶ τὰς φυσικὰς αὐτοῦ θελήσεις καὶ ἐνεργείας καταλλήλως αὐτῷ, ὁμοῦ τε φύσει Θεῷ καὶ ἀνθρώπῳ ὄντι τῷ αὐτῷ πιστεύειν καὶ ὁμολογεῖν ἐπετράπημεν. ΘΕΟΔ. Ὄντως, δέσποτα, καὶ ἡμεῖς ὁμολογοῦμεν καὶ τὰς φύσεις καὶ διαφόρους ἐνεργείας, τουτέστι, θείαν τε καὶ ἀνθρωπίνην· καὶ θελητικὴν αὐτοῦ τὴν θεότητα, καὶ θελητικὴν αὐτοῦ τὴν ἀνθρωπότητα· ἐπειδὴ οὐκ ἄνευ θελήσεως ἦν ἡ ψυχὴ αὐτοῦ. Δύο δὲ οὐ λέγομεν, ἵνα μὴ μαχόμενον αὐτὸν αὐτῷ εἰσαγάγωμεν. ΜΑΞ. Τί οὖν; δύο φύσεις λέγοντες, μαχομένας αὐτὰς εἰσάγετε διὰ τὸν ἀριθμόν; ΘΕΟΔ. Οὔ. ΜΑΞ. Τί οὖν; φύσεσιν ἐπιφημιζόμενος ὁ ἀριθμὸς οὐ διαιρεῖ· ἀλλ' ἐπὶ θελήσεων καὶ ἐνεργειῶν λεγόμενος, διαιρέσεως ἔχει δύναμιν; ΘΕΟΔ. Πάντως καὶ οἱ Πατέρες ἐπὶ θελήσεων καὶ

Digitized by Google

ἐνεργειῶν οὐκ εἶπον, φεύγοντες τὴν διαίρεσιν, ἀλλ' ἄλλην καὶ ἄλλην, καὶ θείαν, καὶ ἀνθρωπίνην, καὶ διπλῆν, καὶ διττήν· καὶ ὡς εἶπαν λέγω, καὶ ὡς εἰρήκασι λέγω.

A operationibus si dicatur, vim habet dividendi? THEOD. Plane in his divisionem habet, et Patres in voluntatibus et operationibus non dixerunt, caventes divisionem, sed aliam et aliam, divinamque et humanam, duplicemque ac geminam : et ut dixerunt dico ; sicque loquor ut ii locuti sunt.

ΙϚ'. ΜΑΞ. Διὰ τὸν Κύριον, ἐάν τίς σοι εἴπῃ· Ἄλλην καὶ ἄλλην, πόσας νοεῖς; ἢ, θείαν καὶ ἀνθρωπίνην, πόσας νοεῖς; ἢ, διπλῆν καὶ διττήν, πόσας νοεῖς; ΘΕΟΔ. Οἶδα πῶς νοῶ, δύο δὲ οὐ λέγω. Τότε ἐπιστρέψας ὁ ἀββᾶς Μάξιμος πρὸς τοὺς ἄρχοντας, εἶπε· Διὰ τὸν Κύριον, ἐὰν ἀκούσητε μίαν καὶ μίαν, ἢ ἄλλην καὶ ἄλλην· ἢ δὶς δύο, ἢ δὶς πέντε, τί νοοῦντες τοῖς λέγουσιν ἀποκρίνεσθε; καὶ εἶπαν· Ἐπειδὴ ὤρκισας ἡμᾶς, τὸ μίαν καὶ μίαν, δύο νοοῦμεν· καὶ ἄλλην καὶ ἄλλην, δύο νοοῦμεν· καὶ δὶς δύο, τέσσαρα νοοῦμεν. Ὁμοίως καὶ δὶς πέντε, δέκα νοοῦμεν. Καὶ ὥσπερ αἰσθόμενος Θεοδόσιος τὴν ἀπόκρισιν ἐκείνων, εἶπε· Τὸ μὴ εἰρημένον τοῖς Πατράσιν, οὐ λέγω. Καὶ λαβὼν εὐθέως ὁ ἀββᾶς Μάξιμος τὴν βίβλον τῶν πεπραγμένων τῆς ἁγίας ἀποστολικῆς συνόδου, ἔδειξε τοὺς ἁγίους Πατέρας τὰς δύο θελήσεις καὶ ἐνεργείας τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν καὶ Θεοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀσυγχύτως λέγοντας· ἣν λαβὼν βίβλον τῶν πεπραγμένων ἐξ αὐτοῦ Θεοδόσιος ὁ ὕπατος, ἀνέγνω καὶ αὐτὸς τὰς χρήσεις τῶν Πατέρων. Καὶ τότε ἀποκριθεὶς Θεοδόσιος ἐπίσκοπος εἶπεν· Ὁ Θεὸς οἶδεν, εἰ μὴ προσωπικῶς τὰ ἀναθέματα ἔθηκεν ἡ σύνοδος αὕτη, πλεῖον παντὸς ἀνθρώπου ἐδεχόμην αὐτήν· ἀλλ' ἵνα μὴ χρονοτριβῶμεν ἐνταῦθα, εἴ τι εἶπαν οἱ Πατέρες, λέγω, καὶ ἐγγράφως εὐθέως ποιῶ, δύο φύσεις, καὶ δύο θελήματα, καὶ δύο ἐνεργείας· καὶ εἰσέλθε μεθ' ἡμῶν κοινωνήσων, καὶ γενέσθω ἕνωσις.

B C

XVI. MAX. Per Dominum, si quis tibi dixerit : Aliam et aliam, quot intelligis? aut, divinam et humanam, quot intelligis? aut, duplicem et geminam, quot intelligis? THEOD. Novi quomodo intelligam ; duas tamen non dico. Tunc conversus abbas Maximus ad judices [lv] dixit : Per Dominum, cum audieritis unam et unam, aut aliam et aliam, aut bis duo, aut bis quinque, quid intelligentes respondetis his qui dicunt? Et reponderunt : Quia adjurasti nos, unam et unam duas intelligimus, aliamque et aliam, duas intelligimus : bisque duo, quatuor intelligimus : similiter etiam bis quinque, decem intelligimus. Velutque reveritus Theodosius, quod sic respondissent, ait : Quod non est dictum a Patribus, non dico. Sumptoque statim Maximus sanctæ apostolicæ synodi (*a*) actorum libro, ostendit sanctos Patres duas Salvatoris nostri ac Dei Jesu Christi voluntates et operationes diserte dicere. Tollensque ab illo Actorum librum Theodosius consul, legit et ipse omnes Patrum auctoritates ; tuncque respondens Theodosius episcopus, dixit : Deus scit, nisi hæc synodus ex nomine personis anathema dixisset, propensiore cunctis animo eam recepissem; sed ne hic tempus teramus, si quid dixerunt Patres, dico, statimque scripta mihi schedula, duas naturas, duasque voluntates et duas operationes statuo : tu solum nobiscum communicaturus ingredere, et fiat unio.

ΙΖ'. ΜΑΞ. Δέσποτα, ἐγὼ οὐ τολμῶ δέξασθαι συγκατάθεσιν παρ' ὑμῶν ἔγγραφον περὶ τοιούτου πράγματος, ψιλὸς ὑπάρχων μοναχός· ἀλλ' ἐὰν κατένυξεν ὑμᾶς ὁ Θεὸς, τὰς τῶν ἁγίων Πατέρων δέξασθαι φωνὰς, καθὼς ἀπαιτεῖ ὁ κανὼν, πρὸς τὸν Ῥώμης περὶ τούτου ἐγγράφως ἀποστείλατε· ἤγουν ὁ βασιλεὺς, καὶ ὁ πατριάρχης, καὶ ἡ κατ' αὐτὸν σύνοδος. Ἐγὼ γὰρ οὐδὲ τούτων γινομένων κοινωνῶ, ἀναφερομένων τῶν ἀναθεματισθέντων ἐπὶ τῆς ἁγίας ἀναφορᾶς. Φοβοῦμαι γὰρ τὸ κατάκριμα τοῦ ἀναθέματος. ΘΕΟΔ. Ὁ Θεὸς οἶδεν, οὐ καταγινώσκω σου φοβουμένου· ἀλλ' οὔτε ἄλλος τις. Ἀλλὰ δὸς ἡμῖν βουλὴν διὰ τὸν Κύριον, ἐὰν ἐστι τοῦτο δυνατὸν γενέσθαι. ΜΑΞ. Ποίαν βουλὴν ἔχω ὑμῖν περὶ τούτου δοῦναι; Ὑπάγετε, ψηλαφήσατε ἐάν τι τοιοῦτον γέγονέ ποτε, καὶ μετὰ θάνατον ἀπελύθη τις τοῦ περὶ τὴν πίστιν ἐγκλήματος, καὶ τοῦ ἐξενεχθέντος κατ' αὐτοῦ κατακρίματος· καὶ καταδέξηται ὁ βασιλεὺς καὶ ὁ πατριάρχης μιμήσασθαι τοῦ Θεοῦ τὴν συγκατάβασιν· καὶ ποιήσωσιν, ὁ μὲν κέλευσιν παρακλητικὴν, ὁ δὲ, συνοδικὴν δέησιν πρὸς τὸν πάπαν Ῥώμης· καὶ πάντως εἴπερ εὑρεθείη τρόπος ἐκκλησιαστικὸς, τοῦτο ἐπιτρέπων διὰ τὴν ὀρθὴν ὁμολογίαν τῆς πίστεως, συμβιβάζεται ὑμῖν περὶ τούτου.

D

XVII. MAX. Domine, non audeo ego assensum a vobis in scriptis super istiusmodi negotio, qui nudus monachus sim, accipere. Sed si vos Deus ad compunctionem permovit, ut sanctorum Patrum voces recipiatis, sicut exigit ecclesiastica regula ad Romanum antistitem super ea re scriptam suggestionem mittite, tum scilicet imperator, tum patriarcha ejusque synodus. Ego vero nec si hæc fiant communico, quandiu ii qui anathemate percussi sunt inter rem sacram fidelium ritu memorantur. Timeo enim anathematis condemnationem. THEOD. Deus scit, non reprehendo te quod timeas, sed neque alius quispiam. Verum da nobis consilium, per Dominum, si fieri potest ut hoc fiat. MAX. Quod vobis consilium super hoc dare possum? Ite, explorate, si tale quid unquam factum sit, ac post mortem solutus quispiam crimine est, quod fidei causa contraxit, et ea, quæ eo nomine inflicta damnatio fuit; ac quæso allubeat imperatori ac patriarchæ, ut divinam ambo in rem nostram usumque æmulando inclinationem, alter quidem jussionem rogatoriam, alter vero synodicam deprecationem (*b*), ad Romanum antistitem faciant; ac profecto si omnino occurrerit [lvj] ecclesiastica

(*a*) Anast., *Romanæ*, nempe Martini Later.
(*b*) Male Morin., *jussionem hortatoriam, Ecthesim vulgo dictam.*

Digitized by Google

consuetudo, qua hoc liceat, ob rectam fidei confessionem, dabit et ipse in rem manus, vobisque consentiet.

XVIII. THEOD. Omnino fiet, quod dicis: sed mihi obstringe fidem, venturum te mecum, si me mitti contigerit. MAX. Domine, expedit tibi ut potius conservum meum, qui est Mesembriæ, tecum accipias; nam et linguam novit, et eum merito reverebuntur, quod tot annos propter Deum et rectam fidem, quæ Romæ viget, ærumnas malaque pertulerit. THEOD. Diversa inter nos habemus jurgia, et ideo non libens cum eo iter suscipiam. MAX. Domine, quandoque placuit ut hoc fieret, quæ sic visa sunt, exitu compleantur, sequorque quocunque jusseritis. Atque his dictis, surrexerunt omnes cum gaudio et lacrymis, positisque genibus, ad orationem se prostraverunt; singulique sancta Evangelia et pretiosam crucem atque imaginem Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi, sanctissimæque Dominæ nostræ, quæ illum peperit, Dei Genitricis osculo consalutavere, appositis etiam propriis manibus, ad eorum quæ dicta essent firmandam fidem.

III. Dein post paucos dies, sumptis tam me, quam beato Anastasio, a prædictis castris, illum quidem miserunt ad castrum nuncupatum Sunias, cum jam semivivus esset, tam ex multitudine tormentorum ac verberum, quæ in Byzantio sustinuimus, quam ex necessitatibus atque angustiis, quæ hic sunt nobis illata. Unde et in medio viæ, ut quidam aiunt, ut autem alii asserunt, mox ac retrusus est in castro Suaniæ, ad quod destinatus fuerat, obiit. Argumentor igitur, quod circa undecimo vel nono Kalendas Augustas dormierit in Domino. Quintodecimo namque Kalendarum Augustarum deducti sumus utrique per jussionem tunc principis, in id quod dicebatur Mucurisin, præsentandi in medio amici Christi exercitus; cum ille jam, ut prætulimus, semivivus exsisteret : et extunc eum ultra non vidi. Continuo quippe destinaverant ipsum quidem, ut dictum est, [lxviii] in castrum Suaniæ; me autem in castrum quod dicitur Thacyria juxta Hiberiam. Hinc igitur conjicio, quod circa undecimo Kalendas, vel nono Kalendas Augustas, V Indict., in Domino, sicut dictum est, obdormierit.

IV. Porro Christi Dei martyr, domnus videlicet abbas Maximus, cum esset custodiæ mancipatus in castro superius memorato, divina sibi facta visione, advocavit quosdam ex his qui erant in castro, et dixit ad eos : Tertio decimo die Augusti mensis hujus instantis, quintæ dictæ (*b*) indictionis, feria septima assumet me Dominus, quod et factum est. Igitur tertio decimo die prædicti Augusti mensis præteritæ V indictionis secundum divinum ejus vaticinium, feria septima, præsentibus derelictis, perrexit ad Dominum.'

V. Porro et aliud miraculum, quod divinitus in sancto ejus monumento efficitur, quodque usque ad præsens, qui castrum illud, et ejus circa regionem inhabitant, intuentur et prædicant; et ad quosdam etiam principum atque magnatum pervenit, dignum est et vobis quoque sanctissimis, et per vos omnibus qui ibidem sunt, sancti, per litteras fieri manifestum, in gloriam et laudem Dei, qui facit mirabilia in sanctis suis, et glorificat. Id est, tres lampades luciferæ per singulas noctes sanctum sancti illius martyris monumentum illustrant. Hæc de memorabili hoc viro, beatoque Anastasio Deo honorabilibus vobis, et per vos omni sanctæ Dei, quæ illic in recta fide degit, Ecclesiæ, breviter adnotavi : quatenus et vos his cognitis, glorificetis Deum, qui est mirabilis in sanctis suis [29].

VI. Interea et quæ mihi peccatori et exiguo post hæc contigerunt, et in quibus sim, pari modo perpaucis manifestabo. Cum enim fecissem duos menses in castro prædicto Thacyriæ in infirmitate jacens, et paucillum quid requiem fuissem adeptus, rursus misit me tunc princeps ad partes Apsiliæ et Misimiæ, custodiæ mancipandum in castro Phustas. Et ut absolute dicam, septem mensibus duxit et circumduxit me per omnes prædictas regiones nudum et discalceatum et peditem, et frigore et fame et siti depressum, volens profecto et me quoque ab hac detergere vita. Sed nescio quid super me humili prævidens Deus, qui omnia salubri providentia sua producit, usque nunc conservavit me in hac multarum tribulationum et miseriæ vita.

VII. Post aliquot itaque dies pellitur illi prædictus princeps. Deindeque succedens alius visus est compati. Inter quæ duxit me juxta domum suam

[28] Prov. x, 7. [29] Psal. lxvii, 36.

(*a*) Num Antiochiæ, quæ sic Θεόπολις dicta?

(*b*) Male Sirm. *quintodecimæ*

Digitized by Google

receptum a jam memorato castro Phustuensium. Et post annum ex diabolica operatione motus, destinat me ad prædictum castrum. Sed Deus, qui remetitur his, qui aliis remetiuntur, eadem die qua me pepulit, pulsus est hinc, et efficitur profugus in Christi amatorum regione Abasgorum. Et consilio accepto a Christi amicis, qui illic erant, principibus, magis compatiendi, quam me minimum persequendi, et orationem a me potius quam gemitum percipiendi (ipsi quippe amici Christi principes Abasgiæ compatiuntur humili mihi, quanquam nescierint me), repromisit quidem illis, quod si exiret inde, et restitueretur in principatu, omnia quæ forent ad solatium et refrigerium meum perficeret. Dein post paucos dies, nescio unde adjutus, egreditur quidem iterum et recipit principatum : nil tamen eorum quæ pollicitus est Deo, et crebro dictis Dei amicis principibus, in opus perduxit. E contrario autem, manibus nequam deductus virorum, repromissionum quidem oblitus est : tolli autem me a castro Phustuensium, et maturius in Schemareos castrum mitti præcepit.

VIII. Factum interea est, cum ducerent me in jam nominatum castrum, ut ille iterum pelleretur, et esset profugus ubi et primum fuerat. Excitavit autem Deus Spiritum suum in viro boni æmulatore, qui Dei habeat in se timorem pariter et amorem, et vere pheronyme vigilantem secundum Deum possideat mentem, qui cum Deo nunc præest regioni, et Deum imitante condescensione seu compassione motus, reduxit me a via crebro dicti Schemareos castri, et constituit me quasi quinque signis longius a divinitus custodienda domo sua in loco monachos veraciter condecente, præbens necessarias largissime corporis utilitates. Pro quibus omnibus Christus verus Deus, per intercessionem, quæ illum secundum carnem genuit, Dei Genitricis semperque Virginis Mariæ ac omnium sanctorum, protegat eum una cum amandis filiis suis, atque honorabili horum ac prorsus laudabili matre, ab omni caterva malignantium et a multitudine operantium iniquitatem, donans illis bonorum refectionem, ut semper omnem sufficientiam habentes, abundent in omne opus bonum; et statione faciat eos, quæ a dextris futura est, dignos, atque divinam illam et mitem vocem expertos, quæ dicet : *Venite, benedicti Patris mei; hæreditate percipite præparatum vobis regnum ab origine mundi : quia hospes fui, et collegistis me* [50], etc. Amen. [lxix] Obsecro autem sanctissimos vos eadem pro ipsis postulare in sanctis orationibus vestris, et maxime cum in sanctis et colendis oraveritis. Digni quippe sunt, quibus hæc præstetis. Filii enim germani exsistunt sancti Christi Dei nostri Anastaseos.

IX. Denique Stephanum, qui in sanctis est, filium videlicet beati Joannis præbyteri, qui cimiliarcha sanctissimæ illius Ecclesiæ fuit, venientem in hanc regionem, ut asseruit, ad requisitionem humilitatis meæ, ipsi cum omni studio et gaudio susceperunt et honoraverunt, et omnem subventionem ad requisitionem mei tribuerunt, tanquam homini profecto sanctæ Christi Dei nostri Anastaseos. Unde et subsidium eorum habens, invenit me sanctus ille Stephanus, cui faciat Dominus Deus misericordiam in illa die justus Judex [51]; sed et his qui miserunt eum, quoniam revera opus evangelistæ fecit [51]. Sicut enim equus spiritualis ascensorem habens (ipsum scilicet Deum juxta Scripturam, quæ ait, *Ascendens super equos tuos, et equitatus tuus sanitas* [52]), totam Lazicam et Apsiliam et Abasgiam discurrens, sine timore tam quæ veritatis, quam quæ subintroductæ novitatis erant, annuntiavit; ac multorum utilitatis atque salutis, et meæ ipsius quietis et consolationis, causa viri est facta præsentia. Et nequam nomen, quod veri apostatæ veritatis nobis imposuerunt, et tunc dissipatum est, et evidens multis veritas facta est. His itaque bonis hic proprio adventu correctis [præstitis], nobilis ille vir Kalendis Januarii VIII indictionis, quæ modo præteriit, apud Christi amicum Abasgiæ principem dormivit in Domino. Cui omnes, qui hunc noverunt, ut sancto, requiem exoptarunt.

X. Quapropter oportebat quosdam ex vestratibus Dei amatoribus, et secundum scientiam zelum Dei habentibus, huc venire, et quæ veritatis et pro veritate sunt, testificari, ut et orthodoxia magis convalesceret et introducta novitas peramplius argueretur. Sed et ego humilis consolatione ac refectione potirer, et venientes bonam a Christo Deo, pro quo etiam causa est, mercedem perciperent, et maxime cum usque ad Hiberiam illinc, ut didici, veniant, cujus rei gratia et huc minime veniunt?

XI. Obsecro igitur sanctissimos vos, si possibile fuerit, transmitti mihi per quempiam fidelem virum, ex his qui ad Hiberiam veniunt, codicem eorum quæ canonice gesta sunt a sancta et apostolica synodo, quæ per sacram præceptionem sancti martyris et apostolici ac summi papæ Martini, in seniore Roma est celebrata, quatenus multo magis sacra sanctorum Patrum dogmata, et quæ olim et quæ nunc exortæ sunt hæreticorum abominationes evidentiores hic positis efficiantur. Hoc enim tantummodo etiam inviti et nolentes faciunt bonum, qui Deum et nos injuste persequuntur; quia in diversa loca et regiones nos exsulantes, agunt, ut et sanctorum Patrum orthodoxia, quam et nos prædicamus, peramplius manifestetur, et propria cacodoxia in omni loco et regione publicetur et arguatur, secundum illud sancti Dionysii Athenarum episcopi et martyris veritatis effatum (*a*), quod ait : *Novit Deus malum velut bonum, id est,*

[50] Matth. xxv, 34-36. [51] II Tim. IV. 5, 8. [52] Habac. III, 8.

(*a*) *De divin. nom.*

Digitized by Google

ut bonum; et apud eum causæ malorum virtutes sunt benefacientes. Bonum enim veraciter est, paternam quidem orthodoxiam, ut dixi, manifestare et confirmare; hæreticam vero cacodoxiam publicare ac redarguere, quanquam per exsilia id, et alias tribulationes gignatur. Sic enim ab initio verbum quidem dilatatum est veritatis; porro impietatis minoratum disparuit, persecutionem et exsilia, seu alia dira patientibus tam sanctis prophetis, quam apostolis cæterisque magistris.

XII. Ergo si, ut flagitavi, a Deo compuncti sacrum codicem miseritis, siquidem voluerint qui hunc portaturi sunt, huc venire, ad famosissimum et Deo custodiendum patricium et cum Deo magistrum Gregorium sponte occurrant, suscipientes ad eum palam epistolam a laudabili Patricio et prætore Iliberiæ, qui debeat illum mittere præfato Domino nostro et amplissimo patricio et cum Deo magistro Gregorio: quatenus hoc facientes, percipiatis, qui ex ipso profecerint, bonam a Christo Deo nostro mercedem.

XIII. Præterea misi ad præsens cum hac epistola mea Deo honorabilissimis vobis, et per vos sanctissimæ ac orthodoxæ, quæ illic est, Ecclesiæ, rotulam habentem testimonia ex dictis sancti Hyppolyti episcopi Portus Romani ac martyris Christi Dei nostri, quo et per ea nosse habeatis, quam concorditer cum aliis omnibus sanctis Patribus, et arduæ duas Salvatoris nostri Jesu Christi prædicet naturas et operationes; refellat autem eos, qui unam operationem et naturam unam divinitatis et humanitatis ejus dogmatizant: utpote convertibilitatem simul et commistionem, confusionemque ac divisionem utriusque ipsius naturæ annuntiantes. Quærite sane diligenter hujuscemodi sacrum Patris illius librum, secundum superscriptionem, *quæ testimoniis* præeminet. [lxx] Si enim inveneritis *eum*, multa et necessaria poteritis ex ipso legere testimonia super eisdem Salvatoris nostri naturis et operationibus. Hunc quippe librum Byzantii nobis, antequam passi fuissemus, delatum, *eum* hunc totum vellemus transcribere, subito juxta consuetudinem suam insistentes adversarii latronum more rapuerunt; et non valuimus ex ipso plusquam hæc octo testimonia tollere.

XIV. Quod vero me in medio eorum quæ dicta sunt, latuit, dicere non pigritabor. Hoc plane est. Quia cum evangelizatus fuissem a sanctæ memoriæ domino Stephano de unitate atque concordia, quæ ibidem omnium per orthodoxam confessionem ad invicem et ad Deum effecta est spirituali, ac si coram Deo dico, letitia sum repletus, et gratificos pro tali ac tanto bono misericordi Dei, licet peccator, retuli, et referens non cessabo, petens hanc usque in finem immobilem conservari ad benignissimæ misericordiæ suæ gloriam et salutem nostram. Vosque Deo honorabiles, et omnes qui vobiscum sunt sanctos, ac per vos sanctam, quæ illic est, Dei catholicam et apostolicam saluto Ecclesiam: postulans mei, peccatoris scilicet et vincti, memoriam fieri in sanctis ad Deum directis orationibus vestris, in sanctis atque colendis locis: ac pretiosis mihique desiderandis syllabis vestris fulciendo, ac me minimum consolando, atque orando ut dignus efficiar visione vultus vestri, quamvis sit temerarium dictu, priusquam et ipse hanc miseram et multarum tribulationum vitam excedam.

SCHOLIUM (*a*).

Obiit autem et ipse sanctus Pater noster et martyr Anastasius, qui hanc scripsit epistolam, die Dominico, hora tertia, v *Idus Octobris, cum in sancta Collecta diceret,* SANCTA SANCTIS, *indict.* x.

Prologus subjacentium sacrorum testimoniorum.

XV. Testimonia sacra et divinitus inspirata, per quæ liquidius discimus, duas per unitionem et inconfusam et indivisam, sicut naturas, ita etiam et duas voluntates, ac duas operationes, aptas et congruentes naturis, id est, divinam et humanam, non inceptam et inceptam, ut Dei simul et hominis unius et ejusdem Domini nostri Jesu Christi, corde credere ad justitiam, ore confiteri ad salutem [a]. Non autem sicut nothi, qui notha nunc Ecclesias docentes ac perturbantes, unam et nec unam, nec duas, et iterum unam et duas voluntates et operationes in eodem dogmatizant. Hoc enim super instabilitatem et absurditatem sensus eorum, qui hujusmodi dogmata exponunt, impium omnino et alienum immaculatæ fidei nostræ Christianorum consistit. Eos enim qui unam voluntatem et operationem, vel etiam naturam unam deitatis et humanitatis ejus dogmatizant, incliti institutores nostri et præceptores repellunt et detestantur. Hæreticorum quippe est hujuscemodi dogmata, qui in confusione et phantasia et divisione oberrant, nonne cum illis, et secundum illos, supersubstantialis theologiæ ac in carne factæ dispensationis subvertunt et diffitentur mysterium, quaternitatem quidem personarum Trinitatem astruentes, ipsum vero unum ejusdem, id est, Dominum nostrum Jesum Christum verum Deum, juxta quod secundum nos factus est homo, inanimalem simul et irrationalem, atque sine intellectu subscribentes, et conjecturam et phantasiam, confusionemque ac divisionem utriusque naturæ ipsius introducentes. Hi vero, qui nec voluntatem nec operationem in eo confiteri volunt, inessentialem et inexsistentialem secundum utramque naturam ejus denuntiant: et jam dictis hæreticis magis impios ipsi seipsos esse per propria dogmata monstrant.

[a] Rom. x, 10.

(*a*) Theodosii presbyteri Gangr. qui est auctor hypomnestici, nam sue et Anastasii apocrisiarii hancce epistolam vulgavit.

Digitized by Google

XVI. Porro, hi qui unam et duas voluntates et operationes in incarnata ejus dispensatione, supra novam fabulam et figmentum hujusmodi dogmatis dogmatizant, non solum orthodoxæ ac paternæ confessioni hæreticam opinionem, veluti aquam vino, secundum illud quod dicitur [44], miscentes, simul prædicare volunt; sed et tres voluntates et tres operationes, et totidem etiam ex necessitate naturas, id est essentias, habentem eum inducunt, cum nec naturam esse sine operatione, nec rursus operationem sine natura possibile sit. Habent enim se prædicta testimonia quemadmodum subinfertur.

[lxxi] SANCTI HIPPOLYTI

Episcopi Portus romani et martyris veritatis.

Ex sermone qui est per elementum de theologia et incarnatione contra Beronem et Heliconem hæreticos, cujus initium est: « Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος. *Dominus Sabaoth incessanti voce clamantes Seraphim Deum glorificant.* »

XVII. Immensæ quippe virtutis voluntate Dei et facta sunt omnia, et servantur quæ facta sunt, secundum suas ipsius [ipsorum] opportune singula conservata rationes; ei, qui est secundum naturam immensæ virtutis Deus et factor universorum; divina voluntate, quæ omnia fecit et movet, suis unaquæque naturalibus producta legibus, immobili permanente. Quod enim immensum est, nulla ratione vel modo recipit motum, non habens quo et circa quod moveatur. Vertibilitas enim ejus, qui natura immensus est, qui inexpers sit motionis, motus est. Propter quod etiam secundum nos veraciter factum homo absque peccato Dei Verbum, operatumque ac patiens humanitus quæcunque naturæ sunt sine peccato, et naturalis carnis circumscriptionem propter nos sustinens, nullam vicissitudinem pertulit (*a*); nullo omnino quod idipsum est Patri, idipsum factum carni propter exinanitionem. Sed sicut erat sine carne, omnis expers circumscriptionis permansit; et per carnem deifice operans quæ deitatis sunt; utraque ostendens se, eo quod dupliciter (divine scilicet et humane) operatum est, secundum ipsam, quæ veraciter vera, et naturalis substantia est; Deum immensum simul et circumscriptum exsistere ac intelligi hominem, utriusque perfecte perfectam essentiam habentem, cum illius operatione, id est, naturali proprietate; ex quibus manentem secundum naturam sine convertibilitate eorum scimus differentiam: sed non sicut quidam aiunt, secundum comparationem, ne eumdem sibi secundum idem, præter quod oportet, majorem ac minorem dicamus. Connaturalium quippe, et non eorum quæ diversæ alteriusque sunt naturæ, comparationes exsistunt. Deo enim factori omnium, factura; infinitoque, finitum; et infinitati finis secundum nullam rationem comparatur, cum semper et per omnia naturaliter [lxxii] ab invicem, sed non comparative differant, quanquam ineffabilis quædam et individua in unam subsistentiam utriusque facta sit unio, omnem penitus omnis facti scientiam fugiens. Divinitas enim, ut erat ante in-

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΙΠΠΟΛΥΤΟΥ

Ἐπισκόπου Πόρτου, ἡγουν τοῦ λιμένος, Ῥώμης, καὶ μάρτυρος τῆς ἀληθείας.

Ἐκ τοῦ κατὰ Βήρωνος καὶ Ἡλικος τῶν αἱρετικῶν περὶ θεολογίας καὶ σαρκώσεως κατὰ στοιχεῖον, οὗ ἡ ἀρχή· « Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, *Κύριος Σαβαὼθ ἀσιγήτῳ φωνῇ βοῶντα τὰ Σεραφὶμ τὸν Θεὸν δοξάζουσιν.* »

ΙΖ'. Ἀπειραδυνάμῳ γὰρ θελήσει τοῦ Θεοῦ καὶ γέγονε πάντα, καὶ σώζεται τὰ γενόμενα, κατὰ τοὺς ἑαυτῶν εὐκρινῶς ἕκαστα συντηρούμενα λόγους, αὐτῷ τῷ κατὰ φύσιν ἀπειροδυνάμῳ Θεῷ καὶ ποιητῇ τῶν ὅλων· τῆς θείας αὐτοῦ θελήσεως, ᾗ τὰ πάντα πεποίηκέ τε καὶ κινεῖ, τοῖς ἑαυτῶν ἕκαστα φυσικοῖς διεξαγόμενα νόμοις, ἀκινήτου συνδιαμενούσης. Τὸ γὰρ ἄπειρον κατ' οὐδένα τρόπον ἢ λόγον ἐπιδέχεται κίνησιν, οὐκ ἔχον ὅποι καὶ περὶ ὃ κινηθήσεται. Τροπὴ γὰρ τοῦ κατὰ φύσιν ἀπείρου, κινεῖσθαι μὴ πεφυκότος, ἡ κίνησις. Διὸ καὶ καθ' ἡμᾶς ἀληθῶς γενόμενος ἄνθρωπος χωρὶς ἁμαρτίας ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ἐνεργήσας τε καὶ παθὼν ἀνθρωπίνως ὅσα τῆς φύσεώς ἐστιν ἀναμάρτητα, καὶ φυσικῆς σαρκὸς περιγραφῆς ἀναςχόμενος δι' ἡμᾶς, τροπὴν οὐχ ὑπέμεινεν, μηδ' ἐνὶ παντελῶς ᾧ ταὐτὸν ἐστι τῷ Πατρὶ, γενόμενος ταὐτὸν τῇ σαρκὶ διὰ τὴν κένωσιν· ἀλλ' ὥσπερ ἦν δίχα σαρκὸς, πάσης ἔξω περιγραφῆς μεμένηκε· καὶ διὰ σαρκὸς θεϊκῶς ἐνεργήσας ἅπερ θεότητός ἐστιν. Ἀμφότερα δεικνὺς ἑαυτὸν, δι' ὧν ἀμφοτέρως, θεϊκῶς δή φημι καὶ ἀνθρωπίνως, ἐνήργησε κατ' αὐτὴν τὴν ὄντως ἀληθῆ καὶ φυσικὴν ὕπαρξιν· Θεὸν ἄπειρον ὁμοῦ καὶ περιγραπτὸν ἄνθρωπον ὄντα τε καὶ νοούμενον· τὴν οὐσίαν ἑκατέρου τελείως τελείαν ἔχοντα, μετὰ τῆς αὐτῆς ἐνεργείας, ἡγουν φυσικῆς ἰδιότητος· ἐξ ὧν μένουσαν ἀεὶ κατὰ φύσιν δίχα τροπῆς τὴν αὐτῶν ἴσμεν διαφοράν· ἀλλ' οὐχ ὥς τινές φασι, κατὰ σύγκρισιν· ἵνα μὴ τὸν αὐτὸν κατὰ τὸ ἑαυτὸ, αὐτῷ παρ' ὃ δεῖ, μείζονα καὶ μείονα λέγωμεν. Ὁμοφυῶν γὰρ, οὐχ ἑτεροφυῶν, αἱ συγκρίσεις· Θεῷ δὲ ποιητῇ τῶν ὅλων, ποιητόν· ἀπείρῳ, περατόν· καὶ ἀπειρίᾳ πέρας κατ' οὐδένα συγκρίνεται λόγον, ἀεὶ κατὰ πάντα φυσικῶς, ἀλλ' οὐ συγκριτικῶς, ἀλλήλων διαφέροντα· κἂν ἀῤῥήτως τις καὶ ἀῤῥήκτως εἰς μίαν ὑπόστασιν ἀμφοτέρων γέγονεν ἕνωσις, πᾶσαν παντὸς γεννητοῦ παντελῶς διαφεύγουσα γνῶσιν. Τὸ γὰρ Θεῖον, ὡς ἦν πρὸ σαρκώσεως, ἔστι καὶ μετὰ σάρκωσιν, κατὰ φύσιν ἄπειρον, ἄσχετον, ἀπαθὲς, ἀσύγκριτον, ἀναλλοίωτον, ἀτρεπτον, αὐτοσθενὲς, καὶ τὸ πᾶν εἰπεῖν, ὑφεστὼς οὐσιῶδες, μόνον ἀπειροσθενὲς ἀγαθόν.

[44] Isa. I, 22.

(*a*) Mutila Sirm. edita, nec sensu sana. Reliqua tantisper Græcis composita, et puriori passim stylo, ut Lector capiat, reddita.

Digitized by Google

carnationem, est et post incarnationem, secundum naturam infinito, incomprehensibilis, impassibilis, inconvertibilis, per se potens; et ut totum dicamus, sola infinitæ virtutis bonum.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου β'.

ΙΗ'. Γέγονεν οὖν ἀληθῶς, κατὰ τὰς Γραφάς, μὴ τραπεὶς ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ἄνθρωπος ἀναμάρτητος· ὡς οἶδεν αὐτὸς μόνος, ὑπάρχων τεχνίτης φυσικὸς τῶν ὑπὲρ ἔννοιαν· κατ' αὐτὴν ἅμα τὴν σωτήριον σάρκωσιν, τῆς ἰδίας θεότητος ἐμποιοῦσα τῇ σαρκὶ τὴν ἐνέργειαν, οὐ περιγραφομένην αὐτῇ διὰ τὴν κένωσιν· οὐδ' ὥσπερ τῆς αὐτοῦ θεότητος, οὕτω καὶ αὐτῆς φυσικῶς ἐκφυομένην· ἀλλ' ἐν οἷς ἂν σαρκωθεὶς θεϊκῶς ἐνήργησε δι' αὐτῆς ἐκφαινομένην οὐ γὰρ γέγονε φύσει θεότητος, μεταβληθεῖσα τὴν φύσιν, ἡ σὰρξ, γενομένη τῇ φύσει θεότητος σάρξ· ἀλλ' ὅπερ ἦν, καὶ θεότητι συμφυεῖσα, μεμένηκε· ἦγουν σὰρξ, ἀσθενὴς καὶ παθητὴ τὴν φύσιν καὶ τὴν ἐνέργειαν· καθὼς εἶπεν ὁ Σωτήρ· *Τὸ μὲν πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενής.*· καθ' ἣν ἐνεργήσας τε καὶ παθὼν ἅπερ ἦν ἀναμαρτήτου σαρκὸς, τὴν ὑπὲρ ἡμῶν ἐπιστώσατο κένωσιν Θεότητος, θαύμασι καὶ σαρκὸς παθήμασι φυσικῶς βεβαιουμένην. Διὰ γὰρ τοῦτο γέγονεν ἄνθρωπος ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ἵνα σαρκὶ μὲν παθητῇ πάσχων, ἅπαν ἡμῶν τὸ τῷ θανάτῳ παραδὸν λυτρώσηται γένος· ἀπαθεῖ δὲ θεότητι διὰ σαρκὸς θαυματουργῶν, πρὸς τὴν ἀκήρατον αὐτοῦ καὶ μακαρίαν ἐπαναγάγῃ ζωήν· ἧς ἀπέπεσεν τῷ διαβόλῳ τεκόμενος· καὶ τὰ κατ' οὐρανοὺς ἅγια τάγματα τῶν νοερῶν οὐσιῶν στομώσῃ πρὸς ἀτρεψίαν τῷ μυστηρίῳ τῆς αὐτοῦ σωματώσεως· ἧς ἔργον ἡ τῶν ὅλων ἀνακεφαλαίωσις. Μεμένηκεν οὖν καὶ σαρκωθεὶς κατὰ τὴν φύσιν Θεὸς ὑπεράπειρος, τὴν ἑαυτῷ συγγενῆ καὶ κατάλληλον ἔχων ἐνέργειαν· τῆς Θεότητος οἰκειωδῶς ἐκφυομένην· διὰ δὲ τῆς αὐτοῦ παναγίας σαρκὸς ἐν τοῖς θαύμασιν οἰκονομικῶς ἐκφαινομένην· ἵνα πιστευθῇ Θεὸς εἶναι, δι' ἀσθενοῦς φύσει σαρκὸς αὐτουργῶν τὴν τοῦ παντὸς σωτηρίαν.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου γ'.

ΙΘ'. Κἀμοὶ γὰρ, ἵνα τρανώσω παραδείγματι τὸ περὶ Σωτῆρος λεχθὲν, ὁ φυσικός μου λόγος συγγενής ἐστι καὶ κατάλληλος ὄντι λογικῷ τε καὶ νοερῷ τὴν ψυχήν· ἧς κατὰ φύσιν ἐστὶν αὐτοκίνητος ἐνέργειά τε καὶ πρώτη δύναμις ἀεικίνητος, ὁ λόγος, φυσικῶς αὐτῆς πηγαζόμενος· ὃν ῥήματίσας τε καὶ γραμμαῖς εὖ χαράξας, γλώσσῃ μὲν ὀργανικῶς, ὅτε χρὴ προφέρω, καὶ γράμμασι τεχνικῶς, διὰ τῶν ἀνομοίων μὲν (a) ὑπάρχοντα, καὶ διὰ τῶν ἀνομοίων μὴ τρεπόντα δεικνὺς αὐτὸν ἐξακουόμενον. Οὐ γὰρ γλώσσης καὶ γραμμάτων ὁ φυσικός μου λόγος ἐστὶ, κἂν δι' αὐτῶν αὐτοῦ ποιουμένου τὴν προφορὰν· ἀλλ' ἐμοῦ τοῦ κατὰ φύσιν λαλοῦντος, καὶ δι' ἀμφοῖν αὐτὸν ὡς ἐμὸν ἐκφωνοῦντος· τῆς μὲν νοερᾶς μου ψυχῆς φυσικῶς ἀεὶ πηγαζόμενον· διὰ δὲ τῆς σωματικῆς μου γλώσσης ὀργανικῶς, ὡς ἔφην, ὅτε χρὴ προφερόμενον. Ὥσπερ οὖν ἡμῶν ὅσον εἰκά-

Ejusdem ex eodem sermone 2.

XVIII. Factus est ergo veraciter secundum Scripturas, non conversus universorum Deus, homo sine peccato, ut novit ipse solus, cum sit artifex naturalis eorum, quæ sunt supra sensum; in ipsa simul salutari incarnatione, deitatis suæ coaptans carni operationem, non ea circumscriptam propter exinanitionem: nec sicut ex deitate sua, ita et ex ipsa naturaliter enatam (*b*), sed in quibuscumque incarnatus deifice operatus est, per ipsam declaratam. Non enim caro facta est natura deitatis translata natura; facta videlicet secundum naturam deitatis caro; sed quod erat, etiam deitati coaptata, mansit, id est, caro infirma et passibilis natura operatione, quemadmodum Salvator ait: *Spiritus* (*c*) *quidem promptus, caro autem infirma*[a]; in qua operatus et passus, quæ erant carnis absque peccato, Divinitatis pro nobis exinanitionem, miraculis et carnis passionibus naturaliter confirmatam probavit. Propter hoc enim factus est homo universorum Deus, ut carne quidem passibili patiens, totum nostrum morti traditum genus redimeret: impassibili vero deitate per carnem mirabiliter operans, ad immortalem illud et beatam reduceret vitam, de qua ciderat diabolo parens; atque sanctos intelligentium substantiarum in cœlis ordines ad inconvertibilitatem incorporationis suæ mysterio stabiliret[a]; cujus opus omnium est in eum recapitulatio. Mansit ergo etiam incarnatus secundum naturam Deus superimmensus, sibi cognatam et convenientem habens operationem, ex deitate quidem substantialiter natam, per sanctissimam vero ejus carnem in miraculis dispensatorie declaratam; ut credatur Deus esse, per infirmam natura carnem per se operans rerum universitatis salutem.

[lxxiii] *Ejusdem, ex eodem sermone 3.*

XIX. Etenim et mihi (ut paradigmate quod dictum est de Salvatore exponam) naturalis sermo meus cognatus est et conveniens, cum sim anima rationalis et intelligens: cujus secundum naturam a se mobilis et prima virtus semper mobilis sermo exsistit, naturaliter ex ea profluens: quem verbis prolatum et lineis pulchre exaratum, lingua quidem, cum oportet, et litteris artificiose produco, ostendens ipsum exaudiri, cum per ea quæ dissimilia sunt, exsistat, nec per ea quæ dissimilia sunt, mutationem admittat. Non enim linguæ ac litterarum naturalis meus sermo est, licet per eas ipsum profero: sed meus, qui secundum naturam loquor, et per utrasque illum ut meum pronuntio: ab intelligente quidem anima mea semper naturaliter promanantem; sed qui per corporalem linguam meam organice, uti dicebam, cum oportet,

[a] Matth. xxvi, 42. [a] Ephes. i, 10.

(*a*) Anast. legerit μή.
(*b*) Male ed. *cognatam.*
(*c*) Spiritus τὸ νοητόν, in Christo, ipsa Deitas: sic Athan., etc.; caro, τὸ ὁρώμενον.

Digitized by Google

proferatur. Sicut ergo in nobis, quantum æstimare possumus, quod modis omnibus est inæstimabile, per corporalem linguam nostrum inconvertibiliter, quæ secundum naturam est, rationalis animæ virtus exeritur; at et in gloriosa Dei incarnatione, per sanctissimam carnem suam, in quibus divine operaretur, sine convertibilitate omnium conservatrix atque effectrix totius deitatis operatio monstrabatur, absque omni secundum naturam circumscriptione permanens, licet per carnem natura finitam fulgeret. Non enim circumscribi natura genita comparatum est, quod secundum naturam ingenitum est; tametsi ei coaluit, per conceptionem, quæ vim omnem mentis circumscribit : ac nec unquam in eamdem naturam naturalemque virtutem seu operationem vertantur, donec utrumque intra propriam naturalem inconvertibilitatem manet. Eorum enim duntaxat, quæ ejusdem naturæ sunt, motus ejusdem virtutis et efficaciæ est, substantiam designans, cujus est naturalis virtus; cum substantia diversæ natura proprietatis nulla ratione esse possit aut fieri, sine convertibilitate.

σαι τὸν παντελῶς ἀνείκαστον, διὰ τῆς σωματικῆς ἡμῶν γλώσσης, ἀτρέπτως ἡ κατὰ φύσιν τῆς ψυχῆς λογικὴ προφέρεται δύναμις, οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς ὑπερφυοῦς τοῦ Θεοῦ σωματώσεως, διὰ τῆς αὐτοῦ παναγίας σαρκὸς, ἐν οἷς ἂν θεϊκῶς ἐνήργησε, δίχα τροπῆς ἡ παντοκρατορικὴ καὶ τῶν ὅλων ποιητικὴ τῆς ὅλης θεότητος ἐνέργεια διαδείκνυται, πάσης ἐκτὸς κατὰ φύσιν περιγραφῆς διαμένουσα, κἂν διὰ σαρκὸς διελάμψε φύσει πεπερασμένης. Οὐ γὰρ πέφυκε περιγράφεσθαι γενητῇ φύσει τὸ κατὰ φύσιν ἀγένητον· κἂν συνέφυ αὐτῷ κατὰ σύλληψιν πάντα περιγράφουσαν νοῦν· οὔτε μὲν εἰς ταὐτὸν αὐτῷ φέρεσθαι φύσεώς ποτε καὶ φυσικῆς ἐνεργείας, ἕως ἂν ἑκάτερον τῆς ἰδίας ἐντὸς μένει φυσικῆς ἀτρεψίας. Ὁμοφυῶν γὰρ μόνον ἡ ταὐτουργός ἐστι κίνησις, σημαίνουσα τὴν οὐσίαν, ᾗ φυσικὴ καθέστηκε δύναμις, ἑτεροφυοῦς ἰδιότητος οὐσίας εἶναι κατ' οὐδένα λόγον ἢ γενέσθαι δίχα τροπῆς δυναμένης.

Ejusdem, ex eodem sermone 4.

XX. Mysterium namque divinæ incarnationis apostolis et prophetis atque doctoribus, duplam ac diversam in omnibus habere compertum est naturalem considerationem; eum perfectæ deitatis, [lxxiv] et plenæ vim habeat ostendendæ humanitatis. Quandiu non unum secundum essentiam unius noscitur Verbum operationis, nulla unquam ratione fiat ut amborum motus cognoscatur. Qui enim semper natura Deus cum esset, superinfinita virtute, homo nulla peccati labe, sicut voluit, factus est, id est quod erat, cum quantis cognoscitur Deus; estque nihilominus id quod factus est, cum quantis cognoscitur homo, illique ut cognoscatur comparatum est, semper manens, qui a se ipse neutro excidat, quibus divine pariter ac humane operatus est, perfectam utroque sui rationem natura servans incommutabilem.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ Λόγου δ'.

Κ'. Τὸ γὰρ μυστήριον τῆς θείας σαρκώσεως, ἀποστόλοις τε καὶ προφήταις καὶ διδασκάλοις, διττὴν καὶ διάφορον ἔχον διέγνωσται τὴν ἐν πᾶσι φυσικὴν θεωρίαν· ἀνελλιποῦς ὑπάρχον θεότητος, καὶ πλήρους ἐνδεικτικὸν ἀνθρωπότητος ὄν. Ἕως ἂν οὐχ εἷς κατὰ τὴν οὐσίαν γνωρίζεται Λόγος μιᾶς ἐνεργείας, οὐδέποτε καθοτιοῦν ἀμφοτέρων γνωσθήσεται κίνησις. Ὁ γὰρ ἀεὶ κατὰ φύσιν ὑπάρχων Θεὸς, ὑπερπείρῳ δυνάμει γενόμενος, ὡς ἠθέλησεν, ἄνθρωπος ἀναμάρτητος, ὅπερ ἦν, ἐστὶ, μεθ' ὅσων νοεῖται Θεός· καὶ ὅπερ γέγονεν, ἐστὶ, μεθ' ὅσων νοεῖται καὶ γνωρίζεσθαι πέφυκεν ἄνθρωπος. Ἑαυτοῦ καθ' ἑκάτερον ἀεὶ μένων ἀνέκπτωτος, οἷς θεϊκῶς ὁμοῦ καὶ ἀνθρωπίνως ἐνήργησε, τέλειον κατὰ τὸν ἑκάτερον λόγον, σώζων ἑαυτοῦ φυσικῶς ἀναλλοίωτον.

Ejusdem, ex eodem sermone 5

XXI. Bero enim quidam nuper, et alii quidam, Valentini phantasia relicta, deteriori irretiti sunt pravitate, dicentes assumptam a Verbo carnem, ejusdem operationis ac virtutis cum deitate factam esse, propter assumptionem : divinitatem vero earumdem cum carne passionum ac affectuum, propter exinanitionem; convertibilitatem simul et commistionem ac confusionem, amborumque alterius in alterum mutationem dogmatizantes. Si enim caro assumpta facta est ejusdem ac deitas operationis, liquet quod et natura Deus, cum quantis natura intelligitur Deus. Et, si deitas earumdem ac caro passionum affectuumque effecta est, liquet quod et natura caro, cum quantis natura comparatum carni ut cognoscatur. Ea enim quæ ejusdem inter se virtutis sunt et operationis, ejusdemque prorsus originis ac earumdem passionum, ea naturæ dictinctionem non admittunt : confusisque

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ Λόγου ε'.

ΚΑ'. Βήρων γάρ τις ἔναγχος, μεθ' ἑτέρων τινῶν, τὴν Βαλεντίνου φαντασίαν ἀφέντες, χείρονι κακῷ κατεπάρησαν, λέγοντες· Τὴν μὲν προσληφθεῖσαν τῷ Λόγῳ σάρκα γενέσθαι ταυτουργὸν τῇ θεότητι, διὰ τὴν πρόσληψιν· τὴν θεότητα δὲ γενέσθαι ταυτοπαθῆ τῇ σαρκὶ, διὰ κένωσιν· τροπὴν ὁμοῦ καὶ φύρσιν καὶ σύγχυσιν, καὶ τὴν εἰς ἀλλήλους ἀμφοτέρων μεταβολὴν δογματίζοντες. Εἰ γὰρ ἡ προσληφθεῖσα σὰρξ γέγονε ταυτουργὸς τῇ θεότητι, δηλονότι καὶ φύσει Θεὸς, μεθ' ὅσων φυσικῶς νοεῖται Θεός. Καὶ εἰ γέγονε κενωθεῖσα τῇ σαρκὶ ταυτοπαθὴς ἡ θεότης, δηλονότι καὶ φύσει σὰρξ. μεθ' ὅσων φυσικῶς γνωρίζεσθαι πέφυκε σάρξ. Τὰ γὰρ ἀλλήλοις ὁμοεργῆ καὶ ταὐτουργὰ, καὶ ὁμόφυλα πάντως καὶ ταυτοπαθῆ διαφορὰν οὐκ ἐπιδέχεται φύσεως· καὶ φύσεως αὐτῶν συγκεχυμένων, ἔσται δυὰς ὁ Χριστὸς, καὶ προσώπων μεμερισμένων τετρὰς, τὸ φευκτότατον. Καὶ πῶς αὐτοῖς εἷς καὶ ὁ αὐτὸς Θεὸς ὁμοῦ φύσει καὶ

Digitized by Google

ἄνθρωπος, ὁ Χριστός; Ποίαν δὲ κατ' αὐτοὺς ἕξει τὴν ὑπαρξιν, μεταβολῇ θεότητος γενόμενος ἄνθρωπος, καὶ σαρκὸς μεταποιήσει Θεός; Ἡ γὰρ εἰς ἀλλήλας τούτων μετάπτωσις, παντελής ἐστιν ἀμφοτέρων ἀναίρεσις· σκοπείσθω δὲ πάλιν ἡμῖν ἑτέρως ὁ λόγος.

A secum naturis, erit dualitas Christus; personisque divisis, fiet quaternitas: quod omnium maxime cavendum est. Nam quomodo unus et idem simul natura Deus et homo illis erit Christus? Quam vero per illos habebit substantiam, qui deitatis mutatione homo factus sit, ac carne in deitatem translata, Deus? Quod enim hæc, alterum in alterum transeant, amborum omni ex parte interitus est. Atqui alia nobis rursus ratione sermo considetur.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου ς'.

ΚΒ'. Εὐσεβὲς κεκύρωται δόγμα Χριστιανοῖς· κατ' αὐτήν τε φύσιν καὶ τὴν ἐνέργειαν, καὶ πᾶν ἕτερον αὐτῷ προσφυὲς, ἴσον ἑαυτῷ καὶ ταυτὸν εἶναι τὸν θεὸν, μηδὲν ἑαυτῷ τῶν ἑαυτοῦ παντελῶς ἄνισον ἔχοντα καὶ ἀκατάλληλον. Εἰ τοίνυν κατὰ Βήρωνα τῆς αὐτῆς αὐτῷ προσληφθεῖσα φυσικῆς ἐνεργείας γέγονεν ἡ σὰρξ, δηλονότι καὶ τῆς αὐτῆς αὐτῷ γέγονε φύσεως, μεθ' ὅσων ἡ φύσις, ἀναρχίας, ἀγεννησίας, ἀπειρίας, ἀϊδιότητος, ἀκαταληψίας, καὶ τῶν ὅσα τούτων καθ' ὑπεροχὴν ὁ θεολογικὸς ὑπερφυῶς ἐνορᾷ τῇ θεότητι λόγος· καὶ τροπὴν ἀμφότερα πέπονθεν, μηδετέρου τὸν τῆς φύσεως οὐσιώδη λόγον ἔτι σωζόμενον ἔχοντος. Ὁ γὰρ ἑτεροφυῶν εἰδὼς ταυτουργίαν, σύγχυσιν ὁμοῦ φυσικὴν, καὶ διαίρεσιν αὐτῶν εἰσηγεῖται προσωπικήν· ἀδιαγνώστου παντελῶς τῇ τῶν ἰδιωμάτων μεταβολῇ τῆς φυσικῆς αὐτῶν γενομένης ὑπάρξεως.

B

Ejusdem, ex eodem sermone 6.

XXII. Pium Christianis constitutum est dogma ac ratum: ad ipsam quod attinet [lxxv] naturam virtutemque et operationem, nec non omne aliud quod conveniens est et ex natura, æqualem sibi eumdemque esse Deum, et qui nihil prorsus eorum quæ sua sunt inæquale habeat minusque conveniens. Siquidem igitur, ut auctor Bero est, assumpta illi caro, ejusdem ac ipse virtutis seu operationis effecta est, plane etiam ejusdem facta est naturæ, cum quibus omnibus natura est quod principii expers, quod ingenita, quod infinita, quod simpiterna, quod incomprehensa, et si qua ejusmodi secundum excellentiam theologicus sermo eximie in deitate contemplatur: et vicissitudinem utraque passa sunt, neutro substantialem naturæ suæ rationem ultra incolumem servante. Qui enim eorum, quæ sunt diversæ naturæ, eamdem sentit operationem, conjunctionem pariter naturalem, divisionemque ipsorum inducit personalem; ignota prorsus ac obscurata per idiomatum commutationem, naturali eorum substantia exsistentiaque.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου ζ'.

ΚΓ'. Εἰ δὲ τῆς αὐτῆς αὐτῷ μὴ γέγονε φύσεως, οὐδὲ τῆς αὐτῆς αὐτῷ ποτε γενήσεται φυσικῆς ἐνεργείας, ἵνα μὴ δειχθῇ τῇ φύσει τὴν ἐνέργειαν ἄνισον, ἔχων καὶ ἀκατάλληλον· καὶ τῆς αὐτοῦ δι' ὅλων τῶν ἑαυτοῦ φυσικῆς ἕξω γεγονὼς ἰσότητος καὶ ταυτότητος· ὅπερ ἀσεβές.

C

Ejusdem, ex eodem sermone 7.

XXIII. Si vero non ejusdem ac ille facta est naturæ, nec ejusdem unquam fiet operationis; ne videatur inæqualem naturæ nec convenientem habere operationem, suisque omnibus a naturali sua æqualitate excessisse ac identitate: quod est impium.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου η'.

ΚΔ'. Εἰς ταύτην δὲ τὴν πλάνην κατήχθησαν, καπῶς πεισθέντες ἰδίαν γενέσθαι τῆς σαρκὸς τὴν δι' αὐτῆς ἐκφανθεῖσαν ἐν τοῖς θαύμασι θείαν ἐνέργειαν· ἣν πᾶν ὁ Χριστὸς οὐσιώσας, καθὸ νοεῖται Θεὸς, ἔσχε κρατούμενον. Οὐ γὰρ ἔγνωσαν, ἀδύνατον εἶναι θείας ἐνέργειαν φύσεως ἑτεροφανοῦς οὐσίας ἴδιόν γενέσθαι δίχα τροπῆς· οὐδὲ συνῆκαν, ὡς οὐ πάντως ἴδιόν ἐστι σαρκὸς, τὸ δι' αὐτῆς μὲν ἐκφαινόμενον, οὐκ αὐτῆς δὲ φυσικῶς ἐκφυόμενον· καίτοι σαφῶς αὐτοῖς οὔσης καὶ προφανοῦς τῆς ἀποδείξεως. Ἐγὼ γὰρ γλώσσῃ λαλῶν καὶ χειρὶ γράφων, μίαν καὶ τὴν αὐτὴν δι' ἀμφοῖν τῆς νοερᾶς μου ψυχῆς ἐκφαίνω διάνοιαν, ἐνέργειαν αὐτῆς ὑπάρχουσαν φυσικὴν· μηδενὶ λόγῳ δείξας αὐτὴν γλώσσης ἢ χειρὸς φυσικῶς ἐκφυομένην· μήτε μὴν γενομένην αὐτῶν ἢ λεγομένην διάνοιαν, διὰ τὴν δι' ἀμφοῖν αὐτῆς ἔκφανσιν. Γλῶσσαν γὰρ ἢ χεῖρα διανοητικὴν συνετὸς οἶδεν οὐδείς· ὥσπερ οὐδὲ τὴν παναγίαν τοῦ Θεοῦ σάρκα, διὰ τὸ προσληφθῆναι, καὶ τὸ δι' αὐτῆς ἐκφανθῆναι τὴν θείαν ἐνέργειαν, γενομένην κατ' αὐτὸν φύσει δημιουργόν· ἀλλ' εὐσεβῶς ὁμολογεῖ πιστεύων, ὅτι διὰ τὴν ἡμῶν σωτηρίαν, καὶ τὸ δῆσαι πρὸς ἀτρε-

D

Ejusdem, ex eodem sermone 8.

XXIV. In hunc autem errorem impegerunt, credentes male propriam carnis effectam divinam operationem, quæ per ipsam in miraculis manifestata est; qua Christus rerum hac universitate condita, secundum quod intelligitur Deus, quod ira conditum est tenet ac conservat. Non enim cognoverunt, fieri non posse, ut divinæ naturæ operatio, alterius diversæ quæ substantiæ proprietas fiat, absque convertibilitate: neque intellexerunt haud utique carnis proprium esse, quod per eam quidem eluxit, non tamen ex ea naturaliter ortum est: tametsi clara eis et manifesta probatio est. Ego enim lingua loquens et manu scribens, unam et eamdem per utranique intelligentis animæ meæ profero cogitationem; naturalem ejus exsistentem operationem; nulla ratione ostendens, eam a lingua vel manu naturaliter proficisci, nec quæ earum facta [lxxvi] sit autve dicatur cogitatio, propter ejus per utramque manifestationem. Linguam enim vel manum cogitandi vi præditam, neme sapiens novit: sicut nec sanctissimam Dei carnem, idcirco quod assumpta est, et per eam divina operatio manife-

Digitized by Google

sa est, velit ipse factam natura creatricem : sed pie confitetur credens, propter nostram salutem, et ut rerum universitatem inconvertibilitate astringeret, universorum conditorem ex sanctissima semper Virgine Maria, per conceptionem inviolabilem sine ulla mutatione, condita sibi anima intelligente cum corpore perinde sentiente, hominem a malitia natura alienum, factum esse : eumdem totum Deum eumdemque ipsum totum hominem : totum, simul Deum natura, eumdemque ipsum hominem ; qui deitate quidem, per suam sanctissimam carnem, cum ipsa natura carnis non essent, divina operaretur ; humanitate vero humana, quæ nec ipsa deitatis essent, deitatis indulgentia pateretur. Nihil divinum nudum corpore operatus ; nihilque humanum idem ipse gerens quod expers esset deitatis ; qua ipsa nova decentique ratione utraque operatus est, utriusque ratione immunem se a mutatione servans ad perfectæ suæ humanationis, quæ plane vera sit nihilque vitii aut labis admittat, fidem ad astruendam. Itaque Bero quidem, qui sic habeat, uti dicebam, una operatione Christi pariter deitatem ac humanitatem natura confundens, ac personis dividens, vitam dissolvit ; qui nempe nesciat, eamdem operationem, personarum, quæ ejusdem naturæ sint, identitatem duntaxat designare.

A ψίαν τὸ πᾶν, ὁ τῶν ὅλων δημιουργὸς ἐκ τῆς παναγίας ἀειπαρθένου Μαρίας, κατὰ σύλληψιν ἄχραντον, δίχα τροπῆς, ἐνουσιώσας ἑαυτῷ ψυχὴν νοερὰν μετ' αἰσθητικοῦ σώματος, γέγονεν ἄνθρωπος φύσει κακίας ἀλλότριος· ὅλος Θεὸς ὁ αὐτὸς, καὶ ὅλος ἄνθρωπος ὁ αὐτός· ὅλος Θεὸς ὁμοῦ φύσει καὶ ἄνθρωπος ὁ αὐτός· θεότητι μὲν τὰ θεῖα διὰ τῆς αὐτοῦ παναγίας σαρκὸς, οὐκ ὄντα φύσει τῆς σαρκὸς ἐνεργῶν· ἀνθρωπότητι δὲ τὰ ἀνθρώπινα, οὐκ ὄντα φύσει θεότητος, ἀνοχῇ πάσχων θεότητος. Μηδὲν θεῖον γυμνὸν σώματος ἐνεργήσας· μηδὲ ἀνθρώπινον ὁ αὐτὸς ἄμοιρον δράσας θεότητος. Τηρῶν ἑαυτῷ καὶ καθ' ὃν ἐνήργησεν ἀμφότερα καινοπρεπῆ (a) τρόπον, τὸ κατ' ἄμφω φυσικῶς ἀναλλοίωτον· εἰς πίστωσιν τῆς αὐτοῦ τελείας ἐνανθρωπήσεως, τῆς ὄντως ἀληθοῦς, καὶ μηδὲν ἐχούσης φαυλότητος. Ὁ μὲν οὖν Βήρων, οὕτως ἔχων, ὡς ἔφην, ἐνεργείας μονάδος τὴν θεότητα τοῦ Χριστοῦ καὶ τὴν ἀνθρωπότητα συγχέας, ὁμοῦ φυσικῶς καὶ προσωπικῶς μερίζων, καταλύει τὸν βίον· ἀγνοήσας μόνης τῆς τῶν ὁμοφυῶν προσώπων ὁμοφυοῦς ταυτότητος τὴν ταυτουργίαν εἶναι δηλωτικήν.

B

Syllogismi de suppositis divinitus sapientibus testimoniis, et aliis, ejusdemque sancti Anastasii.

XXV. Ecce nunc et sacratissimus hic et magnus doctor veritatisque testis fidelis, concorditer cum aliis omnibus sanctis catholicæ Dei ac apostolicæ Ecclesiæ institutoribus, duas secundum unitionem inconfusam et impartibilem, quemadmodum naturas, ita etiam duas voluntates et operationes congruentes et convenientes naturis, divinam, ut dictum est, et humanam, increatam et creatam, non incœptam et cœptam, tanquam Dei simul et hominis unius et ejusdem Domini nostri Jesu Christi, magna voce confitetur et prædicat, et confiteri nobis sine prævaricatione jubet. Difficillimum autem esse, ac modis omnibus impossibile definit, ut unam voluntatem et operationem, aut naturam unam deitatis et humanitatis ejus confiteantur hi, qui pie vivere volunt. Propter quod et tale quid in eo dogmatizantes, tanquam impios et alienos ab immaculata nostra Christianorum fide abjicit et condemnat, nosque hoc facere contestatur. De duabus enim Salvatoris nostri Christi naturis et operationibus, ut breviter pauca ex sacris illius eloquiis expediam, hæc evidenter effatur : *Utraque ostendens se, eo quod dupliciter (divine scilicet et humane) operatum est, secundum eamdemque veraciter vera et naturalis substantia est, Deum immensum simul, et circumscriptum exsistere ac intelligi hominem ; utriusque perfecte* [lxxvii] *perfectam essentiam habentem, cum illius operatione, id est, naturali proprietate.* Et rursus : *Non enim caro facta est natura deitas, translata natura, facta videlicet secundum naturam divinitatis caro ; sed quod erat, etiam deitati coapta, mansit, id est, caro infirma et passibilis natura et operatione, sicut ait Salvator : « Spiritus quidem promptus, caro autem infirma* [47]. » Et rursus : *Qua operatus et passus, quæ erant carnis ab omni peccato immunis, divinitatis pro nobis exinanitionem miraculis et carnis passionibus naturaliter confirmatam, probavit.* Et iterum : *Mysterium divinæ incarnationis, apostolis et prophetis atque doctoribus, duplam ac diversam in omnibus habere compertum est naturalem considerationem ; cum perfectæ deitatis, et plenæ vim habeat ostendendæ humanitatis.* Et iterum : *Quibus divine pariter et humane operatus est, perfecte utroque sui rationem natura servans incommutabilem.* Et iterum : *Nihil divinum nudum corpore operatus, nihil humanum idem ipse gerens quod expers esset deitatis : qua ipsa nova decentique ratione utraque operatus est, utriusque ratione immunem se a mutatione servans, ad perfectæ suæ humanationis, quæ plane vera sit, nihilque aut vitii aut labis admittat, fidem astruendam.*

C

D

XXVI. De his vero, qui unam deitatis et humanitatis ejus operationem, et naturam unam dogmatizant, dicit : *Non enim circumscribi natura genita comparatum est, quod secundum naturam ingenitum est, tametsi ei coaluit, per conceptionem, quæ vim omnem mentis circumscribit : ac nec unquam in eumdem naturam naturalemque virtutem seu opera-*

[47] Matth. xxvi, 42.

(a) Affine istud τῷ, καινήν τινα ἐνέργειαν ἡμῖν πολιτεύσας. Dionys. ep. 4 Ad Caium.

Digitized by Google

tionem vertuntur, donec utrumque intra propriam naturalem inconvertibilitatem manet. Et item : *Eorum enim duntaxat, quæ ejusdem naturæ sunt, motus ejusdem virtutis ac efficaciæ est, substantiam designans, cujus est naturalis virtus, cum substantia diversæ natura proprietatis nulla ratione esse possit aut fieri, absque convertibilitate.* Item : *Ea enim, quæ ejusdem inter se virtutis sunt et operationis, ejusdemque prorsus originis ac earumdem passionum, ea naturæ distinctionem non admittunt; confusisque secum naturis, erit Christus dualitas, personisque divinis fiet quaternitas : quod omnium maxime cavendum.* Et iterum : *Si quidem igitur, ut auctor Bero est, assumpta illi caro ejusdem ac ipse virtutis seu operationis facta est, plane etiam ejusdem facta est naturæ cum quibus omnibus natura est, quod principii expers, quod ingenita, quod infinita, quod sempiterna, quod incomprehensa, et si qua ejusmodi secundum excellentiam theologicus sermo eximie in deitate contemplatur : et vicissitudinem utraque passa sunt, neutro substantialem naturæ suæ rationem ultra incolumem servante.* Et rursus : *Qui enim eorum, quæ sunt diversæ naturæ, eamdem sentit operationem, confusionem pariter naturalem, divisionemque ipsorum inducit naturalem; ignota prorsus ac obscurata per idiomatum commutationem naturali eorum substantia exsistentiaque.* Item : *Si vero non ejusdem ac ille facta est naturæ, nec ejusdem unquam fiet operationis.* Et iterum : *In hunc autem errorem impegerunt, credentes male propriam carnis effectam divinam operationem, quæ per ipsam in miraculis manifestata est; qua Christus, rerum hac universitate condita, secundum quod intelligitur Deus, quod ita conditum est, tenet ac conservat.* Et iterum : *Non enim cognoverunt, fieri non posse, ut divinæ naturæ operatio, alterius diversæque substantiæ proprietas fieret, absque convertibilitate.* Et iterum : *Quandiu non unum secundum essentiam unius noscitur Verbum operationis, nulla unquam ratione fiat, ut amborum unus cognoscatur.* Et iterum : *Itaque Bero, qui sic habet, ut dicebam, una operatione Christi pariter deitatem et humanitatem natura confundens ac permixtis dividens, vitam dissolvit; qui nempe nesciat, eamdem operationem, personarum, quæ ejusdem naturæ sint, identitatem duntaxat designare.*

XXVII. His igitur ita et ab hoc quoque sacratissimo et magno doctore ac martyre veritatis (idipsum autem est, si dicamus a sanctissimo, qui in eo loquitur, Spiritu) manifestius dictis, diligenter intendant qui volunt, et maxime qui communicant his qui novitates nunc operati sunt et sciant certissime, quia qui duas Salvatoris nostri Christi voluntates naturales et operationes denegant et abjiciunt, et impiam ac alienam a Christianico nomine tam sacram et orthodoxam confessionem appellant unamque deitatis et humanitatis ejus voluntatem et operationem dogmatizant, eos qui sibi consone non confitentur anathematizantes, liquido, et absque ullo tegente velamine sanctos prophetas et apostolos atque doctores; vel etiam (ut verius dicatur) sanctissimum Spiritum, qui in illis locutus est, quinimo loquitur, anathematizant, et ab eo per illos traditam nobis sacram et orthodoxam confessionem abnegant et abjiciunt, atque impiam et alienam a Christianico dogmate esse asseverant, et æque ut prædictus hæreticus, quin potius ut omnes simul profani hæretici, qui in confusione ac phantasia et divisione decepti sunt, solum supersubstantialis theologiæ ac incarnatæ dispensationis non abnegant et subvertunt mysterium. Quaternitatem quidem personarum sanctam confitentes Trinitatem : at vero unum hujus, id est, Dominum nostrum Jesum Christum, inanimatum et sine intellectu [lxxviij] ac sine ratione, secundum quod propter nos factus est homo, introducentes; et convertibilitatem simul et conspersionem ac mutabilitatem, confusionemque ac phantasiam et divisionem utriusque naturæ ipsius pronuntiantes; et puri per hoc hominis, vel prodigii cujusdam matrem sanctam semper Virginem ac Dei Genitricem Mariam scribentes.

XXVIII. Deinde vero hanc, quæ videlicet in eo ab illis dogmatizata est, unam voluntatem et unam operationem respuentes, et neque unam neque duas, id est, divinam et humanam voluntatem vel operationem, vel quamdam ex omnibus confiteri volentes, non solum instabiles et tergiversatores, sed et hæreticis, qui in confusione et phantasia et divisione erraverunt, magis impios ipsi seipsos propriis verbis et dogmatibus monstrant. Nam illi quidem, vel unam; isti vero, nec unam voluntatem vel operationem habere eum volunt; ac per hoc insubstantialem illum et inessentialem (minus enim est dicere sine voluntate ac impotentem) secundum utrasque naturas pronuntiant; cum juxta sacras definitiones et rationes, corruptio, id est, interemptio et inexsistentia naturæ, naturalium habitudinum et operationum atque virtutum infirmitas et defectus exsistat : et quod universaliter voluntate naturali ac substantiali operatione privatur, neque est, neque aliquid est, neque est quævis ejus essentia.

XXIX. Et non ipsum tantum, sed et Patrem et Spiritum sanctum, insubstantivum astruunt et inexsistentem. Ejusdem enim utrisque illis substantiæ, id est, deitatis et voluntatis et operationis, Salvator exsistit, secundum quod est et dicitur natura Deus : ita ut subsequenter et Dominam nostram vere sanctissimam super omnes sanctos venerandam scilicet et laudandam, ut proprie ac non fallaciter, sed veraciter Dei Genitricem semperque Virginem, non proprie ac veraciter Matrem Dei describant, sed ejus qui nullo modo secundum ipsos exsistit. Et isti quidem talibus ac tantis impietatibus capti, per sua ipsorum dogmata propalantur. Hi vero, qui simul cum duabus voluntatibus et operationibus, quæ a sanctis Ecclesiæ Catholicæ institutoribus pie in Salvatore nostro Christo

Digitized by Google

dicuntur, aliam unam nescio unde fingentes confiteri volunt; et anathematizant eos, qui non consone sibi unam et duas, id est, tres voluntates et operationes in eo confitentur. Nihilominus et isti sanctos prophetas et apostolos ac doctores, quin et super hos, qui in ipsis loquutus est, imo et nunc per eos affatur, sanctissimum Spiritum anathematizant; et traditam per eos nobis ab illo sanctam et immaculatam fidem novis adulterantes adinventionibus abnegant, et aliam in Salvatore Christo naturam præter divinam et humanam, extraneam quamdam, et ab omnibus quæ sunt in rebus alienam, fingunt: cujus esse volunt a se fictam in illo unam voluntatem et operationem. Quoniam omnis voluntas naturalis et substantialis operatio, naturæ profecto quæ velit et operetur sunt proprietates. Et omnis operatio naturalis substantiam indicat, ex qua procedit et cui inest. Operatio enim naturalis uniuscujusque naturæ index est et cognoscitur : omnisque natura, propriæ operationis substantiali noscitur ratione; et omnis natura convenientem sibi seque designantem operationem habet, hanc ab aliis discernentem; definitionesque substantiarum, naturales earum operationes vera ratio novit. Et ut compendiose dicatur, nec naturam sine operatione, quæ illam substantialiter characterizet, nec rursus voluntatem vel operationem constare sine quadam substantia, est possibile, quemadmodum divina prædicant eloquia, et ipsa rerum clamat natura.

XXX. Igitur voluntatem et operationem unam præter duas circa Salvatorem Christum fingentes, ex necessitate etiam aliam naturam præter divinam, ut dictum est, et humanam, extraneam quamdam ab iis omnibus quæ sunt in rebus alienam plasmantes, applicant ei, cujus velint esse jam dictam a se unam voluntatem; quæ inane figmentum fictæ cogitationis est, et germen quod ab idololatria nil penitus differt. Deus enim simul et homo Salvator exsistens, duas tantum congruentes sibi naturas et voluntates et operationes, id est, divinam et humanam habet, quemadmodum inclyti præceptores nostri ac doctores affirmant, non unam et duas, id est, tres, ut adversarii dogmatizant. Quo illud evidenter gerant, quod olim a Deo per Isaiam prophetam in calumniam dicitur, id est: *Caupones tui vinum aqua miscent* [47]. Ut enim apparet, et isti verbum veritatis cauponum more adulterando, naturalem dualitatem voluntatum et operationum Salvatoris nostri Christi, una voluntate et operatione quæ in ipso ab hæreticis, qui in confusione et divisione seu phantasia decepti sunt, impie dogmatizata est, veluti vinum aqua miscentes, utrasque sectas confiteri compellunt. Quod impium veraciter est et alienum ab immaculata fide nostra Christianorum, qui ex diametro similiter ut præcessores [lxxix] sui etiam per hunc a veritate decidunt modum.

XXXI. Æquale quippe ex diametro et simile malum est cum hæretica opinione, paternam projicere ac reprobare orthodoxiam, et e diverso cum hac, pariter et illam confiteri et approbare : *Quæ enim participatio justitiæ et iniquitati? aut quæ societas luci ad tenebras? aut quæ conventio Christi ad Belial? aut quæ pars fideli cum infideli? quis autem consensus templi Dei cum idolis?* divinus ait Apostolus [48]. Inquam vero et ipse . Quæ participatio vel communicatio aut conventio aut pars aut consensus paternæ orthodoxiæ, ad nequam hæreticorum opinionem, ut cum altera altera prædicetur, vel etiam respuatur.

XXXII. Et hoc quoque diligenter intendant, quia si quemadmodum Magnus ab immortalitate cognominatus (imo vero cunctus sanctorum chorus) affirmat, quod pene fides Salvatoris nostri non admittat, cum hoc instabile quiddam secundum suam ipsius rationem sit (*a*). Quod si hoc fuerit passa, et quod huic est contrarium procul dubio sustinebit, additamentum scilicet. Et quomodo manebit ulterius fides defectibus ac profectibus immutata? *Dicant*, inquit, *nobis, qui per singulos dies fidem creant, imo deos sibi diversos fingunt; quoniam cum fidei verbo, mutatur atque multiplicatur a talibus id quod creditur.* Ergo et adversarii fides sibi condentes diversas, absque omni contradictione secundum qualitatem et quantitatem atque immutationem dogmatum suorum, immutant simul et multiplicant id quod creditur; et quinque Christos catenus plasmasse monstrantur. Hunc quidem unam operationem, illum vero nec unam operationem; et alium unam voluntatem, et alterum nec unam voluntatem; porro quintum unam et duas, atque unam et duas, id est, tres operationes et tres voluntates, ut aiunt, habentem. Et dicant, si volunt, illi ipsi qui talia exponunt dogmata, et qui communicant eis, in quem talium ac tot Christorum a se futurum credentes baptizati sunt vel baptizantur : aut cujus eorum corpus et sanguinem sumunt atque distribuunt : utrum ejus qui unam, an qui nec unam operationem; ejus qui unam voluntatem, an ejus qui unam et duas, et unam et duas, id est, tres operationes et voluntates; et propterea jam ex necessitate, tres etiam naturas habet? Sed *non erat vox, et non erat auditio*, quemadmodum ait propheta magnus Elias [49], scelestos sacerdotes et pseudoprophetas confusionis redarguens.

XXXIII. Nam quidquid horum dixerint, illinc cum impietate etiam redargutionem sermo eorum circumferet, quoniam, non in verum et veraciter exsistentem Christum credunt atque baptizant : nec illius corpus et sanguinem accipiunt et distribuunt. Illum enim, verum scilicet, et qui vere consistit, Christum Deum simul et hominem inclyti magistri nostri, et præceptores scientes, duas et

[47] Isa. I, 22. [48] II Cor. VI, 14. [49] III Reg. XVIII, 26.

(*a*) Athan. *De synod. Seleuciæ et Arim.* Sed mendum in voce *pene*. Num *consules*, vel *tempus*, aut defectum.

Digitized by Google

tantum quemadmodum naturas, sic etiam et duas voluntates et totidem operationes congruentes sibi, divinam scilicet, ut jam dictum est et comprobatum, et humanam, increatam et creatam, sine inceptione et cum inceptione, in ipso confitentur et confiteri nobis præcipiunt. Non autem, ut hi nunc novitates fecerunt, unam et nec unam, nec duas, et rursus unam et duas, id est, tres voluntates et operationes habere illum fatentur.

XXXIV. Super hæc autem omnia quæ dicta sunt, et illud quoque certissime noverint, quoniam unam nec unam, neque duas, et iterum unam et duas voluntates et operationes, et omnia cum anathematibus et depositionibus ac excommunicatione dogmatizantes, aperte sibi et alterutris repugnare proclamantur. Et ipsi per seipsos et invicem subvertunt ac destruunt, alterna verba et dogmata, seque ipsos et alterutros, et eos qui sibi communicant, anathematizant, et ab omni sacra dignitate ac ministerio pellunt atque deponunt. Necnon et a perceptione illibatæ communionis vivifici corporis et sanguinis magni Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi sequestrant.

XXXV. Et hæc liquido nos, et nullo intuentes et scientes obstante velamine, non solum propter multiformem errorem, verum etiam et propter instabilitatem et absurditatem ac reciprocationem talium virorum et dogmatum, omni custodia nosmetipsos ab illorum impietate et communione servemus, quotquot in veritate esse ac dici Christiani volumus. Alienum quippe a Christianis est, cum orthodoxia etiam impietatem suscipere; aut confiteri quidem orthodoxam fidem, communicare vero his, qui hanc per novas inventiones abnegant et adulterant. Propter quod divina nobis lex simul et apostolica jubet, eos qui aliud præter quod a Christiferis viris accepimus, docere ac introducere conati fuerint, aversari et anathematizare, non tantum si homines fuerint, sed et licet angeli fortassis e cœlo descendentes exstiterint [50]. Et si hoc fecerimus, et divinam sine prævaricatione adimpleverimus præceptionem, sacramque ac orthodoxam fidem absque adulteratione simul [Ixx] et innovatione possederimus et confessi fuerimus, ad vitam salvi efficiemur æternam : in Christo Jesu Domino nostro, cum quo Deo et Patri, una cum sanctissimo et bono ac vivifico Spiritu, gloria, honor, imperium et adoratio, nunc et semper, et in omnia nunquam finienda sæcula sæculorum. Amen

[50] Galat. I, 8.

SCHOLIUM, sive HYPOMNESTICUM, his qui desiderio ac zelo divino legere voluerint, breviter declarans, quæ paucis sunt agnita. Id est, una cum athleticis certaminibus, quot exsilia, et in quibus locis ac tempore pertulerint martyrium, diemque fide ad Deum profectionis et exhibitionis. sanctorum et deiferorum Patrum nostrorum ac magistrorum novorum revera confessorum et magnorum martyrum; præcipue illius, qui positam hic epistolam digito Dei scripsit. Eo quod ipse quidem eorum, qui ante se defuncti sunt (Maximi scilicet et Anastasii discipuli ejus) significaverit diem, ut prælatum est: de se autem et germanis fratribus ejus, Theodoreto scilicet et Euprepio, nemo. Insuper et Martini summi et apostolici papæ ac martyris, qui omni, quæ sub sole est, præcellit hieraticæ dignitati; atque quorumdam aliorum, quorum præsens epistola mentionem facit, nec quæcunque, ut reor, alia charta, vel homo.

1. Oportet eos, qui hæc legerint exemplaria præsentis illius sacræ illius sacri epistolæ, Deo parenti, qui scrutatur renes et corda [51], firmissime credere, quia in ea, Deo teste veritatis ex ipsa epistola, quæ propria manu ejus, imo ut verius propter miraculi dicamus insigne, digito Dei scripta est, sancti videlicet patris et magistri nostri domni abbatis Anastasii, presbyteri et apocrisarii senioris et opinatissimæ urbis Romæ, multamque certantis magni et novi revera martyris veritatis, transcripta sunt, scripta ab eo (postquam passus est, quemadmodum dictum est, in Byzantio, una cum concertatore suo et vere philosopho, imo Deo sopho magnoque commartyre Christi veri Dei et Salvatoris nostri Maximo; id est, cum ab intus abscissæ fuerint pretiosæ ac sacræ, divinitusque veraciter mobiles linguæ ac manus, cum verberibus et tormentis amarissimis, ex quibus sanguinis fluorem et pompam per totam urbem perpessi sunt, quod nec malæ unquam vitæ revera quisquam sustinuit. Et nisi solus Deus, qui ex nihilo ut essent cuncta produxit et mortuos suscitat, ex hujuscemodi crudelitate ipsorum et tanto sanguinis fluxu, cauterio nullo modo illis indulto, vel constipatorio aliquo abscissionibus manuum atque linguarum ad cessationem sanguinis juxta morem imposito, hos conservasset ad verecundiam adversariorum, tradidisset ex tunc desiderato a se Deo suas ipsorum sanctas revera et beatas procul dubio animas. Hæc autem omnia ob nihil aliud in eos gesserunt vere profanissimi et miserrimi apostatæ veritatis, nisi propter pessimam veraciter et solam invidiam, quam antiquus hostis dæmon in eis seminavit, quemadmodum et in similibus suis Judæis, cum non potuissent saltem ad modicum quid resistere sapientiæ, quæ illis merito fuerat a Deo donata, pro vera scilicet veritate, et solum pro eo quod noluissent illi communicare cum his, in tam publica et sine Deo impietate ipsorum) cum ipsa sancta dextera manu sua, quæ abscissa fuerat, cujusque truncus tantum remanserat (id est, sine planta et digitis) inopinato argumento; cum videlicet duo sibimet parvissima ligna et tenuia colligasset; imo, ut verius dicam, virtute ac gratia divina, quemadmodum et lingua revera divina, et invisibili expedite penitus et sine prohibitione to-

[51] Psal. VII, 10.

Digitized by Google

XVI. Porro, hi qui unam et duas voluntates et operationes in incarnata ejus dispensatione, supra novam fabulam et figmentum hujusmodi dogmatis dogmatizant, non solum orthodoxæ ac paternæ confessioni hæreticam opinionem, veluti aquam vino, secundum illud quod dicitur [a], miscentes, simul prædicare volunt; sed et tres voluntates et tres operationes, et totidem etiam ex necessitate naturas, id est essentias, habentem eum inducunt, cum nec naturam esse sine operatione, nec rursus operationem sine natura possibile sit. Habent enim se prædicta testimonia quemadmodum subinfertur.

[lxxi] SANCTI HIPPOLYTI

Episcopi Portus romani et martyris veritatis.

Ex sermone qui est per elementum de theologia et incarnatione contra Beronem et Heliconem hæreticos, cujus initium est: « Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος. *Dominus Sabaoth incessanti voce clamantes Seraphim Deum glorificant.* »

XVII. Immensæ quippe virtutis voluntate Dei et facta sunt omnia, et servantur quæ facta sunt, secundum suas ipsius [ipsorum] opportune singula conservata rationes; ei, qui est secundum naturam immensæ virtutis Deus et factor universorum; divina voluntate, quæ omnia fecit et movet, suis unaquæque naturalibus producta legibus, immobili permanente. Quod enim immensum est, nulla ratione vel modo recipit motum, non habens quo et circa quod moveatur. Vertibilitas enim ejus, qui natura immensus est, qui inexpers sit motionis, motus est. Propter quod etiam secundum nos veraciter factum homo absque peccato Dei Verbum, operatumque ac patiens humanitus quæcunque naturæ sunt sine peccato, et naturalis carnis circumscriptionem propter nos sustinens, nullam vicissitudinem pertulit (*a*); nullo omnino quod idipsum est Patri, idipsum factum carni propter exinanitionem. Sed sicut erat sine carne, omnis expers circumscriptionis permansit; et per carnem deifice operans quæ deitatis sunt; utraque ostendens se, eo quod dupliciter (divine scilicet et humane) operatum est, secundum ipsam, quæ veraciter vera, et naturalis substantia est; Deum immensum simul et circumscriptum exsistere ac intelligi hominem, utriusque perfecte perfectam essentiam habentem, cum illius operatione, id est, naturali proprietate; ex quibus manentem secundum naturam sine convertibilitate eorum scimus differentiam: sed non sicut quidam aiunt, secundum comparationem, ne eumdem sibi secundum idem, præter quod oportet, majorem ac minorem dicamus. Connaturalium quippe, et non eorum quæ diversæ alteriusque sunt naturæ, comparationes exsistunt. Deo enim factori omnium, factura; infinitoque, finitum; et infinitati finis secundum nullam rationem comparatur, cum semper et per omnia naturaliter [lxxii] ab invicem, sed non comparative differant, quanquam ineffabilis quædam et indivulsa in unam subsistentiam utriusque facta sit unio, omnem penitus omnis facti scientiam fugiens. Divinitas enim, ut erat ante in-

[a] Isa. I, 22.

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΙΠΠΟΛΥΤΟΥ

Ἐπισκόπου Πόρτου, ἡγουν τοῦ λιμένος, Ῥώμης, καὶ μάρτυρος τῆς ἀληθείας.

Ἐκ τοῦ κατὰ Βήρωνος καὶ Ἥλικος τῶν αἱρετικῶν περὶ θεολογίας καὶ σαρκώσεως κατὰ στοιχεῖον, οὗ ἡ ἀρχή· « Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, *Κύριος Σαβαὼθ ἀσιγήτῳ φωνῇ βοῶντα τὰ Σεραφὶμ τὸν Θεὸν δοξάζουσιν.* »

ΙΖ'. Ἀπειραδυνάμῳ γὰρ θελήσει τοῦ Θεοῦ καὶ γέγονε πάντα, καὶ σώζεται τὰ γενόμενα, κατὰ τοὺς ἑαυτῶν εὐκρινῶς ἕκαστα συντηρούμενα λόγους, αὐτῷ τῷ κατὰ φύσιν ἀπειροδυνάμῳ Θεῷ καὶ ποιητῇ τῶν ὅλων· τῆς θείας αὐτοῦ θελήσεως, ᾗ τὰ πάντα πεποίηκέ τε καὶ κινεῖ, τοῖς ἑαυτῶν ἕκαστα φυσικοῖς διεξαγόμενα νόμοις, ἀκινήτου συνδιαμενούσης. Τὸ γὰρ ἄπειρον κατ' οὐδένα τρόπον ἢ λόγον ἐπιδέχεται κίνησιν, οὐκ ἔχον ὅποι καὶ περὶ ὃ κινηθήσεται. Τροπὴ γὰρ τοῦ κατὰ φύσιν ἀπείρου, κινεῖσθαι μὴ πεφυκότος, ἡ κίνησις. Διὸ καὶ καθ' ἡμᾶς ἀληθῶς γενόμενος ἄνθρωπος χωρὶς ἁμαρτίας ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ἐνεργήσας τε καὶ παθὼν ἀνθρωπίνως ὅσα τῆς φύσεώς ἐστιν ἀναμάρτητα, καὶ φυσικῆς σαρκὸς περιγραφῆς ἀναςχόμενος δι' ἡμᾶς, τρροπὴν οὐχ ὑπέμεινεν, μηδ' ἑνὶ παντελῶς ᾧ ταὐτόν ἐστι τῷ Πατρὶ, γενόμενος ταὐτὸν τῇ σαρκὶ διὰ τὴν κένωσιν· ἀλλ' ὥσπερ ἦν δίχα σαρκὸς, πάσης ἔξω περιγραφῆς μεμένηκε· καὶ διὰ σαρκὸς θεϊκῶς ἐνεργήσας ἅπερ θεότητός ἐστιν. Ἀμφότερα δεικνὺς ἑαυτὸν, δι' ὧν ἀμφοτέρως, θεϊκῶς δή φημι καὶ ἀνθρωπίνως, ἐνήργησε κατ' αὐτὴν τὴν ὄντως ἀληθῆ καὶ φυσικὴν ὕπαρξιν· Θεὸν ἄπειρον ὁμοῦ καὶ περιγραπτὸν ἄνθρωπον ὄντα τε καὶ νοούμενον· τὴν οὐσίαν ἑκατέρου τελείως τελείαν ἔχοντα, μετὰ τῆς αὐτῆς ἐναργείας, ἤγουν φυσικῆς ἰδιότητος· ἐξ ὧν μένουσαν ἀεὶ κατὰ φύσιν δίχα τροπῆς τὴν αὐτῶν ἴσμεν διαφοράν· ἀλλ' οὐχ ὥς τινές φασι, κατὰ σύγκρισιν· ἵνα μὴ τὸν αὐτὸν κατὰ τὸ ἑαυτὸ, αὐτῷ παρ' ὃ δεῖ, μείζονα καὶ μείονα λέγωμεν. Ὁμοφυῶν γὰρ, οὐχ ἑτεροφυῶν, αἱ συγκρίσεις· Θεῷ δὲ ποιητῇ τῶν ὅλων, ποιητόν· ἀπείρῳ, περατόν· καὶ ἀπειρίᾳ πέρας κατ' οὐδένα συγκρίνεται λόγον, ἀεὶ κατὰ πάντα φυσικῶς, ἀλλ' οὐ συγκριτικῶς, ἀλλήλων διαφέροντα· κἂν ἀῤῥήτός τις καὶ ἀῤῥήκτως εἰς μίαν ὑπόστασιν ἀμφοτέρων γέγονεν ἕνωσις, πᾶσαν παντὸς γεννητοῦ παντελῶς διαφεύγουσα γνῶσιν. Τὸ γὰρ Θεῖον, ὡς ἦν πρὸ σαρκώσεως, ἔστι καὶ μετὰ σάρκωσιν, κατὰ φύσιν ἄπειρον, ἄσχετον, ἀπαθὲς, ἀσύγκριτον, ἀναλλοίωτον, ἄτρεπτον, αὐτοσθενὲς, καὶ τὸ πᾶν εἰπεῖν, ὑφεστὼς οὐσιῶδες, μόνον ἀπειροσθενὲς ἀγαθόν.

(*a*) Mutila Sirm. edita, nec sensu sana. Reliqua tantisper Græcis composita, et puriori passim stylo, ut Lector capiat, reddita.

Digitized by Google

carnationem, est et post incarnationem, secundum naturam infinita, incomprehensibilis, impassibilis, inconvertibilis, per se potens; et ut totum dicamus, sola infinitæ virtutis bonum.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ αὐτοῦ Λόγου β'.

ΙΗ'. Γέγονεν οὖν ἀληθῶς, κατὰ τὰς Γραφάς, μὴ τραπεὶς ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ἄνθρωπος ἀναμάρτητος· ὡς οἶδεν αὐτὸς μόνος, ὑπάρχων τεχνίτης φυσικὸς τῶν ὑπὲρ ἔννοιαν· κατ' αὐτὴν ἅμα τὴν σωτήριον σάρκωσιν, τῆς ἰδίας θεότητος ἐμποιοῦσα τῇ σαρκὶ τὴν ἐνέργειαν, οὐ περιγραφομένην αὐτῇ διὰ τὴν κένωσιν· οὐδ' ὥσπερ τῆς αὐτοῦ θεότητος, οὕτω καὶ αὐτῆς φυσικῶς ἐκφυομένην· ἀλλ' ἐν οἷς ἂν σαρκωθεὶς θεϊκῶς ἐνήργησε δι' αὐτῆς ἐκφαινομένην οὐ γὰρ γέγονε φύσει θεότητος, μεταβληθεῖσα τὴν φύσιν, ἡ σὰρξ, γενομένη τῇ φύσει θεότητος σάρξ· ἀλλ' ὅπερ ἦν, καὶ θεότητι συμφυεῖσα, μεμένηκε· ἦγουν σὰρξ, ἀσθενὴς καὶ παθητὴ τὴν φύσιν καὶ τὴν ἐνέργειαν· καθὼς εἶπεν ὁ Σωτήρ· *Τὸ μὲν πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενής.* καθ' ἣν ἐνεργήσας τε καὶ παθὼν ἅπερ ἦν ἀναμαρτήτου σαρκὸς, τὴν ὑπὲρ ἡμῶν ἐπιστώσατο κένωσιν Θεότητος, θαύμασι καὶ σαρκὸς παθήμασι φυσικῶς βεβαιουμένην. Διὰ γὰρ τοῦτο γέγονεν ἄνθρωπος ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ἵνα σαρκὶ μὲν παθητῇ πάσχων, ἅπαν ἡμῶν τὸ τῷ θανάτῳ παραδὲν λυτρώσηται γένος· ἀπαθεῖ δὲ θεότητι διὰ σαρκὸς θεανθρωπουργῶν, πρὸς τὴν ἀκήρατον αὐτοῦ καὶ μακαρίαν ἐπαναγάγῃ ζωήν· ἧς ἀπέπεσεν τῷ διαβόλῳ ἐπιθόμενος· καὶ τὰ κατ' οὐρανοὺς ἅγια τάγματα τῶν νοερῶν οὐσιῶν στομώσῃ πρὸς ἀτρεψίαν τῷ μυστηρίῳ τῆς αὐτοῦ σωματώσεως· ἧς ἔργον ἡ τῶν ὅλων ἀνακεφαλαίωσις. Μεμένηκεν οὖν καὶ σαρκωθεὶς κατὰ τὴν φύσιν Θεὸς ὑπεράπειρος, τὴν ἑαυτῷ συγγενῆ καὶ κατάλληλον ἔχων ἐνέργειαν· τῆς Θεότητος οὐσιωδῶς ἐκφυομένην· διὰ δὲ τῆς αὐτοῦ παναγίας σαρκὸς ἐν τοῖς θαύμασιν οἰκονομικῶς ἐκφαινομένην· ἵνα πιστευθῇ Θεὸς εἶναι, δι' ἀσθενοῦς φύσει σαρκὸς αὐτουργῶν τὴν τοῦ παντὸς σωτηρίαν.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ Λόγου γ'.

ΙΘ'. Κἀμοὶ γὰρ, ἵνα τρανώσω παραδείγματι τὸ περὶ Σωτῆρος λεχθὲν, ὁ φυσικός μου λόγος συγγενὴς ἐστι καὶ κατάλληλος ὄντι λογικῷ τε καὶ νοερῷ μου ψυχῇ· ἧς κατὰ φύσιν ἐστὶν αὐτοκίνητος ἐνέργειά τε καὶ πρώτη δύναμις ἀεικίνητος, ὁ λόγος, φυσικῶς αὐτῆς πηγαζόμενος· ὃν ῥηματίσας τε καὶ γραμμαῖς εὖ χαράξας, γλώσσῃ μὲν ὀργανικῶς, ὅτε χρὴ προφέρω. καὶ γράμμασι τεχνικῶς, διὰ τῶν ἀνομοίων μὲν (*a*) ὑπάρχοντα, καὶ διὰ τῶν ἀνομοίων μὴ τραπέντα δεικνὺς αὐτὸν ἐξακουόμενον. Οὐ γὰρ γλώσσης καὶ γραμμάτων ὁ φυσικός μου λόγος ἐστὶ, κἂν δι' αὐτῶν αὐτοῦ ποιουμένου τὴν προφοράν· ἀλλ' ἐμοῦ τοῦ κατὰ φύσιν λαλοῦντος, καὶ δι' ἀμφοῖν αὐτὸν ὡς ἐμὸν ἐκφωνοῦντος· τῆς μὲν νοερᾶς μου ψυχῆς φυσικῶς ἀεὶ πηγαζόμενον· διὰ δὲ τῆς σωματικῆς μου γλώσσης ὀργανικῶς, ὡς ἔφην, ὅτε χρὴ προφερόμενον. Ὥσπερ οὖν ἡμῶν ὅσον εἰκάσ-

Ejusdem ex eodem sermone 2.

XVIII. Factus est ergo veraciter secundum Scripturas, non conversus universorum Deus, homo sine peccato, ut novit ipse solus, cum sit artifex naturalis eorum, quæ sunt supra sensum; in ipsa simul salutari incarnatione, deitatis suæ coaptans carni operationem, non ea circumscriptam propter exinanitionem: nec sicut ex deitate sua, ita et ex ipsa naturaliter enatam (*b*), sed in quibuscunque incarnatus deifice operatus est, per ipsam declaratam. Non enim caro facta est natura deitatis translata natura; facta videlicet secundum naturam deitatis caro; sed quod erat, etiam deitati coaptata, mansit, id est, caro infirma et passibilis natura operatione, quemadmodum Salvator ait: *Spiritus* (*c*) *quidem promptus, caro autem infirma*[48]; in qua operatus et passus, quæ erant carnis absque peccato, Divinitatis pro nobis exinanitionem, miraculis et carnis passionibus naturaliter confirmatam probavit. Propter hoc enim factus est homo universorum Deus, ut carne quidem passibili patiens, totum nostrum morti traditum genus redimeret: impassibili vero deitate per carnem mirabiliter operans, ad immortalem illud et beatam reduceret vitam, de qua ceciderat diabolo parens; atque sanctos intelligentium substantiarum in cœlis ordines ad inconvertibilitatem incorporationis suæ mysterio stabiliret[49]; cujus opus omnium est in eum recapitulatio. Mansit ergo etiam incarnatus secundum naturam Deus superimmensus, sibi cognatam et convenientem habens operationem, ex deitate quidem substantialiter natam, per sanctissimam vero ejus carnem in miraculis dispensatorie declaratam; ut credatur Deus esse, per infirmam natura carnem per se operans rerum universitatis salutem.

[lxxiii] *Ejusdem, ex eodem sermone 3.*

XIX. Etenim et mihi (ut paradigmate quod dictum est de Salvatore exponam) naturalis sermo meus cognatus est et conveniens, cum sim anima rationalis et intelligens: cujus secundum naturam a se mobilis et prima virtus semper mobilis sermo exsistit, naturaliter ex ea profluens: quem verbis prolatum et lineis pulchre exaratum, lingua quidem, cum oportet, et litteris artificiose produco, ostendens ipsum exaudiri, cum per ea quæ dissimilia sunt, exsistat, nec per ea quæ dissimilia sunt, mutationem admittat. Non enim linguæ ac litterarum naturalis meus sermo est, licet per eas ipsum profero: sed meus, qui secundum naturam loquor, et per utrasque illum ut meum pronuntio: ab intelligente quidem anima mea semper naturaliter promanantem; sed qui per corporalem linguam meam organice, uti dicebam, cum oportet,

[48] Matth. xxvi, 42. [49] Ephes. i, 10.

(*a*) Anast. legerit μή.
(*b*) Male ed. *cognatam.*
(*c*) Spiritus τὸ νοητόν, in Christo, ipsa Deitas: sic Athan., etc.; caro, τὸ ὁρώμενον.

Digitized by Google

proferatur. Sicut ergo in nobis, quantum æstimare possumus, quod modis omnibus est inæstimabile, per corporalem linguam nostrum inconvertibiliter, quæ secundum naturam est, rationalis animæ virtus exeritur; at et in gloriosa Dei incarnatione, per sanctissimam carnem suam, in quibus divine operaretur, sine convertibilitate omnium conservatrix atque effectrix totius deitatis operatio monstrabatur, absque omni secundum naturam circumscriptione permanens, licet per carnem natura finitam fulgeret. Non enim circumscribi natura genita comparatum est, quod secundum naturam ingenitum est; tametsi ei coaluit, per conceptionem, quæ vim omnem mentis circumscribit : ac nec unquam in eamdem naturam naturalemque virtutem seu operationem vertantur, donec utrumque intra propriam naturalem inconvertibilitatem manet. Eorum enim duntaxat, quæ ejusdem naturæ sunt, motus ejusdem virtutis et efficaciæ est, substantiam designans, cujus est naturalis virtus; cum substantia diversæ naturæ proprietatis nulla ratione esse possit aut fieri, sine convertibilitate.

σαι τὸν παντελῶς ἀνείκαστον, διὰ τῆς σωματικῆς ἡμῶν γλώσσης, ἀτρέπτως ἡ κατὰ φύσιν τῆς ψυχῆς λογικὴ προφέρεται δύναμις, οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς ὑπερφυοῦς τοῦ Θεοῦ σωματώσεως, διὰ τῆς αὐτοῦ παναγίας σαρκὸς, ἐν οἷς ἂν θεϊκῶς ἐνήργησε, δίχα τροπῆς ἡ παντοκρατορικὴ καὶ τῶν ὅλων ποιητικὴ τῆς ὅλης θεότητος ἐνέργεια διαδείκνυται, πάσης ἐκτὸς κατὰ φύσιν περιγραφῆς διαμένουσα, κἂν διὰ σαρκὸς διελάμψε φύσει πεπερασμένης. Οὐ γὰρ πέφυκε περιγράφεσθαι γενητῇ φύσει τὸ κατὰ φύσιν ἀγένητον· κἂν συνέφυ αὐτῷ κατὰ σύλληψιν πάντα περιγράφουσαν νοῦν· οὔτε μὲν εἰς ταὐτὸν αὐτῷ φέρεσθαι φύσεώς ποτε καὶ φυσικῆς ἐνεργείας, ἕως ἂν ἑκάτερον τῆς ἰδίας ἐντὸς μένει φυσικῆς ἀτρεψίας. Ὁμοφυῶν γὰρ μόνον ἡ ταὐτουργός ἐστι κίνησις, σημαίνουσα τὴν οὐσίαν, ᾗ φυσικὴ καθέστηκε δύναμις, ἑτεροφυοῦς ἰδιότητος οὐσίας εἶναι κατ' οὐδένα λόγον ἢ γενέσθαι δίχα τροπῆς δυναμένης.

Ejusdem, ex eodem sermone 4.

XX. Mysterium namque divinæ incarnationis apostolis et prophetis atque doctoribus, duplam ac diversam in omnibus habere compertum est naturalem considerationem; eum perfectæ deitatis, [lxxiv] et plenæ vim habeat ostendendæ humanitatis. Quandiu non unum secundum essentiam unius noscitur Verbum operationis, nulla unquam ratione fiat ut amborum motus cognoscatur. Qui enim semper natura Deus cum esset, superinfinita virtute, homo nulla peccati labe, sicut voluit, factus est, id est quod erat, cum quantis cognoscitur Deus; estque nihilominus id quod factus est, cum quantis cognoscitur homo, illique ut cognoscatur comparatum est, semper manens, qui a se ipse neutro excidat, quibus divine pariter ac humane operatus est, perfectam utroque sui rationem natura servans incommutabilem.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου δ'.

Κ'. Τὸ γὰρ μυστήριον τῆς θείας σαρκώσεως, ἀποστόλοις τε καὶ προφήταις καὶ διδασκάλοις, διττὴν καὶ διάφορον ἔχον διέγνωσται τὴν ἐν πᾶσι φυσικὴν θεωρίαν· ἀνελλιποῦς ὑπάρχον θεότητος, καὶ πλήρους ἐνδεικτικὸν ἀνθρωπότητος ὄν. Ἕως ἂν οὐχ εἷς κατὰ τὴν οὐσίαν γνωρίζεται Λόγος μιᾶς ἐνεργείας, οὐδέποτε καθοτιοῦν ἀμφοτέρων γνωσθήσεται κίνησις. Ὁ γὰρ ἀεὶ κατὰ φύσιν ὑπάρχων Θεὸς, ὑπεραπείρῳ δυνάμει γενόμενος, ὡς ἠθέλησεν, ἄνθρωπος ἀναμάρτητος, ὅπερ ἦν, ἐστὶ, μεθ' ὅσων νοεῖται Θεός· καὶ ὅπερ γέγονεν, ἐστὶ, μεθ' ὅσων νοεῖται καὶ γνωρίζεσθαι πέφυκεν ἄνθρωπος. Ἑαυτοῦ καθ' ἑκάτερον ἀεὶ μένων ἀνέκπτωτος, οἷς θεϊκῶς ὁμοῦ καὶ ἀνθρωπίνως ἐνήργησε, τέλειον κατὰ τὸν ἑκάτερον λόγον σώζων ἑαυτοῦ φυσικῶς ἀναλλοίωτον.

Ejusdem, ex eodem sermone 5

XXI. Bero enim quidam nuper, et alii quidam, Valentini phantasia relicta, deteriori irretiti sunt pravitate, dicentes assumptam a Verbo carnem, ejusdem operationis ac virtutis cum deitate factam esse, propter assumptionem : divinitatem vero earumdem cum carne passionum ac affectuum, propter exinanitionem; convertibilitatem simul et commistionem ac confusionem, amborumque alterius in alterum mutationem dogmatizantes. Si enim caro assumpta facta est ejusdem ac deitas operationis, liquet quod et natura Deus, cum quantis natura intelligitur Deus. Et, si deitas earumdem ac caro passionum affectuumque effecta est, liquet quod et natura caro, cum quantis natura comparatum carni ut cognoscatur. Ea enim quæ ejusdem inter se virtutis sunt et operationis, ejusdemque prorsus originis ac earumdem passionum, ea naturæ dictinctionem non admittunt : confusisque

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου ε'.

ΚΑ'. Βήρων γάρ τις ἔναγχος, μεθ' ἑτέρων τινῶν, τὴν Βαλεντίνου φαντασίαν ἀφέντες, χείρονι κακῷ κατεπάρησαν, λέγοντες· Τὴν μὲν προσληφθεῖσαν τῷ Λόγῳ σάρκα γενέσθαι ταυτουργὸν τῇ θεότητι, διὰ τὴν πρόσληψιν· τὴν θεότητα δὲ γενέσθαι ταυτοπαθῆ τῇ σαρκὶ, διὰ κένωσιν· τροπὴν ὁμοῦ καὶ φόρσιν καὶ σύγχυσιν, καὶ τὴν εἰς ἀλλήλους ἀμφοτέρων μεταβολὴν δογματίζοντες. Εἰ γὰρ ἡ προσληφθεῖσα σὰρξ γέγονε ταυτουργὸς τῇ θεότητι, δηλονότι καὶ φύσει Θεὸς, μεθ' ὅσων φυσικῶς νοεῖται Θεός. Καὶ εἰ γέγονε κενωθεῖσα τῇ σαρκὶ ταυτοπαθὴς ἡ θεότης, δηλονότι καὶ φύσει σὰρξ, μεθ' ὅσων φυσικῶς γνωρίζεσθαι πέφυκε σάρξ. Τὰ γὰρ ἀλλήλοις ὁμοεργῆ καὶ ταὐτουργὰ, καὶ ὁμόφυλα πάντως καὶ ταυτοπαθῆ διαφορὰν οὐκ ἐπιδέχεται φύσεως· καὶ φύσεως αὐτῶν συγκεχυμένων, ἔσται δυὰς ὁ Χριστὸς, καὶ προσώπων μεμερισμένων τετρὰς, τὸ ψευκτότατον. Καὶ πῶς αὐτοῖς εἷς καὶ ὁ αὐτὸς Θεὸς ὁμοῦ φύσει καὶ

Digitized by Google

ἄνθρωπος, ὁ Χριστός; Ποίαν δὲ κατ' αὐτοὺς ἕξει τὴν ὑπαρξιν, μεταβολῇ θεότητος γενόμενος ἄνθρωπος, καὶ σαρκὸς μεταποιήσει Θεός; Ἡ γὰρ εἰς ἀλλήλας τούτων μετάπτωσις, παντελής ἐστιν ἀμφοτέρων ἀναίρεσις· σκοπείσθω δὲ πάλιν ἡμῖν ἑτέρως ὁ λόγος.

A secum naturis, erit dualitas Christus; personisque divisis, fiet quaternitas: quod omnium maxime cavendum est. Nam quomodo unus et idem simul natura Deus et homo illis erit Christus? Quam vero per illos habebit substantiam, qui deitatis mutatione homo factus sit, ac carne in deitatem translata, Deus? Quod enim hæc, alterum in alterum transeant, amborum omni ex parte interitus est. Atqui alia nobis rursus ratione sermo considetur.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου ς'.

Ejusdem, ex eodem sermone 6.

ΚΒ'. Εὐσεβὲς κεκύρωται δόγμα Χριστιανοῖς· κατ' αὐτήν τε φύσιν καὶ τὴν ἐνέργειαν, καὶ πᾶν ἕτερον αὐτῷ προσφυὲς, ἴσον ἑαυτῷ καὶ ταυτὸν εἶναι τὸν θεὸν, μηδὲν ἑαυτῷ τῶν ἑαυτοῦ παντελῶς ἄνισον ἔχοντα καὶ ἀκατάλληλον. Εἰ τοίνυν κατὰ Βήρωνα τῆς αὐτῆς αὐτῷ προσληφθεῖσα φυσικῆς ἐνεργείας γέγονεν ἡ σὰρξ, δηλονότι καὶ τῆς αὐτῆς αὐτῷ γέγονε φύσεως, μεθ' ὅσων ἡ φύσις, ἀναρχίας, ἀγεννησίας, ἀπειρίας, ἀϊδιότητος, ἀκαταληψίας, καὶ τῶν ἄλλων τούτων καθ' ὑπεροχὴν ὁ θεολογικὸς ὑπερφυῶς ἐνορᾷ τῇ θεότητι λόγος· καὶ τροπὴν ἀμφότερα πέπονθεν, μηδετέρου τὸν τῆς φύσεως οὐσιώδη λόγον ἔτι σῳζόμενον ἔχοντος. Ὁ γὰρ ἑτεροφυῶν εἰδῶς ταυτουργίαν, σύγχυσιν ὁμοῦ φυσικὴν, καὶ διαίρεσιν αὐτῶν εἰσηγεῖται προσωπικὴν· ἀδιαγνώστου παντελῶς τῇ τῶν ἰδιωμάτων μεταβολῇ τῆς φυσικῆς αὐτῶν γενομένης ὑπάρξεως.

XXII. Pium Christianis constitutum est dogma ac ratum: ad ipsam quod attinet [lxxv] naturam virtutemque et operationem, nec non omne aliud quod conveniens est et ex natura, æqualem sibi eumdemque esse Deum, et qui nihil prorsus eorum quæ sua sunt inæquale habeat minusque conveniens. Siquidem igitur, ut auctor Bero est, assumpta illi B caro, ejusdem ac ipse virtutis seu operationis effecta est, plane etiam ejusdem facta est naturæ, cum quibus omnibus natura est quod principii expers, quod ingenita, quod infinita, quod simpiterna, quod incomprehensa, et si qua ejusmodi secundum excellentiam theologicus sermo eximie in deitate contemplatur: et vicissitudinem utraque passa sunt, neutro substantialem naturæ suæ rationem ultra incolumem servante. Qui enim eorum, quæ sunt diversæ naturæ, eamdem sentit operationem, confusionem pariter naturalem, divisionemque ipsorum inducit personalem; ignota prorsus ac obscurata per idiomatum commutationem, naturali eorum substantia exsistentiaque.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου ζ'.

Ejusdem, ex eodem sermone 7.

ΚΓ'. Εἰ δὲ τῆς αὐτῆς αὐτῷ μὴ γέγονε φύσεως, C οὐδὲ τῆς αὐτῆς αὐτῷ ποτε γενήσεται φυσικῆς ἐνεργείας, ἵνα μὴ δειχθῇ τῇ φύσει τὴν ἐνέργειαν ἄνισον, ἔχων καὶ ἀκατάλληλον· καὶ τῆς αὐτοῦ δι' ὅλων τῶν ἑαυτοῦ φυσικῆς ἕξω γεγονὼς ἰσότητος καὶ ταυτότητος· ὅπερ ἀσεβές.

XXIII. Si vero non ejusdem ac ille facta est naturæ, nec ejusdem unquam fiet operationis; ne videatur inæqualem naturæ nec convenientem habere operationem, suisque omnibus a naturali sua æqualitate excessisse ac identitate: quod est impium.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου η'.

Ejusdem, ex eodem sermone 8.

ΚΔ'. Εἰς ταύτην δὲ τὴν πλάνην κατήχθησαν, κακῶς πεισθέντες ἰδίαν γενέσθαι τῆς σαρκὸς τὴν δι' αὐτῆς ἐκφανθεῖσαν ἐν τοῖς θαύμασι θείαν ἐνέργειαν· ἣν τῶν ὅλων ὁ Χριστὸς οὐσιώσας, καθὸ νοεῖται Θεὸς, ἔσχε κρατούμενον. Οὐ γὰρ ἔγνωσαν, ἀδύνατον εἶναι θείας ἐνέργειαν φύσεως ἑτεροφανοῦς οὐσίας ἴδιωμα γενέσθαι δίχα τροπῆς· οὐδὲ συνῆκαν, ὡς οὐ πάντως ἴδιόν ἐστι σαρκὸς, τὸ δι' αὐτῆς μὲν ἐκφαινόμενον, οὐκ αὐτῆς δὲ φυσικῶς ἐκφυόμενον· καίτοι σαφοῦς αὐτοῖς οὔσης καὶ προφανοῦς τῆς ἀποδείξεως. Ἐγὼ γὰρ γλώσσῃ λαλῶν καὶ χειρὶ γράφων, μίαν καὶ τὴν αὐτὴν δι' ἀμφοῖν τῆς νοερᾶς μου ψυχῆς ἐκφαίνω διάνοιαν, ἐνέργειαν αὐτῆς ὑπάρχουσαν φυσικὴν· μηδενὶ λόγῳ δείξας αὐτὴν γλώσσης ἢ χειρὸς φυσικῶς ἐκφυομένην· μήτε μὴν γενομένην αὐτῶν ἢ λεγομένην διάνοιαν, διά τὴν δι' ἀμφοῖν αὐτῆς ἔκφανσιν. Γλῶσσαν γὰρ ἢ χεῖρα διανοητικὴν συνετὸς οἶδεν οὐδείς· ὥσπερ οὐδὲ τὴν παναγίαν τοῦ Θεοῦ σάρκα, διὰ τὸ προσληφθῆναι, καὶ τὸ δι' αὐτῆς ἐκφανθῆναι τὴν θείαν ἐνέργειαν, γενομένην κατ' αὐτὸν φύσει δημιουργόν· ἀλλ' εὐσεβῶς ὁμολογεῖ πιστεύων, ὅτι διὰ τὴν ἡμῶν σωτηρίαν, καὶ τὸ δῆσαι πρὸς ἀτρε-

XXIV. In hunc autem errorem impegerunt, credentes male propriam carnis effectam divinam operationem, quæ per ipsam in miraculis manifestata est; qua Christus rerum hac universitate condita, secundum quod intelligitur Deus, quod ira conditum est tenet ac conservat. Non enim cognoverunt, fieri non posse, ut divinæ naturæ operatio, alterius diversæ quæ substantiæ proprietas fiat, absque D convertibilitate: neque intellexerunt haud utique carnis proprium esse, quod per eam quidem eluxit, non tamen ex ea naturaliter ortum est: tametsi clara eis et manifesta probatio est. Ego enim lingua loquens et manu scribens, unam et eamdem per utranique intelligentis animæ meæ profero cogitationem; naturalem ejus exsistentem operationem; nulla ratione ostendens, eam a lingua vel manu naturaliter proficisci, nec quæ earum facta [lxxvi] sit autve dicatur cogitatio, propter ejus per utramque manifestationem. Linguam enim vel manum cogitandi vi præditam, nemo sapiens novit: sicut nec sanctissimam Dei carnem, idcirco quod assumpta est, et per eam divina operatio manife-

Digitized by Google

sa est, velit ipse factam natura creatricem : sed pie confitetur credens, propter nostram salutem, et ut rerum universitatem inconvertibilitate astringeret, universorum conditorem ex sanctissima semper Virgine Maria, per conceptionem inviolabilem sine ulla mutatione, condita sibi anima intelligente cum corpore perinde sentiente, hominem a malitia natura alienum, factum esse : eumdem totum Deum eumdemque ipsum totum hominem : totum, simul Deum natura, eumdemque ipsum hominem ; qui deitate quidem, per suam sanctissimam carnem, cum ipsa natura carnis non essent, divina operaretur ; humanitate vero humana, quæ nec ipsa deitatis essent, deitatis indulgentia pateretur. Nihil divinum nudum corpore operatus ; nihilque humanum idem ipse gerens quod expers esset deitatis ; qua ipsa nova decentique ratione utraque operatus est, utriusque ratione immunem se a mutatione servans ad perfectæ suæ humanationis, quæ plane vera sit nihilque vitii aut labis admittat, fidem ad astruendam. Itaque Bero quidem, qui sic habeat, uti dicebam, una operatione Christi pariter deitatem ac humanitatem natura confundens, ac personis dividens, vitam dissolvit ; qui nempe nesciat, eamdem operationem, personarum, quæ ejusdem naturæ sint, identitatem duntaxat designare.

A ψίαν τὸ πᾶν, ὁ τῶν ὅλων δημιουργὸς ἐκ τῆς παναγίας ἀειπαρθένου Μαρίας, κατὰ σύλληψιν ἄχρατον, δίχα τροπῆς, ἐνουσιώσας ἑαυτῷ ψυχὴν νοερὰν μετ' αἰσθητικοῦ σώματος, γέγονεν ἄνθρωπος φύσει κακίας ἀλλότριος· ὅλος Θεὸς ὁ αὐτὸς, καὶ ὅλος ἄνθρωπος ὁ αὐτός· ὅλος Θεὸς ὁμοῦ φύσει καὶ ἄνθρωπος ὁ αὐτός· θεότητι μὲν τὰ θεῖα διὰ τῆς αὐτοῦ παναγίας σαρκὸς, οὐκ ὄντα φύσει τῆς σαρκὸς ἐνεργῶν· ἀνθρωπότητι δὲ τὰ ἀνθρώπινα, οὐκ ὄντα φύσει θεότητος, ἀνοχῇ πάσχων θεότητος. Μηδὲν θεῖον γυμνὸν σώματος ἐνεργήσας· μηδὲ ἀνθρώπινον ὁ αὐτὸς ἄμοιρον δράσας θεότητος. Τηρῶν ἑαυτῷ καὶ καθ' ὃν ἐνήργησεν ἀμφότερα καινοπρεπῆ (a) τρόπον, τὸ κατ' ἄμφω φυσικῶς ἀναλλοίωτον· εἰς πίστωσιν τῆς αὐτοῦ τελείας ἐνανθρωπήσεως, τῆς ὄντως ἀληθοῦς, καὶ μηδὲν ἐχούσης φαυλότητος. Ὁ μὲν οὖν Βήρων, οὕτως ἔχων, ὡς ἔφην, ἐνεργείας μονάδα τὴν θεότητα τοῦ Χριστοῦ καὶ τὴν ἀνθρωπότητα συγχέας, ὁμοῦ φυσικῶς καὶ προσωπικῶς μερίζων, καταλύει τὸν βίον· ἀγνοήσας μόνης τῆς τῶν ὁμοφυῶν προσώπων ὁμοφυοῦς ταυτότητος τὴν ταυταυργίαν εἶναι δηλωτικήν.

B

Syllogismi de suppositis divinitus sapientibus testimoniis, et aliis, ejusdemque sancti Anastasii.

XXV. Ecce nunc et sacratissimus hic et magnus doctor veritatisque testis fidelis, concorditer cum aliis omnibus sanctis catholicæ Dei ac apostolicæ Ecclesiæ institutoribus, duas secundum unitionem inconfusam et impartibilem, quemadmodum naturas, ita etiam duas voluntates et operationes congruentes et convenientes naturis, divinam, ut dictum est, et humanam, increatam et creatam, non incœptam et cœptam, tanquam Dei simul et hominis unius et ejusdem Domini nostri Jesu Christi, magna voce confitetur et prædicat, et confiteri nobis sine prævaricatione jubet. Difficillimum autem esse, ac modis omnibus impossibile definit, ut unam voluntatem et operationem, aut naturam unam deitatis et humanitatis ejus confiteantur hi, qui pie vivere volunt. Propter quod et tale quid in eo dogmatizantes, tanquam impios et alienos ab immaculata nostra Christianorum fide abjicit et condemnat, nosque hoc facere contestatur. De duabus enim Salvatoris nostri Christi naturis et operationibus, ut breviter pauca ex sacris illius eloquiis expediam, hæc evidenter effatur : *Utraque ostendens se, eo quod dupliciter (divine scilicet et humane) operatum est, secundum eamdemque veraciter vera et naturalis substantia est, Deum immensum simul, et circumscriptum exsistere ac intelligi hominem ; utriusque perfecte* [lxxvii] *perfectam essentiam habentem, cum illius operatione, id est, naturali proprietate.* Et rursus : *Non enim caro facta est natura deitas, translata natura, facta videlicet secundum naturam divinitatis caro ; sed quod erat, etiam deitati coapta, mansit, id est, caro infirma et passibilis natura et operatione, sicut ait Salvator :* « *Spiritus quidem promptus, caro autem infirma* [47]. » Et rursus : *Qua operatus et passus, quæ erant carnis ab omni peccato immunis, divinitatis pro nobis exinanitionem miraculis et carnis passionibus . naturaliter confirmatam, probavit.* Et iterum : *Mysterium divinæ incarnationis, apostolis et prophetis atque doctoribus, duplam ac diversam in omnibus habere compertum est naturalem considerationem ; cum perfectæ deitatis, et plenæ vim habeat ostendendæ humanitatis.* Et iterum : *Quibus divine pariter et humane operatus est, perfecte utroque sui rationem natura servans incommutabilem.* Et iterum : *Nihil divinum nudum corpore operatus, nihil humanum idem ipse gerens quod expers esset deitatis : qua ipsa nova decentique ratione utraque operatus est, utriusque ratione immunem se a mutatione servans, ad perfectæ suæ humanationis, quæ plane vera sit, nihilque aut vitii aut labis admittat, fidem astruendam.*

C

D

XXVI. De his vero, qui unam deitatis et humanitatis ejus operationem, et naturam unam dogmatizant, dicit : *Non enim circumscribi natura genita comparatum est, quod secundum naturam ingenitum est, tametsi ei coaluit, per conceptionem, quæ vim omnem mentis circumscribit : ac nec unquam in eumdem naturam naturalemque virtutem seu opera-*

[47] Matth. xxvi, 42.

(a) Affine istud τῷ, καινήν τινα ἐνέργειαν ἡμῖν πολιτεύσας. Dionys. ep. 4 Ad Caium.

Digitized by Google

tionem vertuntur, donec utrumque intra propriam naturalem inconvertibilitatem manet. Et item: *Eorum enim duntaxat, quæ ejusdem naturæ sunt, motus ejusdem virtutis ac efficaciæ est, substantiam designans, cujus est naturalis virtus, cum substantia diversæ natura proprietatis nulla ratione esse possit aut fieri, absque convertibilitate.* Item: *Ea enim, quæ ejusdem inter se virtutis sunt et operationis, ejusdemque prorsus originis ac earumdem passionum, ex naturæ distinctionem non admittunt; confusisque secum naturis, erit Christus dualitas, personisque divinis fiet quaternitas: quod omnium maxime cavendum.* Et iterum: *Si quidem igitur, ut auctor Bero est, assumpta illi caro ejusdem ac ipse virtutis seu operationis facta est, plane etiam ejusdem facta est naturæ cum quibus omnibus natura est, quod principii expers, quod ingenita, quod infinita, quod sempiterna, quod incomprehensa, et si qua ejusmodi secundum excellentiam theologicus sermo eximie in deitate contemplatur: et vicissitudinem utraque passa sunt, neutro substantialem naturæ suæ rationem ultra incolumem servante.* Et rursus: *Qui enim eorum, quæ sunt diversæ naturæ, eamdem sentit operationem, confusionem pariter naturalem, divisionemque ipsorum inducit naturalem; ignota prorsus ac obscurata per idiomatum commutationem naturali eorum substantia existentiaque.* Item: *Si vero non ejusdem ac ille facta est naturæ, nec ejusdem unquam fiet operationis.* Et iterum: *In hunc autem errorem impegerunt, credentes male propriam carnis effectam divinam operationem, quæ per ipsam in miraculis manifestata est; qua Christus, rerum hac universitate condita, secundum quod intelligitur Deus, quod ita conditum est, tenet ac conservat.* Et iterum: *Non enim cognoverunt, fieri non posse, ut divinæ naturæ operatio, alterius diversæque substantiæ proprietas fieret, absque convertibilitate.* Et iterum: *Quandiu non unum secundum essentiam unius noscitur Verbum operationis, nulla unquam ratione fiat, ut amborum natus cognoscatur.* Et iterum: *Itaque Bero, qui sic habet, ut dicebam, una operatione Christi pariter deitatem et humanitatem natura confundens ac pervertis dividens, vitam dissolvit; qui nempe nesciat, eamdem operationem, personarum, quæ ejusdem naturæ sint, identitatem duntaxat designare.*

XXVII. His igitur ita et ab hoc quoque sacratissimo et magno doctore ac martyre veritatis (idipsum autem est, si dicamus a sanctissimo, qui in eo loquitur, Spiritu) manifestius dictis, diligenter intendant qui volunt, et maxime qui communicant his qui novitates nunc operati sunt et sciant certissime, quia qui duas Salvatoris nostri Christi voluntates naturales et operationes denegant et abjiciunt, et impiam ac alienam a Christianico nomine tam sacram et orthodoxam confessionem appellant unamque deitatis et humanitatis ejus voluntatem et operationem dogmatizant, eos qui sibi consone non confiteatur anathematizantes, liquido, et absque ullo tegente velamine sanctos prophetas et apostolos atque doctores; vel etiam (ut verius dicatur) sanctissimum Spiritum, qui in illis locutus est, quinimo loquitur, anathematizant, et ab eo per illos traditam nobis sacram et orthodoxam confessionem abnegant et abjiciunt, atque impiam et alienam a Christianico dogmate esse asseverant, et æque ut prædictus hæreticus, quin potius ut omnes simul profani hæretici, qui in confusione ac phantasia et divisione decepti sunt, solum supersubstantialis theologiæ ac incarnatæ dispensationis non abnegant et subvertunt mysterium. Quaternitatem quidem personarum sanctam confitentes Trinitatem: at vero unum hujus, id est, Dominum nostrum Jesum Christum, inanimatum et sine intellectu [lxxviij] ac sine ratione, secundum quod propter nos factus est homo, introducentes; et convertibilitatem simul et conspersionem ac mutabilitatem, confusionemque ac phantasiam et divisionem utriusque naturæ ipsius pronuntiantes; et puri per hoc hominis, vel prodigii cujusdam matrem sanctam semper Virginem ac Dei Genitricem Mariam scribentes.

XXVIII. Deinde vero hanc, quæ videlicet in eo ab illis dogmatizata est, unam voluntatem et unam operationem respuentes, et neque unam neque duas, id est, divinam et humanam voluntatem vel operationem, vel quamdam ex omnibus confiteri volentes, non solum instabiles et tergiversatores, sed et hæreticis, qui in confusione et phantasia et divisione erraverunt, magis impios ipsi seipsos propriis verbis et dogmatibus monstrant. Nam illi quidem, vel unam; isti vero, nec unam voluntatem vel operationem habere eum volunt; ac per hoc insubstantialem illum et inessentialem (minus enim est dicere sine voluntate ac impotentem) secundum utrasque naturas pronuntiant; cum juxta sacras definitiones et rationes, corruptio, id est, interemptio et inexsistentia naturæ, naturalium habitudinum et operationum atque virtutum infirmitas et defectus exsistat: et quod universaliter voluntate naturali ac substantiali operatione privatur, neque est, neque aliquid est, neque est quævis ejus essentia.

XXIX. Et non ipsum tantum, sed et Patrem et Spiritum sanctum, insubstantivum astruunt et inexsistentem. Ejusdem enim utrisque illis substantiæ, id est, deitatis et voluntatis et operationis, Salvator exsistit, secundum quod est et dicitur natura Deus: ita ut subsequenter et Dominam nostram vere sanctissimam super omnes sanctos venerandam scilicet et laudandam, ut proprie ac non fallaciter, sed veraciter Dei Genitricem semperque Virginem, non proprie ac veraciter Matrem Dei describant, sed ejus qui nullo modo secundum ipsos exsistit. Et isti quidem talibus ac tantis impietatibus capti, per sua ipsorum dogmata propalantur. Hi vero, qui simul cum duabus voluntatibus et operationibus, quæ a sanctis Ecclesiæ Catholicæ institutoribus pie in Salvatore nostro Christo

Digitized by Google

dicuntur, aliam unam nescio unde fingentes confiteri volunt; et anathematizant eos, qui non consone sibi unam et duas, id est, tres voluntates et operationes in eo confitentur. Nihilominus et isti sanctos prophetas et apostolos ac doctores, quin et super hos, qui in ipsis loquutus est, imo et nunc per eos affatur, sanctissimum Spiritum anathematizant; et traditam per eos nobis ab illo sanctam et immaculatam fidem novis adulterantes adinventionibus abnegant, et aliam in Salvatore Christo naturam præter divinam et humanam, extraneam quamdam, et ab omnibus quæ sunt in rebus alienam, fingunt: cujus esse volunt a se fictam in illo unam voluntatem et operationem. Quoniam omnis voluntas naturalis et substantialis operatio, naturæ profecto quæ velit et operetur sunt proprietates. Et omnis operatio naturalis substantiam indicat, ex qua procedit et cui inest. Operatio enim naturalis uniuscujusque naturæ index est et cognoscitur: omnisque natura, propriæ operationis substantiali noscitur ratione; et omnis natura convenientem sibi seque designantem operationem habet, hanc ab aliis discernentem; definitionesque substantiarum, naturales earum operationes vera ratio novit. Et ut compendiose dicatur, nec naturam sine operatione, quæ illam substantialiter characterizet, nec rursus voluntatem vel operationem constare sine quadam substantia, est possibile, quemadmodum divina prædicant eloquia, et ipsa rerum clamat natura.

XXX. Igitur voluntatem et operationem unam præter duas circa Salvatorem Christum fingentes, ex necessitate etiam aliam naturam præter divinam, ut dictum est, et humanam, extraneam quamdam ab iis omnibus quæ sunt in rebus alienam plasmantes, applicant ei, cujus velint esse jam dictam a se unam voluntatem; quæ inane figmentum fictæ cogitationis est, et germen quod ab idololatria nil penitus differt. Deus enim simul et homo Salvator exsistens, duas tantum congruentes sibi naturas et voluntates et operationes, id est, divinam et humanam habet, quemadmodum inclyti præceptores nostri ac doctores affirmant, non unam et duas, id est, tres, ut adversarii dogmatizant. Quo illud evidenter gerant, quod olim a Deo per Isaiam prophetam in calumniam dicitur, id est: *Caupones tui vinum aqua miscent* [47a]. Ut enim apparet, et isti verbum veritatis cauponum more adulterando, naturalem dualitatem voluntatum et operationum Salvatoris nostri Christi, una voluntate et operatione quæ in ipso ab hæreticis, qui in confusione et divisione seu phantasia decepti sunt, impie dogmatizata est, veluti vinum aqua miscentes, utrasque sectas confiteri compellunt. Quod impium veraciter est et alienum ab immaculata fide nostra Christianorum, qui ex diametro similiter ut præcessores [lxxix] sui etiam per hunc a veritate decidunt modum.

XXXI. Æquale quippe ex diametro et simile malum est cum hæretica opinione, paternam projicere ac reprobare orthodoxiam, et e diverso cum hac, pariter et illam confiteri et approbare: *Quæ enim participatio justitiæ et iniquitati? aut quæ societas luci ad tenebras? aut quæ conventio Christi ad Belial? aut quæ pars fideli cum infideli? quis autem consensus templi Dei cum idolis?* divinus ait Apostolus [48]. Inquam vero et ipse. Quæ participatio vel communicatio aut conventio aut pars aut consensus paternæ orthodoxiæ, ad nequam hæreticorum opinionem, ut cum altera altera prædicetur, vel etiam respuatur.

XXXII. Et hoc quoque diligenter intendant, quis si quemadmodum Magnus ab immortalitate cognominatus (imo vero cunctus sanctorum chorus) affirmat, quod pene fides Salvatoris nostri non admittat, cum hoc instabile quiddam secundum suam ipsius rationem sit (*a*). Quod si hoc fuerit passa, et quod huic est contrarium procul dubio sustinebit, additamentum scilicet. Et quomodo manebit ulterius fides defectibus ac profectibus immutata? *Dicant*, inquit, *nobis, qui per singulos dies fides creant, imo deos sibi diversos fingunt; quoniam cum fidei verbo, mutatur atque multiplicatur a talibus id quod creditur.* Ergo et adversarii fides sibi condentes diversas, absque omni contradictione secundum qualitatem et quantitatem atque immutationem dogmatum suorum, immutant simul et multiplicant id quod creditur; et quinque Christos eatenus plasmasse monstrantur. Hunc quidem unam operationem, illum vero nec unam operationem; et alium unam voluntatem, et alterum nec unam voluntatem; porro quintum unam et duas, atque unam et duas, id est, tres operationes et tres voluntates, ut aiunt, habentem. Et dicant, si volunt, illi ipsi qui talia exponunt dogmata, et qui communicant eis, in quem talium ac tot Christorum a se futurum credentes baptizati sunt vel baptizantur: aut cujus eorum corpus et sanguinem sumunt atque distribuunt: utrum ejus qui unam, an qui nec unam operationem; ejus qui unam voluntatem, an ejus qui unam et duas, et unam et duas, id est, tres operationes et voluntates; et propterea jam ex necessitate, tres etiam naturas habet? Sed *non erat vox, et non erat auditio*, quemadmodum ait propheta magnus Elias [49], scelestos sacerdotes et pseudoprophetas confusionis redarguens.

XXXIII. Nam quidquid horum dixerint, illinc cum impietate etiam redargutionem sermo eorum circumferet, quoniam, non in verum et veraciter exsistentem Christum credunt atque baptizant: nec illius corpus et sanguinem accipiunt et distribuunt. Illum enim, verum scilicet, et qui vere consistit, Christum Deum simul et hominem inclyti magistri nostri, et præceptores scientes, duas et

[47a] Isa. I, 22. [48] II Cor. VI, 14. [49] III Reg. XVIII, 26.

(*a*) Athan. *De synod. Seleuciæ et Arim.* Sed mendum in voce *pene*. Num *consules*, vel *tempus*, aut defectum.

Digitized by Google

tantum quemadmodum naturas, sic etiam et duas voluntates et totidem operationes congruentes sibi, divinam scilicet, ut jam dictum est et comprobatum, et humanam, increatam et creatam, sine inceptione et cum inceptione, in ipso confitentur et confiteri nobis præcipiunt. Non autem, ut hi nunc novitates fecerunt, unam et nec unam, nec duas, et rursus unam et duas, id est, tres voluntates et operationes habere illum fatentur.

XXXIV. Super hæc autem omnia quæ dicta sunt, et illud quoque certissime noverint, quoniam unam nec unam, neque duas, et iterum unam et duas voluntates et operationes, et omnia cum anathematibus et depositionibus ac excommunicatione dogmatizantes, aperte sibi et alterutris repugnare probantur. Et ipsi per seipsos et invicem subvertunt ac destruunt, alterna verba et dogmata, seque ipsos et alterutros, et eos qui sibi communicant, anathematizant, et ab omni sacra dignitate ac ministerio pellunt atque deponunt. Necnon et a perceptione illibatæ communionis vivifici corporis et sanguinis magni Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi sequestrant.

XXXV. Et hæc liquido nos, et nullo intuentes et scientes obstante velamine, non solum propter multiformem errorem, verum etiam et propter instabilitatem et absurditatem ac reciprocationem talium virorum et dogmatum, omni custodia nosmetipsos ab illorum impietate et communione servemus, quotquot in veritate esse ac dici Christiani volumus. Alienum quippe a Christianis est, cum orthodoxia etiam impietatem suscipere; aut confiteri quidem orthodoxam fidem, communicare vero his, qui hanc per novas inventiones abnegant et adulterant. Propter quod divina nobis lex simul et apostolica jubet, eos qui aliud præter quod a Christiferis viris accepimus, docere ac introducere conati fuerint, aversari et anathematizare, non tantum si homines fuerint, sed et licet angeli fortassis e cœlo descendentes exstiterint [50]. Et si hoc fecerimus, et divinam sine prævaricatione adimpleverimus præceptionem, sacramque ac orthodoxam fidem absque adulteratione simul [lxx] et innovatione possederimus et confessi fuerimus, ad vitam salvi efficiemur æternam : in Christo Jesu Domino nostro, cum quo Deo et Patri, una cum sanctissimo et bono ac vivifico Spiritu, gloria, honor, imperium et adoratio, nunc et semper, et in omnia nunquam finienda sæcula sæculorum. Amen

[50] Galat. I, 8.

SCHOLIUM, sive HYPOMNESTICUM, *his qui desiderio ac zelo divino legere voluerint, breviter declarans, quæ pancis sunt agnita. Id est, una cum athleticis certaminibus, quot exsilia, et in quibus locis ac tempore pertulerint martyrium, diemque fide ad Deum profectionis et exhibitionis. sanctorum et deiferorum Patrum nostrorum ac magistrorum novorum revera confessorum et magnorum martyrum; præcipue illius, qui positam hic epistolam digito Dei scripsit. Eo quod ipse quidem eorum, qui ante se defuncti sunt (Maximi scilicet et Anastasii discipuli ejus) significaverit diem, ut prælatum est : de se autem et germanis fratribus ejus, Theodoreto scilicet et Euprepio, nemo. Insuper et Martini summi et apostolici papæ ac martyris, qui omni, quæ sub sole est, præcellit hieraticæ dignitati; atque quorumdam aliorum, quorum præsens epistola mentionem facit, nec quæcunque, ut reor, alia charta, vel homo.*

1. Oportet eos, qui hæc legerint exemplaria præsentis illius sacræ illius sacri epistolæ, Deo parenti, qui scrutatur renes et corda [51], firmissime credere, quia in ea, Deo teste veritatis ex ipsa epistola, quæ propria manu ejus, imo ut verius propter miraculi dicamus insigne, digito Dei scripta est, sancti videlicet patris et magistri nostri domni abbatis Anastasii, presbyteri et apocrisarii senioris et opinatissimæ urbis Romæ, multumque certantis magni et novi revera martyris veritatis, transcripta sunt, scripta ab eo (postquam passus est, quemadmodum dictum est, in Byzantio, una cum concertatore suo et vere philosopho, imo Deo sopho magnoque commartyre Christi veri Dei et Salvatoris nostri Maximo; id est, cum ab intus abscissæ fuerint pretiosæ ac sacræ, divinitusque veraciter mobiles linguæ ac manus, cum verberibus et tormentis amarissimis, ex quibus sanguinis fluorem et pompam per totam urbem perpessi sunt, quod nec malæ unquam vitæ revera quisquam sustinuit. Et nisi solus Deus, qui ex nihilo ut essent cuncta produxit et mortuos suscitat, ex hujuscemodi crudelitate ipsorum et tanto sanguinis fluxu, cauterio nullo modo illis indulto, vel constipatorio aliquo abscissionibus manuum atque linguarum ad cessationem sanguinis juxta morem imposito, hos conservasset ad verecundiam adversariorum, tradidissent ex tunc desiderato a se Deo suas ipsorum sanctas revera et beatas procul dubio animas. Hæc autem omnia ob nihil aliud in eos gesserunt vere profanissimi et miserrimi apostatæ veritatis, nisi propter pessimam veraciter et solam invidiam, quam antiquus hostis dæmon in eis seminavit, quemadmodum et in similibus suis Judæis, cum non potuissent saltem ad modicum quid resistere sapientiæ, quæ illis merito fuerat a Deo donata, pro vera scilicet veritate, et solum pro eo quod noluissent illi communicare cum his, in tam publica et sine Deo impietate ipsorum) cum ipsa sancta dextera manu sua, quæ abscissa fuerat, cujusque truncus tantum remanserat (id est, sine planta et digitis) inopinato argumento; cum videlicet duo sibimet parvissima ligna et tenuia colligasset; imo, ut verius dicam, virtute ac gratia divina, quemadmodum et lingua revera divina, et invisibili expedite penitus et sine prohibitione to-

[51] Psal. VII, 10.

Digitized by Google

quebatur, quanquam ab intus ex ipso fuerit fundamento rescisa, sicut Lebarnicius, patricius Laziсæ cum juramentis terribilibus enarravit nobis, dispensatione Dei in hoc ipso per semet inspector effectus, diffidens super hoc glorioso et ingenti miraculo. Quin et theodorus protosecretarius prætorii præfecti Constantinopolitani ante hunc enarravit mihi, et ipse cum horribilibus juramentis, cum conscius fuisset sanctarum passionum ipsorum, tanquam dominus et magister hujuscemodi rerum, glorificans et laudans et gratias agens Deo super tali miraculo et tam fiduciali virtute ipsorum. Quoniam sicut canis vel cervus excursu multo vel siti vel caumate, ita laxaverunt et tradiderunt linguas suas, ut etiam manus, quanquam brevi valde statura sanctus, et infirmus corpore esset Maximus sicut cunctis est manifestum. Quocirca et abundantius adversarii sauciantes sensus suos super tanta et tali alacritate sanctorum, intrinsecus nequissimi et veraciter inhumani, ut revera feræ agrestes, has abscindebant.

II. Non solum ista sic ab eo scripta epistola, sed et aliis multis libris ac tomis studiorum ipsius. Quorum ipsi non solum inspectores divina providentia facti sumus, sed et partim in sortem gratia Dei ex eis accipere illius præceptione meruimus; et ipsis quoque simili argumento et manu; imo, ut [lxxxj] verius dictum est, digito scriptis Dei, sicut magni Moysi tempore legitur factum : providentia videlicet et cooperatione solius omnipotentis Dei, qui, cum sit amator bonitatis et hominum, facit mirabilia magna in sanctis suis, et glorificat vere glorificantes se, tam indeclinabili opere, quam verbo et veritate; cum adhuc degeret in ultimo, id est, tertio exsilio suo Laziсæ, in castro Thusumes nuncupato, sito supra villam Mochoes, climatis Apsiliæ termini, ad orientem Pontici maris, apud ipsum pedem Caucasiorum montium, juxta Christi amicorum regionem Abasgorum et gentem Alanorum, quasi signis quinque a prædio Zichachorio, id est, prima domo Gregorii veri amici Christi patricii et magistratus ejusdem regionis Alanorum. Cujus et optimam memoriam merito facit in hujusmodi epistola : translati videlicet vi et præceptione miserorum principum, qui illic ante ipsum usque ad ipsum præfuerunt, in eodem tertio exsilio septies, in difficilioribus locis et tribulatione multa, in prædicto castro Thusumes dormivit in Domino; cum et ipse certamine bono certasset, orthodoxam revera fidem servasset, et cursum martyrii consummasset, Octimbrii die undecima, feria prima, hora tertia, cum diceretur inter sancta Officia, *Sancta sanctis*, indictione decima; cum prædixisset et ipse diem sanctæ depositionis suæ quibusdam qui sibi aderant, ante menses tres; et aliis quoque pluribus miraculis sanctissimi et omnia efficientis Spiritus cooperatione, tam ibidem, quam in duobus exsiliis suis, Trapezunti videlicet et Mezembriæ patratis, plurimisque conversis ad fidem et illuminatis.

III. Qui cum conversati fuissent et perdurassent in hoc sancto et beatissimo et multorum sudorum certamine, id est, coronam ferente confessione ac testimonio, prædictus quidem sanctus Anastasius presbyter et apocrisiarius Romanus, a sexta indictione præteriti cycli usque ad decimam indictionem, in omnibus prædictis tribus exsiliis suis, traductionibus diversis affectus tribulationibusque et necessitatibus et angustiis non mediocribus nec modicis, permansit annis viginti. Discipulis vero ejus Theodoro et Euprepio germanis et sanctis fratribus, filiis Plutimi beatissimi imperatoris Pistoris, id est, qui super omnes pistores publicos est, eorum videlicet qui annonas scholarum omnium solvunt, quod appellatur *tetransiton*, divitiis pretiosis et dignitatibus diversis, divinisque virtutibus et virginitate, quæ his omnibus major est, adornatis : per quam scilicet, ut opinor, etiam sanctis pro Christo agonibus et coronis honorari meruerunt, ut casti et mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt[51]. Post primum magistri sui et nostri apud Trapezuntem exsilium, multis eleemosynis et oblationibus factis, volentibus Romam confugere, protinus in eadem persecutione prope Abydum comprehensis, propter eamdem et solam causam, et pro eo quod noluissent cum eis contaminari tam evidenti impietate in profano et penitus sine Deo imperatorio typo, qui ex submissione factus est eorum, qui erant Ecclesiæ Constantinopoleos, et publicatis, id est, denudatis omni substantia quæ inerat sibi, et dignitatibus quas habebant; flagellaque mortalia a præfecto suscipientibus, et Chersonem in exsilium missis, et illic vi sæpius ab invicem separatis, et in castris gentium ibidem adjacentium deputatis : junior quidem frater, qui, ut vere in cunctis pheronymus, Euprepes nominatus est, completo in hujuscemodi Dei amico agone anno nono, ad Dominum abiit, mense Octobrio, die vicesima, indictione quarta decima. Alter vero, qui et prior frater, quique Dei donum merito a Domino est vocatus, perdurans ab eadem sexta indictione usque ad jam dictam decimam indictionem instantis cycli, id est, usque ad sanctissimi patris et magistri eorum ac nostri Anastasii presbyteri (qui revera miserrimi et orphani propter tantam raritatem et inopiam verbi veritatis et omnis spiritualis escæ, ita ut nunc etiam adimpletum sit, quod a Domino de malis novissimorum temporum dicitur, Non famem panis mittendam neque sitim aquæ, sed famem audiendi verbum Domini, sicut dictum est [52]); sanctam in Domino requietionem, annum vicesimum agit adhuc perseverans in athleticis sudoribus et agonibus, in eodem Chersonis exsilio, jam memoratus videlicet frater Theodorus, qui et propria manu multa sanctorum opuscula dignatus est nobis exhi-

[51] Matth. v, 8. [52] Amos VIII, 11.

Digitized by Google

bere, qui pergebamus illuc ad visitationem et adorationem ejus, et pretiosæ memoriæ Martini summi et vere universalis papæ et magni martyris veritatis. Cujus et miracula nobis copiosa, quæ ibidem facta sunt, cum illatis quoque illi importabilibus tribulationibus retulit. Donata etiam particula sancti orarii, id est, facialis, quæ sibi fuerat ab eo dimissa, et uno ex compagis ejus, id est, caligis (*a*): quos nullus alius inter homines portat, nisi sanctus papa Romanus, eo quod et ipse illic fuerit exilio relegatus, postquam omnia dira [lxxxij] passus est, cum abduceretur ab urbe Roma, qui seipsum tradiderat, gestiens atque desiderans admodum pro Christo subire martyrium, ut imitator et successor sancti et apostolorum principis Petri, tam in navigio quam in ipso Byzantio, ita ut palam alapis cæderetur ab inimicis Dei.

IV. Dignum autem patre suo diabolo perpetrantes opus in eum, tam veste illum sua exuerunt, quam ferreorum gravamina vinculorum et catenarum sancto ejus collo et pretiosis reliquis membris imposuerunt. Deinde, cum eisdem ferreis compedibus pompantes, per totam plateam traxerunt, a palatio usque ad prætorium præfecti, cum vigiliæ magistro, id est primo carnificum, colligatum; et cum gladio præcedebat eum quidam, ut membratim conciderei, deliberante ac præcipiente Bucoleonte detestabili sacellario, et digne sanguinem devorantis bestiæ cognominato (tanquam qui et opera bestiali furore referta possideret, scientia et consilio Constantini imperatoris, qui et prædictum obscenum et pessimum typum condidit (*b*) Gregorio eunucho et præfecto miseræ illius urbis. Quod utique jam et factum fuisset, quantum ad temerariam ejus alacritatem et propositum pertineret, nisi misericordissimi et benignissimi Dei præsidium hos inhibuisset, et non hujus robustissimam fortitudinem hostes erubuissent. Noverunt enim hoc pati frequenter etiam tyranni truces et inhumani, licet nimis immisericordes sint et crudeles, secundum eum qui operatur in illis Satan : martyrio ejus forsitan invidentes, secundum similem sibi apostatam et idolum vesaniæ deditum Julianum illum famosum et vere sapientem in malis. Aut certe Deo meliori quodam et sibi soli nota, qui nimirum ad utilitatem dispensat, immenso hunc et ineffabili providentia conservante; cum fecisset in duobus carceribus (in excubitu scilicet et custodia præfecti) in tribulatione et infirmitate gravissima dies centum octoginta. Omnem vero tribulationis suæ agonem in annis et ultra, sicuti ex his quæ de ipso conscripta sunt, et a Romanis militibus et propriis ejus hominibus, qui cum eo multis tormentis affecti per diversa loca exsilium pertulere, scire potuimus.

V. Porro dormivit et ipse in Domino, cum unam A semper et solam sanctam catholicam et apostolicam gloriosam Dei nostri Ecclesiam sacratissimis et veracibus dogmatibus synodice illustrasset, et tam sanctarum ac universalium quinque synodorum, Nicænæ videlicet, Constantinopolitanæ, Ephesinæ prioris, Chalcedonensis, et rursus Constantinopolitanæ sub Juliano imperatore, quam omnium sanctorum divinitus sapientium et probabilium Patrum nostrorum ac veracium magistrorum sacra et piissima dogmata roborasset. Quemadmodum hi, qui amore pio legere voluerint, in sacris gestis sanctæ ac apostolicæ piissimæque synodi, quæ ab eo Romæ celebrata est, invenient, eum in omnem locum et omnem regionem transmissa sint, et ardue veritatem manifestasset et prædicasset : bono multumque sibi amabili agone agonizans, et ad desideratum Dominum, pro quo et proprium sanguinem, quantum in ipso fuit, effudit; in lætitia copiosa profectus mense Septembrio, die sextadecima, indictione quartadecima, qua et custodientis pietatem copiosæque certatricis et castæ virginis et martyris Euphemiæ honoranda memoria per singulos annos celebratur, reconditus inter tumulos sanctorum in domo percolenda sanctissimæ intemeratæ ac semper laudandæ gratiosæ vereque semper gloriosæ Dominæ nostræ, utpote quæ proprie natura et absque mendacio veraciter est Dei genitrix et semper Virgo Maria, quæ appellatur Blachernes, extra muros a stadio uno ipsius de cætero benedictæ urbis Chersonis. In qua sancta domo etiam jam memoratus sanctus Euprepius requiescit, juxta eumdem perornatum ac vere magistrum, qui evangelicam vocem opere adimplevit, qua dicitur : *Pastor bonus animam suam ponit pro ovibus suis*[83].

VI. Porro sanctus et memorabilis ac optimus et per omnia sapiens, imo divinitus sapiens, magnusque veritatis propugnator et commartyreorum Μέγιστος, qui et Maximus (hoc enim, ut antea indicavimus, dictione Latina Maximi nomen insinuat), cujus et sanctum monumentum per singulas noctes lampades exhibet, a die qua dormisse dignoscitur, usque in præsens, et in perpetuum omnibus illucescens et patefaciens confidentiam suam, quam obtinet apud Deum, sicuti præposita commendat epistola : et nos ipsi per nosmet auditores a multis illius loci principibus et habitoribus, qui cum juramentis hujusmodi vere miraculum fiducialiter prædicabant, effecti sumus. Eorum vero, qui obtutu proprio viderunt has, unus etiam ipse comes ejusdem Chemareus castri nomine Mistrianus exsistit, qui et vigilans cum militibus, has non semel nec bis, sed et multoties contemplatus est, et primus patenter de his omnibus prædicavit, nobis illuc pergere non valentibus propter montis illius ascensum, id est, verticis Caucasiorum, [lxxxiij] quo excelsior

[83] Joan. xi, 14.

(*a*) Compagi et caligæ singulares Romani pontificis. Hos ambigens Mich. Cerularius, sopitum schisma suscitavit.

(*b*) Hinc Synaxarii auctor Pogonato tribuit, cum sit Constans ejus pater.

Digitized by Google

mons super terram non est, difficultatem, et tempus hiemis, insuper et confusionem gentium quæ fit in partibus illis. Pariter et Anastasius discipulus ejus ab undecima indictione præteriti cycli per tria exsilia, Bizyes scilicet et Perberi Thracensium regionis, atque prædictum Lazicum, in multis contritionibus et intolerabilibus necessitatibus, atque hujuscemodi athleticis certaminibus, annis decem peractis, ad regnum migravere supernum. Sanctus quidem Maximus, sicut dictum est, mense Augusto, die tertiadecima, indictione quinta, cum prædixisset ex divina revelatione suam in Domino ante dies quintodecim dormitionem futuram, sicuti jam præmissum est; sanctum vero suum pro veritate in Christo Deo nostro martyrium ante non paucos annos. Discipulus vero ejus Anastasius mense Julio, die vicesima quarta, indictionis ejusdem.

VII. Igitur missa nobis est hujusmodi sacratissima et præposita propriæ manus, imo divinitus, exarata epistola, una cum suppositis tibi deiloquis testimoniis et syllogismis, ab eodem ipsorum exsilio, id est, Lazico, quam et habemus et conservamus, cum eodem quo scribat, tradito, sibi divinitus argumento, id est, prædictis duobus exsilibus fusticulis, et aliis benedictionibus ac muneribus ejus, sanctisque ac venerabilibus, necnon et omnibus post Deum bonis, librorum videlicet ejus studiis, et propriæ manus compositionibus, tanquam revera sacro sanctis laudibus et reliquis. Data vero est nobis vere minimis, Theodosio scilicet et Theodoro, germanis et sine dolo fratribus humilibus et peccatoribus monachis, per Gregorium monachum et abbatem monasterii sancti Joannis Raptistæ regionis Albanorum, quod appellatur Batararu, mensis Augusti die vicesima, indictionis undecimæ, quo præteriit nos, qui revertebamur a regione sæpe dictorum Lazorum. Illuc enim profecti fueramus, licet valde infirmi et pauperes et indigni essemus, secundum consuetudinem ad visitationem eorum, non solum propter jam dictum creditum nobis pondus conscriptum, id est, præceptionem sæpe memorati sancti ac summi apostolici papæ Romani Martini, personaliter ad eum in eadem magni nominis urbe advenientibus, et certitudinem propriæ manus de his quæ ab eo synodice confirmata sunt, ex ipso sumentibus et audientibus papa, et alio ex his qui simul aderant. Sed et quoniam ore proprio mandaverat nobis de hoc, postquam passi sunt, cum adhuc essent Byzantii in custodia prætorii præfecti, quæ appellatur Diomedis, ex qua et præmisimus eos in jam sæpe dictum tertium eorum exsilium Lazicæ: mœrentes illis, et in reliquis eorum exsiliis et custodiis, laboribus et sollicitudinibus, angustiisque non mediocribus, secundum quod nobis possibile fuit per Deo acceptas eorum preces, nobis cooperante ipso, qui eripuit nos sæpius de iniquis manibus impiorum, marisque periculis ac diversis tempestatibus, ministrare de paupercula, quæ inerat nobis ex parentum benedictione sicut in Domino; ut autem verius dicamus, Dei munere, et non ex alienis. Sed et reliquis nil minus concertatoribus et commartyribus, et ut fieremus inspectores stigmatum ipsorum et passionum, quæ propter Christum verum Deum nostrum pertulerunt. Quinimo et auditores per nos effecti, divinitus quoque sapientis atque salvantis expertes eorum constitueremur doctrinæ, et Deo persuadibilibus et bene acceptis ipsorum orationibus frueremur, et quædam vestimentorum, quæ in passione sibi scissa sunt, propriis manibus ab eis accepta deferremus, una cum sanctificatis pannis pretioso-que sanguine rubricatis; qui circumpositi fuerant sanctis eorum, quæ abcisæ fuerant, manibus, causa sanguinem medicinaliter restringendi. Utrosque autem amplecti ac memorari, non sine consideratione, ut reor, perpendimus, pro eo quod unum et idem ipsum in certamine sanctæ revera et orthodoxæ fidei, et in vinculo pacis et charitatis dignoscantur effecti.

VIII. De cætero infinita multitudo eorum, qui in prædicta non ferenda et intolerabili persecutione diversis verberibus et tribulationibus palam et occulte martyrium inferebant, astuto ac versuto molimine, has illius aliter atque aliter, quasi non pro fide, sed sub prætextu aliarum ingerebant occasionum atque damnorum: adeo ut hæc simplicioribus quibusque, qui facile decipiuntur, ignorantibus, soli Deo, qui occultorum est cognitor, et his qui studiosiores erant, hos, et quamobrem passi sunt procul dubio deferentes. Pro quibus omnibus, universos qui in veritate quæ revera sunt veritatis relegitis, ac si præsentes et procidentes, tam cordis genu cum corporalibus genibus, quam cordis sensu cum lacrymis inclinati, et ante vestigia omnium vestrum provoluti, deprecamur et exoramus, quo primum quidem veniam in omnibus tribuatis exiguitati et indisciplinationi nostræ, qui ad certitudinem et satisfactionem tanquam vere fideles fideliter talia prorsus recipimus, et ne oblivio [lxxxiv] velet tantos et tales sacros agones, eo quod valde a paucis et raris hæc cum diligentia cognoscantur. Nos autem, ut dictum est, cum voluptate Dei, horum ipsis visibus conscii ex parte maxima facti fuissemus, et discrimen quod ex desidia generatur metuissemus, et non ob aliud, ut coram Deo dico, nisi propter hoc, quoquomodo hæc scribere præsumpsissemus, et vitam vel laudes depromere minime valuissemus, talium et tot pro pietate certaminum ac sudorum vere mirabilium et magnorum illorum in Domino sacratissimorum virorum, propter collactaneam scilicet et rudem rusticitatem nostram et omnimodam indisciplinationem, per quas nobis et sermonis inest inopia super omnes.

IX. Quibus sufficere arbitramur pro magnæ vitæ actibus et præconiis, si qui veritatis et studii amore legere voluerint divina illorum, et veraci-

Digitized by Google

ter sine fastidio contra impietatem et pro pietate labores plurimos et conscripta, quæ et cum omni solertia et diligentia una cum his etiam quæ sunt ex adversariorum exsecrabilibus scriptis, licet humiles et veraciter viles super omnes in omnibus simus, juxta virtutem tamen quæ inest nobis, in diversis libris ac tomis conscripsimus, et amatoribus veritatis tradidimus, in gloriam et indesinentem laudem et gratiarum actionem omnipotentis Dei et vere mirabilis in sanctis suis, ac zelum et alacritatem eorum, qui pro pietate certare voluerint, confusionemque ac inevitabile opprobrium inimicorum veritatis et ipsius Dei universorum, instantiasque ac oppositiones illatarum sibi falsarum calumniarum, et decretorum inanium ac instabilium, et absolute omnes eorum sacratissimos ac pios agones atque sudores, qui ab eis qui ex adverso erant diverso modo sunt acti, id est, a subintroducta nova, et hæretica omnia recipiente adinventione, Heracliano, Cyro, Sergio, Pyrrho, Paulo, Petritarum et involuntativo inoperatistarum, vel, ut verius dicam, novorum Epicureorum, id est, penitus carentium Deo, ut ipsa rerum et ipsa contrariorum conscripta demonstrant, his, qui hujuscemodi discernere norunt; quatenus hi, qui post nos studiosi et in verbo potentes fuerint, et his inventis, ex his occasionem acceperint, Deo ac sanctis ejus gratiarum actiones debitas reddant: *Da* enim *sapienti occasionem, et sapientior*, inquit, *erit* [a].

X. Secundo vero indesinentibus orationibus et supplicationibus cum operibus bonis ac lacrymis, benignissimum natura et misericordissimum placetis Deum, ut compatiatur infirmitatibus nostris; sedetque de cætero instantem adhuc dolosam et versutam et penitus argumentosam atque gravissimam *super omnes* paganas et hæreticas persecutiones, *cum sciat* pulveris nostri fragilitatem, et facilem lapsum, propter nimiam fraudem eorum atque nequitiam, et finis seditionis fiat et terminus hujuscemodi atrocissimi mali, pretiosum scilicet illorum sanguinem effundentium: velut sub impiis et Dei exsortibus Arianis, pro roseo sanguine sancti Petri Alexandrini patriarchæ ac martyris gestum est. Propter quod et prædicti sancti Patres nostri et veraciter pietatis doctores, præcipueque apostolicus et verticalis papa noster Martinus simili, ter semetipsum in sacrificium pro fideli populo tradidit, in omnibus agonothetam Christum Deum nostrum et verticem apostolorum Petrum imitatus, et in cunctis secutus, cujus et successor, ut revera dignus, effectus est, pacemque firmam et indissolubilem unitatem ubique sanctis suis donet Ecclesiis: nec permittat de reliquo usque in finem hæresim quamlibet suscitari, tam propter multitudinem miserationum suarum, quam ob infirmitatem et mobilitatem naturæ nostræ, quæ super omnes præteritas generationes excrevit.

XI. Tertio autem, ut immobiles usque in finem conservemur, non solum nos, sed et omnes pii, in sancta revera et orthodoxa atque immaculata nostra Christianorum sola catholica et vera fide, remissionemque peccatorum et salutem percipiamus, qui veraciter peccatores sumus servi omnium, qui vere orthodoxi et proprii adoratores sunt Christi veri Dei et Salvatoris nostri, qui revera glorificantes se magnifice et in veritate glorificat, cuique decora est omnis gloria, honor, imperium, magnificentia in cœlo et in terra, adoratio et gratiarum actio in sensu cordis et ipsa veritate, timoreque ac tremore pariter et exsultatione, secundum propheticum eloquium, una cum immortali et miserationum amatore, compatientissimo ac misericordissimo super naturam Patre, atque sanctissimo et consubstantiali, vivificoque ac omnipotente divino Spiritu, nunc et semper, et in universa et infinita sæcula sæculorum. Amen.

[a] Prov. IX, 9.

ΚΑΤΑ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΠΟΛΙΤΩΝ,

Ὑπὲρ τοῦ ἁγίου Πατρὸς ἡμῶν Μαξίμου, στηλιτευτικὸν ὑπό τινος μοναχοῦ, ἐκ δριμύξεως καρδίας συγγραφέν (a).

[LXXXV] ADVERSUS CONSTANTINOPOLITANOS,

Pro sancto Patre nostro Maximo, invectiva a quodam monacho, diri facinoris exsecratione amaro corde conscripta.

Οἱ μὴ τὴν ἀλήθειαν συνιέντες, ὡς θέμις, τὸ ψεῦδος δήποθεν ἀντὶ τῆς εἰρημένης ἀσπάζονται. Ὅταν γὰρ ψυχὴ ἀναξίᾳ ᾖ τῆς τοῦ Θεοῦ διὰ τὴν οἰκείαν ῥᾳθυμίαν ἐλλάμψεως, ἀγνωσίας πληροῦται καὶ σκότους·

Qui veritatem, ut par est, non intelligunt, ii nimirum pro veritate, quam dicebam, mendacium amplectuntur. Postquam enim animus, sua ipse segnitie divina illustratione indignus exstiterit, igno-

(a) Ex Seguieriano codice.

Digitized by Google

rantia repletur ac tenebris; lucemque tenebras, ac tenebras lucem cernit. Ac sicut sagittarius a scopo devius, etsi ad illum ac metam, facilem funem tendit, errore nullaque artis solertia sagittam mittit; ita hic quoque sermones operaque proferens, intorta hæc pravaque et inconcinna profert objectatque: ac vel maxime iis, qui cœlesti stilla impartiri neruere. Quod sane ita evenit ab omni ratione sanoque sensu alienissimo stupidissimoque imperatori, itemque Epiphanio, imo Apophanio (homini scilicet non illustri, sed obscuro) flammis devoto, non patricio; necnon Theodosio hyposcopo, non episcopo (terrena scilicet spectanti, non vere custodi ac vigili), qui sanctum Maximum, tertium illud in theologis lumen, lingua dextraque multarunt, binosque Anastasios, illius geminos pridem discipulos, pari sententia damnarunt.

A καὶ βλέπει τὸ φῶς σκότος, καὶ τὸ σκότος φῶς. Καὶ ὃν τρόπον τοξότης ἄσκοπος, καὶ πρὸς τούτῳ καὶ νευρὰν τείνων εὔεικτον, τὴν βολὴν ἀστόχως βάλλει καὶ ἀτέχνως· οὕτως καὶ αὐτὴ λόγους καὶ ἔργα προβαλλομένη, καμπύλα καὶ λοξώδη καὶ ἀσυνάρτητα ταῦτα προτείνεται· καὶ μάλιστα τοῖς σταγόνα οὐράνιον καταξιωθεῖσιν ὑποδέξασθαι. Ὑπερ δὴ πέπονθεν ὁ ἀλογώτατος καὶ ἐννεώτατος βασιλεὺς, καὶ οἱ περὶ Ἐπιφάνιον, μᾶλλον δὲ Ἀποφάνιον τὸν πυρίκαον, ἀλλ' οὐ πατρίκιον· καὶ Θεοδόσιον τὸν ὑπόσκοπον, ἀλλ' οὐκ ἐπίσκοπον, τῶν τὸν ἅγιον Μάξιμον καὶ τρίτον θεολόγον γλωσσοδεξιότμητον δρασάντων· καὶ τοῖν δυοῖν Ἀναστασίοιν τῶν αὐτοῦ ἀνωθεν φοιτητῶν, τῷ αὐτῷ κρίματι ψηφισάντων.

Nam quæso vos (ut tantisper vobiscum animi mœstitudine gravique ejus anxietate disceptem) quidnam abhorrens a pietate in probatis ac theologicis, inque rem animorum perutilibus eorum decretis atque doctrinis, necnon mores spectantibus spiritalisque scientiæ atque divinis augustisque sensis inveneristis, quod scripto absonum, ut diro ejuscemodi supplicio in virum justum, tanquam Christo iniquum deque illo male sentientem, animadvertendum statueretis? Vos, inquam, semen nequam, abortiva imperfecta, nocturnæ volucres, terræ intestina (id est lumbrici), ventres pigri, potentes ganeones, accipitres mulierum libidine salaces earumque pudicitiæ raptores. En ejus dubiorum librorum in manibus, quem genus omne hominum admiratum est et admiratur, adhucque ac futuris in ævum temporibus admirationi habebit. En ducenta supra quadringenta ejus capita, non vobis dico, qui indigni estis, sed his quoque qui valde probati ac eximii sunt, præstantia visa plurisque facienda. Porro sententiarum codex, seu decretorum, silentio colatur. Iis [lxxxvi] enim quæ vim omnem ac facultatem naturæ superant, etiam cum laudantur, injuriæ aliquid inolescit ac prope deteruntur. Vestra magis amputanda dextera, ut quæ tactu, ut quæ scelere rabida sit, ne (proh nefas!) omnino polluta dicam, secundæ scilicet novæque idololatriæ opportuna atque expansa. Vestri effodiendi oculi, velut expeditissimum diaboli organum, velut impudicitiæ nuntii, velut rabidæ nutus lasciviæ. Vestram a radicibus par erat exscindi linguam, ut quæ sublata in cœlum, inde projecta sit, ut quæ laborem ac dolorem nutriat, libidinemque ad fauces protrudat ac blasphemiam concipiat, vanaque ac egenis noxia interituque mergentia pariat. Dorsum vestrum dilaniari decebat, pectusque illud furore plenum, tanquam vehiculum dæmonum, tanquam serpenti incessum lustrum, tanquam dæmonum umbraculum, tanquam impietatis tabularium.

B Τί γὰρ, ὦ οὗτοι, ἵνα μικρὰ πρὸς ὑμᾶς διαλέξωμαι ἐξ ἀνίας [λύπης.], καὶ ἀλύκης οὐ τῆς τυχούσης, ἀσεβὲς ἐν τοῖς ἐγκρίτοις καὶ θεολογικοῖς καὶ ψυχωφελέσιν αὐτοῖς [αὐτῶν] δόγμασι, καὶ ἐν τοῖς ἠθικοῖς, καὶ γνωστικοῖς, καὶ θεοπρεπέσι νοήμασιν ἐξηύρατε, ὡς γραφῆς ἄτοπον, ἵνα τοιαύτῃ ἀπανθρώπῳ τιμωρίᾳ τὸν δίκαιον ὡς δύσχριστον ἀποκόψητε; Σπέρματα πονηρὰ, ἀμβλωθρίδια ἀτέλεστα, πτηνὰ νυκτοπορινὰ, γῆς ἔντερα, κοιλίαι ἀργαὶ, τραπεζογίγαντες καὶ γυναικοέρακες. Ἰδοὺ μετὰ χεῖρας τῶν ἀπόρων ἡ βίβλος αὐτοῦ, ἣν πᾶσα φύσις ἐθαύμασε καὶ θαυμάζει, καὶ ἔτι θαυματωθήσεται. Ἴδε αἱ δύο πρὸς ταῖς τέσαρσιν ἑκατοντάδες, ἃς οὐ λέγω τοὺς ἀναξίους ὑμᾶς, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄγαν ἐγκρίτοις ἐφάνησαν τίμιαι. Ὁ δὲ τῶν ψήφων κώδηξ σιγῇ τιμάσθω.

C Τὰ γὰρ ὑπὲρ τὴν ἐνοῦσαν τῇ φύσει δύναμιν καθιστάμενα, ὕβριν ὑπομένει καὶ ἐπαινούμενα. Ἡ ὑμῶν ὤφειλε τμηθῆναι δεξιὰ, ὡς ἁφῇ λυσσῶσα, ὡς ἄγει, ἵνα μὴ λέγω διὰ τὸ δύσφημον, πάντη μεμολυσμένη, ὡς ὑπόδοχος τῆς δευτέρας εἰδωλολατρείας. Ἐχρῆν τοὺς ὑμῶν ἐξορύξαι ὀφθαλμοὺς, ὡς προχειρότατον τοῦ διαβόλου ὄργανον, ὡς ἀσελγείας πρόδρομον, ὡς λυσσώδους λαγνείας διανεύματα. Τὴν ὑμῶν καθῆκεν ἔνδοθεν γλῶτταν τεμεῖν, ὡς εἰς οὐρανὸν ἀναχθεῖσαν, κἀκεῖθεν ἀπορριφεῖσαν, ὡς τρέφουσαν πόνον καὶ κόπον καὶ ἡδονὴν ἐν λάρυγγι διωθοῦσαν, καὶ βλασφημίαν ἐγκισσῶσαν· καὶ ἀργὰ καὶ πτωχοκτόνα διαλοχοῦσαν. Τὸν νῶτον ὑμῶν ἐχρῆν διασπαραχθῆναι, καὶ τὸ θυμοῦ γέμον στηθήνιον, ὡς ὄχημα δαιμόνων, ὡς ὄφεως ἐρπιστήριον, ὡς δαιμόνων σκιρητριον [σκιριτήριον], ὡς ἀσεβείας χαρτοφυλακεῖον.

Talis tua, septemplici colle superba Babylon, gloriatio; sic sceleratos mundum helluantes lactas filios. Sanctorum te cædibus effers, eorum cruore gestis. Justum omnem sanguinem, injuriæ liberalis exinanasti, nec prorsus formidabis? Nemo justorum in quem persequendo non sævieris, nec erubescis? Superbis, neque agnoscis? Claudicas, nec contremiscis? Insidias struis, et fucis rhetoricis

D Τοιαῦτά σου, ἐπτάλοφε Βαβυλὼν, τὰ αὐχήματα· τηλικαῦτα ἀνόσια καὶ κοσμοβόρα θηλάζεις ἔγγονα. Αἵμασιν ἁγίοις κομᾷς· τῷ λύθρῳ τῶν ὁσίων ἀναστρῃᾷς. Πᾶν αἷμα δίκαιον ἀδίκως ἐκένωσας, καὶ οὐ καταπτήσεις; πᾶς ὅστις δίκαιος παρὰ σοῦ ἐδιώχθη, καὶ οὐκ ἐρυθριᾷς; ἀλαζονεύῃ, καὶ οὐκ ἐπιγινώσκεις; Σκάζεις, καὶ οὐ τρομεῖς; Λοχᾷς, καὶ ῥητορεύεις; Σφάζεις, καὶ φιλοσοφεῖς; Γλωττοτομεῖς, καὶ κοινωνεῖς;

Digitized by Google

Δεξιὰν, Θεοῦ ἀλήθειαν λέγω, ἐκτέμνεις, καὶ *Τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις* ἀνεπαισθήτως πράζεις; Ἀλλὰ σὲ μὲν, καὶ τοὺς σοὺς ἡ τοῦ Θεοῦ ἀδιάδραστος διδάσκει δίκη· τοὺς δὲ ὁμολογητὰς καὶ οὐκ ἔλαττον μάρτυρας ἡ αἰώνιος Χριστοῦ ὑποδέξεται βασιλεία· ἧς καὶ ἡμεῖς, εἰ καὶ τολμηρὸν εἰπεῖν, ἐπιτύχοιμεν διὰ τῶν εὐπροσδέκτων αὐτῶν παρακλήσεων. Ἀμήν.

A ludis? Jugulas, et philosopharis? Linguam putas, et communicas? Dexteram (Dei nempe veritatem) exscindis, nimioque stupore et sine sensu clamas, *Sancta sanctis?* Enimvero, te quidem tuosque inevitabilis divina ultio docebit; sanctos autem confessores (perinde dicam martyres) æternum Christi regnum suscipiet; cujus utinam et nobis (etsi paulo audacius votum) præstetur fieri compotes, placidis Deoque placitis eorum intercessionibus. Amen.

S. MAXIMI OFFICIUM.

ΑΚΟΛΟΥΘΙΑ α'.

Τοῦ ὁσίου Μαξίμου, Ἀναστασίου καὶ Μακαρίου [Ἀναστασίου]. Στιχ. Ἦχος πλάγ. δ'. Προσόμοια. Μάρτυρες Κυρίου, ἱκετεύσατε (a).

Ὅσιοι Πατέρες, πᾶσαν πόλιν ἡγιάσατε, καὶ πάντα τόπον ἐφωτίσατε· καὶ νῦν πρεσβεύσατε αἰτῆσαι τὸν φωτισμὸν τοῦ Χριστοῦ ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν, δεόμεθα.

Ὅσιοι Πατέρες, ἐθελούσασθε πᾶσαν αἵρεσιν· ἐκηρύξατε τὴν εὐσέβειαν· διὸ πρεσβεύσατε αἰτῆσαι τὸν φωτισμὸν τοῦ Χριστοῦ ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν, δεόμεθα.

Ὅσιοι Πατέρες, μετὰ τὴν ἐκτομὴν τῶν μελῶν ὑμῶν ὡς οὐδὲν πεπονθότες ἐνειργήσατε, λαλοῦντες στόμασιν ἀγλώσσοις, καὶ γράφοντες χερσὶ τὰ θεῖα δόγματα

B

[lxxxvij] OFFICIUM PRIMUM.

Sancti Maximi, Anastasii et Anastasii versiculi. Tonus 4 obliquus. Similares. Martyres, Domino supplicate.

Sancti Patres, nullam non urbem sanctificastis, omnemque locum illuminastis; et nunc, quæsumus, intercedite, ut Christi illustratio habitet in animis nostris.

Sancti Patres, nullam non exsecrati estis hæresim; prædicastis pietatem: quamobrem intercedite, quæsumus, ut Christi illustratio habitet in animis nostris.

Sancti Patres, post exsecta membra vestra, quasi nulla corpori illata labe operabamini, elingui ore loquentes ac manibus divina decreta scribentes.

C

CANON.

Ἦχος πλ. δ'. ᾠδ. α'. Τὸν Ἰσραὴλ ἐκ δουλείας.

Τῆς ἀνωτάτω σοφίας τοὺς θησαυροὺς κτησάμενος ἐν τῇ καρδίᾳ, ὅσιε, δι' αὐτῆς ἐπλούτισας τὸν κόσμον τοῖς σοῖς δόγμασιν.

Ἀγγελικὴν ἀπεδείξω διαγωγὴν ἐν γῇ κατοικῶν, καὶ γέγονας ταμεῖον Θεοῦ, Χριστοκήρυξ ὅτι, διὸ καὶ ἀνεκράθης αὐτῷ.

Αἱρετικῶν γλωσσαλγείας τῇ φλογιφόρῳ γλώσσῃ σου κατέφλεξας, μακάριε, τὸν Σωτῆρα ἕνα Υἱὸν κηρύξας ἐν δυάδι μορφῶν.

Θεοτ.

Χαῖρε, ἀγνὴ Θεοτόκε, ἡ τὸν προόντα Λόγον Θεοῦ τεκοῦσα ἐπ' ἐσχάτων σαρκί· χαῖρε, τεῖχος πάντων ἡμῶν καὶ σκέπη τῶν τιμώντων σε.

D

Tonus obliquus 4. Ode 1. Israelem ex servitute.

Supernæ sapientiæ thesauros in corde nactus, sancte, per eam mundum ditasti tuis doctrinis.

Angelicam exhibuisti vitæ rationem in terra degens, Deique thalamus effectus es, sancte Christi præco; hincque adeo illi conjunctus es.

Hæreticorum pruriente lingua blasphemias flammante lingua tua, vir beate, incendisti, Salvatorem unum Filium prædicando in duabus naturis.

In Deip.

Gaude, casta Deipara, quæ Dei Verbum olim exsistens extremis temporibus carne peperisti. Gaude omnium nostrum murus et protectio eorum, qui te venerantur.

Ὠδὴ γ'. Οὐκ ἔστιν ἅγιος ὁ Κύριος;

Τὰ αἵματα στάζουσι τῆς τιμίας σου χειρὸς, καὶ τὰ δόγματα ῥύουσι τῆς σώφρονος γλώσσης σου, τῆς ἐνάρθρως βοώσης μετὰ τὴν ἐκτομὴν αὐτῆς, Χριστὸν ἐν δύο φύσεσιν.

Ἡ χείρ σου τοῖς γράμμασιν οὐκ ἐπαύσατο βοᾷν, καὶ ἡ γλῶσσα τοῖς δόγμασι σαλπίζει τὴν πίστιν σου,

Ode 3. Nonne sanctus Dominus?

Stillant cruoris rivi ex pretiosa dextera tua, manantque doctrinæ ex casta lingua tua, ubi etiam exsecta fuerat, clare ac distincte Christum clamante in duabus naturis.

Manus tua non cessavit litteris clamare, tuaque lingua tuam fidem doctrinis tubæ clangore insonat,

(a) Ex Tiliano antiquo cod. 13 Aug.

Digitized by Google

ær beate theologe; Deus enim erat qui utraque novebat, et vim loquendi efficacem præbebat.

Vitæ rationibus e terra in cœlos spiritaliter [lxxxviij] translatis, viri sancti, illic versamini in luce sempiterna; quamobrem etiam cœlestem coronam retulistis.

In Deip.

Mulieres pariunt quidem, casta Mater virgo, non tamen adhuc virgines, velut tu, permanent. Nulla enim harum Deum utero gestavit, præter te unam, casta Deipara.

Ode 4. Ex monte umbroso.

Tu Mosen æmulatus, divino sensu vir, doctrinæ tabulas mente accepisti. Quippe ingressus in sensorum caliginem, scientiæ lumen copiose hausisti.

Tu Abrahamum imitatus, vir divine, alterum Isaac Domino obtulisti, cor tuum, Pater, immolando, conscientiæ igne.

Hos merito Trinitas claros fecit: hos Deus fidei coaptavit, alios aliis confitentes, pietate ejus, quæ certa veritate nititur, nostræ confessionis.

In Deip.

Filium omnis temporis expertem in tempore genuisti: incorrupta, casta, perseverasti, post ejus partum, Dei Genitrix semper virgo, qui in tuo utero propter nos carnem sumpsit.

Ode 5. Mane surgentes clamamus.

Non exsecuit, Pater, gladius tuam dicendi libertatem; non exstinxit, vir sancte, tuam exsilium fidem.

Prædicat Roma, vir Deo plene, tuam æmulationem; tubæque clangore sermones tuos, vir sancte, Ecclesia effert.

Fidem tuam animo inconcussam servasti, mentemque in cœlum sublimem, vir magni nominis, sustulisti.

In Deip.

Immortalitatis fontem, te, Dei Genitrix, collaudamus; tu enim perennem mundo vitam fonte effudisti.

Ode 6. De ventre inferi audisti clamorem meum, vocem meam, et liberasti a corruptione vitam meam, ut qui summe misericors ac benignus es [55].

Mirificavit tuam, vir ter beate, confessionem, qui in te locutus est, Jesus, qui tibi socius certaminis fuit.

Non superbiam judicium, non gladium, non minitantem ignem, vir sancte, expavisti, quippe qui fide firmus eras.

[lxxxix] Post vitæ finem, Patres, miracula præstatis, vestrorum miraculorum invicta argumenta præbentes.

In Deip.

Supra mentem ac rationem, Virgo, uberibus

[55] Joan. II, 3, 7.

A θεορῆμον τρισμάκαρ. Θεὸς γὰρ ἦν ἑκάτερα κινῶν καὶ συμβιβάζων λαλά.

Ἐκ γῆς τὸ πολίτευμα νοητῶς εἰς οὐρανοὺς καταλάξαντες, ὅσιοι, ἐκεῖ αὐλιζόμενοι ἐν φωτὶ αἰωνίῳ, διὸ καὶ οὐράνιον τὸ στέφος ἐκομίσατε.

Θεοτ.

Γυναῖκες μὲν τίκτουσι, Μητροπάρθενε ἁγνή, ἀλλ' οὐκ ἔτι παρθένοι, ὡς σὺ, διαμένουσιν· οὐδεμία γὰρ τούτων Θεὸν ἀπεκύησεν, εἰ μὴ σὺ, Θεοτόκε σεμνή.

Ὠδὴ δ'. Ἐξ ὄρους κατασκίου.

Σὺ τὸν Μωϋσῆν μιμούμενος, θεόφρον, πλάκας νοερὰς ἐδέξω τῶν δογμάτων. Ἐν γὰρ τῷ γνόφῳ εἰB σέδυς [εἰσδὺς] τῶν νοημάτων, κατεπλούτησας τὸ τῆς γνώσεως φῶς.

Σὺ τὸν Ἀβραὰμ ζηλώσας, θεοφόρε, ἄλλον Ἰσαὰκ προσῆξας τῷ Κυρίῳ, τὴν σεαυτοῦ θυσιάσας, Πάτερ, καρδίαν, ἐν τῷ πυρὶ τῆς συνειδήσεως.

Τούτους ἡ Τριὰς ἐδόξασεν ἀξίως· τούτους ὁ Θεὸς συνήρμοσε τῇ πίστει, ὁμολογοῦντας ἀλλήλοις τῇ εὐσεβείᾳ τῆς ἁπλανοῦς ὁμολογίας ἡμῶν.

Θεοτ.

Ἄχρονον Υἱὸν ἐγέννησας ἐν χρόνῳ· ἄφθαρτος, ἁγνή, διέμεινας τεκοῦσα τὸν δι' ἡμᾶς σαρκωθέντα ἐν τῇ γαστρί σου, Θεογεννῆτορ ἀειπάρθενε.

Ὠδὴ ε'. Ὀρθρίζοντες βοῶμεν.

C Οὐκ ἔτεμέν σου, Πάτερ, τὸ ξίφος τὴν παῤῥησίαν· οὐκ ἔσβεσεν, ὅσιε, ἡ ἐξορία τὴν πίστιν σου.

Κηρύττει μὲν ἡ Ῥώμη τὸν ζῆλόν σου, θεοφόρε· σαλπίζει δὲ, ὅσιε, ἡ Ἐκκλησία τοὺς λόγους σου.

Τὴν πίστιν σου ἀσάλευτον ἔστερξας ἐν καρδίᾳ, καὶ νοῦν ἀνεπτέρωσας πρὸς οὐρανὸν, μεγαλώνυμε.

Θεοτ.

Πηγὴν ἀθανασίας ὑμνοῦμέν σε Θεοτόκε· σὺ γὰρ τὴν ἀένναον ζωὴν τῷ κόσμῳ ἐπήγασας.

D *Ὠδ. ς'. Ἐκ κοιλίας ᾅδου κραυγῆς μου ἤκουσας, φωνῆς μου, καὶ ἐῤῥύσω ἐκ φθορᾶς τὴν ζωήν μου, ὡς φιλάνθρωπος.*

Ἐθαυμάστωσέν σου, τρισμάκαρ, τὴν ὁμολογίαν, ὁ ἐν σοὶ φθεγξάμενος Ἰησοῦς, ὁ συναθλήσας σοι.

Οὐκ ἀρχόντων τῦφον, οὐ ξίφος, οὐ πῦρ ἀπειλοῦν σοι κατεπλάγης, ὅσιε· τῇ γὰρ πίστει ἦσθα πάγιος.

Μετὰ βίου τέλος, Πατέρες, θαύματα τελεῖτε, ἐνεργεῖς παρέχοντες ἀποδείξεις τῶν θαυμάτων ὑμῶν.

Θεοτ.

Ὑπὲρ νοῦν καὶ λόγον, Παρθένε, τὸν τροφέα

Digitized by Google

πάντων ἐκ μαζῶν θηλάζουσα, τὰ μητέρων οὐχ ὑφίστασαι.

Κάθισμα. Ἦχ. γ' πλ. Θείας πίστεως.

Δόγμα ἔνθεον ἐπικρατύνων, στύλος γέγονας ὀρθοδοξίας, καὶ κραταίωμα, θεόφρον, τῆς πίστεως, δυσὶν οὐσίαις καὶ δυσὶ θελήσεσιν ἀνακηρύξας Χριστὸν τὸν θεὸν ἡμῶν, Πάτερ Μάξιμε, ὃν νῦν ἐκτενῶς ἱκέτευε ἰωρήσασθαι ἡμῖν τὸ μέγα ἔλεος.

Συναξάριον.

Ἄθλησις τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Μαξίμου τοῦ ὁμολογητοῦ, ὃς ἐπὶ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου τοῦ ἐπιλεγομένου Πωγωνάτου, ἐγγόνου Ἡρακλείου, ταῖς μεγίσταις τιμαῖς ὑπὸ τῶν πρώην βασιλέων δεξιωθείς, καὶ ἱκανὸς ἐν ταῖς πολιτικαῖς διοικήσεσι τὰ πρακτέα ὑφηγεῖσθαι, διὰ λόγον καὶ τρόπον καὶ τὴν ἀπὸ χρόνου σύνεσιν, εἰς τὸ τοῦ πρωτοασηκρήτις προεβιβάσθη ἀξίωμα, καὶ βουλῆς τοῖς βασιλεῦσιν γέγονεν κοινωνός. Ἐπεὶ δὲ ἡ πονηρὰ καὶ ἔκφυλος βίξα, τῶν μίαν θέλησιν ἐπὶ τῆς οἰκονομίας τοῦ Χριστοῦ τὴν διὰ σαρκὸς εἰσαγόντων ἐπεκράτει ληρωδοῦσα, καὶ διατάγματά τινα τὴν τοιαύτην περιέχοντα βλασφημίαν κατὰ τὴν ἀγορὰν ἐπόμπευεν, καὶ ἐπὶ τῆς μεγάλης προὔκειτο Ἐκκλησίας, οὗτος οὐκ ἀνεχόμενος τῇ τῶν ἀσεβῶν κοινωνίᾳ συνασεβεῖν, ἀφεὶς τὰς κοσμικὰς ἀρχὰς καὶ τιμάς, εἵλετο μᾶλλον ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ παρερρίφθαι, ἢ ἐν σκηνώμασιν ἁμαρτωλῶν κατοικεῖν. Καὶ καταλαβὼν τὸ ἐν Χρυσοπόλει μοναστήριον, τὴν κόμην ἀπέθετο· οὗ καὶ καθηγητὴς ὕστερον γέγονεν. Εἶτα θείῳ ζήλῳ ὥσπερ ὑπὸ πυρὸς ἐξαφθείς, τὴν πρεσβυτέραν Ῥώμην κατέλαβεν, καὶ Μαρτῖνον τὸν μακάριον πάπαν παρεσκεύασεν, τοπικὴν ἀθροίσαντα σύνοδον, ἀναθεματίσαι τοὺς εἰσηγητὰς τοῦ ἀνοσίου δόγματος, τῶν μίαν ἐπὶ Χριστοῦ βλασφημούντων θέλησιν· καὶ εἰς ἔλεγχον τῶν οὕτως φρονούντων λόγους συγγράψας, καὶ ἐπιστολὰς λογικαῖς ἀποδείξεσι καὶ γραφικαῖς τῆς καθ' ἡμᾶς πίστεως συστατικὰς, πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ἐξέπεμψεν. Ἀναζεύξας δὲ ἀπὸ Ῥώμης μετὰ τῶν δύο Ἀναστασίων τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, εἰς εὐθύνας παρὰ τοῦ συγκλήτου καθίσταται, ὁμοδοξούσης τῇ τοῦ βασιλέως αἱρέσει· ὅτι πάντων ὑπεικόντων τῷ βασιλεῖ, εἷς τε μόνος ἀνθίσταται, καὶ τοὺς ἄλλους εἰς ἀποστασίαν κινεῖ, ἐναντία διὰ τῶν ἐπιστολῶν φρονεῖν μετατιθέντων αὐτούς. Ἐπὶ τούτῳ πέμπεται ἐν φρουρᾷ κατὰ τὴν Θρᾴκην· καὶ ἐπιμένων τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει, τὴν χεῖρα καὶ τὴν γλῶτταν ἀκροτηριάζεται, κἀκεῖθεν εἰς τὴν ὑπερορίαν κατὰ τὴν Λαζικὴν πέμπεται· ἔνθα ἐπὶ τρισὶ χρόνοις διαγαγὼν, καὶ ταῖς ἐκ τῆς σώματος χρείαις αὐτὸς ὑπηρετησάμενος, καὶ πλήρης ἡμερῶν ὤν, μικρὸν νοσήσας, ἀνεπαύσατο ἐν Κυρίῳ· καὶ κατετέθη ἐν τῇ μονῇ τοῦ ἁγίου Ἀρσενίου ἐν αὐτῇ χώρᾳ τῶν Λαζῶν, πολλὰς θαυμάτων ἐνεργείας καθ' ἑκάστην τελῶν.

(a) Λέγεται δὲ μετὰ τὴν ἐκτομὴν, αὖθις ὑπὸ Θεοῦ

[50] Psal. LXXXIII, 11.

Cathisma. Tonus 3. *Obliquus. Divinæ fidei.*

Divinam confirmando doctrinam, rectæ fidei columna exstitisti, fideique columen, vir divino sensu, qui Christum Deum nostrum, Pater Maxime, duplici natura duplicique voluntate prædicasti. Huic tu nunc instanter supplica, ut magnam nobis misericordiam largiatur.

Synaxarium.

Certamen sancti Patris nostri Maximi confessoris, qui imperatore Constantino Pogonato (*b*), Heraclii nepote, maximis honoribus a superioribus imperatoribus acceptus, idoneusque civilibus administrationibus quæ agenda essent perscribere atque dictare, qua eruditione, morum probitate, longaque rerum experientia mentis solertia pollebat, primi a secretis dignitate auctus est, secretiorumque consiliorum imperatoribus socius allectus. Quia vero prava extraneaque illorum opinio, qui unam in Christi per carnem dispensatione inducunt voluntatem, delira vigebat, decretaque quædam et constituta ejuscemodi blasphemiam continentia in foro vulgabantur, prostabantque in majori Ecclesia, non sustinens vir Dei, pari impiis impietatis commercio fœdari, magis elegit abjectus esse in domo Dei, quam habitare in tabernaculis peccatorum [50]; veniensque ad monasterium, quod est Chrysopoli, comam posuit; cujus etiam postea monasterii præfectus fuit. Deinde divino zelo velut igne succensus, Romam eam in rem venit, beatoque papæ Martino, coacta locali synodo, anathemate feriendi scelerate doctrinæ magistros, qui unam in Christo voluntatem blasphemia docerent, auctor fuit; eosque confutaturus, qui ita sentirent, scriptis libris ac epistolis, quibus rationum pondere ac Scripturæ locis nostra fides astrueretur, in omnes orbis partes misit. Reversusque Roma cum duobus Anastasiis suis discipulis, a senatu, qui pari cum imperatore, hæretici sensus impietate laboraret, ad pœnas deposcitur, quod cunctis imperatori cedentibus, unus ipse obsisteret, ac reliquos ad discessionem, contrario [xc] sensu per epistolas eos imbuens, permoveret. Interim in carcerem in Thracia mittitur; dumque in orthodoxa fide constans perseverat, manu linguaque truncatur, ac inde in exsilium in Lazicam mittitur. Ibique annos tres vitam tolerans, suisque ipse corporis usibus, etsi provecta adeo fractaque ætate, subministrans, brevi morbo absumptus, requievit in Domino : conditusque est in sancti Arsenii monasterio in eadem Lazorum provincia, multas quotidie miraculorum virtutes præstans.

Porro aiunt, postquam exsecta erat, inaudito

(*b*) Imo Constante ejus patre.

Digitized by Google

portento ei rursus divinitus restitutam linguam, eaque clare locutum, quoad vitæ superstes fuit. Ejus discipulorum senior Anastasius, pari cum magistro supplicio, lingua manuque truncatus procul exsilio relegatus est : junior vero in Thraciæ castrum quoddam missus, vitam finivit.

A παραδόξως ἀποκαταστῆναι τὴν γλῶτταν, καὶ τρανῶς φθέγγεσθαι, μέχρις ἂν ἐν τῷ βίῳ ὑπῆρχεν. Τῶν δὲ δύο αὐτοῦ μαθητῶν, ὁ μὲν πρεσβύτερος Ἀναστάσιος, ἴσα τῷ διδασκάλῳ τὴν γλῶτταν καὶ τὴν χεῖρα τμηθείς, μακρὰν ἐξωρίσθη · ὁ δὲ νεώτερος, ἔν τινι τῶν κατὰ Θρᾴκην φρουρίων πεμφθείς, τὸν βίον κατέλυσεν.

Ode 7. Qui tuum in principio.

Naturalis stolam dignitatis, cruore tuo, vir divino sensu, conspersisti, tacentem hanc atque loquentem, tuis, Pater, doctrinis ac sermonibus probationem præbens.

Ignis instar tentationum illarum igne, vos tres probati, puriorem fidem vestram, venerandi Patres, Christo obtulistis.

B Venite jam, Patres Deo pleni, clamat Christus, laborum fructus ac victoriæ præmia recepturi, ut in gaudio in æternis tabernaculis habitetis.

In Deip.

Qui mysticum Virginis simulacrum, rubum in Sina ardentem, et non conflagrantem, præfigurasti, tu, Christe Deus Patrum, es benedictus.

Ode 8. Qui in monte sancto.

Divinæ lucis radio in corde suscepto, vir divino sensu, scientiæ fulgoribus magnifice splenduisti; ac sapientiæ thesaurum in corde tuo, Pater, recondidisti.

Religiosæ vitæ tuæ tunicam, martyrii simula- C crum fecisti eique, vir divine, sacris tuis certaminibus varium cultum indidisti, cruoribus pro veritate rubricans.

Vita castis moribus peracta, fideque ornatis operibus, cœlestem gloriam, venerandi Patres, consequi meruistis, eamque ob rem Christum in sæcula laudatis.

[xci] *In Deip.*

Salve, porta et animata nubes; salve, mons et rubus et candelabrum; salve, templum, et thronus, et paradisus; salve, benedicta, quæ rerum universitatis Conditorem peperisti.

Ode 9. Qui ante monstratus est.

D Præclare, vir ter beate, per imperturbationem ac contemplationem, vitæ æternæ verba nos docuisti, qui nempe rectæ fidei spirantem titulum tuam mundo confessionem reliquisti.

Vere clarificati estis, divi Patres, dehonestamentis et verberibus, persecutionibusque et periculis, inque vinculis et carceribus ferrique ponderibus et mucrone ac exsiliis concertantes.

Sancti Patres nostri, qui æmulatione atque amore martyrii cursum absolvistis, Deum ac Dominum, ut servos vestros ab omni errore eruat, supplices exorate.

In Deip.

Rubum ardentem, non conflagrantem prævidit

Ὠδ. ζ'. Ὁ ἐν ἀρχῇ τὴν στήν.

Σὺ τὴν στολὴν τῆς φυσικῆς ἀξίας, αἵματι σῷ κατέστιξας, θεόφρον · σιγῶσαν, Πάτερ, καὶ φθεγγομένην ἀπόδειξιν παρασχὼν ταύτην τοῖς λόγοις σου.

Ὥσπερ χρυσὸς οἱ τρεῖς δοκιμασθέντες ἐν τῷ πυρὶ τῶν πειρασμῶν ἐκείνων, καθαρωτέραν τὴν πίστιν ὑμῶν προσήξατε τῷ Χριστῷ, Πατέρες τίμιοι.

Δεῦτε λοιπόν, Πατέρες θεοφόροι, κράζει Χριστός, τοὺς πόνους τῶν καμάτων ἀπολαβόντες καὶ τὰ βραβεῖα, αὐλίζεσθαι ἐν χαρᾷ εἰς αἰωνίους σκηνάς.

Θεοτ.

Ὁ μυστικὴν εἰκόνα τῆς Παρθένου τὴν ἐν Σινᾷ σὺ προτυπώσας βάτον, τὴν καιομένην, οὐ φλεγομένην, εὐλογητὸς εἶ, Χριστέ, ὁ τῶν Πατέρων.

Ὠδ. η'. Τὸν ἐν ὄρει ἁγίῳ.

Τὴν ἀκτῖνα τῆς θείας δᾳδουχίας ἐν καρδίᾳ δεξάμενος, θεόφρον, τὸν φωτισμὸν τῆς γνώσεως ἐπλούτησας · καὶ τὸν τῆς σοφίας θησαυρὸν ἀπέθου ἐν τῇ ψυχῇ σου, Πάτερ.

Τὸν χιτῶνα τὸν τῆς ἀσκήσεώς σου, μαρτυρίου κατέστησας εἰκόνα, καὶ ἱεροῖς σου τοῦτον κατεποίκιλας ἄθλοις, θεοφόρε, αἵμασι φοινίξας τοῖς ὑπὲρ ἀληθείας.

Ἐν ἁγνείᾳ τηρήσαντες τὸν βίον, καὶ τῇ πίστει κοσμήσαντες τὰ ἔργα, τῆς οὐρανίου δόξης ἠξιώθητε, τίμιοι Πατέρες, ὅθεν ἀνυμνεῖτε Χριστὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.

Θεοτ.

Χαῖρε, πύλη καὶ ἔμψυχε νεφέλη · χαῖρε, ὄρος, καὶ βάτος, καὶ λυχνία · χαῖρε, ναὲ, καὶ θρόνε, καὶ παράδεισε · χαῖρε, ἡ τεκοῦσα τὸν Δημιουργὸν τοῦ παντὸς, εὐλογημένη.

Ὠδ. θ'. Τὸν προδηλωθέντα.

Εὖ δι' ἀπαθείας καὶ θεωρίας, τρισμάκαρ, ἐδίδαξας λόγους ἡμᾶς ζωῆς τῆς αἰωνίου, στήλην ἔμπνουν ὀρθοδοξίας τῷ κόσμῳ τὴν ὁμολογίαν σου καταλείψας.

Ὄντως ἐδοξάσθητε, θεοφόροι Πατέρες, αἰκισμοῖς καὶ μάστιξι, διωγμοῖς καὶ κινδύνοις, ἐν δεσμοῖς τε καὶ φυλακαῖς, καὶ σιδήροις, καὶ ὑπερορίαις ἐναθλήσαντες.

Ὅσιοι Πατέρες ἡμῶν, οἱ ζήλῳ καὶ πόθῳ τὸν τοῦ μαρτυρίου συνδιανύσαντες δρόμον, ἱκετεύσατε τὸν Θεὸν καὶ Δεσπότην, πάσης πλάνης ῥύσασθαι τοὺς δούλους ὑμῶν.

Θεοτ.

Βάτον καιομένην πυρὶ καὶ μὴ φλεγομένην προεώρα

Digitized by Google

πάλαι Μωσῆς, Θεομῆτερ Παρθένε, τὴν θεόδεκτον προτυποῦσαν γαστέρα ὑποδεχομένην τὸ ἀκήρατον πῦρ.

A quondam Moses, qui tuum, Dei Mater Virgo, Dei capacem uterum quo susceptus ignis immortalis est, præeunte figura designaret [87].

Ἐξαποστειλάριον. Φῶς ἀναλλοίωτον.

Ἐξαποστειλάριον. *Ignis invariabilis.*

Σάλπιγξ ἐθείχθης σοφίας, εὐήχῳ γλώττῃ σου πλήττων τῶν ἐναντίων τὰ στίφη, Μάξιμε, φῶς μοναζόντων· διὸ τοῖς στίχοις ἐντρυφῶντες λόγοις τὴν γνῶσιν κατανοοῦμεν τῶν ὄντων.

(*b*) Sapientiæ tuba enituisti, sonora lingua tua, adversariorum agmina, Maxime, monachorum lumen, percellens : quamobrem libris, quos scripsisti, deliciantes, scientiam rerum perspicimus.

ΑΚΟΛΟΥΘΙΑ Β' (*a*).

OFFICIUM II.

Εἰς τὸ « Κύριε, ἐκέκραξα. »

AD VESPERAS.

Στιχ. Ἦχος δ'. Προσόμοια. Ὡς γενναῖον ἐν μάρτυσιν.

Versiculi. Tonus 4. Similares. Quam strenuum inter martyres.

Τὸν δι' οἶκτον γενόμενον, ὡς εὐδόκησεν, ἄνθρωπον, ἐν δυσὶ θελήσεσιν ἐνεργείαις τε κατανοούμενον, B δισσε, ἐκήρυξας, Μάξιμε, ἀποφράττων μιαρῶν τὰ ἀπίλωτα στόματα, μονοθέλητον, μονοενέργητον πλάνην δοξαζόντων, ἐπηρείᾳ διαβόλου, τοῦ τὴν κακίαν τεκτήναντος.

Eum, qui miserantis affectu, ut visum illi fuit, homo factus est, duplici voluntate atque operatione, sancte Maxime, prædicasti, obstruens præfracta impurorum ora, unius voluntatis uniusque operationis errorem docentium, diaboli strue ac nequitia, qui mali est artifex.

Ταῖς νευραῖς τῶν δογμάτων σου, Πύρρον, Πάτερ, ἀπέπνιξας, ληρωδοῦντα, Μάξιμε, τὸν κακόφρονα· καὶ διωγμοὺς ἐκαρτέρησας καὶ θλίψεις, ἀοίδιμε, μαστιζόμενος σφοδρῶς, καὶ τὴν γλῶτταν τεμνόμενος, καὶ τὴν πάντοτε πρὸς Θεὸν αἰρομένην θείαν χεῖρα, δι' ἧς γράφων διετέλεις τὰ ὑψηλότατα δόγματα.

Doctrinarum tuarum chordis, Pater Maxime, Pyrrhum pravo sensu hominem (vanum scilicet ac nugacem) præfocasti; [xcii] persecutionesque ac ærumnas, vir inclyte, fortiter sustinuisti, verberibus dire cæsus, linguaque exsectus, necnon divina dextera, quam ad Deum semper tolleres, cujus organo altissima decreta conscripsisti.

Ὀξυγράφου ὡς κάλαμος τεθηγμένη τῷ Πνεύματι ἡ ἁγία γέγονε, Μάκαρ, γλῶσσά σου καλλιγραφοῦσα ἐν Πνεύματι πλαξὶ καρδιῶν ἡμῶν νόμον θείων ἀρετῶν καὶ δογμάτων ἀκρίβειαν, καὶ τὴν σάρκωσιν, τοῦ C ἐν δύο οὐσίαις τοῖς ἀνθρώποις, καὶ μιᾷ τῇ ὑποστάσει ἐμφανισθῆναι θελήσαντος.

Ut calamus scribæ velociter scribentis Spiritu exacuta [88], sancta tua, vir beate, lingua fuit, pulchre in Spiritu tabulis cordis nostri divinarum legem virtutum exactamque dogmatum notitiam exarans, atque ejus incarnationem, qui in duplici substantia unaque persona hominibus voluit apparere.

Δόξα. Ἦχος πλ. δ'.

Gloria. Ton. obliquus 4.

Τῶν μοναστῶν τὰ πλήθη τὸν καθηγητήν σε τιμῶμεν, Πάτερ ἡμῶν Μάξιμε· διὰ γάρ σου τὴν τρίβον τὴν ὄντως εὐθεῖαν πορεύεσθαι ἔγνωμεν. Μακάριος εἶ, τῷ Χριστῷ δουλεύσας, καὶ ἐχθροῦ θριαμβεύσας τὴν ἐνέργειαν, ἀγγέλων συνόμιλε, ὁσίων συμμέτοχε καὶ δικαίων, μεθ' ὧν πρέσβευε τῷ Κυρίῳ ἐλεηθῆναι τὰς ψυχὰς ἡμῶν.

Monachorum agmina, te præceptorem, Pater noster Maxime, colimus; te enim auctore rectam vere semitam incedere novimus. Beatus es, qui Christo ministrasti, ac inimici virtutem triumpho egisti, angelorum conserte choris, sanctorumque atque justorum cœtibus consociate, quibuscum intercede ad Dominum, ut animarum nostrarum misereatur.

Θεσπέσιε Πάτερ, εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος τῶν κατορθωμάτων σου· διὸ ἐν τοῖς οὐρανοῖς εὗρες μισθὸν τῶν καμάτων σου· τῶν δαιμόνων D στρέψας τὰς φάλαγγας· τῶν ἀγγέλων ἔφθασας τὰ εἴγματα, ὧν τὸν βίον ἀμέμπτως ἐζήλωσας. Παῤῥησίαν ἔχων ἐν τῇ μνήμῃ σου, εἰρήνην αἴτησαι ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν.

Sancte Pater, in omnem terram exivit sonus tuarum virtutum atque operum : idcirco in cœlis mercedem invenisti tuorum laborum. Dæmonum turmas fudisti; ad angelorum evasisti ordines, quorum vitam sine querela æmulatus es. Qui favore polles in tua memoria, animabus nostris pacem exora.

Ἀπολυτίκιον τῆς ἑορτῆς καὶ τοῦ ἁγίου. Ἦχος πλ. δ'.

Apolyticum solemnitatis et sancti. Tonus obliquus 4.

Ὀρθοδοξίας ὁδηγὲ, εὐσεβείας διδάσκαλε καὶ σεμνότητος, τῆς οἰκουμένης ὁ φωστήρ· τῶν μοναζόντων θεόπνευστον ἐγκαλλώπισμα, Μάξιμε σοφὲ, λύρα τοῦ

Recte fidei dux, pietatis doctor ac honestatis, orbis terrarum lumen, monachorum afflata divinitus gloria, Maxime sapiens, lyra Spiritus, Pater

[87] Exod. III, 2. [88] Psal. XLIV, 2.

(*a*) Menæa edita 13 Augusti et 21 Januarii, qua perinde agunt festum sancti Maximi.
(*b*) Ex cod. Em. card. Maz. 21 Januar.

Digitized by Google

sancte, intercede apud Christum Deum, ut nostrarum animarum salutem consequamur.

Πνεύματος, Πάτερ ὅσιε, πρέσβευε Χριστῷ τῷ Θεῷ σωθῆναι τὰς ψυχὰς ἡμῶν.

Canon, cujus Græce acrostichis, « longe maximus Maximus laudatur. »

Κανὼν οὗ ἡ ἀκροστιχίς, « Ὁ παμμέγιστος Μάξιμος δοξάζεται. »

Od. 1. Ton. obl. 4. Cantemus Domino. Joannis monachi.

Ὠδὴ α'. Ἦχος πλαγ. δ'. Ἄισωμεν τῷ Κυρίῳ Ἰωάννου μοναχοῦ (a).

Totam mihi Deum spirantem ex melliflua suavique lingua tua gratiam Spiritus, dive Maxime, instilla.

Ὅλην μοι τὴν θεόπνουν ἐκ τῆς μελιῤῥύτου καὶ ἡδείας σου ἐναπόσταζον γλώττης, θεῖε Μάξιμε, χάριν τοῦ Πνεύματος.

Ignis urentis adversus hæreses speciem prætulisti, vir beate; velut namque stipulam Spiritus æmulatione eas absumpsisti.

Πῦρ καιόμενον ὤφθης κατὰ τῶν αἱρέσεων, μακάριε· ὡς καλάμην γὰρ ταύτας κατηνάλωσας ζήλῳ τοῦ Πνεύματος.

[xciij] Omni carens ratione impiissima mente ac voluntate, unius voluntatis dogma promulgatum est, tuis vero, Pater, doctrinis elisum ac confutatum.

Ἄλογον προετέθη ἐκ δυσσεβεστάτης προαιρέσεως μονοθέλητον δόγμα· τοῖς δὲ λόγοις σου, Πάτερ, διήλεγκται.

In Deip.

Θεοτ.

Intemerata Dei Genitrix, quæ sempiternum supraque Deum Verbum, altiori quam pro naturæ modis ratione peperisti, te laudamus.

Ἄχραντε Θεοτόκε, ἡ σεσαρκωμένον τὸν ἀΐδιον καὶ ὑπέρθεον Λόγον ὑπὲρ φύσιν τεκοῦσα, ὑμνοῦμέν σε.

Ode 3. Hirmus: Tu es firmamentum, Domine, eorum qui tibi animum attendunt: tu lumen eorum qui tenebris obcæcati sunt, laudatque te spiritus meus.

Ὠδὴ γ'. Ὁ εἱρμός. Σὺ εἶ τὸ στερέωμα τῶν προσεχόντων σοι, Κύριε· σὺ εἶ τὸ φῶς τῶν ἐσκοτισμένων, καὶ ὑμνεῖ σε τὸ πνεῦμά μου·

Maximus plane Maximus piæ Christi fidei verissimus præco testisque sanguine claruisti.

Μέγιστος ὁ Μάξιμος τῆς εὐσεβοῦς Χριστοῦ πίστεως παναληθὴς κήρυξ τε καὶ μάρτυς ἀνεδείχθης δι' αἵματος.

Vir beate Maxime, religiosa palæstra exercens divinum augustumque ac castum philosophiæ sacrarium exstitisti.

Μάξιμε μακάριε, σὺ δι' ἀσκήσεως γέγονας θεοπρεπὲς τῆς φιλοσοφίας καὶ σώφρον ἐνδιαίτημα.

Lingua tua largo flumine piissima Christi dogmata, beate prorsus Maxime, scaturiit, qui sapientiæ alumnus exsistis.

Ἔβλυσεν ἡ γλῶσσά σου ποταμηδὸν Χριστοῦ δόγματα πανευσεβῆ, Μάξιμε παμμάκαρ, τῆς σοφίας ὁ τρόφιμος.

In Deip.

Θεοτ.

Te omnes Christiani perfugium nostrum murumque habemus. Te omni prosequenda laude incessabili voce laudamus.

Σὲ πάντες κεκτήμεθα καταφυγὴν καὶ τεῖχος ἡμῶν, Χριστιανοί. Σὲ δοξολογοῦμεν ἀσιγήτως, πανύμνητε.

Contacium solemnitatis ac sancti. Tonus obliq. 4. Quæ pro nobis.

Κοντάκιον τῆς ἑορτῆς καὶ τοῦ ὁσίου. Ἦχος πλ. β'. Τὴν ὑπὲρ ἡμῶν.

Trine splendens lumen in tuo habitans animo te vas electionis, vir beatissime, fecit. Divina enim orbis finibus dilucidas, sensaque longe animo arduа clare explicas, vir beate, dum cunctis, Maxime, Trinitatem superessentialem, æternam aperte prædicas.

Φῶς τὸ τριλαμπὲς οἰκῆσαν ἐν τῇ ψυχῇ σου, σκεῦός ἐκλεκτὸν ἀνέδειξέ σε, παμμάκαρ. Σαφηνίζεις γὰρ τὰ θεῖα τοῖς πέρασι, δυσεφίκτων τε νοημάτων τὴν δήλωσιν, μακάριε, Τριάδα πᾶσι, Μάξιμε, ἀνακηρύττων τρανῶς ὑπερούσιον, ἄναρχον.

OEcus.

Ὁ οἶκος.

Sacerdotum crepido, dogmatum basis, sapientiæ tuba, summus martyrum vertex, fideliumque firmamentum, admirandus Maximus sua hodie memoria mundo præoritur. Ad ejus ergo cuncti fulgores assurgite, libertatem dicendi ac æmulationem laudantes, qua fulsit tuenda pietate; qua nempe vere pastor pro grege adversus lupos fortiter dimicando, stratis illis ac fusis, victoriæ palmam coronamque recepit, dum cunctis Trinitatem superessentialem, æternam aperte prædicavit.

Τῶν ἱερέων ἡ κρηπίς, ἡ βάσις τῶν δογμάτων, ἡ σάλπιγξ τῆς σοφίας, μαρτύρων ἡ ἀκρότης καὶ τῶν πιστῶν ὁ στηριγμὸς κόσμῳ προανίσχει, Μάξιμος ὁ θαυμαστὸς διὰ τῆς θείας αὐτοῦ μνήμης σήμερον. Τούτου οὖν πρὸς τὴν λάμψιν ἀνάστητε πάντες, τὴν παῤῥησίαν καὶ τὸν ζῆλον εὐφημοῦντες, ὃν ἔδειξεν ὑπὲρ εὐσεβείας, δι' ἣν ἀληθῶς ποιμὴν ὑπὲρ ποίμνης παρετάξατο στερῥῶς κατὰ τῶν λύκων, οὓς καταβαλὼν, βραβείοις νίκης ἐστέφθη· Τριάδα πᾶσιν ἀνακηρύττων τρανῶς ὑπερούσιον, ἄναρχον.

(a) Jun. 21 Ποίημα Ἰωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ. Sed non videtur.

Digitized by Google

Δόξα. Ἦχος γ'. Τὴν ὡραιότητα.

Τὰ κατορθώματα τῆς πολιτείας σου, πάντων φωτίζουσι τὰ διαβήματα, Μάξιμε, πάτερ ἀληθῶς τῶν πίστει μιμουμένων σε· ὅθεν τοὺς ἐκ πόθου σε μακαρίζοντας πάντοτε σῶζε ταῖς πρεσβείαις σου ἀπὸ πάσης στενώσεως, Χριστὸν τὸν ἀγαθὸν ἱκετεύων, μάκαρ ἀξιοθαύμαστε.

Ὠδ. δ'. Εἰσακήκοα, Κύριε.

Γηγενεῖς σε γεραίρουσι, καὶ τῶν οὐρανίων τάξεις θαυμάζουσι· τῇ φιλίᾳ τῆς σοφίας γὰρ ἀνεδείχθης, Πάτερ, ὥσπερ ἄσαρκος.

Ἰταμὸς μὲν ὁ τύραννος· ἀλλ' ἡ καρτερία σου ἀκατάπληκτος· ὅθεν σὺ μὲν μεμακάρισαι· ἐκεῖνος δέ, Πάτερ, ἐξωστράκισται.

Συναθλοῦσί σοι, Μάξιμε, ἡ τῶν μαθητῶν δυὰς ἡ B πανόλβιος, σοὶ τῶν ἄθλων κοινωνήσαντες· διὸ καὶ ἐπάθλων ἴσων ἔτυχον.

Τῇ ῥοῇ σου τοῦ αἵματος καταρδευομένη ἡ Ἐκκλησία Χριστοῦ, ἐξανθεῖ πατροπαράδοτον τοῦ θείου σου σπόρου δόγμα, ὅσιε.

Θεοτ.

Ἣ τὸν στάχυν βλαστήσασα τὸν ζωοποιὸν ἀνήρωτος ἄρουρα, τὸν παρέχοντα τῷ κόσμῳ ζωὴν, Θεοτόκε, σῶζε τοὺς ὑμνοῦτάς σε.

Ὠδ. ε'. Ὀρθρίζοντες βοῶμέν σοι.

Ὃ γνῶσιν τῶν γηΐνων ἀθροίσας καὶ οὐρανίων, ἐνδίκως φιλόσοφος κατονομάζεται Μάξιμος.

Σοφίας τῆς ἀμείνονος τῷ ἔρωτι, τοῦ Χριστοῦ σου C μιμητὴς πανάριστος ὤφθης, ἀοίδιμε Μάξιμε.

Μανίᾳ ὑπερόριος γέγονας τοῦ τυράννου· εὗρες δέ, Μακάριε, τὸν Ἰησοῦν παραμύθιον.

Θεοτ.

Κατεύνασον τὸν ἄστατον κλύδωνα τῶν παθῶν μου, ἡ θεὸν κυήσασα τὸν κυβερνήτην καὶ Κύριον.

Ὠδ. ς'. Ὁ εἱρμός. Χιτῶνά μοι παράσχου φωτεινόν, ὁ ἀναβαλλόμενος φῶς ὡς ἱμάτιον, πολυέλεε Χριστὲ ὁ Θεὸς ἡμῶν.

Ἀνένδοτον προσφέρων τῷ Θεῷ, θεοφόρε, δέησιν, ψυχῆς τε καὶ σώματος τῶν παθῶν καὶ τῆς φθορᾶς ἡμᾶς λύτρωσαι.

Ξηραίνεται αἱρέσεως πηγὴ βορβορώδους ἅπασα, D ἀοίδιμε Μάξιμε, φραττομένη τῇ ἡδύτητι τῆς γλώττης σου.

Ἵλάσθητί μοι, μόνε ἀγαθὲ, καὶ πηγὴν τῆς χάριτος, Χριστὲ, τῇ καρδίᾳ μου ταῖς λιταῖς τοῦ σοῦ ὁσίου ἀνάβλυσον.

Θεοτ.

Ἣ μόνῃ διὰ λόγου ἐν σαρκὶ τὸν Λόγον κυήσασα, βοῶσαι, δεόμεθα, τῶν παγίδων τοῦ ἐχθροῦ τὰς ψυχὰς ἡμῶν.

Ὠδὴ ζ'. Οἱ ἐκ τῆς Ἰουδαίας.

Μίαν φύσιν Τριάδος, μίαν θέλησιν ἔφης, μίαν ἐνέρ-

Gloria. Tonus 3. Pulchritudinem.

Religiosæ vitæ tuæ præclara facta, cunctorum gressus illuminant, Maxime, vere [xciv] pater eorum qui te fide imitantur. Quamobrem eos qui amore te beatum prædicant, ab omni semper angustia serva tuis intercessionibus, Christo, qui bonus est, supplicans, vir beate, omni digne prosequende admiratione.

Ode 4. Exaudivi, Domine.

Te terrigenæ celebrant, cœlestiumque ordines admirantur, quippe qui sapientiæ amore, velut carnis expers, Pater, effulseris.

Ferox quidem tyrannus, sed imperterrita mentis tuæ constantia; quapropter, ipse quidem, Pater, beatitatis laudem assecutus, ille vero eliminatus est.

Una tecum certamine funguntur, Maxime, beatissimi ambo discipuli, lucta tibi socii effecti; quamobrem etiam paria consecuti sunt præmia.

Cruoris tui rivis affatim ebria Christi Ecclesia, divinæ tuæ sementis, paterna traditione acceptum, vir sancte, dogma efflorет.

In Deip.

Quæ spicam vivificam incorrupta tellus germinasti, præbentem mundo vitam, Dei Genitrix, serva laudantes te.

Ode 5. Mane surgentes clamamus tibi.

Qui terrenorum cœlestiumque scientiam acervavit Maximus, philosophi nomen merito est consecutus.

Præstantioris sapientiæ amore, Christi tui perfectissimus imitator, inclyte Maxime, eluxisti.

Tyranni insania in exsilium relegatus es; at invenisti Jesum, vir beate, solantem.

In Deip.

Seda æstuosum meorum affectuum ac vitiorum fluctum, quæ Deum peperisti gubernatorem et Dominum.

Ode 6. Hirmus. Lucidam mihi præbe tunicam, qui indutus es lumine sicut vestimento, multarum miserationum, Christe Deus noster [99].

Irremissam, vir beate, Deo precem offerens ac supplicationem, ab animi nos ac corporis vitiis morbisque ac corruptione liberato.

Arescit cœnosæ omnis hæresis fons, inclyte Maxime, suavissimo eloquio tuo linguaque obstruente.

Propitius mihi esto, qui solus bonus es, fontemque gratiæ, Christe, sancti tui precibus cordi meo infunde.

[xcv] *In Deip.*

Quæ sola verbo Verbum in carne peperisti, rogamus ut ab inimici laqueis liberes animas nostras.

Ode 7. Qui ex Judæa.

Unam Trinitatis naturam, unam voluntatem

[99] Psal. cm, 2.

Digitized by Google

dixisti, unam operationem : Dei vero incarnati duplicem naturam, voluntatem, operationem prædicasti. Deus patrum nostrorum benedictus es.

Non duas voluntates mentis contrarietate diversas, sed naturali magis qualitate distinctas, Pater, prædicasti, clamans, Deus Patrum, benedictus es.

Qui divinos tuos sermones, Pater, rectæ fidei titulum habeamus, unum e Trinitate in duabus substantiis et voluntatibus colimus. Deus patrum nostrorum es benedictus.

Qui duas, Pater, Dei, qui misericordia carnem induit, operationes sciamus, duas liberas voluntates ex te docti canimus : Deus patrum nostrorum, es benedictus.

In Deiparam.

Ex virginali utero incarnatus es, ut salutem nobis præstares : idcirco qui tuam matrem Deiparam sciamus, gratiarum actione clamamus : *Benedictus es, Deus patrum nostrorum* [60].

Ode 8. Hirmus. Tyranni flammæque victores tua gratia effecti pueri, mandatorum observatione etiam atque etiam seduli, clamabant : « Benedicite, omnia opera, Dominum, et superexaltate in omnia sæcula [61]. »

Toto animo eum desiderans, qui nimio humanum genus desiderio, amoreque prosecutus est, tuam tulisti crucem, ac cum illo, vir beate, cruci confixus es. *Benedicite, omnia opera, Dominum.*

A lethali omni extraneus factus voluptate, vir beate, te totum divinum sine macula speculum præbuisti, canens : *Benedicite, omnia opera, Dominum.*

Immanis impii tyranni crudelitatem nihil extimuisti ; sed velut immobilis inconcussa rectæ fidei columna stetisti, canens : *Benedicite, opera, Dominum.*

Vitalem splendorem una ex Deitate trine subsistente, sentire agnitus es ; sol nimirum, his qui in tenebris erroreque versentur, canens : *Benedicite, opera, Dominum.*

[xcvi] *In Deip.*

Adami, Virgo, ejus qui lapsus est, filia visa es, Dei vero mater, qui instauravit meam substantiam ; quem omnia opera Dominum laudamus.

Ode 9. Hirmus. Qui in monte legislatori in igne et rubo præmonstratus est semper Virginis partus, in nostram fidelium salutem, jugibus canticis magnificamus.

Tuus adhuc velut Abelis sanguis, inque sæcula divino afflatu accepta dogmata, Maxime, quam beate reque maxime, clara voce Christi prædicat Ecclesia.

Cæsa tua manus est : scribit tamen divino digito, velut calamo et atramento, exsecta lingua sancto cruore tuo, o quam beate, orthodoxam in animis fidem.

[60] Dan. III, 50. [61] ibid. 57.

γειαν· Θεοῦ δὲ σαρκωθέντος, δύο φύσεις, θελήσεις ἐνεργείας ἐκήρυξας· ὁ τῶν πατέρων ἡμῶν Θεὸς εὐλογητὸς εἶ.

Οὐ θελήματα δύο διαιρούμενα γνώμης ἐναντιότητι, πιότητι δὲ μᾶλλον, ἀνεκήρυξας. Πάτερ, φυσικῇ διαφέροντα· Ὁ τῶν πατέρων, βοῶν, Θεὸς, εὐλογητὸς εἶ.

Στήλην ὀρθοδοξίας τοὺς ἐνθέους σου λόγους, Πάτερ, κατέχοντες, τὸν ἕνα τῆς Τριάδος ἐν δυσὶ ταῖς οὐσίαις καὶ θελήσεσι σέβομεν· Ὁ τῶν πατέρων ἡμῶν Θεὸς, εὐλογητὸς εἶ.

Δύο, Πάτερ, εἰδότες ἐνεργείας τοῦ οἰκτῳ σεσαρκωμένου Θεοῦ, δισσὰς αὐτεξουσίους θελήσεις δεδαχθέντες ὑπό σου, ἀναμέλπομεν· Ὁ τῶν πατέρων ἡμῶν Θεὸς, εὐλογητὸς εἶ.

Θεοτ.

Παρθενικῆς ἐκ νηδύος σαρκωθεὶς ἐπεφάνης εἰς σωτηρίαν ἡμῶν· διό σου τὴν μητέρα εἰδότες Θεοτόκον, εὐχαρίστως κραυγάζομεν· *Ὁ τῶν πατέρων ἡμῶν Θεὸς, εὐλογητὸς εἶ.*

Ῥδὴ η'. Ὁ εἱρμός. Νικηταὶ τυράννου καὶ φλογὸς τῇ χάριτί σου γεγονότες οἱ τῶν ἐντολῶν σου σφόδρα ἀντεχόμενοι παῖδες, ἐβόων· « Εὐλογεῖτε, πάντα τὰ ἔργα, τὸν Κύριον, καὶ ὑπερυψοῦτε εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας. »

Ὁλικῶς ποθήσας τὸν ὑπερποθήσαντα γένος ἀνθρώπων, τὸν σταυρόν σου ἦρας, καὶ αὐτῷ, μακάριε, συνεσταυρώθης. *Εὐλογεῖτε, πάντα τὰ ἔργα, τὸν Κύριον.*

Ξενωθεὶς ἁπάσης ἡδονῆς, μακάριε, θανατηφόρου, σεαυτὸν εἰργάσω ὅλον ἀκηλίδωτα ἔσοπτρον θεῖον· *Εὐλογεῖτε, μέλπων, τὰ ἔργα, τὸν Κύριον.*

Ἀπηνοῦς τυράννου δυσσεβοῦς ὠμότητα οὐ κατεπλάγης· ἀλλ' ὡς πύργος ἔστης ἀκλινὴς ἀκλόνητος ὀρθοδοξίας· *Εὐλογεῖτε, μέλπων, τὰ ἔργα, τὸν Κύριον.*

Ζωηφόρον αἴγλην ἐκ μιᾶς Θεότητος τρισυποστάτου δεδογμένος ὤφθης τοῖς ἐν σκότει ἥλιος καὶ πλανωμένοις· *Εὐλογεῖτε, μέλπων, τὰ ἔργα, τὸν Κύριον.*

Θεοτ.

Τοῦ Ἀδάμ, Παρθένε, τοῦ παραπεσόντος μὲν ὤφθης θυγάτηρ, τοῦ Θεοῦ δὲ μήτηρ, τοῦ ἀνακαινίσαντός μου τὴν οὐσίαν, ὃν ὑμνοῦμεν πάντα τὰ ἔργα τὸν Κύριον.

Ῥδὴ θ'. Ὁ εἱρμός. Τὸν προδηλωθέντα ἐν ὄρει τῷ νομοθέτῃ ἐν πυρὶ καὶ βάτῳ τόκον τῆς Ἀειπαρθένου, εἰς ἡμῶν τῶν πιστῶν σωτηρίαν, ὕμνοις ἀσιγήτοις μεγαλύνομεν.

Ἔτι σου ὡς Ἄβελ τὸ αἷμα, καὶ εἰς αἰῶνας τὰ θεόπνευστα δόγματα φωνῇ διαπρυσίῳ ἡ Χριστοῦ Ἐκκλησία κηρύττει, Μάξιμε παμμάκαρ καὶ παμμέγιστε.

Τέτμηται ἡ χείρ σου· γράφει δὲ θείῳ δακτύλῳ, ὡς καλάμῳ καὶ μέλανι, τετμημένη τῇ γλώσσῃ τῷ σῷ αἵματι τῷ ὁσίῳ. παμμάκαρ, πίστιν ἐν καρδίαις τὴν ὀρθόδοξον.

Digitized by Google

Αἴδεται ἐν κόσμῳ ἡ ἔνθεος παῤῥησία καὶ τὸ πῦρ τὸ ἐγκάρδιον τῆς ἐνθέου ἀγάπης, δι' ἣν, ὅσιε, τὴν τοῦ αἵματος χύσιν, Μάξιμε, ὑπέστης προθυμότατα.

Ἵστασο πρὸ βήματος θείου μετὰ μαρτύρων, οἷς τοῦ ζήλου τῆς πίστεως ἐκοινώνησας, Πάτερ, καὶ ἡμᾶς οἰκείων τῷ Δεσπότῃ, καὶ σοῦ μιμητὰς ἐργαζόμενος.

A Celebri laude in mundo habetur divina libertas, ignisque visceribus conceptus divinæ charitatis, quo, vir sancte Maxime, fundere sanguinem summa alacritate sustinuisti.

Stas pro divino tribunali cum martyribus, quibus fidei æmulatione socius exstitisti, Pater, ut nos Domino concilies, tuique æmulos esse præstes.

Θεοτ.

Σὺ εἶ, Θεοτόκε, τὰ ὅπλα ἡμῶν καὶ τεῖχος· σὺ εἶ ἡ ἀντίληψις τῶν εἰς σὲ προστρεχόντων. Σὲ καὶ νῦν εἰς πρεσβείαν κινοῦμεν, ἵνα λυτρωθῶμεν τῶν ἐχθρῶν ἡμῶν.

In Deip.

Tu, Deipara, armatura nostra ac murus es : tu refugium illorum et defensio, qui ad te accurrunt. Te nunc quoque ut intercedas rogamus, quo ab inimicis nostris liberemur.

ΕΞΑΠΟΣΤΕΙΛΑΡΙΟΝ.

B

EXAPOSTILARIUM.

Γυναῖκες, ἀκουτίσθητε.

Τὰ βάθη τῶν χριμάτων σου ἠρεύνηται τῷ Πνεύματι· τὰ δὲ τοῦ Πνεύματος, Σῶτερ, ἐν πνεύματι καὶ δυνάμει Μάξιμος ἐξηρεύνησεν, ὡς ἔνδικος Φιλόσοφος. Θελήσεις ἐνεργείας τε ἀνακηρύττων σου δύο. Διὸ λαμπρῶς νῦν τιμᾶται.

Mulieres, auribus percipite.

Alta judiciorum tuorum perscrutanti nota Spiritui sunt : Spiritus vero profunda, o Salvator, Maximus in spiritu et virtute scrutatus est, velut nimirum justo nomine Philosophus, prædicans duas tuas voluntates et operationes. Quamobrem splendide nunc colitur ac honoratur.

Τῷ αὐτῷ μηνὶ ιγ'. Ἡ μετάθεσις τοῦ λειψάνου τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Μαξίμου τοῦ ὁμολογητοῦ.

Mensis Augusti 13. Translatio corporis sancti Maximi confessoris.

Κινοῦσί σου, Μάξιμε, πιστοὶ τὴν κόνιν,
Δηλοῦντες ὡς γῆς ἐξαμείβοντος τόπους.

Movent tuos, Maxime, fideles cineres ;
Nempe monstrantes alia ex aliis, te loca mutantem.

Μαξίμου, ἀμφὶ τὴν τρισκαιδεκάτην μετετέθης·

Tertia decima circiter humanis migrasse.

[XCVII] *AD SANCTI MAXIMI VITAM.*

Sancti Maximi Vitam, post ejus lacinias, illustrissimo *Annalium* Patri, anno Christi 640 et sequentibus ex Petri Marini versione ac Vaticanis codd. jam productas, integram ex Regio codice repræsentans, operæ pretium me facturum putavi, si, ad pleniorem ac certiorem rerum Maximi notitiam, pauca quædam ad eam annotavero ; exceptis illis, quæ ad eam spectantia, ad ejus ambas Collationes seu Auditiones strictim ad marginem sunt animadversa, seu etiam notis ad eas plenioribus discussa. Nec enim illius satis exacta omnia, ac quibus integra omnino fides debeatur, nullo ampliori examine, ut ex dictis Collationibus seu Actis publicis, luce clarius liquet. Magna passim τῶν Βιογράφων licentia ; eorum maxime qui laudationis specie, non prorsus suppares aut æquales, hanc sibi usurpant provinciam non ut presse sanctis dicta gestaque conscribant, sed ut laudando placeant, indeque eis venerationem, arte quadam composita narratione ac fucis rhetoricis, augeant.

C codices servant. Meruisse in aula Heraclii, ejus nepos Constans aperte asserit, cum jubet Bizya Constantinopolim adduci, μετὰ πολλῆς τιμῆς καὶ κολακείας, διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν προγονικὸν ἡμῶν, καὶ γενόμενον αὐτοῖς τίμιον. Anast. *Eo quod sit a progenitoribus noster, fueritque illis honorabilis.* Quod ipsum reddo clarius : *Quod amicus et familiaris majorum meorum exstiterit, ac illis charus habitus sit.* Quod plane in notarium primumque a secretis, rite congruit, cujus muneris esset non avelli a latere imperatoris, ac illi semper adesse. Exstant Michaelis Pselli pulcherrimæ epistolæ, cum ad alios viros primores omnis ordinis, tum præcipue ad notarios cum imperatore agentes in ταξειδίῳ, cum is scilicet provincias lustraret, sive etiam exercitum circumductaret, omninoque extra regiam urbemque ageret : ut cum ad Comneni notarios, velut ejus asseclas eique adhærentes, ac consiliorum laborumque ac expeditionis socios, sic blande scribit : Τῷ κορυφαίῳ καὶ τῷ χορῷ· ἦν δὲ βούλησθε, τῷ μυσταγωγῷ καὶ τοῖς μύσταις. Pari nobis fere cultu in aula, ipsi regi a secretioribus intimisque consiliis, et quasi administri regenda republica, quos in eam *secretarios* vocamus. Eo ipso munere functus sanctus Nicephorus patriarcha, Nicephoro imperatore, et antequam illi sedi præficeretur : ex qua aulæ familiaritate, tanta illi styli suavitas et elegantia, quantam in ejus Antirrheticis miramur, quibus licuit salutare, cum pari eruditione rerumque ecclesiasticarum peritia conjunctam, dolemusque non produci in communem Ecclesiæ usum, ejusque clypeum, cum præsertim luculenti exstent codices in Regia, Seguier. Colbert. celebribus Parisiis bibliothecis ;

D

Quæ auctor de ejus patria, natalibus, educatione, studiis, opera in aula, primique a secretis officio, seu notarii, imperatore Heraclio, omni majora exceptione videantur, ac vel scripto, vel certa traditione auctori accepta, quandiu nulla his contraria occurrerint, quorum major fides exsistat. Adolescentiæ ea sedulitate, sicque acri ingenio litterarum studiis impensæ, argumento est, tanta illi parta eruditio omnigenaque scientia, quantam prodit ejus scriptorum seges longe maxima, exceptis si quæ nobis abstulit temporis injuria, aut etiam celant, qui tineis ac blattis repositos etiamnum ejus

Digitized by Google

nec vel ipsa eadem, vel etiam alia Romæ desint : pluris scilicet majoribus habita, quod sic ambitiose describenda curarunt; nobis, quibus typorum non deest facultas, ex quibus tanta in dies nulla fruge prodeunt, sic spreta.

Tanto in principis aula favore fultum, ejusque dignitatis auctum munere, illius pertæsum novitatis, cui Heraclius studeret, et quæ aulam jam invaderet, cunctis abdicatis nuntium sæculo remisisse, causæ aliquid fuerit : sic quippe etiam Vitæ auctor in appendicis partem ponit : Ἄλλως τε καὶ πίστιν τότε καινοτομουμένην ὁρῶν · *Videns fidem tunc temporis novis decretis maculari.* Potueritque in monasterio, etsi urbi vicino (quod nempe κατὰ τὴν ἀντιπέραν ἠϊόνα situm esset ; in adverso littore ad Chrysopolim in Bithynia prope Chalcedonem situm esset : *Scutarim* vocant, teste Gillio), ab eo tutam salo æstuque stationem quærere, ac animæ κοίνωσιν, ut vocat auctor (ejus scilicet commaculationem ac contagiem), ex aulicorum convictu ac consuetudine, loci secessu defugere : id cum primis illo consecutus, ut Heraclii secretioribus consiliis, pro officii munere, haud cogeretur favere. Hanc tamen meram, sic Vitam scribentis, conjecturam existimo. Nec enim sic palam Heraclius novitati studebat, jamque Monothelitarum dogma in aula percrebuerat, cum Maximus monachum induit ; aut Heraclii aulæque ea potissimum factio erat, et non magis cleri et episcoporum, Athanasii Jacobitæ, Theodori Pharan, Cyri, Sergii, etc., a qua proinde ut se tutum præstaret Maximus, non aula solum ac urbe, quam novator episcopus regeret, exire debebat, sed ejus tota diœcesi, aut certe paulo remotius latebras quærere.

Incertum quo is tempore aulæ togam, monachi [xcviij] lacerna ac cilicio commutarit : diu tamen ante Sergii obitum et Heracli extrema, quibus ea sic flamma in aula urbeque erupit, commutasse, argumento est epistola ejusdem ad Pyrrhum Hegumenum, cum ille eum jam monachum ad suæ assensum novitatis, ac quam Sergio auctore haustam scriptis firmandam susceperat, invitasset ; tuente se Maximo, non arrepti instituti tyrocinio nuperque salutata theologia, postquam sæculo aulaque emerserat, sed tum suæ ruditatis conscientia (verius, summa modestia, pro ipsa status ratione), tum facinoris temeritate, ne sententiam præcipitaret : Νεάζειν σε ἔτι πάθεσιν, ait is quidem, *vigentibus adhuc se jactari affectibus atque vitiis :* quod nusquam non dixit ; ita nimirum de se sentiens, vel cum summam tum ἀπαθείας καὶ θεωρίας arcem, τρίτος vere Θεολόγος, vir maximus invasisset. Quamobrem etiam, velut aliis, quæ excusat, Pyrrhi judicio levioribus, qui viri præclara ornamenta divinamque scientiam noverat, unum illud postremum, ausi scilicet temeritatem, pro monachi conditione, gravissime obtendit. Τίς οὕτω θρασὺς ὑπάρχει καὶ τολμηρὸς, ὥστε τοῖς οὕτω κατὰ θείαν ψῆφον ἱεραρχικῶς θεσπισθεῖσιν ἐπιδιατάττεσθαι ; *Quis sic audax ac temerarius, ut in eum modum divina episcoporum sententia judicio sancita, superordinanda usurpet?* Profusior Maximus ea epistola in Pyrrhi laudibus, cui etiam monachos Byzantium profectos amici licentia commendat : unde et offensi in Maximum monachi Siculi, ipsi rectæ fidei tenaces cum toto ferme Occidente atque Africa : quo ipse nomine ad eos excusat, luculentissima, quam repræsento cum aliis, sua epistola.

Siquidem igitur diu ante vulgatam Byzantii Ecthesim, cujus ipsius crimen Maximus in Sergium et senatum confert, depellitque ab Heraclii capite, qui Sergii clerique Constantinopolitani victus precibus, necnon senatus indulgentia inclinatus, suo eam nomine publicari permiserit ; quo nec tunc forte edita erat, cum sic amicas Pyrrho adhuc monachorum præfecto, priden ipse monachus, dedit litteras ; cum hæc Pyrrhi Maximo oblata, illius videantur fuisse præludia ac velut prodromus, mussitante hactenus inter clericos novæ hæresis hydra, ac imperatoris præstolante adventum e Syria (unde ejus origo ac initia), sub quo publice in urbe erumperet ; haud satis vero simile, eam jam in aula provectam, ejusque tædium ea Maximum excussisse, ac monasterio, ex quo illi majores ejus procellæ extimendæ erant, ex cleri Constantinopolitani Sergiique patriarchæ novatoris vicinia, addixisse.

Sergii versatile ingenium ac inconstantiam, semper sibi exosam fuisse, profitetur Maximus in *Dialogo cum Pyrrho ;* tametsi is ita latuit, eaque egit solertia, ut spectatus inter præsules catholicos, quoad vixit, audierit : ab ipso Joanne IV, jam vivis sublatus, *Reverendæ memoriæ patriarcha* vocatus ; ubi ille pro Honorio decessore excusat, Pyrrho jam illius successore.

Unam igitur putem Maximo rationem fuisse, ut ita aula excederet sicque clarum in ea munus πρώτου a secretis abdicaret ; nempe, ut chara solitudine frueretur, ac sæculi turbis curisque expeditus liberius Deo divinæque contemplationi (ad quam maxime monastica ἄσκησις provehit, sanctioreque instituto palæstra ac disciplinæ cultus) totus impenderetur. Amor hic sapientiæ et ἡσυχίας Nilum, perinde Constantinopoli nobilissimum ejusque urbis præfectura functum, cum Theodulo filio, Ægypti montisque Sina solitudini addixit, ubi et sanctorum monachorum cædis spectator fuit, nihil ea deterritus a proposito : quorum et certamen graphice litteris consignavit.

Maximi Romam inque Africam profectionem, sic auctor describit, quasi toto jam Oriente et Occidente nova hæresi infectis, nec nisi Romæ inque Africa, seu etiam insulis vicinis, vigente saniore doctrina ac fide antiqua, quin vel in illis nutante, et cum periculum esset, ne flamma hæc cuncta brevi absumeret, is illi suppetias venerit. Sic quidem Deus singulari providentia ac consilio venire eum destinaverit : solam tamen ipsum Africam cogitasse, quod Asiæ loca et Bithyniam ipsamque Constantinopolim reliquit, nec eo fidei zelo, quem auctor comminiscitur, sed barbarorum metu (Persarum scilicet, sic tota illa grassantium, et ut ne ipsa quidem urbs Augusta ab eis tuta esse videretur) ipse sibi Maximus non uno loco testis gravissimus est. Epistola altera ad Jordanem presbyterum, ubi multis spiritalem ejus doctrinam laudavit, ac quanto illius desiderio teneretur, luculentissime declaravit, cupere se plurimum in patriam reverti, solitoque ejus magisterio, dum, tantisper discussa illa barbarorum nebula, tranquillitas aliqua ac securitas partibus illis affulserit, liquido ostendit. Καὶ κάλεσον πρὸς ἑαυτὸν, inquit, καὶ ὑπὸ τὰς σὰς πτέρυγας, εἴπερ ἀληθῶς ἀπέστη πᾶς φόβος βαρβάρων αἰσθητῶν, δι' οὓς τοσαῦτα διαστήματα θαλάσσης, ὡς φιλόζωος ἦλθον · *Voca me ad te ipse, et sub alas tuas, si modo, vere abscessit metus omnis barbarorum sensilium, quorum causa, tanquam vitæ amantior, tanta maris spatia superavi.* Rogat omnem illic rerum statum diligenter exponi : Ἀσθενὴς γὰρ, inquit, ὢν τὸν λογισμὸν, καὶ πάνυ σαθρὸς, καὶ μόλις, κἂν ἐν εἰρήνῃ, νήφειν μικρομερῶς δυνάμενος, καὶ περὶ πολλὰ σχεδαννύμενον ἐκ δειλίας συνάγειν τὸν νοῦν, θέλω σὺν ἀσφαλείᾳ ποιήσασθαι τὸν πλοῦν· ὡς ἀτελὴς τὴν διάνοιαν, καὶ τοῖς λόγοις τῆς σοφῶς τὸ πᾶν διεξαγούσης προνοίας ἐμβατεύειν οὐχ οἷός τε ὢν · *Qui enim mente infirmus sim ac valde debilis, quique vel alta pace vix tantisper sapere valeam, atque animum circa multa dissipatum colligere, cupio tuto navigationem instituere, ut qui nimirum animi sensibus atque genio imperfectior sim, quam ut Providentiæ rationes, rerum hanc universitatem sapientissime administrantis, satis assequi queam.* Hæc Maximus aliaque pro sua modestia. Quæ hanc antecedit ad eumdem Jordanem epistola, data scribitur exeunte prima indictione, nempe Augusti mensis die secunda, anno

Digitized by Google

Christi 642, qua vir sanctus, non Monothelitas, sed alium, de anima errorem deque resurrectione Constantinopoli percrebrescentem, serio exagitat atque deplorat. Utra antecesserit, non satis liquet. Perinde tamen illa etiam, sua in illum atque patriam vota exprimit. Διὸ καὶ μᾶλλον στένω τὸν ἀφ' ὑμῶν χωρισμὸν, τὴν ἐγγύθεν φρουροῦσάν με καὶ ἐξαιρουμένην τῶν βλαβερῶν πανσθενῆ τῆς ὑμῶν πατρικῆς ἁγιωσύνης ἐπισκοπὴν οὐκ ἔχων, συχνότερον τῷ λόγῳ τὰ πολλά μου ἐρεῖδουσαν ὀλισθήματα· *Quapropter etiam me magis a vobis sejunctum lugeo; cui paternæ vestræ sanctitatis potentissima desit inspectio, e propinquo tutans exque noxiis liberans, quæ nimirum crebriore doctrina ac admonitione labantem sæpius gressum erigat.* Epistola [xcix] ad Cyrisicium episcopum (ni malgis Cyzicenum) suos ille ut revocet hortatur, εἴπερ μέντοι ἀπέδρα, καὶ παντελῶς ἐξηφάνισται ἡ τῶν ἐχθρῶν προσδοκία, δι' ἣν τοσοῦτον τῆς ἐνεργούσης ἀπεξενώθησαν. Alteraque ad eumdem suam deplorat solitudinem, quod, ipso in Africa relicto, alii, in quibus Georgius presbyter et Hegumenus, jam rediissent. Mera itaque Βιογράφου somnia, quod jam tum conclamato Constantinopoli totoque Oriente (quin et Occidente) fidei negotio, ea Maximus ratione, Romam cogitans, Byzantio in Africam venerit. Οὕτω τοῦ κακοῦ εἰς ἀμέτρον ἐχυθέντος, καὶ Ἑώαν μικροῦ πᾶσαν καταλαβόντος καὶ Ἑσπέριον· *Sic malo in immensum effuso, totumque propemodum Orientem et Occidentem complexo.* Ultimam vocem vel desiderarunt Vaticani codices, vel Morino excidit, aut etiam Baronius sustulit, ne forte inde fidem sibi adimere auctor clarius videretur, dum sic immeritos ea labe Occidentales aspergit, quos liquet ab ea plurimum hæresi abhorruisse, paucissimosque ex illis, in eam manus dedisse. Unam Africam cogitasse, et in ea præsidium quæsiisse, ut sibi tutum a grassante milite foret ac Persarum illuvie, satis ostendunt quæ dicta sunt, nec necesse plura in eam rem congerere.

In Africa fidei causam egisse Maximum, ac, quam Pyrrhus jam patriarcha Monothelitarum hæresim ubique datis libellis submissisque devotis sibi capitibus spargebat (exceptis iis, qui pari Maximo sorte profugi, ipsi sponte illa imbuti, per eam occasionem, vias Domini rectas depravantes incendium sugebant, inque Africam delecto in ea incolatu, flammam producebant), strenue aggressum esse, Afrosque, Joannis Romani antistitis æmulatione ad eam proscribendam vel maxime animasse, comperissimum est. Joannes ipse Apologia ad Constantinum imperatorem Heraclii successorem, cum is sibi Honorium patronum blandiretur, Pyrrhi ea molimina clare declarat, dum sic ait: *Quantum enim ex diversis suggestionibus, quæ ad nos catervatim venerunt (quinimo et ex ipso quoque auditu) didicimus, omnes Occidentales partes scandalizatæ turbantur, fratre nostro Pyrrho patriarcha, per litteras suas huc atque illuc transmissas, nova quædam, et præter regulam fidei prædicante, et ad proprium sensum quasi sanctæ memoriæ Honorium papam decessorem nostrum attrahere festinante, quod a mente catholici Patris erat penitus alienum.* Videtur tantisper compressa hæresis conticuisse, Heraclio excusante Joanni Romano pontifici, non esse suam Ecthesim; nec Sergio procacius defendente, quo vel sic versutus homo catholici nomen ac communionem retineret. Eo autem sublato, ac paulo post Heraclio, videtur Pyrrhus calentius egisse, ac qualem eum Joannes significat relatis verbis Apologiæ; nactus scilicet ex sedis summa dignitate licentiam promovendi dogma, cujus condendi lateque producendi, adhuc in minoribus agens, maximus Sergio adjutor exstitisset.

Verum cum brevi sublato Constantino, ipse Pyrrhus cum Martina exstincti noverca, in suspicionem venisset propinati ei veneni, reique indignitate motus senatus, alterum sede, alterum aula ejecisset, etiam Pyrrhus Africam cogitare cogitur, sive eo amandatus erat, quasi exsilii loco, sive ipse sponte eam sibi provinciam delegerat, in qua tutius sibi fore arbitrabatur, necdum Gregorii præfecti tyrannide detecta, quæ postmodum erupit. Agnovit Pyrrhus, ubi in Africam venisset, quantæ in ipsum Sergiumque decessorem, fuissent Maximi in Africa partes, quantumque is unius voluntatis errori detraxisset ac detraheret: quo nomine queritur quasi pro antiquo amicitiæ jure, ipso statim dialogi, seu disputationis cum illo habitæ, exordio: Τί σοι κακὸν ἐποιήσαμεν, κῦρι Μάξιμε, κ. τ. ἑ. Ea disputatione vir sanctus Pyrrhum ad palinodiam coegit, induxitque ad iter Romam capessendum, ubi dato libello, summæ sedis antistiti conciliaretur: in quam rem, sibi ille Maximum voluerit comitem; haud secus ac postea Theodosius Cæsareæ Bithyniæ episcopus, cum pari ratione erroris convicto Maximus suasisset, unum id remedii esse, ut supplex ac libellaticus Romam proficisceretur, eo mittentibus patriarcha et imperatore, suo quisque suorumque nomine. Noverat Pyrrhus quanta jam Romæ esset Maximi nominis, ex fidei patrocinio, claritas; qua fretus, fore sperabat, ut fauste omnia cederent, nec Romani duntaxat antistitis communionem mereretur, sed et illo auctore sedem reciperet: necdum satis Romæ probata Pauli invasione, et quod viventis hominis, nec canonice depositi thronum conscendisset. Vero enim fidei zelo Pyrrhum Romam adiisse, et ut vere catholicum profiteretur, vix sinit existimare, quæ secuta brevi Ravennæ iterum fidei ejuratio est. Ubi scilicet ex exarcho Olympio hæretico fore didicit, ut non tam Romani antistitis jussio valeret ad sedem recuperandam, quam libellus datus officeret: jam scilicet vigente Constantinopoli nova hæresi, inque ea hæreticorum more sedis Petri cassa auctoritate, nec obscura defectione, ipso præsertim imperatore (Constans is erat) qui ipse hæresi, laborabat, indigne ferente quod ita gestum erat, et Theodorus papa adnixus erat. Quidquid sit, hoc sane spolio Maximus victor Romam ingressus; nec itineris ulla ei causa potior aut præsentior fuerit. Nisi etiam forte sanctissimus papa Theodorus, qui et ipse Græcus erat, tanta ejus doctrinæ ac intemeratæ fidei, cum pari vitæ sanctimonia, fama permotus, Romam invitaverat, ejus maxime rationum vi et argumentis jugulum petiturus succrescentis hydræ: quibus etiam plurimum adjutus Martinus, celeberrima illa synodo Lateranensi, qua plene proscripti atque excisi Monothelitæ, cum decessores Romani pontifices tantisper οἰκονομεῖν visi essent ac leniora tentare: aut certe solummodo singulares personas privatasque, velut Theodorus Pyrrhum, non universim hæresis capita omnia, petere: atque damnare quidem Ecthesim, ac sub anathemate etiam deponendam sancire, sugillato Pyrrho qui ei studeret, nec Joanni monitis de ea abolenda morem gessisset, at non solemni adeo cognitione, eaque judicii pompa, qua totus Occidens cum antistite suo consederit, uti factum a Martino est.

Epistola Maximi ad Joannem cubicularium, consignata quintadecima indictione, mense Novembri, qua communis domina patricia (ut ipse loquitur) juberet Severi sectæ moniales, libere agere, Aquæam fuissent in ordinem redactæ ac [c] coercitæ, ex quo magna Afrorum orta offensio, ad breve illud paucorum mensium Martinæ cum Heracleone filio imperium videtur spectare: ut si qua tunc graviora passa Ecclesia, non tam ad Constantis Heraclii nepotis initia, ut statuit illustrissimus *Annalium* Pater, videantur spectare, quam ad Martinam. Proclivius sane ut Pyrrho hæretico addictissima mulier, hæresim, cui maritum studuisse noverat, potestatem nacta fovere voluerit, ejusque, dictis monialibus et in Africa facultatem facere, quam ut Constans tum primum imperium iniens, Paulo jam in

Digitized by Google

Pyrrhi locum suffecto, qui licet hæreticus, catholicum tamen initio præferret; ut et ejus ordinatores ad Theodorum Romanum antistitem retulerint, ipseque collectæ per eum episcoporum synodo Pyrrhi causam committendam putaverit, cujus vulgata esset hæresis, ac in ea pertinacia, obtinendo Joannis Romani pontificis monitis de Ecthesi deponenda: quo scilicet illo, eo nomine canonica cognitione deposito, ipse verus antistes sederet : sede jam viduata, non Pyrrhi morte, sed abdicatione. Nec aliud Paulum, ut primus ipse sæviret in orthodoxos, impulerit, quam Romani antistitis obnitentia, ne verus ille episcopus sederet, Pyrrhi causa necdum canonice cognita, illoque vere adhuc Constantinopolitanæ urbis episcopo, eoque Romæ honore habito, ubi præsertim libellum dedisset; de quo Anastasius : *Fecit eum pontifex munera erogare in populo, et cathedram ei poni juxta altare, honorans eum ut sacerdotem regiæ civitatis.* Ac clarius Martinus, cum de illo iterum Paulo sufficiendo ageretur, uti episcopum fuisse eum susceptum ait a Theodoro : neque id mirum esse, cum suis jam litteris ad Paulum, intrusum illum et incubatorem palam professus esset. His Theodori initiis, colophonem imposuit Martini e synodo Lateranensi sententia : cui ipsi typi reprobatio, ipsiusque Pauli condemnatio per Theodorum præiverat.

Quam bene illustrissimus *Annalium* scriptor, Maximi in urbem adventum ac auditionem in secreto seu aula palatii, τὸν Βιογράφον secutus, ipso anno ponit, quo Martinus captus ac Byzantium adductus est, anno scilicet 650, cum tamen Martinus longiori fatigatus itinere, ac annum in Naxo insula detentus (quod ipse epistola ad Theodorum profitetur) non nisi sequenti anno penè exeunte eo appulerit; tam inconsone eadem ad annum 657 refert, exque Actis mala antiquarii concinnatione ac συνδεσμῷ illi confusis, ibi repetit, atque ejusdem certaminum initia, illorum extrema facit. Theophanes Maximi res consignat anno superiori. De Martino sic ibi sobrie : Τῷ δ' αὐτῷ ἔτει ἐξωρίσθη Μαρτῖνος ὁ ἁγιώτατος πάπας Ῥώμης, ὑπὲρ τῆς ἀληθείας γενναίως ἀγωνισάμενος, καὶ ὁμολογητὴς γενόμενος, ἐν τοῖς κλίμασι τῆς ἀνατολῆς τελευτήσας· *Eodem anno sanctissimus papa Martinus in exsilium pulsus est. Hic strenue decertans ac confessor effectus, in partibus Orientis vita functus est.* Sobrius eo videtur, quod Martini res chronographi brevitate, consentanee omnino iis quæ scripta ab ipso Martino sunt, ac relationi de ejus exsilio, ita perstringat, nec, quod superius fecerat, de episcoporum Occidentalium persecutione, ejus vix impari, admisceat. Jam enim anno Christi 621, quo totam fere Monothelitarum hæresis tragœdiam compendio recenset (ex quo pleraque sua, iis exceptis quæ in Actis habentur, Βιογράφος αὐτολεξεὶ mutuatus; homo scilicet Baronio auctore, *qui ab iis, qui Maximi adhærebant lateri, audierat*) ita scripserat : Πολλοὺς δὲ καὶ τῶν ἑσπερίων ἐπισκόπων ἐτιμωρήσατο· *Quin plures quoque Occidentales episcopos tormentis subegit.* Vitæ auctor, descriptis atrocissimis Martini dehonestamentis, verborum procacitate, verberumque ac plagarum sævitia, nec non exsilio Chersonem, id est, durissimo : Τὰ ἴσα δηλαδὴ κἀν τοῖς ἑαυτοῦ ὁράσας ἐπισκόποις· *Pari scilicet immanitate in ejus usus episcopos.* Pauloque superius, Μαρτῖνον τὸν θειότατον, σὺν ἐπισκόποις τῶν ἑσπερίων πλείοσι, θάττον ἐν Βυζαντίδι παρίστησι· *Sanctissimum Martinum cum plerisque episcopis Occidentarum partium quamprimum sibi Byzantium sistit.* At Martinus solum se adductum dicit, etsi comites episcopos, presbyteros ac diaconos poposcerat, nec Calliopas abnuerat : *Sinite mecum venire ex clero, qui necessarii mihi sunt : episcopos videlicet, presbyteros et diaconos; et absolute qui mihi videntur.* Respondit Calliopas : *Quotquot voluerint venire, cum bono veniant : nos cuiquam necessitatem non facimus.* Nempe petebat sanctissimus sacerdos, sic imperialibus litteris, quibus ejus καθαίρεσις, *depositio*, continebatur (id enim velit illa Anastasii vox paulo durior, *abjectio*), presbyteris et diaconibus porrectis, sede extrusus, non ad pompam itineris socios, sed strenuos commilitones, quibus cum pari opera communibusque consiliis, sancitam nuper Laterani orthodoxam fidem defenderet. Quamobrem etiam cum pro tribunali causam ageret, cœpisseque de typo sermonem movere : *Quando factus est typus et directus Romam ab imperatore* (in ipsum scilicet referens, quod ita vexaretur ac sede pulsus esset) *aliud quid non est concessum loqui.* Ad quem Troilus continuo : *Non inferas nobis hic de fide : et nos Christiani sumus et orthodoxi.* Itaque intelligebat vir sanctus ea sibi mala inferri, quod cum typo, Sergium, Pyrrhum, Paulum hæreticos condemnaverat : aliud tamen Constans prætexebat, qui ea Martini persecutione sic fidei causa illata (episcopo scilicet primæ sedis omniumque magistræ) non abstergendam sciebat, quam sibi ascivisset, hæresis notam, sed augendam. Majestatis igitur crimen intendit, ac conspirationis cum Olympio, ut illius specie ipso amoto, datoque successore, rescindenda quæ Martinus severiori disciplina sanxisse videretur, facilius impetraret. Unde et nova edita fides, seu concordiæ inita ratio, de qua Maximus ad Anastasium, ipseque Anastasius ad monachos Calaritanos, in quam ipsi consenserant Romanæ sedis apocrisiarii, Eugenio Romæ Martini vicario; quin Constantis sensu ac voluntate, illius pro Martino adhuc in itinere constituto, jam vero episcopo Romano. Sic namque ipse Martinus ait tyrannum jussisse, ut ipso in regiam urbem transmisso, ejus loco alius episcopus constitueretur; quod merito pontifex : *Necdum aliquando factum* asserit, *nec aliquando fieri habere.* De Liberio et Felice alia ratio est; et quod Felix ut vere Romanus pontifex receptus est, quasi Liberius Arianorum communione pollutus jam desiisset esse Romanus pontifex, non ut Martinus, ejus constantia ad extremum [ci] usque ærumnas fortiter pertulisset.

Ad hæc, si tanta episcoporum Occidentalium fidei causa persecutio, cur nullius proditi agones, nullius eo titulo consignata in ecclesiasticis tabulis Romæ aliisve locis memoria? Certe qui de Martini exsilio scripsit, præsensque omnibus illius laboribus fuit, hoc solum refert, quod, cum in Naxo insula moraretur, qui erant per loca sacerdotes ac reliqui fideles, ad eum munuscula mitterent; quorum latores, custodes submoverent, direptisque muneribus, injuriis ac verberibus affectos dimitterent, inimicos reipublicæ ac perduelles vocantes quicunque ipsum diligerent : quod ipsum auctor longe molestissimum Martino significat, non taciturus quæ longe molestiora forent, episcoporum ac cleri Romanæ diœceseos paria exsilia ac persecutiones fidei causa, si quidem nota hæc habuisset. Denique extrema Maximi Collatione, seu ejus postremis Actis, comminantur quidem duo patricii Troilus et Epiphanius, se papam quoque tunc Romæ sedentem ac reliquos Occidentis fideles, perinde ac Martinum, quemque sibi convenienti loco conflaturos, dummodo remissio aliqua a barbarorum confusione foret. Erat hic Vitalianus, tertium sacerdotii annum agens, nisi jam quartum inierat; is autem tantum abest ut gravius aliquid a Constante passus sit, ut ejus etiam fuerit muneribus donatus; ac ubi humanis excessisset, Constantini ipsius filii studio in Ecclesia Byzantina tabulis ecclesiasticis ascriptus; nimirum sedentibus in ea Ecclesia a Petro ipso hæretico, quos vi synodus orthodoxos probavit. Etsi rem Theodorus patriarcha ferendam non putavit, donec compositum esset Ecclesiarum negotium; cui forte se ipse imparem agnoscens, tantisper secessit, sedemque Georgio reliquit. Postremo Audoenus diligens ejus

Digitized by Google

ætatis scriptor, qui tanta de Martino, de ejus episcopis seu clericis eadem ac ille passis, ne verbum quidem : quod argumentum etsi negans, re sic proclivi, non potest non magnæ esse auctoritatis. Solum auctor Hypomnestici, Martini homines, haud pene aliter habitos ait, ac ipse Martinus ; quos velim ejus domesticos, in quos ipsos conceptas in Martinum iras expleverint. Diram quoque idem auctor eam deplorat persecutionem, omni paganica ac hæretica deteriorem, qua variis prætextis rationibus ac criminibus, fideles ad pœnas vocarentur, ita ut fere vulgo lateret ipsam in eis peti fidem, velut fere Juliano imperatore, et ut confessionis gloria carerent, qui ea firmi, nollent hæreticorum communione fœdari ; ipsique hæretici et clerici Constantinopolitani, omnium incentores, persecutorum a se nomen depellerent. Sed hoc maxime per Orientem, locisque throno Constantinopolitano subjectis ; ac quibus Romam cogitare crimen erat quasi majestatis, ut in Theodoro et Euprepio ibi relatis accidit, per eam captis occasionem, duroque exsilio multatis.

Forte vero fuerint etiam Vitaliani initia ipsa nubila, infenso Romanæ sedi Constante, quo studio a novitate nuper inducta Constantinopoli, abhorrebat, ac cui is studeret ; sicque loqui potuerint patricii ex mente principis, destinata ea universali persecutione, si per tempus licuisset : sed amolitus est Deus barbarorum multa grassatione, et Vitaliano imperatoris sibi gratiam demerente, qua propensione in ipsum remque imperii fuit, ut testis est Constantinus Constantis filius in Actis VI synodi, quo loco, moveri ejus nomen e diptychis renuit, Theodoro hoc satagente usque dum Ecclesiarum unio facta esset. Utque Romæ Vitalianum sanctissimum pontificem tulit Constans, et amicum voluit, sic Thomam ferre potuit Constantinopoli catholicum : etsi ejus forte non ita illi nota fides, nec satis prodita, qua brevi sede patriarcha fuit, nec destinatas Romano pontifici synodicas mittere, vel ab illo recipere, ei licuit : quibus freto licuisset. Non jam οἰκονομεῖν, per principis potentiam, sed palam fidem tueri, proscripta novitate quam decessores patriarchæ invexerant : nec Maximus, vel si ad ejus tempora vixisset, summeque is catholicus fuisset, aliter ei ac Ecclesiæ Constantinopolitanæ post tanta certamina, communicare poterat, quam prius unio Ecclesiarum publice facta esset. Ex quibus, *non* satis e re argutari illustrissimum *Annalium patrem*, atque hinc elevare Acta VI synodi, liquet, Meminit ipse Anastasius apocrisiarius divina illa sua epistola ad Theodosium presbyterum Gangrensem unionis Ecclesiarum, quæ illis facta esset (incertum an Constantinopoli) quam et ratam fore optat atque durare, cum ipse exsul ageret, ac vel mitius vel acerbius haberetur, pro Ethnarcharum, quibus creditus esset, genio atque indole : id forte cum Constans, vel jam catholicus, vel catholicum agens in Occidentem profectus est, venitque Romam, ubi a Vitaliano omni honore susceptus est.

Auctor Hypomnestici ; ipse nimirum cum fratre Theodoro Theodosius Gangrensis presbyter, cum ad se directam egregiam illam Anastasii apocrisiarii epistolam, cum Hippolyti auctoritatibus et syllogismis, ipse in eo auctor sit ; quod alias per Βιογράφον obscurum erat (nisi et ipse nescierat) palam facit : fuisse scilicet ipsi Anastasio apocrisiario perinde ac Maximo ejusque discipulo alteri Anastasio, amputatam manum dextram, qua ipsa amputata, aptatis trunco tenuibus lignis, miro artificio eam ipsam epistolam exaraverit. Nec aliter invectivæ auctor ex Seguer. cod. ipsaque extrema nobis producta in Maximum ambosque Anastasios una eademque lata sententia, ab ipsoque Anastasio apocrisiario, quo fulgebat presbyteri honore, quasi degradationis forma, inchoata. Dignus venia Baronius, quem illa monumenta et Anastasiana collectio latuerint ; divinatio autem pepercisse scilicet ejus dexteræ truces bestias, reverentia sedis apostolicæ, et quod ejus apocrisiarium egisset, ipsa frivola est. Quæ enim in eis ejus sedis reverentia, qui sic in Martinum summum ejus antistitem bacchati essent, hunc que Anastasium exosissimum haberent, virum scilicet strenuum, utriusque linguæ peritum, Romanæque fidei vindicem acerrimum, ut et Theodosius Cæsareæ Bithynæ episcopus, homo alias humanior, eo duce ac comite Romam proficisci recusaverit, ob multas cum eo olim contentiones ac rixas, sibique Maximum itineris socium ac negotii adjutorem maluerit. Fuerat is clarus in aula, Augustæ notarius Heraclio imperatore, [cii] quando forte Maximo, pari munere merenti ipsi Heraclio, amicitia junctus est ; utque sæculari, sic religiosa ac Christiana militia ambo quasi sodales exstiterint, non alter alterius discipulus. Major scientiæ luce Maximus, eaque orbis magister, etsi purus monachus, quod se ipse dicit Collatione cum Theodosio, cum Anastasius præsbyter esset, ac, si monachus fuit, hieromonachus : nec enim hoc satis ex monumentis notum, extra quæ quidvis fingere, non satis mihi liberale aut ex fide historica cautum est. Auctor tamen invectivæ ἄνωθεν Maximi discipulum scribit, ut et alterum Anastasium, quasi et ipse ita pridem illi adhæserit ; nunquam tamen ipse Maximus discipulum vocat, quemadmodum alterum Anastasium, sed honorificentiori nomine, *dominum meum*, aut quid simile. Nempe homo Romanus erat, quod sic linguam Latinam callebat, cujus se rudem agnoscit Maximus ; diuque in Oriente ipsaque aula versatus, Græcam perinde sibi familiarem reddiderat : qua utraque Maximo socius, proque Romanæ Ecclesiæ apocrisiarii munere, ejus ipsius forte presbyter, fidem strenue propugnabat ; cujus tuendæ constantia tantam sibi Monothelitarum invidiam conflavit.

Βιογράφος, quod tacuit excisam Anastasii apocrisiarii dextram, possit esse, quod ejus oratio non eo spectaret, ut Anastasios, præsertim apocrisiarium, sed ut Maximum, laudaret. Sic quoque auctor Hypomnestici, qui præcipue de Anastasio apocrisiario agat ejusque epistola, industria miraculo proxima scripta, trunco scilicet brachio, lignisque tenuissimis et assulis illi aptatis, ad litteras utcunque exarandas, non refert alterum Anastasium id supplicii pertulisse, sed solius Maximi meminit ac Anastasii apocrisiarii. Theophanes chronolog. brevitate, duntaxat Maximi, quasi re in eo magis spectabili et *Annalibus* digniore. Inciderit forsitan idem βιογράφος, in Acta, in quibus desideraretur repetitum Anastasii nomen, ut in ipsis quæ repræsento ex Seguier. cod. in quibus supplendum suadet omnis series, ut et Maximi, quod semel deerat : nec mihi religio, sed mera ineptia, sic sponte ac nullo judicio cæcutire, antiquarii oscitantia.

AD SANCTI MAXIMI ACTA ET COLLATIONES.

Sancti Maximi duplicem Collationem reddidit Anastasius bibliothecarius in gratiam Joannis diaconi, cum is historiam meditaretur. Anastasii hanc versionem, aliaque ad Martinum Maximumque spe-

Digitized by Google

ctantia edidit P. Jac. Sirm. ὁ μακαρίτης, subducta etiam accurate quorumcunque gestorum temporum ratione, longe certe a Baronianis calculis, ex Romanis codicibus male confusis. Utramque Collationem singularis cod. Maximi Operum Seguieranæ bibliothecæ, distincte suoque ordine, et qualis Anastasii est, servavit, ex quo exscribere licuit. Vir cl. Lucas Holst. quibus scripserat, notavit exstare in cod. Vat. n. 1646, quo forte ditior facta Vaticana bibliotheca, post Baronium, qui has Collationes Vitæ Maximi intextas, nec satis digestas, vix tandem in ea offendit, et Petro Morino interpr. *Annalibus* suis, confuse satis inseruit. Quem ex regia produco βιογράφον, ipse ex eis quædam deflorat, refertque compendio, laudationis ritu, etiam servato illarum ordine; non ut Vaticanus ille Baronii, eo interturbato; quisquis tandem is auctor est, parum certe accuratus, et cujus laciniis potuit nulla viro docto fraus fieri, inspectis attentius ipsis Collationibus; quarum altera, quædam refert ac respicit, quæ dicta gestaque sunt in prima. Ut quod Troilus ait, jam dixisse in palatio (id est, scilicet Collatione in secreto) typum non sustulisse voces, sed sileri jussisse, ad pacem omnium componendam; ita nempe ibi: Οὐκ ἐπ' ἀναιρέσει τινὸς τῶν ἐπὶ Χριστοῦ νοουμένων, ἀλλ' ἐπὶ εἰρήνῃ· *Non ut tollatur aliquid eorum quæ in Christo intelliguntur, sed pacis causa*, etc.

Inepta ergo lacinia, quæ illi Vaticano, sive ex illo, Morino, aut Baronio, præmittitur Collationi in secreto, his verbis: *Postquam vero multum temporis præteriisset, ac sanctus esset in exsilio, rursum misit imperator, eumque accersivit.* Liquet enim ante Bizyense, nullum præcessisse Maximi exsilium, quod demum decretum est post illam in palatio Collationem, seu Auditionem, quæ facta est, statim atque Maximus et discipuli adducti sunt Constantinopolim; non ab exsilio reduces, sed unde capti fuerunt, eo advecti, ad eorum cognoscendam causam, uti etiam factum est in Martino. Sic auctor Hypomnestici. Sic noster et Anastasii codex, dum ita absolute incipiunt, Τῇ ἡμέρᾳ ᾗ προσωρμίσθησαν ταύτῃ τῇ βασιλευούσῃ πόλει ὁ τε κύριος Μάξιμος, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ· *Qua die ad hanc urbem regiam appulerunt, tum dominus Maximus, tum ejus discipuli.* Inde igitur, quasi mitiore pœna Bizyam relegatus est, qua tamen exspectaretur frangenda ejus constantia: ad quam tentandam, post longum illud tempus aliquod annorum, missus Bizyam Theodosius Cæsareæ Bithyniæ episcopus, cum consulibus ac patriciæ dignitatis candidatis, uti sæpe in ejusmodi fit. Eaque secunda Maximi Collatio est; qua ipse Theodosius, Maximi rationum vi superatus, satisfacturum se jurejurando pollicitus est, tametsi humani favoris aulæque mancipium, obnitente imperatore, hincque gravius in Maximum commoto, nedum non emersit, sed ut judex etiam contra Maximum iterum in urbem revocatum sedit: homo scilicet non omnino humanitatis rectique sensus expers, sed nulla constantia nimisque ἀνθρωπάρεσκος. Imperitum pene satisque rudem arguunt disputata illi cum Maximo; nec video qua veritate *omnium ejus sectæ doctissimum*, vir doctus pronuntiaverit, eoque ipsum elogio ornandum putaverit.

Placet P. Jac. Sirmondi conjectura, quam, præter dicta, alia plura confirmant, esse habitam primum hanc in palatio Collationem, Martino adhuc superstite, ac Eugenio Ecclesiam Romanam administrante, cujus legati in Actis significentur, non [ciii] successoris Vitaliani. Proinde non Christi anno juxta Baronium 657, sed 654, vel certe 655, nisi forte aliquanto ante. Nec refert quod de Saracenica Ægypti invasione refert card. Baronius ex Theophane Heraclii anno 26, ex quo additis annis 22, qui in Actis significantur, pervenitur ad Christi annum 657. Longe enim ante Saraceni Ægyptum vectigalem fecerant, stipulante cum eis Cyro patriarcha: majoresque Heraclii copias ad jugum illud excutiendum necessarias habebat; quibus destituta, ac negato censu sub quo Saraceni pacti erant, in eorum statim potestatem venit. Adde Theophanem perturbate nimis res referre, nec raro plurium annorum res unius angustiis cogere; cui nec ubique consentit illustr. *Annalium* pater, ac ne tunc quidem, cum is rite (perinde ac sanctus Nicephorus aliique) annos 12 sedis Petro assignat, intra quos lusa tota Maximi et sociorum tragœdia; duorum ipse annorum angustiis concludens, ut sequentes Thomam, Joannem et Constantinum, vi synodi suffragio Catholicos, nihilque fidei adversum molitos, hæreticos habeat ac Maximi persecutores. Sic itaque liberius et quasi ex tripode: *Corrigenda hæc omnia, cum duobus*, inquit, *tantum annis ei Ecclesiæ præfuisse legatur.* Ego, pro mea hebetudine ingeniique crassitie, certiores istis tabulas et Baronianis, quibus legam, anquiro.

Proclivius fuisse ut Maximus simplex monachus caperetur, ac quo adversariis collibitum esset abduceretur, quam ut ipse summus antistes Martinus, levis conjectura est, ut illo prior captus sit, aut ante illum longiori addictus exsilio. Potuit persecutor ipsum primo caput petere, quo submoto, facile erat minores alios, aperta etiam vi, invadere: cum, ea præeunte, inutiles pene in Martino, cujus erat par causa, futuræ essent insidiæ. Sic, majori specie probabilitatis, Theophanes nosterque biographus multos cum eo Occidentis episcopos Constantis tyrannidem aiunt expertos; velut scilicet quadam appendice illatæ eidem persecutionis, cujus pro sedis prima dignitate potiores partes exstitissent in Romana synodo. Etsi ipsa hæc persecutio Occidentalium episcoporum conjectura magis niti videtur, quam certis ullis æqualium monumentis, ut ad Vitam fusius probavimus et excepimus. De Maximo, ut citius caperetur, ac vel statim atque Martinus aut illo prior, peculiarior illa ratio, quod is peregrinus monachus et Constantinopolitanus totum Occidentem, ipsumque Martinum, in suos Constantinopolitanos commovisse ac commovere putaretur; ac vel maxime in causa fuisse illatæ eis notæ hæreseos, synodi Lateranensis decreto. Quamobrem gloriabantur, illo ablato, statim Romanos illis visos consentire; viso scilicet paulo mollius agere Eugenio (in quem eo nomine aliquando incanduisse Romanos, auctor Anastasius) ac qui sub id tempus Constantinopolim (absque communicatoriis tamen) apocrisiarii missi fuere, quorum mentio in Actis est.

Ad Petrum ut sequentia, Theodosii scilicet Bizyam missio, revocatio Maximi in urbem, subindeque gesta omnia in ipsum ac discipulos, sic ad Paulum spectent, prima ad eam adductio, collatio sive auditio in palatio, decretumque exsilium Bizyense, nempe Pauli genio proximum, quod ita gestum in Maximo, ut exsilio duntaxat, eoque paulo mitiori multaretur. Sic enim in Martino, durius eum habitum a Constante questus, a morte aliisque ultro cruciatibus inferendis deterruit. Auctoris verba sunt, qui de ejus exsilio ad Occidentis et Africæ orthodoxos graviter scripsit: *Sequenti die abiens imperator ad patriarchium visendi gratia patriarcham (proximus enim erat morti), narravit ei quæ consummata sunt in sanctissimum virum. Ingemiscens vero Paulus, et conversus ad parietem, dixit: Hei mihi! et hoc ad abundantiam meorum judiciorum actum est. Percontatus autem ab imperatore quamobrem hoc dixerit, respondit: Numquidnam, Domine, non est mirabile talia pati pontifices? Tunc attentius adjuravit imperatorem, sufficere ei in his quæ passus est, nihilque amplius sustinere.* Sunt hæc nonnulla ad conjecturam, ut credatur Maximi illa prima auditio facta, Paulo adhuc patriarcha, atque adeo ante Martini exsilium, siquidem ante illud jam Paulus extreme laborabat; sive ante, sive post Martinum, in urbem

Digitized by Google

adductus est, haud tamen firma, cum liqueat primum Paulum in orthodoxos aperte desæviisse; nec tam lenitatis studio, quam depellendæ a se infamiæ causa ex cœpta persecutione, qua tantus antistes sic indigne habitus esset, illata ei sic atrocia supplicia moleste habuisse, ac sequentia mortemque inferendum deprecatum esse.

Firmum vero, ni me fallit conjectura, quod sequenti Sabbato, repetita in palatio Collatione, de duobus patriarchis semel et iterum ab auctore insertum est, qui præsentes exstiterint, ac, ecclesiasticæ gravitatis simulacro, nihil sibi ut loquerentur indulserint. Ipsum enim hoc, quod nullo addito, duo patriarchæ dicantur, plane significatur fuisse ambos loci patriarchas et episcopos; ac præsertim liquet ex articuli adjectione, συνελθόντων καὶ τῶν δύο Πατριαρχῶν. Nostris, quorum lingua, in articulis maxime, Græcis affinis, *Les deux patriarches s'y étant aussi trouvés*, ut certos auctor velit : sitque valde rudis, quod cætera minime præferunt, si cum urbis patriarcha, alterius sedis patriarcham, puta Alexandrinæ aut Antiochenæ, ea loquendi forma subnotavit. Nec Morinus phrasim Græcam satis expressit, dum reddit : *Cum duo tunc patriarchæ adessent.* Ita enim dicas, vel si nullus Constantinopolitanus, sed quivis alii duo patriarchæ fuerunt. Videor mihi paulo pressius reddidis e : *Convenientibus etiam ambobus patriarchis;* magis enim vox illa certos duos significat. Duos autem ejusmodi patriarchas nullos ea ætate aspexit Byzantium, præter Paulum et Pyrrhum; quorum alter sedem obtinebat, alter non satis canonice amiserat, ac Romæ patriarchæ honore a Theodoro papa exceptus fuerat; cum ipsi aliisque Romanis pontificibus, Paulus potius incubator alienæ sedis, quam ejus vere antistes audiret. Sustinebat tamen Pyrrhus, ut saltem. Paulo exstincto, præter dignitatem quam retinuerat, aliorum more sic vi ejectorum, velut Germani, Nicephori, Ignatii, etc., etiam sedem usumque potestatis recipere; quod ita factum, ubi Paulus brevi post vivis excessisset.

Baronius haud apte satis : *Quorum alter Constantinopolitanus episcopus Thomas fuit, qui hoc tempore illi Ecclesiæ præerat.* At longo post tempore præfuit, vel si ultro, quintadecima illa indict. habitam [eiv] hanc Maximi extremam auditionem daremus, producta Petri sede, probatorum omnium auctorum testimonio, ad annos duodecim, ut tactum modo, atque in meo Monothelitarum hæresis *syntagmate*, accuratius deductum; excepto absurdo jam enucleato, quod nullus Thomæ collega patriarcha Constantinopolitanus assignari possit, cum sic binos textus ille petat. Clamor ille cujusdam clerici in Maximum, Ἀπέδωκέ σοι Κύριος, ἃ ἐποίησας τῷ μακαρίῳ Πύρρῳ, cum adjuncta postmodum observatione, Τοσούτων δὲ λαληθέντων ἐν τῷ ἐκκρέτῳ οὐδείς οὐδὲν τῶν Πατριαρχῶν ἐφθέγξατο, *Reddidit tibi Dominus omnia quæ fecisti beato Pyrrho. Cumque tam multa in secreto* (seu aula palatii) *dicta fuerint, neuter quidquam patriarcha locutus est;* non levi indicio sit, ipsum ibi consedisse Pyrrhum, cui ut adblandiretur, verba hæc clericus extulerit, ac cujus modestiæ et velut ἀπαθείας larvam, silentii hac notatione, auctor insinuare voluerit. Unum certe ex præcipuis accusationis Maximi capitibus, erat illa putata Pyrrhi vexatio, de qua ipsa inquisitus Maximi discipulus Anastasius, et quidem eo nomine cæsus duriusque habitus, quod sedata, pro monachi ratione, voce *magistri* in Pyrrhum observantiæ ac officiorum testis exstitisset, non injuriæ quam ex illo exquirebant sycophantæ. Nimirum in Maximum ac illatam vim rejiciebat canis ad vomitum reversus, quod Romam adiisset, ac Theodoro pontifici libellum obtulisset. Sic auctor auditione quæ ante dies paucos præcesserat; adeoque nihil hic quidquam incongrue dictum, cum mirantis specie neutrum quidquam patriarcham dixisse perhibetur.

Denique illa Troili patricii verba (qui ipse unus ex præcipuis Maximi judicibus fuit, nedum prima hac illius auditione in secreto, sed et altera, cum is iterum Bizya in urbem reductus esset; quique in Martino vix quidquam sacellario impar exstitisset, atque ex illo Romæ gesta omnia in damnatione typi certo certius nosse potuisset, Ποῦ ἀνεθεματίσθη; *Quonam loco typus anathemati subjectus est?* exque subjecta Martini responsione, Ὑπὸ τῆς συνόδου Ῥώμης, εἰς τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Σωτῆρος καὶ εἰς τὴν Θεοτόκου· *A synodo Romana id factum, in ecclesia Salvatoris ac sanctæ Dei Genitricis :* haud levi indicio sunt, præcessisse hanc auditionem Martini judicium; uti etiam quæ paulo ante in superiorum dierum collatione exstant, Ἀκούσας δὲ ὁ κύριος Τρούλλος; ὅτι ὁ Τύπος ἀνεθεματίζεται εἰς πᾶσαν δύσιν· *Audito typum anathemati subjici in toto Occidente.* Plane enim novam hæc auditionem indicant, nec ita, Martini causa plene discussa Constantinopoli, vel judicibus ipsis pervulgatam; tametsi jam ille Roma abreptus fuerat, διωχθείς, ut bene Maximus, non καθαιρεθείς. Anastasius reddit, *Expulsus, non depositus :* vi scilicet ac tyrannide oppressus ac sede exturbatus, non legitime exque canonum ritu exauctoratus.

Ab iis Troili verbis ad Maximum, *Nescis, abba, quid dicas*, etc., Baronii antiquarius haud apte satis, Maximi vere extrema, seu extremum illius secuta judicium, latamque in eos mutilationis, supremique exsilii sententiam, castiganda licentia subnectit; si modo ipse sic habuit, ac viro erudito imposuit. Noster Βιογράφος, Actis inhærens, rite ordinem servavit; ipsamque Maximi ad Anastasium epistolam, de novitate tunc facta, inserit, quam et codex Seguier habuit. Pergitque idem ac recto ordine, Καὶ δὴ ἡμερῶν συχνῶν διαγενομένων· qui illud exsilium Bizyam explicaverit, ac sententiam, qua ille Maximus addictus fuit Baronii codex, prave, qui nullo præmisso, narrationem his prosequendam sic ann. 656 inchoaverit : *Plurimis autem diebus interpositis*, etc., uti Morin. reddidit. Acta ipsa omnium optime, quibus indictio ipsa consignata, nempe quartadecima exiens, mensisque Augusti dies vicesima tertia. Cumque plurimi illi dies exsilii a prima illa in secreto auditione ad hunc terminum intercesserint, nedum non Christi 657, Baroniano computo accidisse illam fateamur necesse est, sed et annos aliquot exeuntem illam quartamdecimam indictionem et Christi annum 656 antecessisse, nec longe eam a tempore quo capti Martinus et Maximus, Romaque abducti, excurrisse. Ac certe Actorum verba ipsam primam Constantinopolim nave evectionem non obscure indicant; quam tamen non necesse statim secutam Maximi Roma abductionem. Baronius ipso jam anno 650 isthæc omnia consignat, ex ipso nostro Βιογράφῳ, quem vult ab illis ipsis accepisse, qui Maximi lateri inhærebant. Secus ego, ex eorum scriptis, aut etiam vulgata fama, qui longe Maximo supparem, aut etiam aliquanto remotiorem certis indiciis deprehenderim, ac vero probaverim. Nec hæc pluribus vexanda, ne quasi insultatio videatur, clara adeo rerum gestarumque serie.

Quæ castiganda videbatur Baroniana Morini versione plura omissa, ne modum chartæ excederem, et quod nova ipsa versio, paucaque velut digiti, marginalibus notulis indicata, sagaci lectori prope sufficiant; ut quod κέλευσιν παρακλητικὴν cum Ἐκθέσει confundit; quod δέησιν omisit illud, Καὶ ἔβαλον μετάνοιαν, καὶ εὐχὴ ἐγένετο : quod ita reddit, *Et humi reverentia inclinaverunt se invicem*, addita circumstantia orationis, non placet; quæ indicat eam reverentiam ibi ad Deum referri, non ad civilitatis officium spectare : beneque expressit Anastasius, *positisque in terra genibus*, τὸ, ἡσπάσαντο, de cruce sacrisque Libris et imaginibus honoris osculum indicat, piaque veneratione, Græ-

Digitized by Google

cis admodum consueta; qua τιμητικῇ διαθέσει (ut loquitur Tarasius in VII synodo) res in ordine ad sua prototypa honorant ac colunt. Sic itaque se res habuit. Procubuerunt omnes in oratione; Evangelia, cruces, sanctæque Deiparæ imagines pie osculando venerati sunt; pari scilicet veneratione sacras imagines, ac reliqua sacra pignora habentes: ἰσοδυναμούσας, ut loquitur Joannes presbyter ac sedium Orientalium vicarius. Postremo, ad dictorum fidem, iliis manus apposuerunt. Nec aliter feria VI in Parasceve μετάνοια nobis juncta ἀσπασμῷ est, in adoratione venerandæ crucis : cujus omnis honor nobis σχετικὸς est, ad ipsum scilicet qui cruci affixus est; et in ea nostram salutem eo die operatus, relatus Rite itaque Constantinus Cypri episc., VII illa synodo, Patrem (auctorem scilicet Collationis) accepisse ait τὸ ἠσπάσαντο, ἐπὶ προσκυνήσεως· quam Calvinianus candor, nec suæ Eucharisticæ, suoque sensu (ac quod illi non veritas, sed Christi figura est) negare potest. Nec quod episcopus Corinthius,[ev] sic explicata in mundo linteo divina particula, τρὶς γόνυ κλίναι (quæ est προσκύνησις) Lucam Thaumaturgum jubet, eaque veneratione habere, ut nec manu audeat contingere, quod ritus Latini est perantiqui, nullum ejus cultum divinissimique sacramenti insinuasse, videri debet : quod maxime verum Christi corpus Latina Græcaque traditione, ipse Romanæ ditionis in Græcia non nesciret. Sed hæc alii, aliaque occasione.

Paulo durius videtur, quod reddit Petrus Morinus apud Baronium, de Christo : *Omni perpurgans contracto secundum naturam crimine primorum parentum;* ac quasi illud sic contractum in se natura Christus depulerit : qui sensus esset falsus. Verba Maximi sunt, παντὸς προπατορικοῦ καθάρας κατὰ φύσιν ἐγκλήματος : *Assumpta humanitate, quam ab omni per naturam primorum parentum crimine mundavit.* Quod sic illi a natura debitum esset, quod erat Adami caro : nisi quod, eo ipso quod est Christi, munda est et mundificans et nova creatura, novi Adæ caro, qua abstergatur reatus carnis Adæ veteris, in quibus vitium pro natura inolevit, ut est auctor Augustinus. Anast. pro καθάρας, καθαρεύσας legerit, dum sic reddit : *Ab omni progenitorio secundum naturam crimine munda :* sed et ipse *mundans* scripserit, quod ita in illo depravatum sit : alioqui deberet esse *mundus*. Sed in istis minusculis non libet tempus terere. Sit sua laus viro studioso et erudito, cujus et Epistolæ aliaque Opuscula ac reliquiæ, ex cimeliis nostris ad S. Honorati FF. Prædicatorum vulgat ac repræsentat Mabre Cramoisius.

Postrema auditione facta Rhegii, ubi dicuntur Patritii ascendisse ad Maximum ἐν τῷ κατηχουμενείῳ τῆς Ἐκκλησίας τῆς αὐτῆς μονῆς· non satis ecclesiastice Morin. *In illius mansionis catechumenio.* Sic passim Calviniani, qui sibi parum Græcari videntur, si communi voce reddant, κατὰ τὸ πρόχειρον, quod omnis retro antiquitas ecclesiastica consecravit, ut μονὴν, quo ibi sensu usurpatur, peculiarius monasterium diceret. Quodque ibi μονὴν, paulo superius τὸ εὐαγὲς μοναστήριον· in cujus Ecclesia erat illud catechumeneum, non bene illustr. *Annalium* Patri intellectum; dum glossat : *Nempe ubi catechumeni instrui solerent.* Nulli apud monachos catechumeni, qui instruendi essent, quorum cura monachis non attinebat, sed Ecclesiarum, quæ communes essent (i. parochiales) presbyteris et præpositis. Quorum etiam locus, non illa catechumenea erant, sed narthex et πρόναος, seu inferior templi pars, extra septum communium fidelium et laicorum, ubi divinas lectiones audiebant, donec dimitterentur ante missam fidelium. Errant igitur κατηχουμενεῖα et κατηχούμενα, quædam velut cœnacula vastum ecclesiæ sinum exterius circumjacentia, et in illum fenestris clathrisque interpositis undequaque prospectum habentia, mulieribus maxime addicta, iis in ecclesiis, quæ erant communes; hinc Latinis dicta Matronea Leon. Novel. 73 : Φημὶ δὲ τὸ ἐν τοῖς τῶν ἐκκλησιῶν ὑπερῴοις, ὅπερ ὁ πολὺς ἄνθρωπος *κατηχούμενα* καλεῖν ἔγνω, συνοικεῖν τινὰς γυναιξίν : *Quosdam nimirum in ecclesiarum cœnaculis, quæ vulgo* catechumena *vocant, cum mulieribus commisceri.* Exstat locus egregius in Vita S. Basilii Amphilochii nomine, de diacono ventilante, illo sacris operante, qui in mulierem κατακυπτούσῃ ἐκ τῶν ἄνω, *e superioribus prospicientem,* oculum lascive defixerat : quo deprehenso, sanctus Antistes confestim βῆλα κρεμασθῆναι ἐκέλευσεν ἐν τοῖς κατηχουμένοις, διαστειλάμενος ταῖς γυναιξὶν, ὡς ἂν τις ἔξω τῶν βήλων ὀρθῇ διακύπτουσα, τῆς θείας λειτουργίας γινομένης, ἐξωθεῖσθαι τῆς ἐκκλησίας καὶ ἀκοινώνητον μένειν· *Vela appendi jussit in catechumenis; interminatus mulieribus, si qua extra vela prospectare intra rem sacram deprehensa esset, ecclesia expellendam esse ac excommunicandam.* In virorum monasteriis, hæc catechumena ipsis monachis erant addicta, vel etiam si qui ad illos amici confluerent, vellentque inde divina quietius audire, sive alia secretius tractare, velut fere in diaconico locisque aliis ecclesiæ adjacentibus, quibus sua sanctitas erat, non tamen tanta, quanta ipsius ecclesiæ; ut et quidam in communium ædium usum verteret, quod tamen interdictum, ac præcipue congressus maritalis, ut liquet ex Leon. Novella citata. Joan. episcopus Citri in Resp. Κολάζει καὶ τοὺς ἐπιτρέποντας τὴν εἰς τὰ κατηχουμενεῖα κατοίκησιν. Meursius perinde lapsus. quod putavit locum sic dictum, *quod illic catechumeni starent, et quod tabulæ catecheticæ illic asservarentur :* quanquam non inficiandum extremis temporibus, antiqua illa Ecclesiarum disciplina mutata ac pene abolita, ipsa catechumenea narthecis loco habita esse. Sic refert Leo All. de narthece ecclesiæ veteris ex Simeone Thessalonicensi, *Opusc. contra hæreses :* Ἐξάγονται μὲν οὖν οἱ κατηχούμενοι, ἀλλὰ καὶ οἱ παραπεπτωκότες μετὰ τὸ βάπτισμα οἱ Θεοῦ ἀρνήσει περιπεσόντες, ἢ αἵματι χρανθέντες ἀδελφικῷ, φόνον ἐργασάμενοι, ἢ καί ἕτερά τινα πεπραχότες τῆς κοινωνίας ἀπείργοντα· οἱ δὴ πάντες ἐξωθοῦντο πρότερον, τῶν κατηχουμένων ἐξερχομένων. Νῦν δὲ διὰ τοὺς διωγμοὺς καὶ συνεχεῖς περιστάσεις, οὕτω τῶν πατέρων καλὸν εἶναι λογισαμένων, κατηχούμενοι μὲν καὶ ἀρνησάμενοι καὶ φονεύσαντες ἐξωθοῦνται· οἱ δὲ λοιποὶ βάπτισμα μόνον κεκτημένοι, ἀφίενται, ἰδίᾳ τῆς μετανοίας αὐτῶν παρὰ τῶν Πνευματικῶν Πατέρων ἐνεργουμένης. Οὗτοι οὖν οἱ ἐξωθούμενοι περὶ τοὺς νάρθηκας ἵστανται, ἢ καὶ ἐν τοῖς κατηχουμένοις, τῶν φρικτῶν μυστηρίων ἐκτελουμένων. Νάρθηκες δὲ λέγονται, ἤτοι τῶν ναῶν ἀρχαὶ καὶ κατηχουμενεῖα, ἤτοι τῶν κατηχουμένων ὁ οἶκος. Ἃ καὶ διὰ τοῦτο ἐπενοήθη, ἵνα καὶ οὗτοι δι' ἀκοῆς καὶ ὁράσεως μόνης μετέχωσι τῶν θείων· καὶ διὰ τῶν χειλέων δὲ καὶ τῆς γλώττης ὁμολογῶσι τὴν πίστιν, καὶ τὰ τῆς εὐσεβείας ῥήματα ἀδωσιν· οὐ κοινωνοῦσι δὲ τῆς στάσεως τοῖς πιστοῖς, οὐδὲ τῆς εὐχῆς· ἀκοινώνητοι γὰρ καὶ διϊστάμενοι ἔτι. Εἰ οὖν τῆς ἐν τῇ λειτουργίᾳ στάσεως καὶ εὐχῆς ἀνάξιοι, πολλῷ γε μᾶλλον τῆς φρικωτάτης κοινωνίας. *Educuntur itaque catechumeni; sed et ii, qui post baptismum lapsi sunt, qui nimirum divinam fidem ejurarunt, vel qui fraterna cæde, homicidii rei, impiati sunt, sive etiam qui alia quædam perpetrarunt, quorum multa qui sunt de Ecclesia, a communione arcentur. Illi scilicet omnes prius ejiciebantur, exeuntibus catechumenis : nunc vero propter persecutiones et frequentes rerum turbas, id ita Patribus commodum judicatum, ut catechumeni, apostatæ et sicarii expellantur; reliqui autem, baptismi duntaxat manus consecuti, dimittuntur, Patribus spiritalibus eorum seorsim pœnitentiam procurantibus. Igitur qui expelluntur, in narthecibus consistunt aut etiam in catechumenis, dum tremenda mysteria peraguntur. Nartheces porro dicuntur sive templorum aditus et catechumenea,*

Digitized by Google

uve catechumenorum domus. Quæ et ideo excogitata [cvj] *sunt, ut et hi auditu tantum et aspectu divinorum fiant participes : sed et labiis et lingua fidem confiteantur, et pietatis verba concinant ; nec tamen pariter cum fidelibus stent aut orationem habeant ; quippe qui adhuc a communione semoti ac separati existunt. Igitur qui indigni sint ut inter rem sacram stent ac orent, potiori longe ratione ut summe tremendam communionem percipiant.* Sed hæc omnia novæ disciplinæ, nominumque distractio : *Sic omnia temporis ludibrio cesserunt*, ait graviter Allat.

Τοὺς προβεβηκότας τῶν βάνδων. Anast. *Primores bandorum*, quod æque obscurum Morin. *Primores e clero*, cui non assentior. *Banda* enim teste Suid. *signa* militaria sunt, ipsique ordines sub illis militares. Miserit itaque prætor sive legatus, provectæ militiæ viros, inque ordinibus primos et centuriones, adjunctis presbyteris et diaconis, religiosisque signorum custodibus, συγνοφύλακας· qui ipsi ad ecclesiasticum ordinem attinere videntur. Explicatis fortasse vexillis solemnique Ecclesiæ pompa ad eum itum. Tametsi enim vinctus erat et imperatoris potentia oppressus, maxima tamen erat ejus nominis claritas ; nec minoris res erat, depulsio criminis blasphemiæ in sanctam Deiparam, quæ non depulsa, tum Maximo præsens esset vitæ discrimen, tum vulgo fidelium gravis offensio et animorum labes.

Fuisse catholicos hosce clericos, indicio sunt illa eorum in Maximum confessorem officia, ubi sanam ejus fidem erga sanctissimam Deiparam deprehendissent ; verbaque illa quibus illi bene precati sunt, et ut Deus vires in certamine præberet, ac cursum sine offensione concederet. Quin et legatum catholicum arguit, illa ejus ad Maximum, hominem iterum exsilio damnatum aulæque exosum honoris specie tanta pompa legatio ; cujus, ut par est, nec nomen nec merita eum laterent : ejusque forte invidia, domesticus ille prætoris, procul e castris Maximum abripi jussit, non solum metu, ne aliqua militum coitio fieret propter ipsum, cujus verbis libenter animum auresque accommodarent. Erant orthodoxi hi ipsi, qui Martini res, qui Maximi scripsere, qui Anastasii Apocrisiarii ; ne dicam Euprepium, Theodosium et Theodorum, eum martyrio consecratos : ne item episcopos atque monachos, ad quos Maximus Anastasiique e carcere (extremo etiam exsilio) scribebant ; ac quorum fidem operamque laudabant, ut non facile acquiescam ill. *Annalium* Patri, dum ex reliquorum silentio vel ignota persecutione, unicum hoc semen Maximum ambosque Anastasios relictum Orienti auguratur ; *quibus tantum, et non aliis* (*quod sciatur*) *fides tunc splendere visa sit.* Magistros sane et omnium duces, in quos præcipue cuncti per Orientem fideles aspicerent, ac quorum constantia firmarentur ; haud eam inficias ; quos Epiphanius patricius paulo ante διαστρέφοντας vocavit ; *perversitate ductos*, seu qui perverterent ac depravarent, quam sibi aula clerusque Constantinopolitanus novam fidem hæretico spiritu fecerant ; id est, qui avitæ orthodoxæ fidei tenaces essent ; quos non ita paucos (imo nullos, veluti Baronius) existimabat, sed Orientalium Græcæque Ecclesiæ partem non contemnendam, quos, totumque Occidentem uniendos Ecclesiæ Constantinopolitanæ, Maximi unius cedentis exemplo, ariolabatur. Nec aliter tyranni paulo mitiore usuque frequente persecutione gentilium, unum alterumve fidelium omni tormentorum genere a fidei constantia dimovere conabantur, cum innumeri fideles essent ; nulli Baroniano calculo ; puta Mediolani, cum ibi passi Gervasius et Protasius, tandiu ante fundata Ecclesia Mediolanensi Barnaba apostolo ; nulli Aginni ac Nitiobrigibus meis, cum vel Vincentius, vel Capralius aut Fides, virgo, Diocletianeis ipsis temporibus nobile certamen gesserunt. Nec aliter Valentiæ, Emeritæ, Barcinone, cum Vincentius (facta etiam vitæ indulgentia seni Valerio urbis episcopo) cum una alteraque Eulalia, Daciano præside martyrium fecerunt. Aliter igitur solers, acrique ingenio historicus inde conjiciat ; summos esse ac quasi gregis arietes, quos ita singulares, vel certe paucos, furor tyrannicus petat ; quibus desideratis, omnes magistri ac duces videantur sublati, quantumvis plures supersint eorum æmuli, non tanta claritate aut illis comparandi. Quo et spectat luctus ille auctoris Hypomnestici, sublato postremum Anastasio Apocrisiario, velut jam omnibus ablatis magistris ; qui scilicet ea libertate aut etiam vi, orthodoxam fidem per Orientem vindicarent. Cujus etiam illa claritas erat, ut exsecta lingua expedite loquens, fidei lumen ab extremitate qua exsul agebat, late spargeret, ejusque scintillam in fidelium per Orientem reliquiis confoveret.

AD MAXIMUM PRO ELOGIO.

Sancti Maximi Elogia hic loci colligenda forent, sive etiam notis aliis præmittenda, si illa essent quæ pauci certoque aliquo numero auctores prosecuti essent. Quod vero, qui deinceps a Maximo viri laudati (præsertim Græci) de Christo, aut Deo scripserunt, vel etiam ascetica, et quibus ad pietatem mores formentur, sive etiam quibus per alta speculationum mens diffundatur, Deoque proxime atque divinis uniatur, Maximum aut diserte laudaverunt, aut sibi patronum asciverunt, suaque divinis illius sensis ac sententiis locupletarunt atque firmarunt, unamque illum ac maximam amussim dogmatum habuerunt ; nec privati duntaxat, sed ipsi Ecclesiæ universæ cœtus ; superfluum pene videretur atque molestum hic in eum præstare, quod in alios, qui minoris sint claritatis, nec tantæ auctoritatis, necessariæ atque proclivis, in rem lectoris, insinuationis exsistit. Nec forte aliud voluerit antiquarius ille Cl. V. ac eruditissimo Emerico Bigotio nuper in Italia visus, dum in rem maxime litterariam instituta eo profectione, quidquid in urbe, aliisque Italiæ locis librorum supellectilis est, sagaci indagine rimatur ; quibus ita loquitur : *Id* nimirum *Græcis esse Maximum in theologicis, quod Thomas Aquinas Latinis.* Addam ego nullo præjudicio, majus aliquid, quo et antiquior aliquot sæculis est (nec ita paucis) minoresque æmulos intra ipsa Ecclesiæ septa passus est ac domesticos fidei ; nam hæretici et allophyli perinde utrumque dejectum, iri, aut sibi conciliatum voluerunt. Ut enim Bucerus : *Tolle Thomam, et dissipabo Ecclesiam ;* sic judices in Maximi [cvij] Actis, quæ repræsento, robur omne Catholicorum in uno Maximo ita statuerunt, ut eo communicante throno Constantinopolitano (Monothelitis scilicet hæreticis) fore neminem, qui non ei communicaret, serio profiteantur ac sibi augurentur ; nec in Græcia modo Byzantiique throno subjecta diœcesi, sed et Romæ, sed et toto orbe Christiano.

Sed nec quod ludit alter antiquarius Regio cod., n. 2962, libet omittere. Ejus copiam fecit vir perinde eruditus ac scriptis notissimus D. Du Cange Quæstor Regius Ambian. Est Lexicon Græcum ms. ubi sic : Φιλαυτία, ἡ τοῦ σώματος ἄλογος φιλία· τὸ φίλαυτος καὶ ἡ φιλαυτία, παρ' οὐδενὶ τῶν ἐλλογίμων. Οὐκ οἶδας τί λέγεις, ἄνθρωπε. Τίς γὰρ ἐλλογι-

Digitized by Google

μώτερος; τοῦ μεγάλου Βασιλείου, ἢ τοῦ ἁγίου Μαξίμου. Φιλαυτία, *corporis amor extra rationem. Hæ voces.* φίλαυτος καὶ φιλαυτία *apud nullum exstant purioris linguæ eruditum. Nescis, homo quid dicas. Quis eum purioris linguæ magisque eruditus magno Basilio, aut sancto Maximo?* Vocis explicatio, tota Maximi est, illique frequens, in quo nuper ludebam cum R. P. M. Nicolai ejus me vitii insimulante, ac quod φίλαυτος essem, retinendo quod in exemplari S. Thomæ magis placeret, quam quod in Hilarii textu edito; rogabam, num Maximi sensu, an magis Suidæ, cui φιλαυτία, ὑπερηφανία; quod proclive superbi, qui sui amantes Basil. *Regul. brevior.* inter. 54, φίλαυτος est, qui ita se animo vel corpore diligit, ut proximo indigenti officio desit: ex quo Maximus acceperit, alterique membro (quod est notius) peculiarius addixerit, ut quasi amorem peculiarem velit. Potuit, qui sic vellicat Lexicographum, etiam Arist. adducere, qui ipse utraque voce utitur *Rhet.*, l. I, et *Eth.* IX. Quod vero ad Maximi laudem facit, hoc est, quod is magno Basilio adjungit, parique auctoritatis gradu ad vocem Græcia donandam ejus suffragium arcessit. Basilium autem ac Gregorium ipsi quoque admirati sophistæ, et qui sæculari eloquentiæ gloria primi essent.

Ipse Maximus, quandoque etiam quæ sunt aliorum sua facit, suisque inserit. Sic Marci, eremitæ, capita aliquot νηπτικά, ejus inserta theologicis, ut et Diadochi. Scholia etiam in Dionysium non ejus unius sunt; sed quandoque unus et alter illorum auctor, quod et alii operam contulerant (velut Dionysius, rhetor Alexandrinus) aut etiam eum subsecuti sunt: tanta tamen Maximi in eo opere gloria, ut ejus unius nomine vetustis omnibus codicibus librisque consignatum sit. Sic autem Maximus in iis quæ a se promit, veteres consectatur, ut illorum spiritu plenus, non ex illis quasi centones, ut pene scholastici, faciat, ac quasi electa referat, sed vere se ipse auctorem magistrumque ostendat, sententiasque velut oracula elimate omnino certissimaque veritate ac summa subtilitate suæ fabricæ proferat; ubi etiam planior, nec stylus perplexi aliquid habere videtur, aut sententia ardui: ut et ipse admonet in Proœmio ad capita de charitate ad Elpidium, quæ illius omnium purissima Photio existimantur; ac quibus plane gemina, quæ repræsento alia, ex Vaticana bibl. accepta, in quibus perinde nihil allegoriarum (quibus alias non raro molestior Maximus) nullæ verborum ambages aut hyperbata, sed puro simplicique stylo altissima sententia. Sic ubique depurgatissimum attentumque animum ac sagacem exigit Maximi lectio: utque in se, plane etiam interprete; ac si quis ipse a se illius Græca adire non potest: in quibus me consenuisse, haud grave habeo, ascriboque Providentiæ, ut paulatim mihi tantum fetus adolesceret, nec præcox videri posset ac immaturus: quod certe futurus erat, si vel mihi, vel illustrissimo Galliæ clero, bonæque memoriæ Carolo de Monchal archiepiscopo Tolosano, prima vota favissent. Nunc, Deo auspice, favebunt, sic aucta, sic cumulata, ut amplissimi ordinis nullus gradus, nulla dignitas desit, faveantque eximie, ut prospere satis Græcorum theologo Romani Latinique ditentur, quos ipse homo Græcus Maximus fatetur diligere Collatione hic cum principibus ὡς ὁμοπίστους.

Eodem sensu de altissima Maximi sapientia, Anna Comnena Alexiad., l. v, ita disserit, ejusque studiosissimam Irenen Matrem deprædicat; qua, viroque auctoribus, sic Byzantii litteræ reflorverint: Μέμνηται τῆς μητρὸς καὶ βασιλίδος, πολλάκις ἀρίστου προκειμένου βιβλίου ἐν χερσὶν φερούσης, καὶ τοὺς λόγους διερευνωμένης τῶν δογματικῶν ἁγίων Πατέρων, μάλιστα δὲ τοῦ φιλοσόφου Μαξίμου καὶ μάρτυρος. Ἐσπουδάκει γὰρ οὐ τοσοῦτον περὶ τὰς φυσικὰς συζητήσεις, ὁπόσον περὶ τὰ δόγματα, τὴν ὄντως σοφίαν καρποῦσθαι βουλομένη· καί μοι πολλάκις θαυμάζειν ἐπῆλθε, καὶ θαυμάζουσα ἔφην ποτὲ πρὸς αὐτήν· Πῶς αὐτόθεν πρὸς τοσοῦτον ὕψος ἐπέβλεψας; Ἔγωγε τρέμω, καὶ οὐδ' ἄχρις ὠσὶν ἀποτολμῶ τούτων ἐπαίειν. Τὸ γὰρ πάνυ θεωρητικόν τε καὶ νοερὸν τοῦ ἀνδρὸς, ὥς φασιν, Γλαῦκον παρέχεται τοῖς ἀναγινώσκουσιν. Ἡ δὲ μειδιάσασα ἔφη· Ἐπαινετὴν οἶδα τὴν δειλίαν ταύτην· καὶ οὐδ' αὐτὴ ἀτρέμας ταῖς βίβλοις ταύταις πρόσειμι· ἀλλ' ὅμως ἀποσπᾶσθαι τούτων οὐ δύναμαι. Σὺ δέ μοι μικρὸν ἀνάμεινον, καὶ ταῖς ἄλλαις ἐγκύψασα βίβλοις πρότερον, καὶ τῆς τούτων ἀπογεύσῃ ἡδύτητος. Ἔτρωσέ μου τὴν καρδίαν ἡ τῶν ῥηθέντων μνήμη, καὶ ὥσπερ εἰς πέλαγος ἄλλο διηγημάτων ἐμπέπτωκα. Ἀλλά με θεσμὸς ἱστορίας ἀπείργει· *Memini matris atque Augustæ, cum sæpe mensa posita, librum manibus teneret, sanctorumque Patrum tractatus dogmaticos diligentius rimaretur, ac potissimum quæ nobis Maximi philosophi atque martyris monumenta exstant ac lucubrationes. Studebat enim, non tam ut naturalium quæstionum intelligentiam assequeretur, quam ut dogmatis animum excoleret, cui constitutum esset, ut veræ sapientiæ fructum perciperet. Subitque mihi sæpius mirari; ac mirans quandoque ad eam dixi; quomodo sexu hoc ac ingenio in tantam altitudinem oculos sustulisset? Ad me sane, aiebam, quod attinet tremore afficior, nec vel summis auribus isthæc audire audeo. Maximi enim contemplationum sensorumque vis immensa ac subtilitas, vertiginem quamdam, ut aiunt, legentibus affert. Ad hæc illa leni risu: Hunc, inquit, metum haud laudis expertem novi; ac nec ipsa nullo succussa metu sicque æquabilis hosce libros adeo: nec ab eis tamen avelli sustineo. Quin tu mihi paulisper expecta, et ubi prius libris aliis operam navaveris, horum quoque suavitatem gustabis. Percussit mihi cor dictorum memoria, et quasi in aliud narrandarum rerum pelagus incidi. Sed cohibet ac revocat me lex historiæ.* Hæc mihi ipse ex Anna, mea vena, ludebam; ex qua, matreque velim Maximum adire discant, qui ejus pridem desiderio anhelant, tandiuque dilati moras increpant, ne si ἀνίπτοις ποσί, quod aiunt, sordidisque auribus adeuntes, ejus satis lumina non tulerint aut ad illa assurrexerint, non magis ejus cornusco, aut etiam interpretis offusæ nubi, quam mentis suæ non satis excultæ atque purgatæ ac exercitatæ (cviii) divinioribus sensis aciei dederint.

Qui feliciore nisu Maximum adierit, altaque contemplationum, illo duce ac auspice, felicius tutiusque pervolaverit, Joanne Cyparissiota (qui inde Sapientis appellationem traxit) neminem novi. Exstant illius Decades, Francisco Turriano S. I. interprete, etsi Latine solum editæ: quibus divinissime, secundum Maximum, Dionysii doctrinam enucleat, libro de *Divinis nominibus*, cavetque barathra atque aperit, in quæ illius vocum affectata majestas propeque Platonica, vel maxime Gregorium Palamam impulit; et ut inde Deum sibi compositum, in quo aliud reipsa substantia et natura, aliud ἐνέργεια, et quæ nostri Operationem vocant et Attributa: quem ipsum errorem alia idem egregia spissaque lucubratione elisit: exstatque in biblioth. Regia: cujus ipsius unum et alterum λόγον, ut vocat, et in quos partitur quæ vocat βιβλία (id est libros) Auctarii mei novi tomo altero repræsento, quasi suppetias meo Calecæ adversus impurissimam Palamitarum hæresim; quo suum lector quovis modo interim soletur desiderium dum cui aliquando facultas sit ac voluntas, ut omni illa lucubratione (quæ una grande volumen repleret) rem litterariam ac Christianam ditet.

Digitized by Google

MONITUM

IN QUÆSTIONES AD THALASSIUM.

Ut primum hunc locum, inter Maximi opera, his ad Thalassium Quæstionibus in Scripturam darem, fecit ipsa majestas operis, in quo sic desudavit Maximi opera, ut non satis habuerit, rem semel exsecutum esse, sed et secundis curis, scholiorum longa serie ac pene continua, a se semel dictata, illustranda putaverit; quæ ipsa ubique jungi, et e regione poni, eorum, quibus illustrandis edita sunt, ut simul utraque legantur, vir sanctus serio monet et obtestatur Præfatione sua ad dicta scholia, ipsa post prolixam ad Thalassium præfationem, p. 13, a me repræsentata; cujus voto partim facio satis, dum hæc scholia non longius traho, sed ad finem cujusque quæstionis appono, adjectis etiam ad margines (inter parentheses) notis numeralibus, quibus lector statim advertat, quo quodque scholium spectet, quidve ejus quod textus rationem habet, potissimum explicet. Fecit hæc scholiorum frequentia et prolixitas, ut pene a notis supersedendum duxerim, ne frustra scholia scholiis cumulare viderer, eoque actum agere : quod præcipue Maximi hic methodus longiores notas non poscat, cum vix unquam Scripturam ad litteram explicet, sed mystico et spirituli sensu, qui proprius Maximo est, ipse illi plerumque lepidus pro ipsius ingenii sviertia cum pari pietate conjuncta : quo eum nomine laudat Photius, harum omnium Quæstionum titulos exacte referens ; sed bene actum nobiscum, quod multi probatique codices ipsum nobis integrum opus servaverint; præter Regium, ipsum satis accuratum, etsi minutissimis ei sæpe breviatis ac pene fugientibus litteris exaratum, et quo primum descripserat Aubertus, plerisque ac præcipuis partibus mutilum, nullisque scholiis illustratum, quale et edere ipsum puduit, cum et rem animo destinasset, et urgeret illustrissimus ac reverendissimus archiepiscopus Tolosanus Carolus de Mouchal, ipse eruditus eruditorumque pius fautor ac Mecænas; per quem primum in manus meas venerunt, quæ is Maximi ex codicibus Regiis (quorum duntaxat habuerat copiam) describenda curaverat : mea unius in eam rem futuri vaticinio quodam ac tandiu mihi producendæ ætatis Dei munere, electa industria; cujus ipsius in me voti testandi reus, hocce libens, quo licet (velimque ære perennius) testor monumento.

Non hic ergo fusiores a me quærendæ notæ, sed ipse Maximi textus, ejusque scholia, diligenti versanda opera; nec semel, sed et iterum sæpiusque legenda, si quis ejus altos sensus assequi velit, ac viri ingenio delectari. Qui enim ipse in se subtilia etiam Græcorum ingenia, ac multiplici eruditione conferta hyperbatis implexaque oratione fatigat (cujus rei testis locupletissimus, in ejus censura, Photius) quid non fecerit in interprete, si modo fidei, quam quæsitæ claritatis (quæ nec claritas fit, elabente per eam sæpius auctoris sensu, alioque et peregrino, nulla fruge, illi substituto, dum unam periodum magni theologi in multas partiuntur ἀμύητοι homines, aliaque in eo sibi indulgent velut explicandi causa, non satis ex interpretis munere) majorem rationem habuerit? Magna ubique Maximi ἀκρίβεια ac exactitudo, sive dogmata tradit, sive spiritales sensus suos prosequitur, et θεωρίας, quas vocat, quibus non sic ἀλληγορεῖ, ut hunc unum velit Scripturæ sensum, ipsamque ejus litteram (quo nomine passim ἀλληγορῶν reprehensus Origenes), sed quo probati plerique Patres Græci et Latini, integra littera ejusque nativo sensu, sic feliciter in Scripturis ludunt, et, ut auctor est August, quasi ex favis mella exsculpunt. Videndus Severianus *Περὶ κοσμοποιίας*, ubi eleganter, quæ utriusque allegoriæ sunt, exponit, alteramque a se amolitur, altera sermones suos locupletat, usumque ejus ex pulpito non infelici conatu ostendit; ut ipse melius lector advertet, si jam mihi Latine redditas eas Severiani orationes, preloque expressas, cum aliis ejus generis lectis Patrum tractatibus, uno et altero novi mei secundi Auctarii tomis, quod pene absolutum, ante Maximum publici juris futu-

Digitized by Google

rum est, legere licuerit. Erit in istis, non inutilis hæc Maximi opera, magisque religiosa palæstra exercentibus, seu etiam piis meditationibus vitæ hujus exsilium solantibus virisque spiritalibus, quos Græci γνωστικοὺς vocant, quibus certe magnus doctor erit Maximus, ut et theologis reliquis in dogmaticis. Auget in Maximi interprete difficultatem, quod voces theologicæ, non ea facilitate et copia Latinis suppetunt ac Græcis, et in eis Maximo, qui vel maxime earum ἀκριβείᾳ, magnus Græcis et κατ' ἐξοχήν theologus, utraque audit theologia. Multus erit Maximus, ei, qui ipse non penitus Græcis peregrinus, quas mihi licuit interpretando adhibere voces, cum ipsis Maximi componere poterit : cui non licebit per linguæ Græcæ ignorantiam, vel nostris contentus, in eis Maximum legat, nec forte per meam operam longamque cum Maximo Græcisque aliis theologis, familiaritatem ac necessitudinem, legisse pigebit.

Reddit ergo Maximus, quod Thalassius presbyter, idemque hegumenus (nos monachorum præpositum dicamus, seu etiam strictiore sensu abbatem) vir ipse spiritalis (cui plures Maximus epistolas de diversis, eruditas, ipsi erudito scripsit) postulaverat ἀναγωγικῆς expositionis locorum difficilium Scripturæ opus istud, in quo proinde non aliud quærendum, quod nec aliud ipsi destinatum: quo ipso ἀκριβὴς est, nihil excedens, quas sibi ipse ex Thalassii voto metas libens posuit. Est paulo simile Hesychii opus Quæstionum et Solutionum in Scripturam, quem libens repræsentaverim, ut theologus theologo cluat : nam et Hesychius Græcis θεολόγος, qua forte ita ζητηματικὸς est, quomodo memini me repræsentasse ex Græco cod. t. I mei Auctarii, ubi is εὐαγγελικὴν διαφωνίαν de Christi resurrectione multis conciliare studet, oratione, quæ etiam Greg. Nysseno perperam tribuitur, cujus nulla lumina, nullos characteres habet.

ΜΑΞΙΜΟΥ ΤΑΠΕΙΝΟΥ ΜΟΝΑΧΟΥ

ΠΡΟΣ

ΘΑΛΑΣΣΙΟΝ ΤΟΝ ΟΣΙΩΤΑΤΟΝ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΝ ΚΑΙ ΗΓΟΥΜΕΝΟΝ

ΠΕΡΙ

ΔΙΑΦΟΡΩΝ ΑΠΟΡΩΝ ΤΗΣ ΘΕΙΑΣ ΓΡΑΦΗΣ.

MAXIMI HUMILIS MONACHI

AD SANCTISSIMUM PRESBYTERUM AC PRÆPOSITUM THALASSIUM

DE VARIIS

SCRIPTURÆ SACRÆ QUÆSTIONIBUS AC DUBIIS.

Sanctissimo Dei servo, domino Thalassio presbytero ac præposito, Maximus humilis monachus, salutem.

Qui a carnis affectione animum ratione abjunxeris, ac per spiritum mentem omnino a sensu, vir Dei, abstraxeris : alteram quidem (id est, carnem) præclaram virtutum parentem effecisti; alteram vero (sensum scilicet) jugem scientiæ divinæ fontem reddidisti : qui hactenus animi cum carne commer-

* Τῷ ὁσιωτάτῳ δούλῳ τοῦ Θεοῦ, κυρίῳ Θαλασσίῳ πρεσβυτέρῳ καὶ ἡγουμένῳ, Μάξιμος ταπεινὸς μοναζων, χαίρειν.

Τῆς σαρκὸς κατὰ τὴν σχέσιν λογικῶς τὴν ψυχὴν ἀποχωρήσας, καὶ τῆς αἰσθήσεως ὁλικῶς διὰ τοῦ πνεύματος ἐκσπάσας τὸν νοῦν, ἄνθρωπε τοῦ Θεοῦ· τὴν μὲν, ἀρετῶν κατέστησας μητέρα πολύτιμον [Fr. πολύγονον] τὴν δὲ, θείας πηγὴν ἀένναον ἀνέδειξας γνώσεως, εἰς χρῆσιν μόνον τῆς τῶν κρειττόνων

* Ex excellentissimi viri Petri Seguieriani Franciæ cancellarii codice emendato ex viri cl. Raphaelis Dufrenii τοῦ μακαρίτου altero meliori : cui tamen fere scholia desunt.

Digitized by Google

οἰκονομίας, τὴν πρὸς τὴν σάρκα τῆς ψυχῆς συζυγίαν ποιούμενος, καὶ πρὸς κατανόησιν τῆς τῶν ὁρωμένων μεγαλουργίας ὄργανον κεκτημένος τὴν αἴσθησιν. (1) Τὴν μὲν πρακτικῶς διὰ τοῦ ἤθους πρὸς εἶδος τυπούμενον τὸ κατ' ἀρετὴν τῆς ψυχῆς δεχομένην κλέος, καὶ τοῖς ἔξω προφαίνουσαν, ἵνα ἔχωμεν ἀρετῆς εἰκόνα, πρὸς μίμησιν προβεβλημένον τὸν ὑμέτερον βίον· (2) τὴν δὲ, τοῖς τῶν ὁρωμένων σχήμασι τοὺς λόγους τῶν νοητῶν συμβολικῶς ἐγχαράττουσαν, καὶ δι' αὐτῶν πρὸς τὴν ἁπλότητα τῶν νοητῶν θεαμάτων τὸν νοῦν ἀναβιβάζουσαν, πάσης καθαρῶς ἀπολυθέντα τῆς ἐν τοῖς ὁρωμένοις ποικιλίας τε καὶ συνθέσεως· ἵν' ἔχωμεν ἀληθείας ὁδὸν ἀπλανῆ τὴν ὑμετέραν γνῶσιν τῆς πρὸς τὰ νοητὰ διαβάσεως. Ἐντεῦθεν μετὰ τὴν τελείαν τῆς πρὸς αἴσθησίν τε καὶ σάρκα σχετικῆς προσπαθείας ἀπόθεσιν, τῷ ἀπείρῳ πελάγει τῶν λογίων τοῦ πνεύματος μετ' ἐπιστήμης κατὰ νοῦν εὐτόνως διανηχόμενος, ἐρευνᾷς μετὰ τοῦ πνεύματος τὰ τοῦ Πνεύματος· παρ' οὗ δεξάμενος τὴν τῶν κεκρυμμένων μυστηρίων φανέρωσιν, διὰ πολλὴν, ὡς ἔοικεν, ταπεινοφροσύνην, πολλῶν τῆς ἁγίας Γραφῆς ἀπορουμένων κεφαλαίων χάρτην πληρώσας ἀπέστειλας, ζητῶν καὶ παρ' ἐμοῦ τοῦ πάσης ἀρετῆς ἐρήμου καὶ γνώσεως, ἑκάστου κεφαλαίου κατὰ τὴν ἀναγωγικὴν θεωρίαν τὴν ἀπόκρισιν ἔγγραφον.

Ὃν δεξάμενος, καὶ ἀναγνοὺς, καταπλαγεὶς καὶ νῶν καὶ ἀκοὴν καὶ διάνοιαν, ᾔτουν ὑμᾶς ἐκλιπαρῶν περὶ τούτου συγνώμην τῆς παραιτήσεως· μόλις εἶναι λέγων προσιτὰ τὰ ζητούμενα, καὶ τοῖς ἄγαν ἐπὶ τέλειον ἐν θεωρίᾳ διαβεβηκόσι, καὶ περὶ τὸ τέλος τῆς ὑψηλοτάτης καὶ ἀνεφίκτου τοῖς ἄλλοις ἐφθακόσι γνώσεως· μὴ ὅτι γε ἐμοὶ τῷ κατὰ γῆν ἐρριμμένῳ καὶ κατὰ τὸν ὄφιν, ἄλλην, ὡς ἡ παλαιὰ κατάρα, μετὰ τὴν γῆν τῶν παθῶν βρῶσιν οὐκ ἔχοντι, καὶ σκώληκος δίκην ἰλυσπωμένῳ τῇ σήψει τῶν ἡδονῶν. Καὶ τοῦτο πολλάκις καὶ ἐπὶ πολὺ ποιήσας, ὡς εἶδον μὴ δεχομένους ὑμᾶς τὴν ἐμὴν περὶ τούτου παράκλησιν, δείσας μή τι πάθῃ τὸ χρῆμα τῆς ἀγάπης καθ' ἣν ἀλλήλοις συγκραθέντες, μίαν ἔχομεν ψυχὴν, κἂν δύο σώματα φέρωμεν, εἰς πρόφασιν ἀπειθείας ὡς εἰκὸς νομισθείσης ὑμῖν τῆς παραιτήσεως, κατετόλμησα καὶ μὴ θέλων τῶν ὑπὲρ δύναμιν κατηγορηθῆναι μᾶλλον προπέτειαν, καὶ γελᾶσθαι κρείττον ἡγούμενος παρὰ τῶν βουλομένων, ἢ τὴν ἀγάπην κατά τι δέξασθαι σάλον καὶ μείωσιν· ἧς οὐδὲν τῶν μετὰ Θεὸν ἐστὶ τοῖς νοῦν ἔχουσι τιμιώτερον· μᾶλλον δὲ, τῷ Θεῷ προσφιλέστερον· (3) ὡς τοὺς διῃρημένους, εἰς ἓν συναγούσης, καὶ μίαν ἐν πολλοῖς, ἢ τοῖς πᾶσιν ἀστασίαστον κατὰ τὴν γνώμην δημιουργῆσαι δυναμένης ταυτότητα.

Καί μοι σύγγνωθι πρῶτος αὐτὸς, τίμιε Πάτερ, τῆς ἐγχειρήσεως, καὶ τοὺς ἄλλους αἰτεῖ προπετείας

cium, amborumque copulationem admittas, quatenus solum ad virtutem præstandam potioraque officia adhibeas : ac qui sensum, ad rerum in aspectum cadentium considerandam magnitudinem organum nactus sis : illam utique (id est, carnem) quæ revera ipso habitu atque indole, speciei luce formatum virtutis animi decus capiat cultuque exteriori præluceat : ut quam imitemur virtutis imaginem, vestra se nobis vita ingerat : hunc autem (id est, sensum) ut rerum aspectabilium figuris, intellectilium rationes per symbola eorumque involucra insculpat, atque 2 horum vi, ad spiritalium intellectiliumque contemplationum simplicitatem, omni jam ea seu varietate, seu compositione quæ in rebus in aspectum cadentibus occurrit, exsolutam mentem provehat; ut certa omnique vacans errore veritatis via, qua ad intellectilia spiritaliaque transcamus, vestra nobis illa scientia præsto sit. Hinc procliviore illa in sensum carnemque illiciente affectione perfecte posita, immensum eloquiorum spiritus æquor cum scientia intelligentis animi contentioso conatu tranans, quæ sunt spiritus, spiritu scrutaris : cujus munere ob multam, ut par est, animi sensusque modestiam, reconditiorum mysteriorum manifestationem adeptus, multis Scripturæ sacræ capitibus implexiorem dubiumque sensum habentibus schedam implens, misisti, a me quoque, qui omni virtute ac scientia caream, reconditiori sensu ac spiritali cujusque capitis ac quæstionis scripto consignatam expositionem efflagitans.

Accepta itaque lectaque scheda, animo, audituque ac mentis sensu gravius stupens, hujus a vobis supplex muneris veniam rogabam : istiusmodi prorsus ea dubia professus, ut ne vix quidem, iis etiam qui contemplandi cultu longe plurimum provecti sint, sublimioriisque fere jam scientiæ ac vulgo inconcessæ metas attigerint, adire concessum sit ; nedum mihi qui humi projectus soloque affixus sim; nec, serpentis more [1], pro antiqua illa maledictione, aliam præter vitiorum ac perturbationum terram, escam habeam; ac qui velut vermis in voluptatum libidinumque sanie lubricos orbes traham. Id vero cum sæpe diuque enixus, surda vos aure obsecrantis vota audire comperissem, veritus ne quid inde damni dilectio acciperet, per quam alter alteri commisti, etsi duo corpora gestamus, animam unam habemus; cum scilicet mea forsitan hæc detrectatio atque operis fuga, inobedientiæ quid præ ferre vobis videretur, tandem vel invitus, quod longe vires meas superet, in me onus recepi : qui nimirum temeritatis nota aspergi malim, minorisque ducam vulgi risu excipi, quam ut dilectio quidquam nutet, aut decrementi aliquid patiatur : qua videlicet, ex iis quæ a Deo secunda sunt, viris sana mente præditis, charius nihil, quin neque Deo acceptius, habeatur : velut cujus partium sit, ut eos qui divisi sunt atque discreti, in 3 unum cogat, unamque in multis, atque adeo omnibus, tranquillissimam animorum concordiam identitatemque (ut sic loquar) efficere valeat.

Tu vero, cum primis, venerande Pater, ejus quod te auctore temere aggressus sum, veniam indulge :

[1] Gen. III, 14.

Digitized by Google

idque ipsum ut alii præstent, votis obtine : Deum item, tuis ad eum precibus, mihi propitium redde ; et ut dicendis benignus aspiret (seu potius ut totam ipsam rectoque sensui hærentem cujusque quæsiti responsionem ipse subministret) exora : *Ab ipso* enim *omne datum optimum et omne donum perfectum* [1] ceu a fonte atque parente illustrantium omnium scientiarum atque virtutum, quæ sanctis ac justis pro cujusque meriti ratione præstantur. Bene enim de vobis fretus, quod injunctum munus erat, suscepi ; fore scilicet ratus, ut obsequentis animi præmio, divina per vos indulgentia ac favor mihi concederetur.

A ἀφίεσθαί με· καὶ πλεών μοι τὸν Θεὸν ταῖς εὐχαῖς κατάστησον, καὶ τῶν λεγομένων συλλήπτορα· μᾶλλον δὲ τῆς ὅλης καὶ ὀρθῆς γενέσθαι περὶ ἑκάστου κεφαλαίου χορηγὸν ἀποκρίσεως. *Παρ' αὐτοῦ γάρ ἐστιν πᾶσα δόσις ἀγαθὴ καὶ πᾶν δώρημα τέλειον*, ὡς πηγῆς καὶ πατρὸς τῶν ἀναλόγως τοῖς ἀξίοις χορηγουμένων πασῶν φωτιστικῶν γνώσεών τε καὶ δυνάμεων. Ὑμῖν γὰρ θαῤῥῶν, τὸ ὑμέτερον κατεδεξάμην ἐπίταγμα· τῆς εὐπειθείας μισθὸν ἐκδεχόμενος, τὴν δι' ὑμῶν θείαν εὐμένειαν.

Singulis autem capitibus, ordine atque serie, prout a vobis fuerant conscripta, propositis, pro eo ac licebit, paucis ad verbum responsionem subjungam, eamque certam ac definitam, quoad facultas erit ; divinaque gratia ad pie intelligendum atque loquendum donaverit : ne scilicet productiore sermone auditorem gravemus : ac quod præsertim ad vos nobis oratio sit, qui spiritali vere scientia instructi, divinorumque acres speculatores sitis : superataque vitiorum affectuumque molestia, ac omni retro relicta naturæ illecebra, æqui justique ducem, æquissimumque judicem, rationem obtineatis : mentemque, potiori illo cogitandi otio, in divini silentii abditissimo sinu statueritis ubi ignota ratione solam divinam jucunditatem licet percipere, cujus magnitudinem eorum duntaxat experientia docere possit, qui ejus periculum facere meruerunt : quique adeo levi quadam dubiorum indicatione solum egeant ; ejusmodi scilicet, ut speculabilium rerum, quas divina complectuntur eloquia, omni luce rutilantem nitorem, spiritalisque in eis sensus magnificentiam, velut quodammodo accensa face, præmonstret. Si tamen hoc ipso me sermone ad vos uti fas est, qui jam sal terræ ac mundi lumen, juxta Dominicam sententiam [2] præ virtutum opulentia, copiosaque scientiæ affusione, evasistis : qui nimirum virtutum dotibus, vitiorum in aliis putorem emundetis ; ac, quæ animi cæcitas est, ignorantiam scientiæ luce collustretis.

B Ἕκαστον δὲ τῶν κεφαλαίων, εἰρμῷ τε καὶ τάξει καθὼς παρ' ὑμῶν ἐγράφη προθείς, πρὸς ἕπος ποιήσομαι τὴν ἀπόκρισιν, ὡς οἷόν τε σύντομον, καὶ ὁριστικὴν καθ' ὅσον οἷός τε ὦ· καὶ τὴν πρὸς τὸ νοεῖν τε καὶ λέγειν εὐσεβῶς, θεόθεν χορηγοῦμαι χάριν καὶ δύναμιν· ἵνα μὴ πλήθει λόγων βαρήσωμεν τῶν ἐντευξομένων τὴν ἀκοήν· καὶ μάλιστα πρὸς ὑμᾶς γε τῶν λόγων ποιούμενος τὴν ἀκοήν, τοὺς γνωστικοὺς ὄντως καὶ ἀκριβεῖς τῶν θείων θεάμονας· καὶ τῶν παθῶν διαβάντας τὴν ὄχλησιν, καὶ τὴν ὅλην παρελθόντας σχέσιν τῆς φύσεως, καὶ τῶν καθηκόντων κεκτημένους τὸν λόγον ἡγεμόνα καὶ δικαστὴν δικαιότατον· (4) καὶ τὸν νοῦν διὰ τῆς κατὰ τὸ κρεῖττον ἀνοησίας, εἰς τὸ ἐνδότατον τῆς θείας ἀφθεγξίας καταστήσαντας τόπον· ἔνθα μόνης ἐστὶν ἀγνώστως εὐφροσύνης θείας ἀντιλαμβάνεσθαι, τῆς τῶν ἀξιουμένων αὐτῆς πεῖραν μόνην ἐχούσης τοῦ οἰκείου μεγέθους διδάσκαλον· καὶ διὰ τοῦτο, μόνης χρήζοντας μικρᾶς περὶ τῶν ζητουμένων ἐμφάσεως, προδεικτικῆς τοῦ παμφαοῦς κάλλους, τῶν ἐμφερομένων τοῖς θείοις λογίοις μυστικῶν θεαμάτων, καὶ τῆς ἐπ' αὐτοῖς πνευματικῆς μεγαλονοίας· εἴπερ καὶ τοῦτο θεμιτὸν ἐμοὶ πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν, τοὺς ἅλας ἤδη τῆς γῆς, καὶ φῶς τοῦ κόσμου, κατὰ τὸν Κυριακὸν λόγον, διὰ τὸν πλοῦτον τῆς ἀρετῆς, καὶ τὴν πολλὴν χύσιν τῆς γνώσεως γεγεννημένους καὶ τὴν ἐν ἄλλοις σηπεδόνα τῶν παθῶν, τρόποις ἀρετῶν ἐκκαθαίροντας· καὶ τὴν ἄγνοιαν, ψυχῆς ὑπάρχουσαν τύφλωσιν, τῷ τῆς γνώσεως φωτὶ καταυγάζοντας.

C

4 Rogo autem vos sanctissimos, ac quotquot hanc meam lucubrationem, ut par est, lecturi estis ; ne, quæ a me dicentur, spiritalis capitum explicationis terminum statuatis. Longe enim a divinorum eloquiorum intelligentia absum, inque eam rem aliorum doctrina indigeo : sed si quid et a vobis ipsi, et ab aliis conjicere, seu discere poteritis, illud potius juste probate, sublimioremque ac veram intelligentiam tenete : cujus opus ac effectus est, certa animi persuasio, eorum qui spiritalis quæstionum intelligentiæ desiderio afficiuntur.

Παρακαλῶ δὲ τοὺς ἁγιωτάτους ὑμᾶς, καὶ πάντας τοὺς ὡς εἰκὸς ἐντευξομένους τῷδε γράμματι, μὴ τοῦτο ὅρον ποιεῖσθαι τῆς τῶν κεφαλαίων πνευματικῆς ἑρμηνείας τὰ λεγόμενα παρ' ἐμοῦ· πολὺ γὰρ τῆς D τῶν θείων λογίων ἀπολιμπάνομαι διανοίας, καὶ τῆς ἄλλων πρὸς τοῦτο χρήζω διδασκαλίας· ἀλλ' εἴ τι καὶ παρ' ἑαυτῶν, ἢ παρ' ἄλλων ἐπιβάλλειν, ἢ μαθεῖν δυνηθῆτε, μᾶλλον ἐκεῖνο δικαίως ἐκκρίνατε, καὶ τῆς ὑψηλοτέρας καὶ ἀληθοῦς γενέσθαι διανοίας· ἧς ἔργον ἐστὶν, ἡ τῆς καρδίας πληροφορία, τῶν ἐφιεμένων τῆς ἀπορηθέντων πνευματικῆς διαγνώσεως.

Aquæ enim indolem refert divinus sermo ; velut omnis generis plantis ac germinibus, diversisque animantibus, (his inquam, qui illo potantur), pro ipsorum modo ac captu, scientiæ fulgoribus illucens, ac per virtutes actionis cultu velut fructus,

Ὕδατι γὰρ ὁ θεῖος ἔοικεν λόγος, ὥσπερ φυτοῖς παντοδαποῖς καὶ βλαστήμασιν, καὶ διαφόροις ζώοις, τοῖς αὐτὸν φημι τὸν λόγον ποτιζομένοις, ἀναλόγως αὐτοῖς ἐκφαινόμενός τε γνωστικῶς καὶ πρακτικῶς διὰ τῶν ἀρετῶν ὡς καρπὸς προδεικνύμενος, (5) κατὰ

[1] Jac. I, 17. [2] Matth. V, 13.

Digitized by Google

τὴν ἑκάστῳ ποιότητα τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς γνώσεως, καὶ γινόμενος δι' ἄλλων ἄλλοις ἐπίδημος [Fr. ἐπίδηλος]· ἐνὶ γὰρ οὐδέ ποτε περιγράφεται· καὶ μιᾶς ἐντὸς οὐκ ἀνέχεται διανοίας γενέσθαι, διὰ τὴν φυσικὴν ἀπειρίαν κατάκλειστος.

Ἐπειδὴ δὲ περὶ τῶν διοχλούντων ἡμῖν παθῶν πρῶτον εἰπεῖν ἐκελεύσατε, πόσα τε καὶ ποῖα. Τυγχάνει, καὶ ἐκ ποίας ἀρχῆς, καὶ εἰς οἷον διὰ τῆς οἰκείας μεσότητος καταντᾷ πέρας· καὶ ποίας ἕκαστον δυνάμεως ψυχῆς, ἢ μέλους σώματος ἐκφυόμενον, πρὸς ἑαυτὸ ἀοράτως μορφοῖ τὸν νοῦν, καὶ τὸ σῶμα οἷα βαφῆς δίκην, ὅλην διὰ τῶν λογισμῶν πρὸς τὴν ἁμαρτίαν χρῶσαν τὴν ἀθλίαν ψυχήν· τῆς τε προσηγορίας ἑκάστου τὴν δύναμιν καὶ τὴν ἐνέργειαν· τούς τε καιροὺς καὶ τὰ σχήματα, καὶ τοὺς δι' αὐτῶν δόλους τῶν ἀκαθάρτων δαιμόνων· καὶ τὰς ἀοράτους συμπλοκάς, καὶ τὰς ὑποκρίσεις· καὶ πῶς δι' ἄλλων ἄλλα λεληθότως προβάλλονται· καὶ ἐπ' ἄλλα δι' ἄλλων πεθανῶς ἐπισύρουσιν [Fr. ὑποσύρ.]· τάς τε ἀπλότητας, καὶ τὰς σμικρότητας, καὶ τὰ μεγέθη, καὶ τοὺς ὄγκους αὐτῶν· ὑφέσεις τε καὶ ὑποχωρήσεις καὶ συστολάς, ἐπιμονάς τε καὶ προσεδρείας ταχυτέρας ἢ βραδυτέρας· καὶ οἷον τὰς ὡς ἐν δικαστηρίῳ πρὸς τὴν ψυχὴν δικαιολογίας καὶ τὰς δῆθεν κατὰ διάνοιαν γινομένας ψήφους· τάς τε φαινομένας ἥττας ἢ νίκας· τίς τε ἡ ἐφ' ἑκάστῳ διάθεσις· καὶ διὰ ποίαν αἰτίαν ἐνὶ πολλὰ πάθη τῇ ψυχῇ συγχωροῦνται προσβάλλειν, καὶ τοῦτο ἢ καθ' ἑαυτοὺς ἢ σὺν ἀλλήλοις (6) καὶ ποίῳ λογισμῷ [Fr. λόγῳ] ἀναφέρουσιν ἑαυτοῖς ἀχρόνως τὰς οἰκείας ὕλας, δι' ὧν κεκρυμμένως πρὸς ἡμᾶς τὸν πικρὸν συμπλέκουσι πόλεμον· ὡς ἐπὶ παροῦσιν ἐργωδῶς τοῖς μηδαμῶς οὖσιν διατεινομένους, καὶ οἷον ὁρμῶντας ταῖς ὕλαις, ἢ φεύγοντες. (7) Τὸ μὲν, δι' ἡδονήν· τὸ δὲ, δι' ὀδύνην τάττοντας. Τόν τε τρόπον τῆς ἐν ἡμῖν ὑπάρξεως αὐτῶν, καὶ τῆς πολυπλόκου καὶ διαφόρου κατὰ τὸν ὕπνον αὐτῶν ἐν ὀνείροις φαντασίας· καὶ εἰ ἔν τινι μέρει καθείργνυνται τῆς ψυχῆς, ἢ τοῦ σώματος· ἢ ἐν ὅλῃ τῇ ψυχῇ, καὶ ἐν ὅλῳ τῷ σώματι· καὶ εἰ ἐντὸς ὄντες, διὰ τῶν ψυχικῶν παθῶν τὰ ἐκτὸς ἐπισπᾶσθαι πείθουσι τὴν ψυχὴν διὰ μέσου τοῦ σώματος, καὶ πλανῶσι, τῆς αἰσθήσεως μόνης ὅλην γενέσθαι, ὧν κατὰ φύσιν οἰκείων ἀφεμένην· ἢ ἐκτὸς ὄντες, διὰ τῆς ἔξωθεν ἐπαφῆς τοῦ σώματος, τὴν ἀόρατον ψυχὴν πρὸς τὰ ὑλικὰ σχηματίζουσιν, σύνθετον αὐτῇ μορφὴν ἐπιτιθέντες, τῆς ἀναλειφθείσης [Fr. ἀναληφθείσης] κατὰ τὴν φαντασίαν ὕλης τὸ εἶδος, προσπλάττοντες· καὶ εἰ τάξις ἐστὶν ἐν αὐτοῖς, καὶ εἰρμὸς κακούργως ἐπινενοημένος, διὰ τῶνδε τῶν παθῶν πρότερον ἀπόπειραν λαβεῖν τῆς ψυχῆς, καὶ οὕτως διὰ τῶν ἄλλων ἀκολούθως αὐτῇ μάχεσθαι· καὶ τίνες τίνων προηγοῦνται, τίνες τε τίσιν συνέπονται πάλιν, ἢ παρέπονται, ἢ φύρδην ἀτάκτως, ὡς ἔτυχεν, δι' οἷων δήποτε παθῶν τὴν ψυχὴν ἐκταράττουσιν· καὶ εἰ προνοίας δίχα τὰ τοιαῦτα πάσχειν ὑπ' αὐτῶν ἡ ψυχὴ συγχωρεῖται, ἢ κατὰ πρόνοιαν· καὶ τίς ὁ τῆς προνοίας ἐφ' ἑκάστῳ πάθει τῆς ἐγκαταλείψεως τῆς ψυχῆς λόγος· τίς τε τῆς ἑκάστου τῶν ἀπηριθμημένων παθῶν ἀνατρέσεως ὁ τρόπος· καὶ ποίοις ἔργοις,

pro cujusque virtutis ac scientiæ qualitate, promicans, ac per alios aliis conspicuus evadens. Nusquam enim unius angustiis circumscribitur : ac, qua nativa infinitate pollet, una in mente concludi, haud patitur.

Quia vero de affectibus ac passionibus nobis moleste ingruentibus primum dicere præcepistis ; quotnam scilicet ac quales sint ; ex quo item principio originem trahant, ac in quem finem per ipsorum medium proprium incurrant. Qua ex animi facultate aut corporis membro affectus singuli enascentes, ad seipsos inaspecta ratione, animum intelligentem informent, instarque tinturæ totam vitiosis cogitationibus peccati illecebra miseram inficientes animam, corpus afficiant : cujusque item vim appellationis et efficaciam ; occasiones etiam et prætextus ; quosque per illos impuri dæmones dolos struant : invisibiles congressiones et simulationes ; ac quemadmodum ex aliis alia occulte obtrudant, exque aliis ad alia probabili fraude imprudentes inducant. Horum subtilia, parva, magna, mole grandia : remissiores conatus ac acriores : abactiones incursionesque ; sese subducentium astus, atque refugas cautiones ; morasque, ac velut obsidentium specie celeriora tardioraque molimina : velutque pro tribunali cum animo causæ defensiones : quæque hinc animo tenus feruntur sententiæ ; conspicuas clades aut victorias ; quæ in singulis affectio ac dispositio ; quam ob causam uni animæ plures affectus sinantur admovere, idque vel sua ipsorum, vel cum aliis communicata opera. Qua ratione una secum, nulla temporis mora, suas sibi inferant materias, quarum illecebris acerbam illam in nos occulte pugnam instaurant ; qui nimirum velut rebus coram positis, cum illæ nusquam adsint, labore fatigemur, ac tum appetamus materias, tum eas fugiamus : quorum alterum voluptatis ergo patimur, alterum a dolore molestiaque proficiscitur : modum item quo illi in nobis sunt ; implexæque ac variæ illius imaginum figurationis, quam in somnis et per soporem efficiunt ; ac, num animi, vel corporis parte aliqua coerceantur, vel in toto animo, totoque resideant corpore : num intus exsistentes, per animi affectus, ut ea quæ foris sunt medio corpore sibi ille attrahat, auctores sint ; an, cum foris obsideant, exteriori corporis tactu, animum, qui aspectari nequit, rerum in materia figuris imbuant, compositamque formam ei adhibeant ; ejus scilicet terrenæ rei speciem ei affingentes, quæ in facultatem animi cogitantem assumpta est (id est, in imaginationem) : num etiam ordo quidam rataque agendi series illis maligne excogitata, ut aliis prius affectibus atque vitiis tentent animum, tumque aliorum ascito cuneo, cum eo deinceps pugnam conserant : quinam etiam alii aliis præcant, ac quinam rursus sequantur, vel iis comites hæreant ; an promiscue nullo ordine velutque casu quibusvis affectibus interturbent animum, atque illi ingruant. Num item, citra

Digitized by Google

providentiam talia ab eis animus pati sinatur; an vero ex ejus hæc accidant rationibus. Quæ etiam in singulis affectibus atque vitiis derelictionis animi providentiæ ratio : quis modus evertendi quodque ex enumeratis vitiis et affectibus : quibus operibus, rationibus, cogitationibus animus his liberandus sit ; ac quibus ille, conscientiæ sordes sit discussurus : cui vitio quam virtutem opponens, fuso fugatoque nequissimo dæmone, victoria sit potiturus, ipso vitiosi affectus ac libidinis motu, una penitus exciso : qua futurum ratione ut a vitiis liberatus, quæ sibi propria sunt et ex natura, rite dispiciat ; quibus item rationibus, modisque ac moribus, naturalis rationis vi, nihil libidinosas vitioque hærentes rerum in sensum cadentium erga sensus habitudines sibi asciscens atque vindicans, formabit ut sibi in virtutes cedant, haud secus ac ipse prius, iis libidinosis vitioque hærentibus ad peccatum informabatur. Quo item modo his rursum liberatus rerum conditarum rationes, naturalis in spiritu contemplationis vi ; **6** sensilibus in eis symbolis exsolutus, ex scientiæ ratione collecturus sit : qua etiam ratione his quoque rursus superatis, spiritalia attingens, pura jam mente ab eo cogitatu qui sensuum officio præstatur, simplices notiones acceptarus sit ; eaque demum, quæ cuncta sibi ipsa mutuo secundum primariam sapientiæ rationem nectit, simplici imbuendus scientia : quam adeptus, velut iis quæ sunt omnibus superatis, cum genuinis exque eorum ratione cogitatibus atque sensibus, omni prorsus, ipsaque adeo propria intelligendi solutus facultate, omni superiorem cogitatu ac intellectu unionem cum ipso Deo patiatur ; vi cujus, qua nemo verbis explicet ratione, ejus quæ vere est, sementis instar, veritatis doctrinam accipiens, haud ultra in peccatum mutandus sit : cum jam nullus diabolo locus superet, ut ad vitium malumque, ejus ignoratione quod est vere bonum ac cuncta ornat, quæ illius gaudere commercio possunt, probabili fuco larvaque seductos illiciat.

Quando igitur horum, rerumque ejusmodi rationes modosque exquisiistis, eorumque causas edito commentario me exponere jussistis *; tantisper hactenus in suspenso maneat, his de rebus habenda tractatio, quandoque favente Numine, ac per aliam opportunius exsequenda occasionem, operiosiusque ad examen vocanda; dum prorsus vim talem compunctionis animo sensero, quæ et ingens istud altumque pelagus tentare sustineat. Non enim fateri pudet, necdum me pene insolubiles impurorum dæmonum fallacias artesque pernovisse, quippe cui terrenorum pulvis mentis oculis objectus caliginem obducat, nec rerum conditarum naturam atque indolem clare contueri sinat; eaque a rerum cœtu segregare, quæ res apparent, unumque id munii habent, ut sensum ratione carentem deludant. Ejuscemodi enim scrutari ac eloqui, eorum procul dubio duntaxat partium sit, qui contemplationis cultu valde provecti ac mente sublimes sint; multaque experientia quæ honesta sunt, et quæ non ejusmodi, dignoverint : quodque adeo cunctis præ-

ἢ λόγοις, ἢ λογισμοῖς ἡ ψυχὴ τούτων ἐλευθεροῦται, καὶ τῆς συνειδήσεως τὸν μολυσμὸν ἐκτινάσσεται· ποίῳ δὲ πάθει ποίαν ἀρετὴν ἀντιθεῖσα νικήσει, τὸν πονηρὸν φυγαδεύσασα δαίμονα, συναφανίσασα παντελῶς αὐτῷ καὶ αὐτὴν τοῦ πάθους κίνησιν· καὶ πῶς μετὰ τὴν τῶν παθῶν ἀπαλλαγὴν, τὰ οἰκεῖα καλῶς διασκοπῆσαι δυνήσεται· καὶ διὰ ποίων λόγων ἢ τρόπων τὰς ἀπαθεῖς τῶν αἰσθητῶν πρὸς τὰς αἰσθήσεις οἰκειωσαμένη (8) διὰ τοῦ κατὰ φύσιν λόγου σχέσεις, μορφώσει πρὸς ἀρετὰς, ὡς διὰ τῶν παθῶν αὐτὴ πρότερον ἐμορφοῦτο πρὸς ἁμαρτίαν· καὶ πῶς τὴν καλλὴν ποιήσεται δὴ δεόντως ἀντιστροφὴν, τοῖς δι' ὧν τὸ πρὶν ἐπλημμέλει, χρωμένη πρὸς γένεσιν ἀρετῶν καὶ ὑπόστασιν· πῶς δὲ τούτων πάλιν ἀπαλλαγεῖσα τῶν σχέσεων, (9) τοὺς τῶν γεγονότων λόγους διὰ τῆς ἐν πνεύματι φυσικῆς θεωρίας, ἀφέτους τῶν ἐν αὐτοῖς αἰσθητῶν συμβόλων γενομένους, ἐπιστημονικῶς ἀναλέξεται· πῶς τε αὖ μετὰ τούτους πάλιν τοῖς νοητοῖς προσβαλοῦσα, καθαρῷ τῆς ἐπ' αἰσθήσεσιν διανοίας γενομένῳ τῷ νῷ, τὰς ἁπλᾶς δέξεται νοήσεις, καὶ τὴν τὰ πάντα συνδέουσαν ἀλλήλοις κατὰ τὸν ἀρχικὸν τῆς σοφίας λόγον, ἁπλῆν ἀναλήψεται γνῶσιν· μεθ' ἣν, ὡς πάντα τὰ ὄντα περάσασα, μετὰ τῶν αὐτοῖς προσφυῶν νοημάτων, πάσης ὑπολελυμένη καθαρῶς, καὶ αὐτῆς πρὸς τὸ νοεῖν οἰκείας δυνάμεως, πρὸς αὐτὸν πάθῃ τὸν Θεὸν τὴν ὑπὲρ νόησιν ἕνωσιν· (10) καθ' ἣν ἀφράστως παρ' αὐτοῦ δεχομένη τῆς ὄντως ἀληθείας, σπέρματος δίκην, τὴν μάθησιν, πρὸς ἁμαρτίαν οὐκέτι τραπήσεται χώρας οὐκ οὔσης ἔτι τῷ διαβόλῳ πρὸς κακίαν αὐτὴν πιθανῶς ὑποσύρεσθαι, διὰ τὴν ἄγνοιαν τοῦ φύσει καλοῦ, καὶ πάντα τὰ μετέχειν αὐτοῦ δυνάμενα καλλωπίζοντος.

Ἐπειδὴ τούτων, καὶ τῶν τοιούτων ἐζητήσατε τοὺς λόγους καὶ τοὺς τρόπους, καὶ τὰς αἰτίας ἐγγράφως ὑμῖν καταθέσθαι, κελευόντων ὑμῶν, ἀναμενάτω μικρὸν τέως ὁ περὶ τούτων λόγος· ἂν διδῷ Θεὸς, ἐν ἄλλοις εὐκαιρότερον ἐξετασθησόμενος καὶ φιλοπονώτερον βασανισθησόμενος, εἴπερ ὅλως αἴσθωμαι δυνάμεως κατὰ νοῦν νυκτικῆς, καὶ τούτου τοῦ μεγάλου καὶ βαθέως κατατολμῆσαι πελάγους ἀνεχομένης· οὐ γὰρ αἰσχύνομαι λέγειν, ὡς οὐδέπω τὰς δυσεκλύτους ἔγνων τῶν ἀκαθάρτων δαιμόνων μεθοδείας τε καὶ τέχνας, ἅτε δὴ τὸν τῆς ὕλης κονιορτὸν ἔχων ἐπισκοτοῦντα τοῖς ὄμμασι τῆς ψυχῆς, (11) καὶ οὐκ ἐῶντα καθαρῶς θεωρῆσαι τὴν τῶν γεγονότων φύσιν· καὶ διακρῖναι τῶν ὄντων συλλόγου τὰ εἶναι δοκοῦντα, καὶ μόνην φενακίζοντα τὴν ἄλογον αἴσθησιν· ὅτι μόνων ὡς ἀληθῶς ἐστιν τὰ τοιαῦτα διερευνᾶσθαι καὶ εἰπεῖν, τῶν ἄγαν θεωρητικῶν καὶ ὑψηλῶν τὴν διάνοιαν· καὶ διὰ πείρας πολλῆς εἰληφότων, τήν τε τῶν καλῶν καὶ μὴ τοιούτων διάγνωσιν· καὶ τὸ δὴ τῶν ἄλλων ἁπάντων κρεῖττον καὶ τιμιώτερον, τὴν πρὸς τὸ νοεῖν τε καλῶς, καὶ λέγειν σαφῶς τὰ νοηθέντα

* Non liquet hæcne tanta de virtutibus et vitiis peculiari tractatu Maximus exsecutus sit.

Digitized by Google

παρὰ τοῦ Θεοῦ δεξαμένων χάριν καὶ δύναμιν· πλὴν ὡς ἂν μὴ παντελῶς ἀπαραμύθητος κατὰ τὴν παροῦσαν ὑπόθεσιν ὁ περὶ τούτων λόγος καταλειφθῇ, μικρὰ περὶ τῆς γενέσεως τῶν παθῶν εἰπὼν, καὶ ὅσον παραδεῖξαι τοῖς καθ' ὑμᾶς γνωστικοῖς τὸ τέλος ἐκ τῆς ἀρχῆς, τῶν ἐφ' ἑξῆς ἀκολούθως ποιοῦμαι κεφαλαίων τὴν ἐξήγησιν.

A stantius est ac nobilius, hoc a Deo munus ac facultatem consecuti sint, ut et probe intelligere, et intellecta clare verbis efferre sufficiant. Cæterum ne prorsus intacta nihilque delibata, quæ de his rebus est, doctrina, in hac lucubratione remaneat, ubi pauca de vitiorum affectuumque origine dixero, ac quantum satis 7 videatur ut vos atque vobis similes viri spiritales ex principio finem percipiatis, capitum deinceps sequentium expositionem aggrediar.

Ὅρος κακοῦ.

Τὸ κακὸν οὔτε ἦν, οὔτε ἔσται κατ' οἰκείαν φύσιν ὑφεστώς· οὔτε γὰρ ἔχει καθ' ὁτιοῦν οὐσίαν, ἢ φύσιν, ἢ ὑπόστασιν, ἢ δύναμιν, ἢ ἐνέργειαν ἐν τοῖς οὖσιν· οὔτε ποιότης ἐστὶν, οὔτε ποσότης, οὔτε σχέσις, οὔτε τόπος. οὔτε χρόνος, οὔτε θέσις, οὔτε ποίησις, οὔτε B κίνησις, οὔτε ἕξις, οὔτε πάθος, φυσικῶς τινι τῶν ὄντων ἐνθεωρούμενον, οὔτε μὴν ἐν τούτοις πᾶσιν τὸ παράπαν κατ' οἰκείωσιν φυσικὴν ὑφέστηκεν· οὔτε ἀρχὴ, οὔτε μεσότης, οὔτε τέλος ἐστίν· ἀλλ' ἵνα ὡς ἐν ὅρῳ περιλαβὼν εἴπω, τὸ κακὸν τῆς πρὸς τὸ τέλος τῶν ἐγκειμένων τῇ φύσει δυνάμεων ἐνεργείας ἐστὶν ἔλλειψις, καὶ ἄλλο καθάπαξ οὐδέν· ἢ πάλιν, τὸ κακὸν, τῶν φυσικῶν δυνάμεων κατ' ἐσφαλμένην κρίσιν ἐπὶν, ἐπ' ἄλλο παρὰ τὸ τέλος ἀλόγιστος κίνησις· τέλος δέ φημι, τὴν τῶν ὄντων αἰτίαν, ἧς φυσικῶς ἐφίεται πάντα, κἂν εἰ τὰ μάλιστα τὸν φθόνον εὐνοίας πλάσματι καλύψας ὁ πονηρὸς, πρὸς ἄλλο τι τῶν ὄντων παρὰ τὴν αἰτίαν κινῆσαι τὴν ἔφεσιν παραπείσας δόλῳ τὸν ἄνθρωπον, τὴν τῆς αἰτίας ἐδημιούργησεν ἄγνοιαν. C

Mali definitio.

Malum neque erat, neque secundum suam naturam vere unquam exsistens erit : nam neque ullo modo in rebus essentiam, habet, aut naturam, aut substantiam seu subsistentiam, aut potentiam, aut operationem : neque qualitas est, neque quantitas, nec relatio, nec locus, nec tempus, nec situs, nec actio, nec motus, nec habitus, nec passio seu affectio, quæ ex natura alicui inesse intelligatur : at neque in his prorsus omnibus naturali ulla necessitudine vere exsistit; neque principium, neque medium, neque finis est * ; sed ut velut definiendo complexus dicam : Malum, facultatum est, quæ natura insunt, operationis a fine defectio, nec præterea omnino quidquam aliud. Aut rursum : Malum est naturalium facultatum errante judicio inconsideratus motus, in aliud quam in finem tendens. Finem autem dico, ipsum rerum auctorem, quem naturaliter omnia appetunt, quanquam maxime ficta benevolentiæ specie nequissimus livorem obtegens, dum hominem dolo inducit, ut alio quam in auctorem desiderio moveatur, ignorandi auctoris illi auctor effectus est.

Τῆς οὖν πρὸς τὸ τέλος ἐνεργείας τῶν κατὰ φύσιν ἐνιάμεων ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ἐλλείψας τὴν κίνησιν, τὴν τῆς οἰκείας αἰτίας ἐνόσησεν ἄγνοιαν· ἐκεῖνον γὰρ εἶναι Θεὸν, διὰ τῆς συμβουλῆς τοῦ ὄφεως, ὑπερ ἔχειν ἀπόμοτον ὁ τῆς θείας ἐντολῆς διετάξατο λόγος. Οὕτω δὲ παραβάτης γενόμενος, καὶ τὸν Θεὸν ἀποβὰς, πρὸς ὅλην τὴν αἴσθησιν, ὅλην ἀπριξ ἀναμίξας τὴν νοερὰν δύναμιν (13), τὴν σύνθετον καὶ ὁλέθριον πρὸς πάθος ἐνεργουμένην τῶν αἰσθητῶν ἐπεσπάσατο γνῶσιν, καὶ παρεσυνεβλήθη τοῖς κτήνεσιν τὰ ἀνόητοις, καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς, τὰ αὐτὰ αὐτοῖς ἐστὶ πάντα τρόπον καὶ ἐνεργῶν καὶ ζητῶν καὶ βουλόμενος καὶ πλέον εἰς ἀλογίαν ἔχων, τοῦ κατὰ φύσιν λόγου πρὸς τὸ παρὰ φύσιν τὴν ἄμειψιν. Ὅσον οὖν κατὰ μόνην τὴν αἴσθησιν, τῆς τῶν ὁρωμένων ἐπεμελεῖτο γνώστεως ὁ ἄνθρωπος, τοσοῦτον ἐπέσφιγγεν ἑαυτῷ τοῦ Θεοῦ τὴν ἄγνοιαν· ὅσον δὲ ταύτης τῆς ἀγνοίας συνέσφιγγε τὸν δεσμὸν, τοσοῦτο τῆς πείρας ἀντείχετο τῆς τῶν γνωσθέντων ὑλικῶν αἰσθητικῆς ἀπολαύσεως· ὅσον δὲ ταύτης ἐνεφορεῖτο, τοσοῦτον τῆς ἐκ ταύτης γεννωμένης φιλαυτίας ἐξῆπτε τὸν ἔρωτα· ὅπον δὲ πεφροντισμένως περιεποιεῖτο τῆς φιλαυτίας τὸν ἔρωτα, τοσοῦτον τῆς ἡδονῆς, ὡς τῆς φιλαυτίας οὔσης καὶ γεννήματος καὶ τέλους, πολλοὺς ἐπενόει τρόπους συστάσεως. Καὶ ἐπειδὴ πᾶσα κακία πέφυκε τοῖς συνιστῶσιν αὐτὴν συμφθείρεσθαι τρό- D

* Ubi igitur primum hominem, naturalium facultatum in finem motus defecerat, auctoris sui ignorantia laboravit : ipsum, serpentis consilio, ratus Deum esse, quem divina lex perduellem hostemque habendum præceperat. Sic igitur transgressionis reus effectus, Deique ignorantia laborans, toti sensui totam mordicus intelligendi vim permiscendo, compositam illam noxiamque libidinum usu infectam rerum in sensum cadentium notitiam invexit : *Comparatusque est jumentis insipientibus, et similis factus est illis* * ; eadem prorsus ac illa agens, quærensque ac expetens : majori denique hæc insipientia superans, quod quæ ex natura est, rationem, in id quod est contra naturam, illique adversum, mutaverit. Quantum igitur homo sola sensus agitatione, rerum in aspectum cadentium noscendarum sollicitus erat, tantum Dei sibi ignorantiam arctius astringebat. Quantum vero ejusce ignorantiæ astringebat vinculum, tantum cognitarum rerum terrenarum experiundæ sensu delectationi ac voluptati studebat; quantoque se ea licentius 8 ingurgitabat, tantum cæcæ libidinis (φιλαυτίαν vocant) quæ ejus soboles est, amorem incendebat; quantoque sollicitius cæcæ libidinis amorem hunc confovebat, tanto plures conflandæ voluptatis modos excogitabat, quæ ejus et proles et finis est.

* Psal. xlviii, 13

* Sic fere Dionysius cap. *De malo* : quem libens assectatur Maximus.

Digitized by Google

Quodque malum omne comparatum habet, ut cum iis quibus conflatur modis, una ipsum intereat; cum rei ipso periculo intelligeret omni voluptati omnino dolorem succedere, in voluptatem quidem, omnem animi aggressionem; adversus autem dolorem, fugam omnem instruxerat; pro altera quidem, omni virtute pugnans, adversus autem alterum, omni studio decertans: foro scilicet ratus, ut (quod nunquam contingat) sagaciori hæc solertia a se mutuo dispungeret; atque libido (cæcus ille carnis amor, φιλαυτία) solam voluptatem omnis prorsus doloris sensus expertem conjunctam haberet; ignorans scilicet ex animi perturbatione ejusque caligantis vitio ac labe, nunquam fieri posse, quin dolor sit voluptati comes. Est enim voluptati contemperatus doloris labor, etsi quibus inest, latere videatur, ob voluptatis ex libidine animique perturbatione victoriam. Quod enim vincit ac prævalet sic semper cluere solet, ut ejus quod e vicino est atque adjacet, sensum obtundat atque occultet.

ποις· εὑρίσκων δι' αὐτῆς τῆς πείρας, πάσης ἡδονῆς εἶναι πάντως τὴν ὀδύνην διάδοχον, πρὸς μὲν τὴν ἡδονὴν, τὴν ὅλην ἔσχεν ὁρμήν· πρὸς δὲ τὴν ὀδύνην, τὴν ὅλην ἀποφυγήν· τῆς μὲν, κατὰ πᾶσαν ὑπεραγωνιζόμενος δύναμιν, τὴν δὲ, κατὰ πᾶσαν σπουδὴν καταγωνιζόμενος· οἰόμενος, ὅπερ ἀμήχανον ἦν, διὰ τῆς τοιαύτης μεθοδείας, ἀλλήλων ταύτας διαστῆσαι, καὶ μόνην τὴν ἡδονὴν συνημμένην τὴν φιλαυτίαν ἔχειν, παντελῶς ὀδύνης ἀπείραστον· ἀγνοήσας ὑπὸ τοῦ πάθους, ὡς ἔοικεν, ὡς οὐκ ἐνδέχεταί ποτε χωρὶς ὀδύνης εἶναι τὴν ἡδονήν. Ἐγκέκραται γὰρ τῇ ἡδονῇ τῆς ὀδύνης ὁ πόνος, κἂν λανθάνειν δοκεῖ τοὺς ἔχοντας διὰ τὴν κατὰ τὸ πάθος τῆς ἡδονῆς ἐπικράτειαν· ἐπειδὴ τὸ ἐπικρατοῦν ἀεὶ διαφαίνεσθαι πέφυκεν, καλύπτον τοῦ παρακειμένου τὴν αἴσθησιν.

Hinc ingens illa numeroque superior in humanam vitam obrepsit, affectuum seu vitiorum turba. Hinc longe lamentabilis nobis vita obvenit, quæ sui ipsa interitus causas colat, impudensque corruptionis sibi segetem ac fomenta, solers eorum inventrix, asciscat. Hinc natura, ipsa una exsistens, in innumeras partes dissecta; ac qui ejusdem simus consortes naturæ, ipsi alii alios ferarum more ac reptilium nosmet consumimus. Qui enim ex cæca illa libidine voluptatem consectemur, ob eandemque rursus causam dolorem omni conatu cavere studeamus, exitiosorum affectuum ac vitiorum infinitam nobis segetem adinvenimus; puta, si per voluptatem cæcæ libidini (amori scilicet carnali) damus operam, gulositatem progignimus, superbiam, inanem gloriam, tumorem, avaritiam, rapacitatem, violentiam, audaciam, arrogantiam, contumaciam, insaniam, jactantiam, elationem, contemptum, injuriarum procaciam, profanos mores atque impuros, scurrilitatem, prodigalitatem, luxuriam, insolentiam, animi fastum, mollitiem ac inertiam, injuriam, subsannationem, loquacitatem, importune turpiaque fandi licentiam, ac si qua alia ejus generis sunt. Sin autem potius cæca libido φιλαντία carnalis amor) dolore violatur, iram gignimus, invidiam, odium, inimicitias, simultates, convitia; detractionem, calumniam, mœrorem, desperationem, diffidentiam, Providentiæ vituperationem, tædium, negligentiam, animi mœstitudinem, languorem animi, pusillanimitatem, luctum importunum, fletum, vultuositatem, ejulatus, livorem, æmulationem, æmuli animi provocationem, ac si qua alia ad eam spectant affectionem, quam voluptatis adminicula ac causæ deficiant. Ex eis denique doloris ac voluptatis commistione, quæ ex aliis causis (nempe ex improbitate, τῆς μοχθηρίας, sic enim quidam compositionem ex contrariis malorum partibus vocant) consurgit, simulationem parimus, irrisionem, dolum, dissimulationem, adulationem, assentationem, ac si qua alia mista illaudabilis solertiæ commenta exsistunt. Ut enim cuncta in præ-

Ἐντεῦθεν ὁ πολὺς ὄχλος, τῶν παθῶν καὶ ἀναρίθμητος εἰσεφθάρη τῷ βίῳ τῶν ἀνθρώπων. Ἐντεῦθεν πολυστένακτος γέγονεν ἡμῖν ἡ ζωὴ, τῆς οἰκείας ἀναιρέσεως τιμῶσα τὰς ἀφορμὰς, καὶ τῆς φθορᾶς τὰς προφάσεις ἑαυτῇ διὰ τὴν ἄγνοιαν ἐξευρίσκουσά τε καὶ περιέπουσα. Ἐντεῦθεν ἡ μία φύσις, εἰς μυρία κατεμερίσθη τιμήματα· καὶ οἱ τῆς αὐτῆς φύσεως, ἀλλήλων ἐσμὲν δίκην ἑρπετῶν θηρίων παραναλώματα. Ἡδονῆς γὰρ διὰ τὴν φιλαυτίαν ἀντιποιούμενοι, καὶ ὀδύνην διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν πάλιν φεύγειν σπουδάζοντες, τὰς ἀμυθήτους τῶν φθοροποιῶν παθῶν ἐπινοοῦμεν γενέσεις· οἷον, εἰ μὲν δι' ἡδονῆς τῆς φιλαυτίας φροντίζομεν, γεννῶμεν τὴν γαστριμαργίαν, τὴν ὑπερηφανίαν, τὴν κενοδοξίαν, τὴν φυσίωσιν, τὴν φιλαργυρίαν, τὴν πλεονεξίαν, τὴν τυραννίδα, τὸν γαῦρον, τὴν ἀλαζονείαν, τὴν ἀπόνοιαν, τὴν μανίαν, τὴν οἴησιν, τὸν τῦφον, τὴν καταφρόνησιν, τὴν ὕβριν, τὸ βέβηλον, τὸ εὐτράπελον, τὴν ἀσωτείαν, τὴν ἀκολασίαν, τὴν περπερείαν, τὸν μετεωρισμὸν, τὴν βλακείαν, τὸν αἰκισμὸν, τὸν ἐκμυκτηρισμὸν, τὴν πολυλογίαν, τὴν ἀκαιρολογίαν, τὴν αἰσχρολογίαν, καὶ ὅσα ἄλλα τοιούτου γένους ἐστὶν· εἰ δὲ μᾶλλον δι' ὀδύνης ὁ τῆς φιλαυτίας αἰκίζεται τρόπος, γεννῶμεν τὸν θυμὸν, τὸν φθόνον, τὸ μῖσος, τὴν ἔχθραν, τὴν μνησικακίαν, τὴν λοιδορίαν, τὴν καταλαλιὰν, τὴν συκοφαντίαν, τὴν λύπην, τὴν ἀνελπιστίαν, τὴν ἀπόγνωσιν, τὴν τῆς προνοίας διαβολὴν, τὴν ἀκηδίαν, τὴν ὀλιγωρίαν, τὴν ἀθυμίαν, τὴν δυσθυμίαν, τὴν ὀλιγοψυχίαν, τὸ ἄκαιρον πένθος, τὸν κλαυθμὸν, τὴν κατήφειαν, τὸν ὀλοφυρμὸν, τὸν ζῆλον, τὴν ζηλοτυπίαν, τὴν παραζήλωσιν, καὶ ὅσα ἄλλα τῆς τῶν καθ' ἡδονὴν ἀφορμῶν ἐστερημένης ἐστὶν διαθέσεως. Ἐκ δὲ τῆς γινομένης δι' ἄλλας τινὰς αἰτίας καθ' ἡδονὴν [Fr. καὶ ὀδύνην] ὀδύνης μίξεως ἤγουν μοχθηρίας· οὕτω γὰρ καλοῦσι τινὲς τὴν ἐκ τῶν ἐναντίων μερῶν τῆς κακίας σύνθεσιν, γεννῶμεν τὴν ὑπόκρισιν, τὴν εἰρωνείαν, τὸν δόλον, τὴν προσποίησιν, τὴν κολακείαν, τὴν ἀνθρωπαρεσκίαν, καὶ ὅσα ἄλλα τῆς μικτῆς εἶσι πανουργίας ἐπινοήματα [Phot. al. ἐπινοσήματα]. Πάντα γὰρ ἀπαριθμεῖσθαι τανῦν, καὶ λέγειν μετὰ τῶν οἰκείων σχημάτων τε, καὶ τρόπων, καὶ αἰτιῶν, καὶ καιρῶν,

Digitized by Google

οὐκ ἀνεκτόν· τῆς ἐπ' αὐτοῖς ἐξετάσεως Θεοῦ χαριζομένου δύναμιν, κατ' ἰδίαν ὑπόθεσιν ἐρευνηθησομένης.

A sentiarum numerentur, ac cum propriis cujusque modis et causis ac momentis referantur. locus haud patitur; faturumque est, Deo vires largiente, ut propria hæc quandoque commentatione discutiamus.

Ὅρος ἄλλος κακίας.

Τὸ τοίνυν κακόν ἐστιν, ὡς προέφην, ἡ ἄγνοια τῆς ἀγαθῆς τῶν ὄντων αἰτίας· ἥτις τὸν μὲν νοῦν πηρώσασα τὸν ἀνθρώπινον, τὴν αἴσθησιν δὲ τρανῶς διανοίξασα, τῆς μὲν θείας γνώσεως παντελῶς αὐτὸν ἀπεξένωσεν· τῆς δὲ τῶν αἰσθητῶν ἐμπαθοῦς ἐπλήρωσε γνώσεως· ἧς πρὸς μόνην τὴν αἴσθησιν ἀνέδην μεταλαμβάνων κτηνῶν ἀλόγων δίκην ὁ ἄνθρωπος, καὶ εὑρὼν διὰ τῆς πείρας τῆς φαινομένης αὐτοῦ σωματικῆς φύσεως συστατικὴν τῶν αἰσθητῶν τὴν μετάληψιν, εἰκότως οἷα τοῦ νοητοῦ κάλλους ἤδη τῆς θείας ὡραιότατος διαμαρτήσας, τὴν φαινομένην κτίσιν εἰς Θεὸν παρεγνώρισεν, διὰ τὴν αὐτῆς πρὸς σύστασιν σώματος χρείαν, θεοποιήσας· καὶ τὸ σῶμα τὸ ἴδιον οἰκείως ἔχον κατὰ φύσιν πρὸς τὴν νομισθεῖσαν εἶναι Θεὸν κτίσιν, κατὰ τὸ εἰκὸς ἠγάπησε, κατὰ πᾶσαν σπουδὴν, διὰ τῆς περὶ μόνον τὸ σῶμα φρονιδὸς τε καὶ ἐπιμελείας, λατρεύων τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα. Οὐ γὰρ ἄλλως δύναταί τις λατρεύειν τῇ κτίσει, μὴ τὸ σῶμα περιποιούμενος· ὅπερ οὐδὲ τῷ Θεῷ τις λατρεύειν, μὴ τὴν ψυχὴν τοῖς ἀρεταῖς ἐκκαθαίρων. Καθ' ὃ σῶμα τὴν φθοροποιὸν ἐπιτελῶν λατρείαν ὁ ἄνθρωπος, καὶ καθ' ἑαυτοῦ γενόμενος φίλαυτος, ἡδονὴν εἶχεν ἀπαύστως, καὶ ὀδύνην ἐνεργουμένην· ἐσθίων ἀεὶ τοῦ ξύλου [Al. τὸ ξύλον] τῆς παρακοῆς, τοῦ καλοῦ τε καὶ κακοῦ κατ' αὐτὸν μεμιγμένην κατὰ τὴν αἴσθησιν διὰ τῆς πείρας ἔχων τὴν οἴησιν [Fr. γνῶσιν].

Alia mali definitio.

Est igitur malum, ut paulo a me superius dictum est, boni rerum auctoris ignorantia. Hæc nimirum, cæcitate humanæ menti illata, ac clare sensus apertis oculis, a divina scientia prorsus effectum extraneum, libidinosa rerum in sensum cadentium cognitione replevit; quam temere ac licenter brutarum animantium more, homo præsumens ac percipiens, compertoque rerum ipso experimento, oculis subjectam ejus corpoream naturam, rerum in sensum cadentium perceptione, indultaque corum copia confoveri, merito velut jam spiritalis decoris divinæ pulchritudinis facta jactura, creaturam oculis conspicuam. Deum sibi errore confinxit, eo nomine divinis honoribus consecrans, quod sic illa ad corporis incolumitatem conferret; corpusque suum, qua illud naturali necessitudine cum creatura sic Numen existimata conjunctum est, omni merito studio dilexit, impensiori in unum illud cura ac diligentia creaturæ serviens magis quam Creatori [a]. Neque enim aliter fieri potest ut quis creaturæ serviat, nisi quia corpori ejusque cultui addictior est; uti neque Deo servire quis potest, quin 10 virtutibus animum emundet. Quo corpore, exitiosam homo exhibens servitutem, inque seipsum factus sui ac carnis amans, voluptatis dolorisque incessanter vigentem sensum habebat; prævaricationis semper ligno vescens; nempe boni ac mali simul conjunctam secundum sensum per experientiam cognitionem habens.

Καὶ τάχα ξύλον εἶναι γνωστὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ τὴν φαινομένην κτίσιν εἰπών τις, οὐχ ἁμαρτήσει τῆς ἀληθείας· ἡδονῆς γὰρ καὶ ὀδύνης ποιητικὴν ἔχει φυσικῶς τὴν μετάληψιν.

Ac forte qui dicat, lignum scientiæ boni et mali creaturam esse oculis conspicuam, haud a vero aberraverit. Sic enim illi natura comparatum, ut sui usu et perceptione, voluptatis dolorisque auctor exsistat.

Ἢ πάλιν· ἐπειδὴ καὶ λόγους ἔχει πνευματικοὺς τῶν ὁρωμένων ἡ κτίσις (14), καὶ νοῦν διατρέφοντας· καὶ δύναμιν πάλιν φυσικὴν, τὴν μὲν αἴσθησιν τέρπουσαν· τὸν δὲ νοῦν διαστρέφουσαν, ξύλον γνωστὸν καλοῦ τε καὶ κακοῦ προσηγορεύθη· τοῦ καλοῦ μὲν ἔχουσα γνῶσιν θεωρουμένη πνευματικῶς· τοῦ κακοῦ δὲ, λαμβανομένη σωματικῶς. Παθῶν γὰρ γίνεται διδάσκαλος τοῖς σωματικῶς αὐτῆς μεταλαμβάνουσιν, ὧν θείων αὐτοῖς λήθην ἐπάγουσα· διὸ τῷ ἀνθρώπῳ νυχὸν ἀπηγόρευσεν, ἀναβαλλόμενος αὐτῆς τέως τὴν μετάληψιν ὁ Θεὸς, ἵνα πρότερον, ὡς ἦν μάλιστα δίκαιον, διὰ τῆς ἐν χάριτι μετοχῆς τὴν οἰκείαν ἐπιγνοῖς αἰτίαν, καὶ τὴν δοθεῖσαν κατὰ χάριν ἀθανασίαν διὰ τῆς τοιαύτης μεταλήψεως πρὸς ἀπάθειαν στομώσας καὶ ἀτρεψίαν, ὡς θεὸς ἤδη τῇ θεώσει γενόμενος, ἀβλαβῶς ἐπ' ἀδείας μετὰ Θεοῦ τὰ τοῦ Θεοῦ κοσμήσηται κτίσματα, καὶ τὴν αὐτῶν ἀναλήψηται

D

Aut rursus, quod et rebus in aspectum cadentibus spiritales rationes animumque pascentes non desunt; visque rursum naturalis, sensum recreans, quæ tamen ipsa mentem pervertat: lignum scientiæ boni et mali appellatum hoc creatorum genus; boni scientia gaudens, quatenus spiritaliter consideratur; mali vero, quatenus corporali ratione sumitur. Efficitur enim corporalis creatura vitiorum magistra [b], his, qui corporali ratione percipiunt, divinorum eis oblivionem inducens. Hinc neque forsitan Deus ejus esu homini interdixerit: hactenus differens ejus sumptionem; quo scilicet prius, uti maxime æquitas poscebat, perceptione illa quæ per gratiam est, proprio auctore agnito, ac ubi concessam divino munere immortalitatem ejusce medi perceptione ad imperturbationem tranquillique animi constantiam durasset; uti jam deus deificatione

[a] Rom. 1, 25

[b] Ita Gregorius Theologus in Christi Natalem, et de Paschate, etc.

Digitized by Google

effectus, innoxie atque libere Deo duce et auspice, creata a Deo dispiceret, eorumque notitiam, ut deus, non ut homo, reciperet : qui nimirum eamdem atque Deus ipse, per gratiam, rerum cum sapientia certam scientiam, transmutatis in deitatem mente ac sensu, habiturus esset.

Sic igitur hoc loco lignum accipiendum est, ea scilicet spiritalis sensus ratione, quæ cunctis commoda aptaque esse possit ; abstrusiori sensu potiorique iis servato, qui sunt animo celsiores ac perspicaciores, nobisque honoris causa silentio suppresso. Nunc porro ligni prævaricationis obiter atque aliud agens mentionem feci, ut ostenderem, Dei ignorantiam in causa fuisse ut creatura deificaretur : cujus palam cultus est, cæcus amor quo plus æquo homines corpori impenduntur : circa quam velut mista quædam cognitio versatur, voluptatis dolorisque pari sorte periculum : quorum amborum causa, malorum fæx omnis in 11 humanam vitam obrepsit ; variis utique diversisque modis, sicque difformiter, ut nemo dicendo assequi possit ; quatenus quisquis humanæ consors naturæ est, quali quantaque vi, erga partem sui conspicuam (id est, corpus) vivido fortique amore afficiatur : ejusmodi scilicet, ut servili more, tum ob voluptatis cupidinem, tum ob molestiæ metum, complura vitiorum genera comminisci cogat, pro eo ac temporum rerumque momenta incidunt, ac talium mores patiuntur : eo scilicet, ut voluptatem sibi perpetuo contubernalem asciscant, prorsusque dolore intacti permaneant : id nimirum moliri docens, quod impossibile sit, nec ad destinatum unquam finem deduci possit. Cum enim omnis corporum natura corruptioni obnoxia sit, facileque dissipari possit, quantis quis modis eam confovere studet, ejus vim corrumpendæ validiorem facit : qui et nolens, timeat semper, cujus amore afficitur ; præterque mentem sine sensu per id quod amore prosequitur, id procuret foveatque, quod habetur, ab iis pendens quæ natura consistere non possunt : ac idcirco una cum iis quæ facile dissipantur, parique cum fluxis instabilitate nantem animi affectionem, aliam ex alia mutet ; qua prorsus animi cæcitate noscendæ veritatis laborat, ne suam quidem perditionem considerans.

Ab his autem omnibus malis liberatio, brevisque ad salutem via, vera est Dei cum agnitione dilectio, animique prorsus erga corpus ac mundum hunc ejurata amoris affectio ; qua, tum voluptatis cupidine, tum doloris ac molestiæ abjecta formidine, pessimo carnis amore liberamur, ad Creatoris evecti scientiam, bonumque ac laudabilem intelligentis animi, a corporum amore sejunctum, pravi illius vicis amorem adepti, Deo servire non cessamus ; qui per ipsum, ejusque munere semper confoveri ac sustentari quæramus. Hic enim verus Dei cultus est ac Deo vere acceptus, ut virtutum cultum diligentes, animo curam habeamus.

Qui igitur corporeæ voluptatis cupiditate non ducitur, nec quidquam dolorem timet, is tranquilli animi ac imperturbati effectus est : ac cum his ho-

A γνῶσιν ὡς θεὸς, ἀλλ' οὐκ ἄνθρωπος τὴν αὐτὴν ἔχων τῷ Θεῷ κατὰ χάριν τῶν ὄντων μετὰ σοφίας εἴδησιν, διὰ τὴν πρὸς θέωσιν τοῦ νοῦ καὶ τῆς αἰσθήσεως μεταποίησιν.

Οὕτω μὲν οὖν ἐνταῦθα ληπτέον περὶ τοῦ ξύλου, κατὰ τὴν πᾶσιν ἁρμόσαι δυναμένην ἀναγωγὴν, τοῦ μυστικωτέρου λόγου καὶ κρείττονος φυλαττομένου τοῖς μυστικοῖς τὴν διάνοιαν, καὶ παρ' ἡμῶν διὰ τῆς σιωπῆς τιμωμένου. Τοῦ ξύλου δὲ νῦν τῆς παρακοῆς ἐμνήσθην παροδικῶς, δεῖξαι θέλων ὡς ἡ περὶ Θεὸν ἄγνοια, τὴν κτίσιν ἐθεοποίησεν· ἧς ὑπάρχει λατρεία σαφὴς, ἡ κατὰ τὸ σῶμα τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων φιλαυτία· περὶ ἣν ἐστιν ὥσπερ τις μικτὴ γνῶσις, B ἡ τῆς ἡδονῆς πεῖρα καὶ τῆς ὀδύνης· δι' ἃς ἡ πᾶσα τῶν κακῶν ἐπεισήχθη τῷ βίῳ τῶν ἀνθρώπων ἴλυς, διαφόρως τε καὶ ποικίλως, καὶ ὡς οὐκ ἂν τις ἐφίκοιτο λόγος, πολυμόρφως συνισταμένη, καθόσον ἕκαστος τῶν τῆς ἀνθρωπίνης μετειλημμένων φύσεως, κατὰ τὸ ποσόν τε καὶ ποιὸν ἐν ἑαυτῷ ζῶσαν ἔχει καὶ πράττουσαν τὴν περὶ τὸ φαινόμενον αὐτοῦ μέρος· λέγω δὲ τὸ σῶμα, φιλίαν, ἀναγκάζουσαν αὐτὸν δουλοπρεπῶς, διά τε τὴν ἐπιθυμίαν τῆς ἡδονῆς, καὶ τὸν φόβον τῆς ὀδύνης, πολλὰς ἰδέας ἐπινοῆσαι παθῶν, καθὼς οἵ τε καιροὶ συμπίπτουσι καὶ τὰ πράγματα, καὶ ὁ τῶν τοιούτων ἐπιδέχεται τρόπος· ἐφ' ᾧ τὴν μὲν ἡδονὴν ἐλεῖν δυνηθῆναι διαπαντὸς πρὸς συμβίωσιν· τῆς ὀδύνης δὲ παντελῶς ἀνέπαφον διαμεῖναι, τὸ ἀμήχανον ἐπιτηδεύειν διδάσκουσαν, καὶ εἰς πέρας κατὰ C σκοπὸν ἐλθεῖν μὴ δυνάμενον. Φθαρτῆς γὰρ οὔσης τῆς ὅλης φύσεως τῶν σωμάτων καὶ σκεδαστῆς, ὅτι ὅσων τις ἐπιτηδεύει τρόπων ταύτην συστήσασθαι, τὴν αὐτῆς φθορὰν ἰσχυροτέραν μᾶλλον καθίστησιν· δεδοικὼς καὶ μὴ θέλων ἀεὶ τὸ στεργόμενον, καὶ παρὰ γνώμην περιέπων ἀνεπαισθήτως διὰ τοῦ στεργομένου τὸ μὴ στεργόμενον, ἐξηρτημένον τῶν φύσει στῆναι μὴ δυναμένων· καὶ διὰ τοῦτο συνεξαλλοιῶν τοῖς σκεδαστοῖς τῆς ψυχῆς τὴν διάθεσιν, συνδιανηχομένην ἀστάτως τοῖς ῥέουσιν, καὶ τὴν οἰκείαν ἀπώλειαν οὐ κατανοῶν, διὰ τὴν παντελῆ τῆς ψυχῆς πρὸς τὴν ἀλήθειαν τύφλωσιν.

Πάντων δὲ τούτων τῶν κακῶν ἐστιν ἀπαλλαγὴ, καὶ σύντομος πρὸς σωτηρίαν ὁδὸς, ἡ ἀληθὴς τοῦ Θεοῦ κατ' ἐπίγνωσιν ἀγάπη, καὶ ἡ καθ' ὅλου τῆς κατὰ D ψυχὴν πρός τε τὸ σῶμα καὶ τὸν κόσμον τοῦτον ἐξάρνησις· καθ' ἣν, τῆς μὲν ἡδονῆς τὴν ἐπιθυμίαν, καὶ τῆς ὀδύνης δὲ τὸν φόβον ἀποβαλλόμενοι, τῆς κακῆς ἐλευθερούμεθα φιλαυτίας, πρὸς τὴν γνῶσιν ἀναβιβασθέντες τοῦ Κτίσαντος, καὶ πονηρᾶς ἀγαθὴν ἀντιλαμβάνοντες νοερὰν φιλαυτίαν σωματικῆς κεχωρισμένην στοργῆς, οὐ παυόμεθα λατρεύοντες τῷ Θεῷ διὰ ταύτης τῆς καλῆς φιλαυτίας, ἐκ Θεοῦ τῆς ψυχῆς ἀεὶ ζητοῦντες σύστασιν. Αὕτη γάρ ἐστιν ἡ ἀληθὴς λατρεία, καὶ ὄντως θεάρεστος ἡ τῆς ψυχῆς διὰ τῶν ἀρετῶν ἀκριβὴς ἐπιμέλεια.

Ὁ τοίνυν σωματικῆς ἡδονῆς μὴ ἐφιέμενος, καὶ ὀδύνην παντελῶς μὴ φοβούμενος, γέγονεν ἀπαθὴς, καὶ ταύταις μετὰ τῆς τελείας αὐτὰς φιλαυτίας, πάντα τὰ

Digitized by Google

ζι' αὐτῆς τε καὶ ἐξ αὐτῶν, μετὰ τῆς ἀρχικωτάτης τῶν κακῶν ἀγνοίας ὁμοθυμαδὸν συναπέκτεινε πάθη, καὶ ὅλος γέγονεν τοῦ ἑστῶτός τε καὶ μένοντος, καὶ ἀεὶ ὡσαύτως ἔχοντος φύσει καλοῦ · παντάπασιν αὐτῷ συνδιαμένων ἀκίνητος, καὶ ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ κατοπτριζόμενος, ἐκ τῆς ἐν αὐτῷ φωτοειδοῦς λαμπρότητος, τὴν θείαν καὶ ἀπρόσιτον δόξαν θεώμενος.

A rumque parente, cæco illo, suique ac carnis amore omnes per ipsum exque illis subnascentes affectus vitiaque simul cum malorum primaria parente ignorantia, confertim profligavit; **12** totusque in stabilis ac permanentis eodemque semper modo habentis natura boni, affectum transivit : sibi ipsi omnino immotus constans, Deique gloriam velut in speculo revelata facie contuens [6], ex lucida in ipso claritate divinam ac inaccessam claritatem contemplans.

Δειχθείσης τοιγαροῦν ἡμῖν ὑπὸ τοῦ λόγου τῆς ὀρθῆς καὶ ῥᾳδίας ὁδοῦ τῶν σωζομένων, τὴν ἡδονὴν τῆς παρούσης ζωῆς, καὶ τὴν ὀδύνην ὅση δύναμις ἀρνησώμεθα · καὶ τοὺς ὑφ' ἡμᾶς τοῦτο ποιεῖν διδάξωμεν παρακλήσει πολλῇ, καὶ πάσης παθῶν ἐπινοίας καὶ δαιμονιώδους κακουργίας παντελῶς ἀπηλλάγημέν τε καὶ ἀπηλλάξαμεν · καὶ μόνης ἀντιποιηθῶμεν τῆς ἀγάπης, καὶ οὐδείς ἡμᾶς τοῦ Θεοῦ χωρίσαι δυνήσεται, οὐ θλῖψις, οὐ στενοχωρία, οὐ λιμὸς, οὐ κίνδυνος, οὐ μάχαιρα, οὐχ ὅσα τῷ ἁγίῳ ἀπηρίθμηται Ἀποστόλῳ κατὰ τὸν τόπον · διὰ τῆς κατ'ἐνέργειαν γνώσεως, τῆς ἀγάπης ἐν ἡμῖν ἀκινήτου μενούσης, τὴν ψυχῆς ἀΐδιόν τε καὶ ἄῤῥητον ἐξ αὐτοῦ χορηγούμενοι εὐφροσύνην καὶ σύστασιν · ἧς ἀξιωθέντες, πρὸς μὲν τὸν κόσμον, τὴν σώζουσαν ἔξομεν ἄγνοιαν, μηκέτι δίχα λογισμοῦ σώφρονος, ὡς τὸ πρότερον ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ τῆς αἰσθήσεως, ὡς δόξαν τὴν τῶν αἰσθητῶν ἐπιφάνειαν βλέποντες, περὶ ἣν τὰ πάθη προδήλως ἔχει τὴν γένεσιν · ἀλλὰ μᾶλλον ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ τῆς διανοίας, παντὸς αἰσθητοῦ καλύμματος ἀπηλλαγμένῳ, τὴν ἐν ἀρεταῖς καὶ γνώσει πνευματικῇ δόξαν τοῦ Θεοῦ κατοπτριζόμενοι · καθ' ἣν ἡ κατὰ χάριν προσγίνεσθαι πέφυκεν ἕνωσις. Ὡς γὰρ ἀγνοήσαντες τὸν Θεὸν, τὴν ἀπολαυστικῶς τῇ αἰσθήσει γνωσθεῖσαν κτίσιν διὰ τὴν ἐξ αὐτῆς τοῦ σώματος σύστασιν Θεὸν ἐποιήσαμεν · οὕτω τὴν ἐφικτὴν τῇ νοήσει κατ' ἐνέργειαν γνῶσιν τοῦ Θεοῦ λαμβάνοντες, διὰ τὴν ἐξ αὐτοῦ τὴν ψυχῆς πρός τε τὸ εἶναι, καὶ εὖ εἶναι σύστασιν, (15) πᾶσαν πάσης αἰσθήσεως ἀγνοήσομεν πεῖραν.

B Monstrata igitur nobis sermone recta facilique salutis via, vitæ præsentis voluptatem doloremque, quanta facultas fuerit, ejuremus; nobisque subditos ut idem præstent, etiam atque etiam hortando doceamus, fietque ut ab omni vitiorum sensu dæmonumque malitia tum ipsi prorsus liberemur, tum eos liberemus. Solam amplectamur divinam charitatem, et nemo nos a Dei charitate separare poterit, non tribulatio, non angustia, non fames, non periculum, non gladius, non omnia quæ eo loco percensuit divinus Apostolus [7]; scientiæ in actu vigentisque dono, immota in nobis charitate manente, qui sempiternam atque arcanam animi lætitiam ac incolumitatem eo subministrante, consequamur : qua potiti, adversus mundum hunc salutis pararam ignorantiam habebimus, qui non amplius, uti prius, sobriæ rationis absentia, revelata sensus facie velut claritatem, rerum in sensum cadentium externam speciem videamus, circa quam palam est oriri vitia ac perturbationes : sed potius revelata animi facie, omni sensilium rerum velamento soluta, elucentem in virtutibus ac spiritali scientia, Dei claritatem velut in speculo contueamur : per quam, quæ dono gratiæ provenit, unio comparatur. Quemadmodum enim Dei ignorantiam habentes, voluptarie cognitam sensus opera creaturam, ob corporis ex ea incolumitatem, Deum fecimus; sic quantum menti concessum est, efficacem Dei scientiam assumentes, ad animi ex ipso ut sit, sitque bene, ac perpetuo sit, incolumitatem præstandam, omnem sensus omnis experientiam nesciemus.

C

ΠΡΟΛΟΓΟΣ

Τῶν παρακειμένων τοῖς μετωπίοις σχολίων.

D

* Φυσικὸν μὲν τοῖς λογικοῖς πέφυκεν κάλλος, ὁ λόγος· λόγου δὲ κάλλος, ἡ κατὰ τὸν λόγον ἀκριβὴς τῶν λογικῶν ἐστι σύνεσις · συνέσεως δὲ κάλλος ἐστὶν ἡ κατὰ τὴν ἀρετὴν σὺν λόγῳ τῶν λογικῶν γνώριμος ἕξις. Ταύτης δὲ κάλλος τῆς ἕξεως, ἡ περὶ τὴν ἀληθῆ γνῶσιν ἁπλανὴς θεωρία καθέστηκεν, ἧς τέλος ἐστὶν ἡ σοφία, συνέσεως ὑπάρχουσα σαφεστάτη συμπλήρωσις, οἷα δὴ λόγος τυγχάνουσα κατὰ φύσιν τετελειωμένος, ὅστις ἐστὶν νοῦς καθαρὸς, τῇ περὶ τὴν αἰτίαν ἑνώσει, σχέσιν λαβὼν ὑπὲρ νόησιν· καθ' ἣν ἀποπαύσας τὴν πολυποίκιλον πρὸς τὰ μετὰ τὴν αἰτίαν φυσικὴν αὐτοῦ κίνησίν τε καὶ σχέσιν, μόνης

13 PROLOGUS AD SCHOLIA

Quæ in sequentibus habentur.

Naturalis eorum quæ sermone ac ratione utuntur, pulchritudo ac decor, sermo est atque ratio; sermonisque ac rationis decor, accurata ex ratione utentium sermone ac ratione intelligentia; intelligentiæque decor, utentium sermone ac ratione ex virtute cum ratione conspicuus habitus. Hujus porro habitus decor, certa qua verum cognoscimus, exsistit speculatio : cujus sapientia finis, quæ nimirum vi sua intelligentiam compleat; velut scilicet sermo atque ratio secundum naturam perfecta, quæ est mens pura, eo nexu quo auctori conserta est, affectionem nacta cogitatu omni superiorem;

[6] II Cor. III, 18. [7] Rom. VIII, 35.

* Ex dupl. Seguier. cod. etiam R. abbas Gerasimus Blacchus Venetiis submisit.

Digitized by Google

vi cujus, onge varium naturalem motum suum atque affectum, in ea, quæ ab auctore secunda sunt, cessare jubens, ei soli ignote adhæret, quietis ratione quam nulla sermonis vis explicare possit, beatissimum silentium ejusmodi colens, quod omnem cogitatum ac intelligentiam excellit. Id vero nullus prorsus sermo seu ratio, ac intelligentia declarare potest ; sed eorum duntaxat, quodam ex commercio, experientia propria, qui dulcedinem vim omnem mentis excedentem perceperunt. Ejus porro liquidum plane, ac cunctis conspicuum signum est, propensioris in sæculum hoc animi exstinctus penitus sensus, ab eoque divortium.

Hinc perspecto nihil sermone ac ratione, his qui sermone ac ratione utuntur natura conjunctius, at neque ejus cultu ac intelligentia quidquam piis atque religiosis ad splendorem ac claritatem convenientius. Ejus, inquam, sermonis, non qui ex arte in sola prolatione lingua volubili ad mulcendas aures verborum lenocinio compositus ludit, quem etiam pravi homines possint colere ac profiteri ; sed quem natura essentialiter ac citra doctrinam, sua ipsa indole ad certam rerum dispectionem, ac considerationem, veræque doctrinæ in libris ac scriptis perceptionem occultum habet ; quem etiam Spiritus Dei sanctus in socialis vitæ jura novit asciscere, divinumque monile ac statuam similitudinis decore pulchre enitentem, efficere : quemque adeo eorum quæ natura Deitati insunt, per gratiæ munus nihil deficiat. Est namque organum, quod totam solerter, spiritali ratione in rebus elucentem divinæ bonitatis vim colligat, ejusque repræsentationem habeat ; qua magnifico rerum opificio immeans, ad rerum parentem auctoremque, tum fert, tum fertur ; quibus tota prorsus, ejus quæ illis a natura inest, cupiditatis appetitione imbuta, nulli penitus eorum mancipantur, quæ ab auctore secunda sunt. Eum nos sermonem colentes, pravorum, omnium affectuum vitiorumque domitores, nulli eorum addicti, quæ a naturæ rationibus abhorrent, divinarumque omnium virtutum operosi cultores, efficimur : qui nempe honestati omni studentes, terrenam animi turpitudinem ad spiritale decus elimemus ac componamus. Ubi enim sermo atque ratio obtinet, deficit ac cessat sensus potestas, cui vis peccati implexa est, ad cognatæ carnis, unaque subsistentis miserationem voluptatis illecebra animam errore abducens ; cujus compendio, ceu naturale opus, libidini hærentem voluptariamque carnis curam assumens, ab ea avocat vita quæ ex naturæ rationibus est, utque ejus, quæ nec vere est, pravitatis opifex efficiatur, auctor est. Animæ enim intelligentis pravitas ac malitia, in bonorum omnium, quæ sunt ex natura, oblivione posita est : quam ex libidinosa ad corpus mundumque affectione emergentem, conserta sermo ratioque acie profligat ; spiritali solertia tum mundi carnisque ortum atque indolem scrutans, tumque animam ad intellectilium seu spiritalium affinem regionem cogens ; adversus quam peccati lex nihil prævalcat : quam utique sensus, ipse pontis instar ad mentem traducens, deficiat : ejus

A ἀγνώστως ἀντέχεται. κατὰ τὴν ἄφθεγκτον λῆξιν γενημένος τῆς ὑπὲρ νόησιν παμμακαρίστου σιγῆς ἣν δηλῶσαι παντελῶς οὐ δύναται λόγος ἢ νόησις· ἀλλὰ μόνη κατὰ μέθεξιν ἡ πεῖρα, τῶν ἀξιωθέντων τῆς ὑπὲρ νόησιν ἀπολαύσεως· ἧς σημεῖόν ἐστιν εὐγνωστόν τε καὶ πᾶσι κατάδηλον, ἡ κατὰ διάθεσιν πρὸς τὸν αἰῶνα τοῦτον παντελὴς ἀναισθησία τῆς ψυχῆς καὶ διάστασις.

Ἐντεῦθεν εἰδὼς μηδὲν λόγου κατὰ φύσιν εἶναι τοῖς λογικοῖς οἰκειότερον, μήτε μὴν τοῖς περὶ αὐτὸν τριβῆς καὶ συνέσεως τοῖς φιλοθέοις πρὸς εὐδοξίαν ἁρμοδιώτερον· φημὶ δὲ λόγον, οὐ τὸν ἐκ τέχνης ἐν προφορᾷ κατ' εὐγλωττίαν πρὸς ἀκοῆς ἡδονὴν κομψῶς
B γεγοητευμένον, ὃν ἀσκεῖσθαι καὶ μοχθηροὶ δύνανται ἂν ἄνδρες ἐπιτηδεύοντες· ἀλλ' ὃν ἡ φύσις οὐσιωδῶς, καὶ δίχα μαθήσεως κατὰ διάθεσιν ἔχει κρυπτόμενον, πρός τε τὴν ἄπταιστον τῶν ὄντων διάσκεψιν, καὶ τῆς ἐν λόγοις ἀληθείας διάληψιν· ὃν καὶ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ τὸ ἅγιον καλῶς ταῖς ἀρεταῖς διαπλασθέντα, πρὸς συμβίωσιν πέφυκεν ἄγεσθαι, καὶ θεῖον ἄγαλμα τῆς καθ' ὁμοίωσιν ὡραιότητος αὐτὸν κατασκευάζειν· μηδενὶ τῶν προσόντων φυσικῶς τῇ θεότητι κατὰ τὴν χάριν λειπόμενον. Ὄργανον γάρ ἐστιν ὅλην ἐπιστημόνως συλλεγόμενον τὴν νοητῶς ἐν τοῖς οὖσι ἀπαστράπτουσαν τῆς θείας ἀγαθότητος ἔμφασιν· δι' ἧς ἐμβατεύων τῇ τῶν ὄντων μεγαλουργίᾳ, πρὸς τὴν γενέτιν φέρει τε καὶ φέρεται τῶν ὄντων αἰτίαν·
C τοὺς αὐτῷ δι' ὅλου ποιώσαντας τὴν ὅλην ὁρμὴν τῆς ἐνούσης αὐτοῖς κατὰ φύσιν ἐφέσεως, μηδενὶ τῶν μετὰ τὴν αἰτίαν παντελῶς κρατουμένους. Ὃν ἡμεῖς περιέποντες, πάντων παρὰ φύσιν δουλούμενοι· πασῶν δὲ τῶν θείων ἀναδεικνύμεθα πράκτορες ἀρετῶν, παντὶ δηλονότι καλῷ τὸ κατὰ τὴν ὕλην αἶσχος τῆς ψυχῆς, πρὸς κάλλος πνευματικὸν ἀποξέοντες. Ἔνθα γὰρ λόγος κρατεῖ, τὸ κατ' αἴσθησιν πέφυκεν ἀπογίνεσθαι κράτος, ἐν ᾧ τῆς ἁμαρτίας πέφυρται πως ἡ δύναμις, πρὸς οἰκτον τῆς συγγενοῦς καθ' ὑπόστασιν σαρκὸς τὴν ψυχὴν δι' ἡδονῆς ὑποσύρουσα· καθ' ἣν ὡς ἔργον αὐτῇ φυσικὸν ἐγχειρήσασα τὴν ἐμπαθῆ καὶ καθ' ἡδονὴν τῆς σαρκὸς ἐπιμέλειαν, ἀπάγει τῆς κατὰ φύσιν ζωῆς, καὶ πείθεται τῆς ἀνυποστάτου κακίας αὐτὴν γενέσθαι δημιουργόν. Κακία γάρ ἐστι ψυχῆς
D νοερᾶς, ἡ λήθη τῶν κατὰ φύσιν καλῶν, ἥτις ἐκ τῆς περὶ σάρκα τε καὶ κόσμον ἐμπαθοῦς, ἐπιγίνεται σχέσεως· ἣν ἀφανίζει στρατηγῶν ὁ λόγος, καὶ κατ' ἐπιστήμην πνευματικήν, τήν τε τοῦ κόσμου καὶ τῆς σαρκὸς διερευνώμενος γένεσίν τε καὶ φύσιν, καὶ πρὸς τὴν συγγενῆ τῶν νοητῶν τὴν ψυχὴν χώραν ἐλαύνων, πρὸς ἣν ὁ νόμος τῆς ἁμαρτίας οὐδεμίαν ποιεῖται δύναμιν, οὐκ ἔχων καθάπερ γέφυραν πρὸς τὸν νοῦν διαβιβάζουσαν αὐτὸν ἔτι τὴν αἴσθησιν, διαλυθεῖσαν ἤδη πρὸς τὴν ψυχὴν κατὰ τὴν σχέσιν, καὶ τοῖς αἰσθητοῖς ἐναποῤῥιφεῖσαν θεάμασιν· ὧν διαβὰς τὴν σχέσιν καὶ τὴν φύσιν ὁ νοῦς, παντελῶς οὐκ αἰσθάνεται.

Digitized by Google

jam ad animam dissoluta necessitudine, ac cum ille terrenis atque nativis spectaculis coerceatur, quorum mens, superata necessitudine atque indole, ne sensum quidem penitus admittit.

Τοῦτο, καθάπερ ἔφην, εἰδὼς, δεῖν ὡήθην ἑτέραν τινὰ τῷ παρόντι λόγῳ τῆσδε τῆς συγγραφῆς δοῦναι βοήθειαν, τὴν τῶν παρατεθέντων ἐν τοῖς μετωπίοις σχολίων γραφήν· αὐτόν τε πρὸς κάλλος συμπληροῦσαν τὸν λόγον· καὶ τοῖς ἐντευξομένοις, ἡδυτέραν τῶν ἐν τοῖς νοήμασι παρεχομένην ἑστίασιν· καὶ πάσης ἁπλῶς γινομένην τῆς ἐμφερομένης τῇ συγγραφῇ διανοίας, ἀσφάλειαν. Μετὰ γὰρ ἔκδοσιν ἀναγνοὺς τὴν ὅλην πραγματείαν, εὑρών τέ τινας μὲν τόπους δεομένους σαφηνείας· τινὰς δὲ, προσθήκης καὶ διανοίας· καὶ ἄλλους μετρίας τινὸς ἐπὶ τῷ κειμένῳ κατὰ τὴν ἔκδοσιν ἐπενθυμήσεως· ταύτην ἐποιησάμην τὴν τῶν σχολίων γραφὴν, ἁρμόσας ἑκάστῳ τόπῳ τὸ προσῆκον ἐνθύμημα. Διὸ παρακαλῶ πάντας τοὺς ἐντευξομένους, ἢ καὶ μεταγράψοντας, καὶ τὴν τῶν σχολίων ἔξωθεν ἀναγνῶναι καὶ παραθέσθαι γραφὴν, κατὰ τὴν ἑκάστῳ σημείωσιν· ἵνα ἄρτιος ᾖ κατὰ πάντα τρόπον ὁ λόγος, μηδενὶ παρημελημένῳ παντελῶς κολοβούμενος.

A

B

14 Hoc itaque, uti dicebam, perspecto, operæ pretium duxi, ut præsenti lucubrationi aliam quamdam commentationem scholiorum subsequentium adjumento darem: quæ nimirum ejus compleret decorem sensisque ac sententiis dulcius lectoribus epulum præberet, atque omnino quidquid in ea sensus est ac intelligentiæ, tuto aperiret. Quam enim edideram tota perlecta scriptione, ac cum loci occurrissent, tum qui majori elucidatione egerent, tum quibus addendum aliquid, atque ad sensum opportunum foret, tum denique quibus textus ipsaque editio secundis tantisper enthymematis cumulanda esset, hanc scholiorum sive adnotationum lucubratiunculam ita scripsi, ut cuique loco, quod illi enthymema animadversioque quadraret, aptaverim. Obsecro igitur *, quisquis lecturus est aut transcripturus, ut et scholia foris apposita legat, aliaque aliis, prout singulis locis adnotata sunt, componat; quo omni modo doctrina perfecta constet, quamque, nullo neglecto ad integritatem, nihil quidquam deficiat.

ΣΧΟΛΙΑ.

α'. Τὴν σάρκα φησὶν διὰ τῶν φαινομένων ἠθῶν εἶναι δεκτικὴν τῆς κατ' ἀρετὴν τῆς ψυχῆς διαθέσεως, ὄργανον πρὸς ἔμφασιν αὐτῇ τῇ ψυχῇ συνεζευγμένην.

β'. Τὴν αἴσθησιν λέγει παραπέμπουσαν τῷ νῷ τὴν τῶν ὁρατῶν φαντασίαν, πρὸς κατανόησιν τῶν ἐν τοῖς οὖσιν λόγων, ὡς ὄργανον τῆς τοῦ νοῦ πρὸς τὰ νοητὰ διαβάσεως.

C

γ'. Τῆς ἀγάπης ἴδιόν φησι τῶν κατ' αὐτὴν ζώντων μίαν ἐνδεῖξαι γνώμην.

δ'. Ὅτι τῶν ὄντων διαβὰς τὴν οὐσίαν ὁ νοῦς, ἀνόητος γίνεται Θεῷ προσβάλλων ὑπὲρ πᾶσαν ὄντι καὶ οὐσίαν καὶ γνῶσιν καὶ νόησιν.

ε'. Ὅτι πρὸς διαθέσεις ψυχῶν ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος ἐν τοῖς δεχομένοις αὐτὸν ποιεῖται τὴν τῶν χαρισμάτων διαφοράν.

ς'. Ὅτι κατὰ διάνοιαν ὡς ὑπὲρ παρουσῶν τῶν ὑλῶν τοὺς ἀφανεῖς ἡμῖν συμπλέκονται πολέμους οἱ δαίμονες.

ζ'. Ὅτι διὰ τὴν ἡδονὴν φησι ἀγαπῶμεν τὰ πάθη· καὶ διὰ τὴν ὀδύνην τὴν ἀρετὴν ἀποφεύγομεν.

D

η'. Ὅτι καθάπερ ὁ λόγος κρατῶν τῶν παθῶν ἀρετῆς ὄργανον ποιεῖται τὰς αἰσθήσεις, οὕτω καὶ τὰ πάθη κρατοῦντα τοῦ λόγου, μορφοῦσιν τὰς αἰσθήσεις πρὸς ἁμαρτίαν.

θ'. Τῶν αἰσθητῶν δηλονότι.

ι'. Ὅτι καθ' ἕξιν μετὰ τὴν ἀπαλλαγὴν τῆς πρὸς τὰ ὄντα φυσικῆς σχέσεως ἑνωθεῖσα τῷ Θεῷ ἡ ψυχὴ, τὴν περὶ τὸ καλὸν παγιότητα λαμβάνει ἀμετακίνητον.

SCHOLIA.

1. Carnem dicit per habitus in ea conspicuos affectionis animi, qua virtute nitet, capacem esse, ei scilicet copulatam velut organum ad illius manifestationem.

2. Sensum dicit, qui rerum oculis subjectarum cogitatione perceptam notitiam ad mentem transmittat, quibus illa rationes in rebus exsistentes intelligat, ut qui organum ascensionis mentis ad intellectilia exsistat.

3. Charitatis proprium esse dicit, ut eorum, qui ex ejus vivunt rationibus, animum unum ac voluntatem efficiat.

4. Superata mens rerum essentia, sine cogitatu intelligentiaque efficitur, Deum attingens ac considerans, qui essentia omni et scientia et cogitatu seu intellectu superior exsistat.

5. Divinus sermo atque doctrina, pro animorum alia aliaque dispositione, in his qui suscipiunt, donorum differentiam efficit.

6. Dæmones, velut terrenis rebus præsentibus, invisibiles nobis animo congressus movent.

7. Ait nos voluptatis ergo vitia amare, virtutem autem, doloris ac molestiæ causa respuere.

8. Sicuti ratio, affectuum domina ac vitiorum, virtutis organum sensus efficit: sic et eadem, dominando rationi, ad peccatum sensus imbuunt.

9. Candidarum rerum; earum nimirum quæ in sensum cadunt.

10. Anima, naturali ad res affectione ac necessitudine jam liberata, quæ secundum habitum Deo sit copulata, immobilem in bono firmitatem nanciscitur.

* Nota Maximi obtestationem perscribendorum ejus Scholiorum ac legendorum una cum Quæst.

Digitized by Google

11. Res vocat, rerum essentias; quæ res appareant, eas scilicet fluxiones ac defluxiones, quas qualis ac quanti ratio asciscit: circa quas peccati artifex sensuum finxio consistit.

ια'. Ὄντα λέγει τὰς τῶν ὄντων οὐσίας· εἶναι δὲ δοκοῦντα τὰς κατὰ ποῖον καὶ πόσον ῥοάς τε καὶ ἀποῤῥοάς, περὶ ἃς ἡ τῶν αἰσθήσεων πλάσις συνέστηκεν τὴν ἁμαρτίαν δημιουργοῦσα.

12. Homo, Dei ac terrenorum medius, quod in Deum ut auctorem finemque sui moveri non studuit, sed ad terrena, merito, proclivitate nutuque in terrena terrenus effectus, Deum ignoravit.

ιβ'. Ὅτι μέσος ὢν Θεοῦ καὶ ὕλης ὁ ἄνθρωπος, τὸ πρὸς τὸν Θεὸν ὡς αἰτίαν καὶ τέλος τῆς οἰκείας γενέσεως μὴ κινεῖσθαι, ἀλλὰ πρὸς τὴν ὕλην, εἰκότως τὸν Θεὸν ἠγνόησε, τῇ πρὸς τὴν ὕλην ῥοπῇ τὸν νοῦν ἀπογεώσας.

13. Compositam notitiam vocavit, quod rerum sensilium sensuum opera experimentum habetur; ut quod per naturam, ortus ratione voluptatem habeat; interitus vero ratione, ærumnam.

ιγ'. Σύνθετον γνῶσιν εἶπεν, τὴν κατ' αἴσθησιν πεῖραν τῶν αἰσθητῶν, ὡς κατὰ φύσιν ἔχουσαν ἡδονὴν διὰ τὴν γένεσιν, καὶ πόνον διὰ τὴν φθοράν.

14. Res, inquit, creatæ, qua in aspectum cadunt, spiritales rationes habent, ut ad mentem comparantur; vimque naturalem, ut comparantur ad sensum: quarum sensus ac notiones velut lignum in cordis medio (quod figurate paradisus intelligitur) exsistunt.

ιδ'. Κτίσις τῶν ὁρατῶν, φησιν, καὶ πρὸς τὸν νοῦν ἔχει λόγους πνευματικοὺς, καὶ φυσικὴν πρὸς αἴσθησιν δύναμιν· ὧν τὰ νοήματα καθάπερ ξύλον ἐν μέσῳ τῆς καρδίας, παραδείσου τροπικῶς νοουμένης, ὑπάρχουσι.

15. Nescit quis voluptatis dolorisque sensus experimentum, cum mente Deo devinctus, a corporea necessitudine affectioneque liber evaserit.

ιε'. Ἀγνοεῖ τις τὴν καθ' ἡδονὴν καὶ ὀδύνην τῆς αἰσθήσεως πεῖραν, ὅταν τῷ Θεῷ προσδήσει τὸν νοῦν, τῆς σωματικῆς ἐλεύθερος γενόμενος σχέσεως.

Photii operis censura.

Hasce divinus vir ac strenuus confessor solvere quæstiones allaborat. Est autem ejus oratio longe producta periodis, ac gaudens hyperbatis, invalescensque circumductionibus, nec proprietatis verborum admodum tenax. Ex quibus tota passim lucubratione et obscuritas decurrit et assequendi difficultas. Asperitatem deinde tumidioris dictionis, quantum ad compositionem desitionesque sua in oratione sectatus, 15 ne auditu quidem esse jucundus studet *. Verborum insuper translatio ad gratiam colligendam lectoremque pelliciendum haud satis floride composita est; sed simpliciter incurioseque assumitur. Idem præterea sui studiosos propemodum obtundit: adeo procul a littera et nota historia sive potius ab eo ipso quod erat quæsitum, ipsius solutiones recedunt. Tantum, si cui forte gratum anagogicis et contemplationibus (id est, spiritalibus sensis ac mysticis) animum versare, nusquam is sane reperiat his, aut magis varia, aut diligentius elaborata. Etenim cum superiorum colligit in quasdam quæstionum dictas sententias, tum adjicit, quæ ipsius diligentiæ nihilo his minorem, si non majorem, præferunt venustatem et solertiam. Ubique autem viri pietas, purusque ac sincerus in Christum amor elucet.

Ἐκ τῶν Φωτίου.

Τούτων τὰς λύσεις ὁ θεῖος οὗτος ἀνὴρ καὶ γενναῖος ὁμολογητὴς ἀποδιδόναι ὑπέρκειται πόνον. Ἔστι δὲ τὴν φράσιν σχοινοτενής τε ταῖς περιόδοις, καὶ χαίρων ὑπερβατοῖς· ἐνακμάζων τε ταῖς περιβολαῖς, καὶ κυριολογεῖν οὐκ ἐσπουδασμένος· ἐξ ὧν αὐτοῦ τῇ συγγραφῇ καὶ τὸ ἀσαφὲς καὶ δυσεπίκτητον [δυσεπισκόπητον] διατρέχει. Τῷ τραχεῖ δὲ τοῦ ὄγκου, ὅσα περὶ συνθήκην καὶ ἀναπαύσεις τὸν λόγον ὑποβάλλων, οὐδ' ἡδὺς εἶναι σπουδάζει τῇ ἀκοῇ. Μεταφορὰ αὐτῷ τῶν λέξεων οὐκ εἰς τὸ χάριεν καὶ γεγοητευμένον περιήνθισται, ἀλλ' οὕτως ἁπλῶς καὶ ἀπεριμερίμνως παραλαμβάνεται· ὁ δὲ ἐγγὺς, καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν ἀποκναίει ἐσπουδακότας, πόῤῥω τοῦ γράμματος καὶ τῆς ἐγνωσμένης ἱστορίας ἢ μᾶλλον καὶ αὐτοῦ τοῦ ἠπορημένου αἱ λύσεις αὐτῷ περινοοῦνται· πλὴν εἴ τινι φίλον ἀναγωγαῖς καὶ θεωρίαις τὴν νοῦν ἀνελίσσειν, οὐκ ἂν ποικιλωτέραις οὐδ' ἐσπουδασμέναις μᾶλλον ἢ ταύταις περιτύχοι. Συλλέγει μὲν γὰρ καὶ τῶν πρὸ αὐτοῦ εἰς ἕνια τῶν ἠπορημένων εἰρημένα· συνάπτει δὲ καὶ τῆς οἰκοθεν φιλοπονίας οὐδὲν ἔλαττον, εἰ μὴ καὶ μᾶλλον, τὸ γλαφυρόν τε καὶ περινενοημένον προβεβλημένα. Πανταχοῦ δὲ τὸ εὐσεβὲς αὐτοῦ, καὶ τοῦ εἰς Χριστὸν πόθου τὸ καθαρὸν καὶ γνήσιον διαλάμπει.

Quoniam bonus in te Dei afflatus fecit, ut me juberes, quæ notata haberem ex iis capitibus quæ mihi dubia proposita essent, scribere, et ad te mittere: quæ magis necessaria mihi visa sunt, primo ordine posui.

Ἐπειδὴ ἠγάθυνέ σε ὁ Θεὸς, κελεῦσαί μοι ἅπερ εἶχον σεσημειωμένα τῶν ἀπορουμένων μοι κεφαλαίων γράψαι, καὶ πέμψαι σοι, τὰ ἀναγκαιότερά μοι φανέντα προέταξα.

QUÆSTIO I.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Α'.

Affectus, ipsine a se mali, an ab usu id illis acci-

Τὰ πάθη αὐτὰ καθ' ἑαυτὰ κακὰ, ἢ παρὰ τὴν

* Epistolarum tamen et capitum stylus facilis, ipso Photio teste.

Digitized by Google

χρῆσιν κακά; Λέγω δὲ ἡδονὴν καὶ λύπην, ἐπιθυμίαν καὶ φόβον, καὶ τὰ τούτοις ἑπόμενα.

Ἀπόκρισις.

Τὰ πάθη αὐτὰ, ὥσπερ καὶ τὰ λοιπά, τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων προηγουμένως οὐ συνεκτίσθη· ἐπεὶ καὶ εἰς τὸν ὅρον ἂν συνετέλουν τῆς φύσεως. Λέγω δὲ, παρὰ τοῦ Νυσσαέως μεγάλου Γρηγορίου μαθών, ὅτι διὰ τὴν τῆς τελειότητος ἔκπτωσιν, ἐπεισήχθη αὐτὰ τῷ ἀλογωτέρῳ μέρει προσφυέντα τῆς φύσεως· δι' ὧν, ἀντὶ τῆς θείας καὶ μακαρίας εἰκόνος, εὐθὺς ἅμα τῇ παραβάσει διαφανὴς καὶ ἐπίδηλος ἐν τῷ ἀνθρώπῳ γέγονεν, ἡ τῶν ἀλόγων ζώων ὁμοίωσις. Ἔδει γὰρ τῆς ἀξίας τοῦ λόγου καλυφθείσης, ὑφ' ὧν γνωμικῶς ἐπεσπάσατο τῆς ἀλογίας γνωρισμάτων, ἐνδίκως τὴν φύσιν τῶν ἀνθρώπων κολάζεσθαι· σοφῶς εἰς συναίσθησιν τῆς λογικῆς μεγαλονοίας ἐλθεῖν οἰκονομοῦντος τοῦ Θεοῦ τὸν ἄνθρωπον.

Πλὴν καλὰ γίνεται καὶ τὰ πάθη ἐν τοῖς σπουδαίοις· ὁπηνίκα σοφῶς αὐτὰ τῶν σωματικῶν ἀπιστήσαντες, πρὸς τὴν τῶν οὐρανίων μεταχειρίζονται κτῆσιν· οἷον, τὴν ἐπιθυμίαν, τῆς νοερᾶς τῶν θείων ἐφέσεως ὀρεκτικὴν (1) ἐργάζονται κίνησιν· τὴν ἡδονὴν δὲ, τῆς ἐπὶ τοῖς θείοις χαρίσμασι τοῦ νοῦ θελητικῆς ἐνεργείας εὐφροσύνην ἀπήμονα· τὸν δὲ φόβον, τῆς μελλούσης ἐπὶ πλημμελήμασι τιμωρίας προφυλακτικὴν ἐπιμέλειαν· τὴν δὲ λύπην, διορθωτικὴν ἐπὶ παρόντι κακῷ μεταμέλειαν. Καὶ συντόμως εἰπεῖν, κατὰ τοὺς σοφοὺς τῶν ἰατρῶν, σώματι φθαρτικοῦ θηρὸς τῆς ἐχίδνης τὴν οὖσαν ἡμελετωμένην ἀφαιρουμένους λώβωσιν, τοῖς πάθεσιν τούτοις πρὸς ἀναίρεσιν χρώμενοι παρούσης κακίας ἢ προσδοκωμένης, καὶ κτῆσιν καὶ φυλακὴν ἀρετῆς τε καὶ γνώσεως. Καλὰ οὖν, ὡς ἔφην, ταῦτα τυγχάνει διὰ τὴν χρῆσιν, ἐν τοῖς πᾶν νόημα αἰχμαλωτίζουσιν εἰς τὴν ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ.

Εἰ δὲ καὶ ἐπὶ Θεοῦ τι τούτων εἴρηται τῇ Γραφῇ, ἢ ἐφ' ἁγίων· (2) ἐπὶ μὲν Θεοῦ, δι' ἡμᾶς, καὶ ὡς ἡμῖν προσφυῶς διὰ τῶν ἡμετέρων παθῶν τὰς σωστικὰς ἡμῶν καὶ ἀγαθουργοὺς τῆς προνοίας πρόοδους ἐκφαινούσης, (3) ἐπὶ δὲ τῶν ἁγίων, ὡς οὐκ ἄλλως δυναμένων τὰς περὶ Θεὸν νοερὰς αὐτῶν σχέσεις καὶ διαθέσεις διὰ φωνῆς προενέγκαι σωματικῆς, χωρὶς τῶν ἐγνωσμένων τῇ φύσει παθῶν.

ΣΧΟΛΙΑ.

α'. Πῶς καὶ πότε καλὰ ταῦτα τὰ πάθη γίνεται.

β'. Ὅτι τοὺς διαφόρους περὶ ἡμᾶς τῆς Προνοίας τρόπους τοῖς ἡμῖν ἐγνωσμένοις πάθεσιν ἡ Γραφὴ ἐπαλλάττει.

γ'. Ὅτι τὴν περὶ Θεὸν ποιὰν σχέσιν τῶν ἁγίων τοῖς ὀνόμασι τούτοις ἡ Γραφὴ διασημαίνει.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Β'.

*Εἰ πάντα τὰ εἴδη τὰ συμπληροῦντα τὸν κό-

dit ? puta, voluptas et mœror, cupiditas et timor, et quæ sunt his connectanea ?

Responsio.

Affectus isti, ut, et reliqui, non primario cum hominibus fuerunt conditi. Alioqui etiam conferrent ad naturæ definitionem. Dico vero, quod magno Gregorio Nysseno auctore didici, quod homo a perfectione prolapsus sit, subinductos hosce affectus, in ea enatos naturæ parte, quæ a ratione remotior est : quibus, divinæ beatæque imaginis loco, statim a prævaricatione, brutarum animantium similitudo conspicua ac manifesta in homine exstitit. Par enim erat, ut rationis obruta dignitate ac obscurata, iis juste humanum genus puniretur, quas sibi sponte ac voluntate irrationalitatis notas asciverat : sapienti dispensatione agente Deo, ut hinc homo eruditus, ad rationalis magnificentiæ sensum emergeret.

Cæterum affectus etiam iis bono cedunt, qui studiosi ac virtutis cultores sunt : tunc nimirum, cum sapienti consilio a terrenis avocantes, in hoc assumunt, ut cœlestia consequantur. Exempli causa, cupiditatem, intelligentis animi divina appetentis motum efficiunt : voluptatem, voluntatis animi pro divinis **16** charismatibus jucunditatem innoxiam: metum, sedulam futuri delictorum merito supplicii cavendi curam : tristitiam atque mœrorem, qua præsens malum emendandum sit, pœnitentiam. Et, ut summa dicam, peritorum medicorum more, qui viperæ feræ noxiæ corpori intoxicatam neglectu auferunt labem : hisce illi affectibus utuntur, ut vel præsens, vel quod futurum exspectatur, malum auferant ; virtutemque ac scientiam, qua acquirant, qua partam custodiant. Boni igitur sunt, uti dicebam, hice affectus, prousus ratione, in eis nimirum qui sensum omnem ac cogitatum in Christi obedientiam captivant.

Quod si etiam horum aliquid in Scriptura de Deo aut sanctis dictum est : ita quidem in Deo, quod nostri causa, et ut nobis conveniens est ac ex natura, ex nostris affectibus, salutares nobis ac beneficos providentiæ processus significet : in sanctis autem, quod non aliter, eorum de Deo intelligentis animi affectiones habitusque corporea proferre voce possimus, quam ut notis natura affectibus utamur.

SCHOLIA.

1. Quomodo ac quando, hice affectus boni ac honesti fiant.

2. Diversos in rem nostram Providentiæ modos divina Scriptura affectuum nobis cognitorum nominibus effingit.

3. Scriptura, sanctorum in Deum affectum talem ac habitum his nominibus significat.

QUÆSTIO II.

Siquidem species omnes, quæ mundum complent,

*Ex Regio cod. emendato ex duplici Seguierano et Dufrenii. Scholia ex Segnier.

Digitized by Google

sex dierum spatio condidit mundi Opifex, quidnam postea Pater operatur? Ait enim Dominus « Pater meus usque modo operatur, et ego operor [8]. » Nunquid specierum semel productarum conservationem dicit?

σμιον, ἐν ταῖς ἓξ ἡμέραις ὁ Δημιουργὸς ἐποίησεν, τί μετὰ ταῦτα ὁ Πατὴρ ἐργάζεται; Ἕως γὰρ ὁ Κύριος· « Ὁ Πατήρ μου ἕως ἄρτι ἐργάζεται, κἀγὼ ἐργάζομαι. » Μή τι ἄρα τῶν ἅπαξ γεγονότων εἰδῶν συντήρησιν λέγει;

Responsio.

Qui creatarum rerum rationes, universasque rerum essentias, Deus semel, ut novit ipse, compleverit, usque modo operatur; non ea duntaxat ratione quod hæc in rerum natura conservet; sed quod etiam partes, quæ eis potentia insunt, in actu condat, producatque ac exsistentia donatas confoveat. Ad hæc etiam, quod Providentia, ad universalium similitudinem particularia excolat, donec universaliori naturæ rationi substantiæ **17** utentis ratione (quo motu particularia in beatitudinem feruntur) unita voluntatis appetitione inter se ac cum universo consona, parique motu incitata effecerit: adeo ut ad voluntatis sententiam ac propositum animi quod spectat, ab universalibus nihil particularia differant: sed una eademque in universis ratio intelligatur, nihil eorum, de quibus æqualiter prædicatur, modis divisa: atque in eum modum universorum reipsa actuque gratiam deificationis ostenderit: ob quam Deus ac Verbum factus homo, ait: *Pater meus usque modo operatur, et ego operor:* Pater quidem pro bona complacens voluntate: Filius autem, ipse operans: sancto denique Spiritu, substantialiter tum Patris in omnibus bonam complente voluntatem, tum Filii ipsam operationem; ut per omnia et in omnibus unus sit in Trinitate Deus, qui certa pro modulo ratione in singulis per gratiam dignis, inque universis intelligatur; uti fere in toto ac singulis membris corporis citra diminutionem naturaliter anima exsistit.

Ἀπόκρισις.

Τοὺς μὲν πρώτους τῶν γεγονότων λόγους Θεὸς, καὶ τὰς καθ' ὅλου τῶν ὄντων οὐσίας ἅπαξ, ὡς οἶδεν αὐτὸς, συμπληρώσας, ἕως ἔτι ἐργάζεται, οὐ μόνον τὴν τούτων αὐτῶν πρὸς τὸ (1) εἶναι συντήρησιν, ἀλλὰ καὶ τὴν κατ' ἐνέργειαν τῶν ἐν αὐτοῖς δυνάμει μερῶν δημιουργίαν, πρόοδόν τε καὶ σύστασιν· (2) ἔτι μὴν καὶ τὴν διὰ τῆς προνοίας πρὸς τὰ καθ' ὅλου τῶν μερικῶν ἐξομοίωσιν· ἕως ἂν τῷ κατὰ φύσιν γενικωτέρῳ λόγῳ τῆς λογικῆς οὐσίας, διὰ τῆς πρὸς τὸ εὖ εἶναι κινήσεως τῶν μερικῶν, τὴν αὐθαίρετον ἑνώσας ὁρμὴν, ποιήσειεν ἀλλήλοις τε καὶ τῷ ὅλῳ σύμφωνα καὶ ταὐτοκίνητα, μὴ ἐχόντων τὴν γνωμικὴν πρὸς τὰ καθ' ὅλου τῶν ἐπὶ μέρους διαφοράν· ἀλλ' εἷς καὶ ὁ αὐτὸς ἐφ' ὅλων θεωρηθήσεται λόγος, μὴ διαιρούμενος τοῖς τῶν καθ' ὧν (3) ἴσως κατηγορεῖται τρόποις· καὶ οὕτως ἐνεργουμένην τὴν ἐκθεωτικὴν τῶν ὅλων ἐπιδείξηται χάριν· δι' ἣν γενόμενος ἄνθρωπος ὁ Θεὸς καὶ Λόγος φησίν· *Ὁ Πατήρ μου ἕως ἄρτι ἐργάζεται, κἀγὼ ἐργάζομαι·* ὁ μὲν, εὐδοκῶν· ὁ δὲ, αὐτουργῶν, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος οὐσιωδῶς τήν τε τοῦ Πατρὸς ἐπὶ πᾶσιν εὐδοκίαν καὶ τὴν αὐτουργίαν τοῦ Υἱοῦ συμπληροῦντος, ἵνα γένηται διὰ πάντων καὶ ἐν πᾶσιν εἷς ὁ ἐν Τριάδι Θεὸς, ἀναλόγως ἑκάστῳ κατὰ χάριν τῶν ἀξιουμένων, καὶ ὅλοις ἐνθεωρούμενος, ὡς ὅλῳ καὶ ἑκάστῳ μέλει τοῦ σώματος δίχα μειώσεως· ἐνυπάρχει φυσικῶς ἡ ψυχή.

SCHOLIA.

1. In materia: hoc est, universarum rerum substantia, potentia exsistunt, quæ sigillatim ex materia fiunt singularia; quorum, ait, ortum Deus palam operatur.

2. Singularium cum universalibus assimilationem dicit, omnium hominum secundum unam animorum agitationem cum naturæ ratione unionem; quam Deus per providentiam efficit, ut sit omnium, sicut una natura, sic et animi sententia, cunctis cum Deo ac inter se Spiritus munere copulatis.

3. Quod dicit, ἴσως, pro eo est ac dicat, ὁμοίως, id est, *similiter*.

ΣΧΟΛΙΑ.

α'. Ἐν τῇ ὕλῃ· τουτέστι, τῇ καθόλου τῶν ὄντων οὐσίᾳ δυνάμει τυγχάνουσι, τὰ κατὰ μέρος ἐκ τῆς ὕλης γινόμενα μερικὰ, ὧν τὴν γένεσίν φησιν ὁ Θεὸς προδήλως ἐργάζεται.

β'. Τὴν πρὸς τὰ καθόλου τῶν μερικῶν ἐξομοίωσιν λέγει, τὴν πάντων τῶν ἀνθρώπων κατὰ μίαν τῆς γνώμης κίνησιν πρὸς τὸν λόγον τῆς φύσεως ἕνωσιν, ἣν ἐργάζεται διὰ τῆς προνοίας ὁ Θεὸς, ἵνα γένηται πάντων ὥσπερ μία φύσις, οὕτω καὶ γνώμη, πάντων Θεῷ τε καὶ ἀλλήλοις συναφθέντων διὰ τοῦ Πνεύματος.

γ'. Fr. Τὸ ἴσως, ἀνθ' ὁμοίως.

QUÆSTIO III.

Quisnam est juxta Evangelium, qui in civitate amphoram aquæ bajulat, cui obviam fiunt missi a Christo discipuli, ac quem sequi jubentur [9]? Quis etiam paterfamilias, et quare ab evangelistis nomen reticetur? quod item cœnaculum grande stratum, in quo tremendum divinæ cœnæ peragitur mysterium [10].

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Γ'.

Τίς ἐστι κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον ὁ ἐν πόλει τὸ κεράμιον βαστάζων τοῦ ὕδατος, ᾧ οἱ ὑπὸ Χριστοῦ πεμπόμενοι μαθηταὶ ἀπαντῶσι, καὶ κελεύονται ἀκολουθεῖν; Τίς τε ὁ οἰκοδεσπότης; πῶς τοῖς [Fr. καὶ διὰ τί παρὰ τοῖς] *εὐαγγελισταῖς σιωπᾶται τὸ ὄνομα; καὶ τί τὸ ἀνώγεων τὸ μέγα καὶ ἐστρωμένον, ἐν ᾧ τὸ φρικτὸν τοῦ θείου δείπνου τελεῖται μυστήριον;*

[8] Joan. v, 17. [9] Marc. xiv, 13. [10] Luc. xxii, 10.

Digitized by Google

Ἀπόκρισις.

Ἡ Γραφὴ παρεσιώπησε τοῦ ἀνθρώπου τὸ ὄνομα, πρὸς ὃν ἀπέστειλεν ὁ Σωτὴρ τοὺς δύο μαθητὰς εἰς τὴν τοῦ Πάσχα παρασκευήν· ἀλλὰ καὶ τῆς πόλεως εἰς ἣν ἀπεστάλησαν. Ὅθεν κατὰ πρώτην ἐπιβολὴν, ὑπονοῶ τοῦτον δηλοῦσθαι διὰ τῆς πόλεως τὸν αἰσθητὸν κόσμον· τὸν ἄνθρωπον δὲ, τὴν καθόλου φύσιν τῶν ἀνθρώπων, πρὸς ἣν ἀποστέλλονται ὡς μαθηταὶ τοῦ Θεοῦ καὶ Λόγου, καὶ πρόδρομοι τῆς αὐτοῦ πρὸς τὴν φύσιν τῶν ἀνθρώπων μυστικῆς εὐωχίας ἑτοιμασταὶ, ὁ τῆς πρώτης διαθήκης νόμος, καὶ ὁ τῆς καινῆς· ὁ μὲν, διὰ τῆς πρακτικῆς φιλοσοφίας παντὸς μολυσμοῦ τὴν φύσιν ἀποκαθαίρων· ὁ δὲ, διὰ τῆς θεωρητικῆς μυσταγωγίας, ἀπὸ τῶν σωματικῶν πρὸς τὰ συγγενῆ τῶν νοητῶν θεάματα τὸν νοῦν γνωστικῶς ἀναβιβάζων· καὶ τούτου τεκμήριον, τὸ τοὺς πεμφθέντας μαθητὰς εἶναι Πέτρον καὶ Ἰωάννην. Ἔστι γὰρ ὁ μὲν Πέτρος, πράξεως, ὁ δὲ Ἰωάννης, θεωρίας σύμβολον.

Διὸ προσφόρως ὑπαντᾷ πρῶτος αὐτοῖς ὁ τὸ κεράμιον βαστάζων τοῦ ὕδατος· σημαίνων δι' αὐτοῦ πάντας τοὺς κατὰ τὴν πρακτικὴν φιλοσοφίαν τοῖς ὥμοις τῶν ἀρετῶν, ὡς ἐν κεραμίῳ τῇ νεκρώσει τῶν ἐπὶ γῆς μελῶν τοῦ σώματος, φρουρουμένην βαστάζοντας τὴν διὰ τῆς πίστεως τῶν μολυσμῶν αὐτοὺς ἐκκαθαίρουσαν χάριν τοῦ Πνεύματος. Εἶτα μετὰ τοῦτον δεύτερος, ὁ τὸ ἀνώγεων ἐστρωμένον δεικνὺς οἰκοδεσπότης· διδάσκων ὡσαύτως δι' αὐτοῦ, πάντας τοὺς κατὰ θεωρίαν τὸ ὕψος τῆς ἑαυτῶν καθαρᾶς καὶ μεγαλοφυοῦς διανοίας, ὥσπερ ἀνώγεων πρὸς ὑποδοχὴν τοῦ μεγάλου Λόγου θεοπρεπῶς, γνωστικοῖς νοήμασί τε καὶ δόγμασι καταστρώσαντας. Ἡ δὲ οἰκία ἐστὶν ἡ κατ' εὐσέβειαν ἕξις· πρὸς ἣν μὲν πρακτικὸς ὁδεύει νοῦς τὴν ἀρετὴν διέπων· δεσπόζει δὲ ταύτης, ὡς ἰδίαν φύσει λοιπὸν κτησάμενος, ὁ τῷ θείῳ φωτὶ τῆς μυστικῆς γνώσεως καταλαμπόμενος νοῦς· καὶ διὰ τοῦτο σὺν τῷ πρακτικῷ, τῆς ὑπερφυοῦς τοῦ Σωτῆρος Λόγου παρουσίας τε καὶ εὐωχίας ἀξιούμενος.

Εἷς μὲν οὖν ὁ ἄνθρωπος εἴρηται, καὶ δύο· εἴπερ ὁ μὲν, κεράμιον βαστάζων γέγραπται, ὁ δὲ, οἰκοδεσπότης ἀναγορεύεται. Εἷς μὲν, ὡς ἔφην, τυχὸν, διὰ τὴν μίαν φύσιν· δύο δὲ, διὰ τὸ ταύτην τὴν φύσιν τοῖς πρακτικοῖς κατ' εὐσέβειαν διηρῆσθαι, καὶ θεωρητικοῖς· οὓς πάλιν διὰ τοῦ πνεύματος μιγνὺς ὁ λόγος, ἕνα καλεῖ τε καὶ ποιεῖ.

Εἰ δὲ καὶ εἰς τὸν καθέκαστον ἄνθρωπον θέλοι τις τὰ εἰρημένα θεωρῆσαι, τῆς ἀληθείας οὐκ ἐκδέδηκε. Πόλις γάρ ἐστιν ἡ τοῦ καθέκαστον ψυχὴ, εἰς ἣν διαπαντὸς ἀποστέλλονται ὡς μαθηταὶ τοῦ Λόγου καὶ Θεοῦ, οἱ περὶ ἀρετῆς καὶ γνώσεως λόγοι. Ὁ δὲ τὸ κεράμιον βαστάζων τοῦ ὕδατός ἐστιν ὁ ἀνέχων τοῖς ὤμοις τῆς ἐγκρατείας ἀκαθαίρετον τὴν ἐν βαπτίσματι δοθεῖσαν χάριν τῆς πίστεως καρτερικὸς τρόπος τε καὶ λογισμός. Ἡ δὲ οἰκία ἐστὶν ἡ ἐκ πολλῶν καὶ διαφόρων, ὥσπερ λίθων στερρῶν τε καὶ ἀνδρικῶν ἠθῶν τε καὶ λογισμῶν οἰκοδομηθεῖσα κατάστασίς τε

Responsio.

Reticuit Scriptura hominis nomen, ad quem Salvator binos misit discipulos, ut Pascha pararent: neque id solum, sed et civitatis, ad quam missi fuerunt. Unde secundum eum intellectum qui primus animo cogitanti occurrit, per civitatem, mundum istum sensibus objectum designari existimo: per hominem vero, universam hominum naturam, ad quam ut Dei ac Verbi discipuli, ejusque **18** mystici cum hominum genere convivii prævii instructores mittuntur, prioris testamenti lex, ac novi: quarum altera, per eam philosophiæ partem quæ in actione versatur, ab omni naturam inquinamento emundat; altera per altiorem contemplationis doctrinam, a rebus corporeis ad cognata intellectilium spectacula objectaque, scientiæ luminibus mentem provehit. Hujusque rei indicium est, quod missi discipuli Petrus sint et Joannes: quorum ille, actionis; iste, contemplationis typum gerit.

Idcirco congrue apteque, amphoram aquæ bajulans eis primus occurrit, sui figura omnes significans, qui per philosophiam actioni studentem, velut in amphora, in mortificatione membrorum corporis, quæ sunt super terram, inclusam tutamque Spiritus gratiam, a sordibus per fidem emundantem, virtutis lacertis bajulant. Tum post eum, qui cœnaculum stratum ostendit, paterfamilias, a se itidem illos omnes designans, qui per contemplationem, mentis suæ puræ ac magnificæ, cœnaculi in morem, quo magnum Dei Verbum ut Deum decet suscipiatur, scientiæ notionibus dogmatisque celsum constraverint verticem. Domus denique, pietatis habitus est: ad quam actioni studens animus, colendo virtutem, iter contendit: patris vero familias jure illi animus dominatur, ut qui suam natura jam possideat, divina mysticæ scientiæ luce præfulgens; eamque ob rem cum eo qui actioni studet, eximia Servatoris Verbi præsentia ac convivio beatur.

Unus quidem homo dictus est, itemque duo: siquidem scriptum est alterum amphoram aquæ bajulare; alter, paterfamilias palam nuncupatur. Unus quidem fortean, uti monui, ob naturæ unitatem: duo autem, quod hæc natura, piorum classe divisa sit, eorum qui actioni student, et qui contemplationi: quos rursus per spiritum Scriptura miscens [11], unum tum appellat tum facit.

Quod si etiam in singulos dicta homines hæc quispiam velit contemplari, a veritate nihil erraverit: est enim uniuscujusque hominis anima civitas, ad quam, ut Verbi Deique discipuli jugiter mittuntur, virtutis ac scientiæ rationes seu sermones. Qui autem amphoram aquæ bajulat, fortis morum contemperatio est atque ratio, concessam in baptismo fidei gratiam, continentiæ lacertis inviolabilem sustentans. Domus autem, qui ex variis **19** diversisque velut lapidibus, et robustis fortibusque moribus ac rationibus, virtutum status habitusque exædificatur.

[11] Matth. XXVI, 18.

Digitized by Google

Cœnaculum, lata mens et spatiosa, scientiæque comparata capacitas, divinis mysticorum ac arcanorum dogmatum perornata spectaculis. Paterfamilias, mens splendidis virtutis ædibus, sublimique scientiæ pulchritudine ac magnitudine dilatata, ad quam, cum discipulis suis, hoc est, primis ac spiritalibus de natura atque tempore notionibus, adveniens Verbum, sui copiam facit. Vere enim Pascha, Verbi ad humanam mentem transitus est; quo nempe cunctis iis qui digni sint, bonorum suorum commercio, mystice Deus Verbum adveniens plenitudinem largitur.

A καὶ ἕξις τῶν ἀρετῶν. Τὸ δὲ ἀνώγεων, ἡ πλατεῖα καὶ εὐρύχωρος ἐστι διάνοιά τε καὶ ἐπιτηδειότης τῆς γνώσεως, θείοις μυστικῶν τε καὶ ἀπορρήτων δογμάτων κατακοσμηθεῖσα θεάμασιν. Ὁ δὲ οἰκοδεσπότης ἐστὶν ὁ νοῦς, ὁ τῷ λαμπρῷ τῆς κατ' ἀρετὴν οἰκίας, καὶ τῷ ὕψει, κάλλει τε καὶ μεγέθει τῆς γνώσεως ἐμπλατυνόμενος· πρὸς ὃν μετὰ τῶν αὐτοῦ μαθητῶν, τουτέστι τῶν περὶ φύσεως καὶ χρόνου πρώτων καὶ πνευματικῶν νοημάτων, ἐνδημῶν ὁ Λόγος, ἑαυτὸν μεταδίδωσι. Πάσχα γὰρ ἀληθῶς ἐστιν ἡ πρὸς τὸν ἀνθρώπινον νοῦν τοῦ Λόγου διάβασις, καθ' ἣν τὸ πλῆρες ἅπασι χαρίζεται τοῖς ἀξίοις διὰ τῆς τῶν οἰκείων ἀγαθῶν μετοχῆς, παραγενόμενος μυστικῶς ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος.

SCHOLIUM.

In quibus scilicet occultus proditur. Ex iis enim quæ sunt, eorum Creatorem cognoscimus, qui vere eorum rationes exsistat, quæ condita sunt. Tempus vero et naturam vocat, quæ sub tempore ac natura comprehenduntur; ac quibus subest, quidquid conditum est, sive ejusmodi sit ut sola mente intelligatur, sive etiam sensu percipiatur: cum quibus Deus Verbum ad eos qui sint digni advenit. Ex his enim quæ sunt circa ipsum cognoscitur, totumque sese impartit, pro cujusque captu atque merito conformis factus. Spiritales de tempore atque natura notiones vocat, eorum rationes nosse, excessu a materia et forma, id est, a carne et mundo; ejus causa, qui propter nos illa factus est.

B

ΣΧΟΛΙΟΝ.

Ἐν οἷς κρυπτόμενος φαίνεται. Ἐκ γὰρ τῶν ὄντων, τὸν τῶν ὄντων γινώσκομεν Ποιητήν, ὄντα κυρίως οἱ λόγοι τῶν γεγονότων. Χρόνον δὲ καὶ φύσιν, οἷς περιέχεται τὸ ὑπὸ χρόνον καὶ φύσιν φησὶ, καὶ ὑφ' ἃ πᾶν κτιστὸν, νοητόν τε καὶ αἰσθητόν· μεθ' ὧν ὁ Λόγος καὶ Θεὸς τοῖς ἀξίοις ἐπιδημῶν. Ἐκ γὰρ τῶν περὶ αὐτὸν γινώσκεται, ὅλον τε αὐτὸν ἐμπαρέχει, κατ' ἀναλογίαν ἑκάστῳ συμμορφαζόμενος. Πνευματικὰ δὲ νοήματα περὶ χρόνου καὶ φύσεως, τὸ τοὺς λόγους τούτων εἰδέναι, διὰ τοῦ ἔξω ὕλης καὶ εἴδους γενέσθαι, ἤτοι σαρκὸς καὶ κόσμου, διὰ τὸν ταῦτα δι' ἡμᾶς γενόμενον.

QUÆSTIO IV.

Quonam modo Dominus discipulis præcepit non habere duas tunicas [11]*, cum ipse, ut sanctus Joannes evangelista auctor est* [12]*, quinque haberet; ac liquet ex iis qui partiti sunt; ac quænam sint hæc indumenta.*

C

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Δ'.

Πῶς τοῖς μαθηταῖς ἐνετείλατο ὁ Κύριος, μὴ κτήσασθαι δύο χιτῶνας, αὐτὸς πέντε κεκτημένος, κατὰ τὸν ἅγιον εὐαγγελιστὴν Ἰωάννην, ὡς ἐκ τῶν μερισαμένων αὐτὰ δῆλόν ἐστι· καὶ τίνα ταῦτα τυγχάνει τὰ ἱμάτια;

Responsio.

Salvator quinque tunicas minime habuit, sed unam super nudo, seu interulam, et exteriorem amictum: e quibus, quæ super nudo, tuniculam seu indusium vocant; exteriorem vero amictum, togam seu pallium, atque alias vestem dictitant. Mystice autem magnus Joannes evangelista, historiæ rudi sententia atque littera, sensus vim spiritalis arcanam per Spiritum reddidit: ut nimirum per ea quæ gesta narrantur, mentem nostram ad eorum quæ intelliguntur veritatem adduceret. Illa igitur desuper contexta per totum Salvatoris tunica, quam non diviserunt, qui in crucem ipsum egerunt, etsi exuere iis concessum **20** est, virtutum est aliis aliis cohærentibus indivisaque connexio ac complexio: et quod a nobis Verbo adhibetur conveniens decensque tegumentum · vel novi, qui secundum ipsum est, hominis desuper per Spiritum contexta gratia. Exterior autem amictus, mundus est in sensum cadens, elementis quatuor divisus: quem velut quatuor vestimenta partiuntur, qui spiritaliter in nobis Dominum crucifigunt.

D

Ἀπόκρισις.

Ὁ Σωτὴρ οὐκ ἔσχε πέντε χιτῶνας, ἀλλ' ἕνα τὸν ἐπὶ τοῦ σώματος, καὶ τὴν ἔξω περιβολήν· ὧν τὸ μὲν ἐντὸς ἐπὶ τοῦ σώματος, καλοῦσι χιτώνιον· τὴν ἔξω δὲ περιβολὴν, προσαγορεύουσιν ἱμάτιον. Ἀλλὰ μυστικῶς τῷ ῥητῷ τῆς ἱστορίας τὸ τῆς θεωρίας ἄῤῥητον ὁ μέγας ἐξέδωκε διὰ τοῦ Πνεύματος εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης, ἵνα τὸν ἡμέτερον νοῦν διὰ τῶν ἱστορουμένων, ἐπὶ τὴν ἀλήθειαν ὁδηγήσῃ τῶν νοουμένων. Ὁ μὲν οὖν ἄνωθεν ὑφανθεὶς διόλου χιτὼν τοῦ Σωτῆρος, ὃν οὐκ ἔσχισαν οἱ σταυρώσαντες, κἂν ἐκδύσαι συνεχωρήθησαν, ἡ διάλληλος τῶν ἀρετῶν καὶ ἀδιάστατός ἐστι συνοχή τε καὶ συμπλοκή· καὶ ἡ παρ' ἡμῶν τῷ Λόγῳ κατάλληλός τε καὶ πρέπουσα σκέψις· ἢ ἡ ἄνωθεν τοῦ νέου κατ' αὐτὸν ἀνθρώπου διὰ τοῦ Πνεύματος ὑφασμένη χάρις. Ἡ ἔξω δὲ περιβολὴ ὁ αἰσθητός ἐστι κόσμος, στοιχείοις τέσσαρσι διαιρούμενος, ὃν ὡς τέσσαρα ἱμάτια μερίζονται οἱ νοητῶς ἐν ἡμῖν σταυροῦντες τὸν Κύριον.

Μερίζονται τοίνυν οἱ δαίμονες τὴν φαινομένην

[11] Matth. x, 10; Luc. ix, 3 [12] Joan. xix, 23.

Digitized by Google

κτίσιν τῶν τεσσάρων στοιχείων, πρὸς πάθος ὁρᾷν κατ' αἴσθησιν ἡμᾶς παρασκευάζοντες, τοὺς ἐν αὐτῇ θείους ἀγνοήσαντας λόγους· τὸν δὲ χιτῶνα τῶν ἀρετῶν κἂν ἐπαίρωσιν ἐξ ἡμῶν διὰ τῆς τῶν καλῶν ἀπραξίας· ἀλλὰ τὴν ἀρετὴν κακίαν εἶναι πεῖσαι οὐ δύνανται. Μὴ τοίνυν πλεονεξίας ἀφορμὴν ποιήσωμεν τὰ πέντε τοῦ Σωτῆρος ἱμάτια, ἀλλὰ γνῶμεν τί τῆς Γραφῆς ὑπάρχει τὸ βούλημα, καὶ πῶς ἐν ἡμῖν ἀμελοῦσι τῶν καλῶν, ὁ Κύριος σταυροῦται, καὶ γυμνοῦται διὰ τῆς ἡμῶν ἐν τοῖς καλοῖς ἀργίας· καὶ πρὸς ὑπηρεσίαν παθῶν δι' ἡμῶν, ὥσπερ ἱμάτια μερίζονται τὴν αὐτοῦ κτίσιν οἱ δαίμονες· καὶ ἀσφαλεῖς γενώμεθα φύλακες τῶν ἐκ Θεοῦ χαρισθέντων ἡμῖν ἀγαθῶν καὶ τὴν κτίσιν, καλῶς πρὸς μόνην τὴν αὐτοῦ θεασώμεθα δόξαν· καὶ τὸν χιτῶνα τοῦ λόγου τῆς γνώσεως, ᾧ μὲ τὰς ἀρετὰς, διὰ τῆς σπουδῆς τῶν ἀγαθῶν ἔργων ἀναφαίρετον τηρήσωμεν.

Εἰ δὲ βούλεσθε πρὸς τοῖς εἰρημένοις χιτῶνα μὲν νοεῖν ἄνωθεν ὑφαντὸν, τὸν τῶν ἀσωμάτων καὶ νοητῶν οὐσιῶν κόσμον, τὴν ἔξω δὲ περιβολὴν, ἣν εἰς τέσσαρα μέρη ὡς στοιχεῖα διεῖλεν ὁ λόγος, εἰς τὴν σωματικὴν φύσιν νοεῖν, οὐχ ἁμαρτήσεσθε τῆς ἀληθείας· ὧν τὸ μὲν σῶμα τῇ φθορᾷ διέλυσαν, ἰσχὺν λαβόντες καθ' ἡμῶν τοῦ νόμου τῆς ἐντολῆς τὴν παράβασιν· τὴν δὲ ψυχὴν, ὡς τῆς ἄνωθεν συγγενείας ὑπάρχουσαν, οὐ κατίσχυσαν.

A constantem oculis conspicuam creaturam, qui per sensum libidinose aspicere, divinarum in eis rationem ignaros, efficiant. Virtutum autem tunicam, etsi a nobis honesti inertia tollant : non tamen hoc valent, ut et virtutem vitium esse persuadeant. Non igitur avaritiæ solatium quinque Salvatoris vestes faciamus, sed intelligamus quodnam sit Scripturæ consilium; ac qua in nobis ratione, dum honesti studio segnes sumus, Dominus crucifigatur; nostroque bona colendi otio ac inertia, exuatur; vitiorumque per nos obsequio, dæmones ejus creaturam vestimentorum instar partiantur : ac caute nobis a Deo concessa bona custodiamus, creaturamque, pro eo ac honesti ratio suadet, ad unam ipsius gloriam conspiciamus : verbi denique scientiæ tunicam (virtutes scilicet) bonorum operum studio inviolabilem nobis servemus.

B

Sin autem ad ea quæ dicta sunt, tunicam desuper contextam intelligere libet, incorporearum substantiarum mundum, ac quæ sola mente intelliguntur : exteriorem vero amictum, quam in quatuor partes velut elementa Scriptura divisit, corpoream naturam intelligere, nihil a vero aberraveritis : quorum, corpus quidem interitione mortis dissolverunt, cum mandati legis transgressionem adversum nos robur acceperunt : animam vero, ut cujus superna cognatio ac origo sit, minime disciderunt.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Ε'.

Τίς ἡ κατηραμένη γῆ ἐν τοῖς ἔργοις τοῦ Ἀδὰμ κατὰ τὴν ἀναγωγὴν, καὶ τί τὸ ἐν λύπαις αὐτὴν φαγεῖν· καὶ τί τὸ, μετὰ τὸ ἀνατεῖλαι ἀκάνθας καὶ τριβόλους, τὸν χόρτον ἐσθίειν· καὶ τί τὸ τελευταῖον, ἐν ἱδρῶτι τοῦ προσώπου αὐτοῦ τὸν ἄρτον φαγεῖν; Καὶ μέν τοι οὐδέποτε ὤφθη ἄνθρωπος γῆν ἐσθίων, οὐδὲ χόρτον· οὐδὲ οἱ τὸν ἄρτον ἐσθίοντες, κατὰ τὴν ἀπόφασιν τῆς ἱστορίας, ἐν ἱδρῶτι τοῦ προσώπου ἐσθίουσιν.

QUÆSTIO V.

Quænam terra maledicta in operibus Adami, juxta spiritalem ac reconditiorem sensum? Quid item Adamum in dolore terram edere? Quidque, illa spinas atque tribulos germinante, fenum comedere? Quid postremo, in sudore vultus sui vesci pane? Atqui nemo unquam hominum visus est terram fenumque comedere : nec qui pane vescuntur, uti historica sententia habet, in sudore vultus vescuntur [14].

C

Ἀπόκρισις.

Ἡ κατηραμένη γῆ ἐν τοῖς ἔργοις τοῦ Ἀδὰμ ἐστιν ἡ σὰρξ τοῦ Ἀδὰμ, ἀεὶ γινομένη διὰ τῶν ἔργων τοῦ Ἀδὰμ, λέγω δὲ τῶν παθῶν τοῦ γεωθέντος· νοῦ, κατηραμένη τῇ τῶν ἀρετῶν, ὡς ἔργων Θεοῦ, ἀκαρπίᾳ· ἣν μετ' ὀδύνης πολλῆς καὶ λύπης ἐσθίει, τῆς κατ' αὐτὴν μικρᾶς ἡδονῆς ἀπολαύων. Ἥτις σὰρξ ὑπὲρ ταύτης τῆς φθαρτῆς ἀπολαύσεως, ἀνατέλλει αὐτῷ μερίμνας καὶ φροντίδας, καθάπερ ἀκάνθας· καὶ μεγάλους πειρασμοὺς καὶ κινδύνους ὥσπερ τριβόλους, κατά τε λόγον καὶ θυμὸν καὶ ἐπιθυμίαν, ἀλγεινῶς αὐτὸν πανταχόθεν κατακεντοῦντας, ἵνα μόλις ἐπιθῇ τὴν ταύτης ὑγείαν τε καὶ εὐεξίαν, ὡς χόρτον μαραινόμενον περιποιήσασθαι καὶ φαγεῖν, τουτέστι, τυχεῖν· καὶ τότε μετὰ πολλὴν τῶν ὀδυνῶν ἐπανάκλησιν, ἐν ἱδρῶτι τοῦ προσώπου, τουτέστιν, ἐν τῷ κατ' αἴσθησιν καμάτῳ τε καὶ κόπῳ τῆς περιέργου κατασκοπῆς τῶν αἰσθητῶν· ὥσπερ ἄρτον τὴν σὰρκὸς σύστασιν ἔχειν τῆς παρούσης ζωῆς ἀφορμὴν, ἣ

21 *Responsio.*

Maledicta terra in operibus Adami, caro Adami est, quæ semper per Adami opera (affectus scilicet mentis terrenæ effectæ) virtutum, tanquam Dei operum, infecunditate maledicto obnoxia est : quam multo cum labore et dolore comedit, dum exiguam quamdam ex ea voluptatem percipit. Hæc vero, caducæ hujus ac fragilis voluptatis loco, curas ei ac sollicitudines, spinarum instar producit; velutque tribulos, ingentes tentationes ac pericula; quibus ratione, iraque et cupiditate miserabilem in modum undique compungatur; ut vix ejus valetudinem bonamque constitutionem, feni instar marcescentis, parare sibi possit ac comedere : hoc est, assequi; tumque demum, post malorum atque dolorum longam repetitionem; *in sudore vultus* [15]; in labore scilicet sensus, rerumque in sensum cadentium ærumna curiosæ explorationis; velut panem, commeatum ad vitæ hujus sustentationem;

D

[14] Gen. III, 17 seqq [15] Gen. III, 19.

Digitized by Google

sive artis opera, sive subtili allo ad vitæ commeatum commento.

Vel potius terra, cor Adami est, prævaricationis reatu, maledicto factum obnoxium, ut cœlestia bona ablata amitteret. Hanc terram, ejus philosophiæ munere quæ in actione versatur, per multas ærumnas comedit, emundatam a conscientiæ maledicto operum ejusmodi, quibus probrum ac labes comes est. Rursumque germinantes in eo spinarum more cogitationes genituræ corporum, durasque ac difficiles tribulorum instar de animis, deque Providentia ac judicio considerationes per rationem ad liquidum usque explanans, instar feni spiritalem decerpit contemplationem : sicque velut in sudore vultus, erudito atque exculto per scientiam solerti ad intelligendum animo, incorrupto divinæ scientiæ pane vescitur : qui solus vere panis vivus est [16], ac qui ad incorruptionem vescentium substantiam conservet. Terra igitur quam laudato quis conatu comedat, cordis mundities est, quam præstet actionis cultus : fenum vero, rerum creatarum per naturalem contemplationem scientia : panis denique, vera divinæ scientiæ sacratior doctrina.

διὰ τέχνης, ἢ δι' ἄλλης τινὸς περινενοημένης τῷ βίῳ μεθοδείας.

Ἡ μᾶλλον γῆ, τοῦ Ἀδὰμ ἐστιν ἡ καρδία, κατάραν λαβοῦσα διὰ τῆς παραβάσεως, τὴν τῶν οὐρανίων ἀγαθῶν ἀφαίρεσιν. Ἥντινα γῆν κατὰ τὴν πρακτικὴν φιλοσοφίαν διὰ πολλῶν θλίψεων ἐσθίει, καθαρθεῖσαν τῆς κατὰ συνείδησιν κατάρας (1) τῶν ἔργων αἰσχύνης. Καὶ πάλιν τοὺς ἀνατέλλοντας ἐν αὐτῇ δίκην ἀκανθῶν λογισμοὺς περὶ τῆς τῶν σωμάτων γενέσεως, καὶ ὥσπερ τριβόλους τοὺς περὶ τῆς τῶν ἀσωμάτων προνοίας τε καὶ κρίσεως περισκελεῖς λογισμοὺς ἀποκαθαίρων τῷ λόγῳ, τὴν φυσικὴν ὥσπερ χόρτον ἑρέπεται θεωρίαν πνευματικήν· καὶ οὕτως, ὡς ἐν ἱδρῶτι τοῦ προσώπου, τῷ ἐπιστημονικῷ τῆς διανοίας κατὰ τὴν γνῶσιν τρόπῳ, τὸν ἄφθαρτον τῆς θεολογίας ἄρτον ἐσθίει, τὸν μόνον ὄντως ζῶντα [Fr. ζωτικὸν], καὶ ἐσθιόντων συντηροῦντα πρὸς ἀφθαρσίαν τὴν γένεσιν. Γῆ τοίνυν ἐστὶ καλῶς ἐσθιομένη, ἡ διὰ πρακτικῆς [Fr. πράξεως] τῆς καρδίας κάθαρσις· χόρτος δὲ, ἡ κατὰ τὴν φυσικὴν θεωρίαν ἐπιστήμη τῶν γεγονότων· ἄρτος δὲ, ἡ κατὰ τὴν θεολογίαν ἀληθὴς μυσταγωγία.

SCHOLIUM.

1. Adami opera vocat, probrosos affectus [17] : nam virtutes solus Deus operatur, in iis qui volunt; ad manifestandas virtutes velut organum, eorum qui conferunt voluntatem, duntaxat assumens propositum.

ΣΧΟΛΙΟΝ.

α'. Ἔργα λέγει τοῦ Ἀδὰμ τὰ πάθη τῆς ἀτιμίας· τὰς γὰρ ἀρετὰς ἐργάζεται μόνος ὁ Θεὸς ἐν τοῖς βουλομένοις· πρὸς τὴν τῶν ἀρετῶν φανέρωσιν, μόνην καθάπερ ὄργανον λαμβάνων, τῶν βουλομένων τὴν πρόθεσιν.

22 QUÆSTIO VI.

Cum auctore sancto Joanne, « Qui natus est ex Deo peccatum non faciat, quia semen ipsius in illo manet, et non potest peccare [18] : » qui autem ex aqua et Spiritu natus est, hic ex Deo natus sit? qui fit, ut nos qui ex Deo per baptisma nati sumus, peccare possimus?

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Ϛ'.

Εἰ κατὰ τὸν ἅγιον Ἰωάννην, « Ὁ γεγεννημένος ἐκ τοῦ Θεοῦ, ἁμαρτίαν οὐ ποιεῖ, ὅτι σπέρμα αὐτοῦ ἐν αὐτῷ μένει, καὶ οὐ δύναται ἁμαρτάνειν· » ὁ δὲ γεγεννημένος ἐξ ὕδατος καὶ Πνεύματος, οὗτος ἐκ τοῦ Θεοῦ γεγέννηται· πῶς οἱ ἐκ τοῦ Θεοῦ διὰ τοῦ βαπτίσματος γεγεννημένοι ἡμεῖς δυνάμεθα ἁμαρτάνειν;

Responsio.

Duplex in nobis est nativitatis ex Deo modus : unus quidem, totam potentia his, qui nascuntur, præsentem præstans adoptionis gratiam : alter vero, totam in actu præsentem, omnemque ejus qui nascitur cum gignente Deo animi proposito, transformatam inducens voluntatem. Ac prior quidem, per solam fidem potentia præsentem gratiam habens; alter autem præter fidem, divinissimam quoque cogniti similitudinem per agnitionem in actu ac efficacem in agnoscente præbens. In quibus igitur prior nascendi modus intelligitur, quod necdum eorum mens a carnali liquido libidine avulsa et exsoluta, omnino Spiritu imbuta sit, per ipsam explorate cognitorum divinorum mysteriorum in actu participationem, non eis deest quin in peccatum quandoque vergere, atque animam inclinare velint. Non enim Spiritus invitam voluntatem gignit; sed volentem ad deificationem transmutat : cujus is, qui per agnitionem experimentum fecit, ab eo quod

Ἀπόκρισις.

(1) Διττὸς ἐν ἡμῖν τῆς ἐκ Θεοῦ γεννήσεως ὁ τρόπος· ὁ μὲν πᾶσαν δυνάμει παροῦσαν τοῖς γεννωμένοις διδοὺς τὴν χάριν τῆς υἱοθεσίας· ὁ δὲ, κατ' ἐνέργειαν ὅλην παροῦσαν, καὶ τὴν τοῦ γεννωμένου πᾶσαν πρὸς τὸν γεννῶντα Θεὸν προαίρεσιν, γνωμικῶς μεταπλάττουσαν εἰσάγων· καὶ ὁ μὲν [2], κατὰ πίστιν μόνην δυνάμει παροῦσαν τὴν χάριν ἔχων· ὁ δὲ πρὸς τῇ πίστει, καὶ τὴν κατ' ἐπίγνωσιν ἐνεργοῦσαν, ἐν τῷ ἐπεγνωκότι τὴν τοῦ γνωσθέντος θειοτάτην ὁμοίωσιν ἐμποιῶν (3). Οἷς μὲν οὖν ὁ πρῶτος τῆς γεννήσεως ἐνθεωρεῖται τρόπος, διὰ τὸ μήπω τὴν γνώμην καθαρῶς ἐξηλωθεῖσαν τῆς σαρκικῆς προσπαθείας ποιωθῆναι διόλου τῷ Πνεύματι, κατ' αὐτὴν τῶν ἐγνωσμένων θείως μυστηρίων δι' ἐνεργείας τὴν μέθεξιν, τὸ πρὸς ἁμαρτίαν ῥέψαι ποτὲ βουλομένοις οὐκ ἄπεστιν. Οὐ γὰρ γεννᾷ γνώμην τὸ Πνεῦμα μὴ θέλουσαν, ἀλλὰ βουλομένην μεταπλάττει πρὸς θέωσιν, ἧς ὁ κατ' ἐπίγνωσιν πεῖρα μεταλαβών, οὐ δύναται τοῦ κυρίως κατ' ἀλήθειαν ἅπαξ ἔργῳ διαγνωσθέντος, πρὸς ἄλλο

[16] Joan. vi, 41. [17] Vulg. *passiones ignominiæ.* (Rom. i, 26.) [18] I Joan. iii, 9.

Digitized by Google

τι παρ' ἐκεῖνο, κἀκεῖνο εἶναι προσποιούμενον, μεταπεσεῖν· ὥσπερ οὔτε ὀφθαλμὸς ἅπαξ τὸν ἥλιον θεασάμενος, εἰς τὴν σελήνην, ἢ τινας ἄλλους τῶν κατ' οὐρανὸν ἀστέρων παραγνωρίσαι. Ὧν δὲ κατὰ τὴν γέννησιν, τὴν ὅλην προαίρεσιν λαβὸν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀπὸ τῆς γῆς πρὸς οὐρανοὺς δι' ὅλου μετέθηκε, καὶ διὰ τῆς κατ' ἐνέργειαν ἀληθοῦς ἐπιγνώσεως, τοῖς τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς μακαρίοις ἀκτῖσι τὸν νοῦν μετεποίησεν, ὡς ἄλλον εἶναι θεὸν νομισθῆναι παθόντα τὰ κατὰ τὴν ἕξιν διὰ τῆς χάριτος· ὅπερ οὐ πάσχων, ἀλλ' ὑπάρχων κατ' οὐσίαν ἐστὶν ὁ Θεός· τούτων σαφῶς ἀναμάρτητος κατὰ τὴν ἕξιν τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς γνώσεως ἡ προαίρεσις γέγονεν, μὴ δυναμένων ἀρνήσασθαι τὸ διὰ τῆς πείρας αὐτῆς κατ' ἐνέργειαν διεγνωσμένον. Κἂν οὖν ἔχομεν τὸ πνεῦμα τῆς υἱοθεσίας, ὅπερ ἐστὶ σπέρμα πρὸς τὴν τοῦ σπείραντος εἰδοποιοῦν τοὺς γεννωμένους ὁμοίωσιν· ἀλλ' οὐ παρέχομεν αὐτῷ τὴν γνώμην τῆς ἐπ' ἄλλο ῥοπῆς τε καὶ διαθέσεως καθαράν· καὶ διὰ τοῦτο καὶ μετὰ τὸ γεννηθῆναι δι' ὕδατος καὶ Πνεύματος, θέλοντες ἁμαρτάνομεν. Εἰ δὲ τούτων, ὕδατος λέγω καὶ Πνεύματος, τὴν ἐνέργειαν δέχεσθαι γνωστικῶς τὴν γνώμην παρεσκευάζομεν, ἄραγε διὰ [Fr. ἆρα ἂν διὰ] τῆς πρακτικῆς τὸ μυστικὸν ὕδωρ ἐποιεῖτο τῆς συνειδήσεως καθαρσιν· καὶ τὸ ζωοποιὸν Πνεῦμα τὴν ἄτρεπτον ἐν ἡμῖν τοῦ καλοῦ διὰ τῆς ἐν πείρᾳ γνώσεως ἐνήργει πλείωσιν. Λείπει τοιγαροῦν ἑκάστῳ ἡμῶν τῶν ἁμαρτεῖν ἔτι δυναμένων, τὸ καθαρῶς ἑαυτοὺς ὅλους κατὰ τὴν γνώμην ἐμπαρέχειν βουληθῆναι τῷ Πνεύματι.

A semel reipsa vere proprieque dignovit, ad aliud præter ipsum, ac quod illud esse mentiatur, non potest demutari. Uti neque oculus ubi solem semel conspexit, ejus loco lunam, seu alias cœlestis orbis stellas, unquam errore habebit. Quorum vero per nativitatem, Spiritus sanctus totum animum occupans e terra ad cœlos penitus transtulit, ac per vèram in actu agnitionem Dei ac Patris beatis fulgoribus transmutavit (ut deus alius esse existimetur, per munus gratiæ ea passus quæ sunt habitus : quod qui non patitur, sed per essentiam est, ipse Deus exsistit) horum perspicue secundum virtutis ac scientiæ habitum, a peccato immunis voluntas effecta est : qui videlicet id negare non possint, quod in actu ipso rei periculo iis cognitum est. B Quanquam igitur spiritum adoptionis habemus [10], nempe semen, eos qui nascuntur ad ejus qui seminat formans **23** similitudinem; quod tamen cor ei mundum a propensione ad quodvis aliud ac affectione, non exhibemus; idcirco posteaquam etiam ex aqua et Spiritu nati sumus, voluntate peccamus. Quod si ad horum vim ac efficaciam (aquæ scilicet et Spiritus) spiritaliter recipiendam, animum aptaremus, utique aqua mystica actionis cultu conscientiam emundaret; ac vivificus Spiritus, immobilem in nobis honesti perfectionem per scientiæ in actu experientiam præstaret. Superest igitur nobis singulis, quibus adhuc peccandi facultas inest, ut nos totos liquido mentis sententia Spiritui præbere velimus.

C

ΣΧΟΛΙΑ.

α'. Πρὸς τοὺς ἐρωτῶντας, πότερον ὁ Ἀδὰμ θνητὸς ἢ ἀθάνατος διεπλάσθη, πρόσφορος ὁμοῦ καὶ λίαν κατάλληλος ἡ ἀπόκρισις.

β'. Ἀρτὴ πίστις, φησὶ, δυνάμει τὴν χάριν ἔχει τῆς υἱοθεσίας, ὡς διὰ τῶν ἐντολῶν μὴ κινουμένη ὑπὸ τῶν ἐφ' αὑτῇ.

γ'. Δύο τινὰς ἀποφαίνεται τρόπους γεννήσεως· τὸν μὲν κατ' οὐσίαν, ἵν' οὕτως εἴπωμεν, τοῦ ὅλου ἀνθρώπου· καθ' ὃν ἡ τῆς υἱοθεσίας τελείωσις δυνάμει τῇ ψυχῇ ἐγγίνεται· τὸν δὲ κατὰ γνώμην καὶ προαίρεσιν, καθ' ὃν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον παραλαβὸν θέλουσαν γνώμην τε καὶ προαίρεσιν, μεταπλάττει πρὸς θέωσιν, ὅλην αὐτὴν ἑνοῦν τῷ Θεῷ. Κατὰ μὲν οὖν τὸν πρῶτον τῆς γεννήσεως τρόπον, οἷόν τε τοὺς γεγεννημένους D βέβαι πρὸς ἁμαρτίαν, μὴ βουλομένους εἰς ἔργον ἄγειν τὴν ἐνοῦσαν αὐτοῖς τῆς υἱοθεσίας δύναμιν, τῇ πρὸς τὴν σάρκα προσπαθείᾳ. Ἡ γὰρ προαίρεσίς ἐστι τὸ χρώμενον· ἡ δὲ τῆς υἱοθεσίας δύναμις, οἱονεὶ τὸ ὄργανον, ἢ τις δὴ ἀνενέργητος μένει, τῆς προαιρέσεως μὴ ταύτης χρῆσθαι προαιρουμένης. Κατὰ μὲν οὖν ταῦτον τῆς γεννήσεως τὸν τρόπον, οἷόν τέ φησι τοὺς γεγεννημένους ἐξαμαρτῆσαι· κατὰ δὲ τὸν ἕτερον, ἀμήχανον, ἅπαξ θεωθείσης τῆς γνώμης

SCHOLIA.

1. Accommoda simul valdeque conveniens responsio, ad eos qui quærunt, fueritne Adamus mortalis formatus, an immortalis *.

2. Otiosa fides, inquit, potentia gratiam adoptionis habet; quæ scilicet per mandata non moveatur, eorum studio, qui ipsam habent.

3. Duos quosdam nativitatis modos affirmat : alterum secundum essentiam, ut sic loquar, totius hominis, per quem adoptionis perfectio potentia animæ comparatur : alterum, secundum voluntatem mentisque propositum, quo Spiritus sanctus volentem animum assumens, in deitatis gratiam transmutat, totum ipsum Deo uniens; secundum priorem nativitatis modum, fieri potest, ut qui nati sunt ad peccatum vergant, qui carnis libidine nolint ad opus reducere, quæ illis inest, adoptionis potentiam : libera enim voluntas est quod utitur; adoptionis autem potentia, velut instrumentum, quæ otiosa manet ac vacans, nisi voluntas hoc velit ut utatur. Secundum illum igitur nativitatis modum, ait fieri posse ut peccent, qui nati sunt; secundum alterum autem fieri non posse **, semel deificata mente et voluntate. Apostolum igitur, secundum

[10] Rom. VIII, 15.

* Nempe, creatus erat immortalis, si vellet, et Deo obsequens esset, id est, immortalis potentia.

** Istud in via de impossibili morali, pro difficili : alioqui in via nemo a mutatione tutus

Digitized by Google

hunc dicere nativitatis modum, qui ex Deo natus est, non posse peccare.

καὶ προαιρέσεως. Τὸν οὖν Ἀπόστολον, κατὰ τοῦτον τῆς γεννήσεως τὸν τρόπον φάναι, τὸν γεγεννημένον ἐκ τοῦ Θεοῦ, ἁμαρτίαν μὴ ποιεῖν.

QUÆSTIO VII.

Quid sibi vult, « Propter hoc enim et mortuis evangelizatum est, ut judicentur quidem secundum hominem carne, vivant autem secundum Deum spiritu [20]*? » Quomodo mortui carne judicantur?*

Responsio.

Moris est Scripturæ ut mutet tempora, aliaque pro aliis vicissim accipiat; atque ut futurum tanquam præteritum, ac contra præteritum velut futurum*; itemque præsens præteriti loco atque futuri enuntiet; ut liquet iis qui in ea paulo versati sunt. Sunt igitur qui dicant Scripturam eos mortuos appellare, qui ante Christi adventum vita functi sunt; puta qui fuerunt tempore diluvii; quo fuit turris exstructio; qui in Sodomis; 24 qui in Ægypto; aliosque qui diversis ex causis modisque multiformem vindictam, immensaque divino judicio inflicta supplicia cladesque susceperunt. Hi, non tam eo nomine quod Dei ignorantiam habuerunt, quam quod alii alios injuria violarunt, pœnas dederunt. Iis evangelizatum ait Scriptura magnum salutis præconium, *judicatis jam carne secundum hominem:* hoc est, cum eorum dedissent pœnas, quæ per vitam in carne alii in alios deliquerant; *ut vivant secundum Deum spiritu:* hoc est anima, suscipientes apud inferos constituti veræ fidei cognitionem, per eum qui et mortuos qui crediderunt salvos facturus, ad inferos Salvator descendit. Ut autem locum intelligamus, sic exponamus: In hoc enim et mortuis evangelizatum est, judicatis secundum hominem carne, ut viverent secundum Deum spiritu.

Vel iterum mortuos forsitan occulte vocat, qui mortificationem Jesu in corpore circumferunt [21], quibus merito ipsis vere rebus divinum Evangelium datum est; quippe cum Evangelium, carnalis vitæ abdicationem, ac spiritalis professionem sanciat ac edoceat: qui, inquam, secundum hominem, id est, humanam in carne per hoc sæculum vitam, moriuntur; vivunt autem solo spiritu secundum Deum, uti divinus Apostolus ac illi similes: qui ipsi quidem vitam propriam nequaquam vivant, Christum vero in se viventem secundum animum solum habeant [22]. Per hunc modum, qui propter Deum in hoc sæculo mortui sunt, carne judicantur; qui nimirum ærumnas et cruciatus atque angustias habeant, et persecutiones, innumeraque tentationum genera cum gaudio sustineant.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Ζ'.

Τί ἐστιν, «Εἰς τοῦτο γὰρ καὶ νεκροῖς εὐηγγελίσθη, ἵνα κριθῶσι μὲν κατὰ ἄνθρωπον σαρκὶ, ζῶσι δὲ κατὰ Θεὸν πνεύματι·» Πῶς οἱ νεκροὶ σαρκὶ κρίνονται;

Ἀπόκρισις.

Ἔθος ἐστὶ τῇ Γραφῇ τοὺς χρόνους μεταλλάσσειν, καὶ εἰς ἀλλήλους μεταλαμβάνειν· καὶ τὸν μέλλοντα ὡς παρῳχηκότα, καὶ τὸν παρῳχηκότα ὡς μέλλοντα· καὶ τὸν ἐνεστῶτα, εἰς τὸν πρὸ αὐτοῦ καὶ μετ' αὐτὸν χρόνον ἐκφωνεῖν, ὡς ἔστι δῆλον τοῖς αὐτῆς πεπειραμένοις. Φασὶν οὖν τινες, νεκροὺς λέγειν ἐνταῦθα τὴν Γραφὴν, τοὺς πρὸ τῆς ἐπιδημίας τοῦ Χριστοῦ τελειωθέντας ἀνθρώπους· οἷον, τοὺς ἐν τῷ κατακλυσμῷ, τοὺς ἐν τῷ χρόνῳ τῆς πυργοποιίας, τοὺς ἐν Σοδόμοις, τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς κατὰ διαφόρους καιρούς τε καὶ τρόπους, τὴν πολύτροπον δίκην, καὶ τὰς ἐξαισίας ἐπαγωγὰς τῶν θείων κριμάτων δεξαμένους. Οἵτινες οὐχ ὑπὲρ ἀγνοίας Θεοῦ τοσοῦτον, ὅσον τῆς εἰς ἀλλήλους παροινίας τὴν δίκην ἔτισαν· οἷς εὐηγγελίσθαι λέγει τὸ μέγα τῆς σωτηρίας κήρυγμα, *κριθεῖσιν ἤδη σαρκὶ κατὰ ἄνθρωπον*· τουτέστιν ἀπολαβοῦσι τῶν εἰς ἀλλήλους ἐγκλημάτων τὴν δίκην, διὰ τῆς ἐν σαρκὶ ζωῆς, *ἵνα ζήσωσι κατὰ Θεὸν πνεύματι*, τουτέστι ψυχῇ· δεχόμενοι κατὰ τὸν ᾅδην ὄντες τῆς θεογνωσίας τὸ κήρυγμα, διὰ τοῦ καὶ νεκροὺς σῶσαι κατελθόντος εἰς ᾅδην Σωτῆρος πιστεύσαντας. Ὑπὲρ δὲ τοῦ νοηθῆναι τὸν τόπον, οὕτως ἐκλάβωμεν· Εἰς τοῦτο γὰρ καὶ νεκροῖς εὐηγγελίσθη, κριθεῖσι κατὰ ἄνθρωπον σαρκὶ, ἵνα ζήσωσι κατὰ Θεὸν πνεύματι.

Ἢ πάλιν νεκροὺς λέγει τυχὸν ἐπικεκρυμμένως, τοὺς τὴν νέκρωσιν τοῦ Ἰησοῦ ἐν τῷ σώματι περιφέροντας, οἷς εἰκότως κατὰ ἀλήθειαν δι' αὐτῶν τῶν ἔργων δέδοται τὸ θεῖον Εὐαγγέλιον· εἴπερ τὸ Εὐαγγέλιον σαρκικῆς μὲν εἰσηγεῖται ζωῆς ἄρνησιν, πνευματικῆς δὲ ὁμολογίαν· τοὺς ἀεὶ μὲν κατὰ ἄνθρωπον, λέγω δὲ τὴν ἀνθρωπίνην ἐν σαρκὶ κατὰ τὸν αἰῶνα τοῦτον ζωὴν, ἀποθνήσκοντας, ζῶντας δὲ κατὰ Θεὸν μόνῳ τῷ πνεύματι, κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον καὶ τοὺς ἀμφ' αὐτόν· τοὺς ζῶντας μηνοὐδαμῶς ἰδίαν ζωὴν, ζῶντα δὲ τὸν Χριστὸν ἐν ἑαυτοῖς, κατὰ μόνην ἔχοντας τὴν ψυχήν. Οὕτως οἱ διὰ τὸν Θεὸν ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ νεκροὶ, σαρκὶ κρίνονται, θλίψεις καὶ βασάνους πολλὰς καὶ στενοχωρίας ἔχοντες· καὶ διωγμοὺς, καὶ μυρία πειρασμῶν εἴδη μετὰ χαρᾶς ὑπομένοντες.

QUÆSTIO VIII.

Cum rursus dicat sanctus Joannes: « Deus lux est [23]*; » et post pauca iterum: « Si in luce ambulemus, sicut ipse est in luce* [24]*, » quonam modo idem et lux dicitur, et in luce (velut alius in alio) esse?*

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Η'.

Ἐπειδὴ πάλιν λέγει ὁ ἅγιος Ἰωάννης· «Ὁ Θεὸς φῶς ἐστι·» καὶ μετ' ὀλίγα πάλιν· «Ἐὰν ἐν τῷ φωτὶ περιπατῶμεν, ὡς αὐτός ἐστιν ἐν τῷ φωτὶ·» πῶς καὶ φῶς ὁ αὐτὸς λέγεται καὶ ἐν τῷ φωτὶ εἶναι, ὡς ἄλλος ἐν ἄλλῳ;

[20] I Petr. IV, 6. [21] II Cor. IV, 10. [22] Galat. II, 20. [23] I Joan. I, 5. [24] Ibid. 7.

* Locus difficilis, de quo interpretes alii consulendi.

Digitized by Google

A

Ἀπόκρισις.

Ὁ κατ' οὐσίαν ἀληθῶς φῶς ὑπάρχων Θεός, ἐν τοῖς ἐν αὐτῷ διὰ τῶν ἀρετῶν περιπατοῦσίν ἐστιν ἀληθῶς φῶς γενόμενος. Ὥσπερ οὖν τὸ κατὰ μέθεξιν φῶς, ὡς οἱ ἅγιοι πάντες, διὰ φιλοθεΐας ἐν τῷ κατ' οὐσίαν γίνονται φωτί, οὕτω τὸ κατ' οὐσίαν ἐν τῷ κατὰ μέθεξιν φωτὶ διὰ φιλανθρωπίαν γίνεται φῶς. Ἐὰν οὖν ἐσμεν κατὰ τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν γνῶσιν ὡς ἐν φωτὶ τῷ Θεῷ, καὶ αὐτὸς ὁ Θεός, ὡς φῶς, ἐν φωτί ἐστιν ἐν ἡμῖν. Ὁ γὰρ φύσει φῶς ὁ Θεός, ἐν τῷ μιμήσει γίνεται φωτί, ὡς ἐν εἰκόνι ἀρχέτυπον· ἢ μᾶλλον φῶς ἐστιν ὁ Θεὸς καὶ Πατήρ, ἐν φωτὶ δηλαδὴ τῷ Υἱῷ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι, οὐκ ἄλλο καὶ ἄλλο, καὶ ἄλλο φῶς ὑπάρχων· ἀλλὰ κατ' οὐσίαν ἓν καὶ τὸ αὐτό, κατὰ τὸν τῆς ὑπάρξεως τρόπον τρισσοφαές.

Responsio.

Ὁ κατ' οὐσίαν ἀληθῶς φῶς ὑπάρχων Θεὸς, ἐν τοῖς ἐν αὐτῷ διὰ τῶν ἀρετῶν περιπατοῦσίν ἐστιν ἀληθῶς φῶς γενόμενος. Ὥσπερ οὖν τὸ κατὰ μέθεξιν φῶς, ὡς οἱ ἅγιοι πάντες, διὰ φιλοθεΐας ἐν τῷ κατ' οὐσίαν γίνονται φωτὶ, οὕτω τὸ κατ' οὐσίαν ἐν τῷ κατὰ μέθεξιν φωτὶ διὰ φιλανθρωπίαν γίνεται φῶς. Ἐὰν οὖν ἐσμεν κατὰ τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν γνῶσιν ὡς ἐν φωτὶ τῷ Θεῷ, καὶ αὐτὸς ὁ Θεὸς, ὡς φῶς, ἐν φωτί ἐστιν ἐν ἡμῖν. Ὁ γὰρ φύσει φῶς ὁ Θεὸς, ἐν τῷ μιμήσει γίνεται φωτὶ, ὡς ἐν εἰκόνι ἀρχέτυπον· ἢ μᾶλλον φῶς ἐστιν ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ, ἐν φωτὶ δηλαδὴ τῷ Υἱῷ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι, οὐκ ἄλλο καὶ ἄλλο, καὶ ἄλλο φῶς ὑπάρχων· ἀλλὰ κατ' οὐσίαν ἓν καὶ τὸ αὐτὸ, κατὰ τὸν τῆς ὑπάρξεως τρόπον τρισσοφαές.

A

Responsio.

Qui vere per essentiam lux exsistit, Deus, iis vere lux factus est, qui in ipso virtutum cultu ambulant. Quemadmodum igitur, quæ secundum participationem lux est, veluti sancti omnes, qua fulgent religiosa pietate id nanciscuntur, ut sint in luce secundum essentiam : sic et **25** lux secundum essentiam, ut sit in luce secundum participationem per humanitatem ac clementiam. Si quidem igitur per virtutem et scientiam in Deo tanquam in luce sumus, ipse quoque Deus in nobis est ut lux in luce. Qui enim lux per naturam Deus exsistit, in luce fit, quæ est imitatio, uti est nimirum forma principalis in imagine; vel potius, lux est Deus et Pater, in luce utique Filio et Spiritu sancto, non alia et alia, aliaque lux exsistens; sed una eademque lux secundum essentiam, secundum exsistendi modum ac subsistentiam, ipsa trine fulgens.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Θ'.

Τί λέγει πάλιν ὁ ἅγιος Ἰωάννης· « Ἀδελφοὶ, τέκνα Θεοῦ ἐσμεν, καὶ οὔπω ἐφανερώθη τί ἐσόμεθα ; » Πῶς ὁ ἅγιος Παῦλος λέγει· « Ἡμῖν δὲ ἀπεκάλυψεν ὁ Θεὸς διὰ τοῦ Πνεύματος· τὸ γὰρ Πνεῦμα πάντα ἐρευνᾷ, καὶ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ. » Πῶς δὲ καὶ τὰ τοιαῦτα φιλοσοφεῖ περὶ τοῦ, τί ἐσόμεθα;

B

QUÆSTIO IX.

Quid iterum sibi vult quod ait sanctus Joannes : « Fratres, nunc filii Dei sumus, et nondum apparuit quid erimus [22] ? » Quomodo ait beatus Paulus : « Nobis autem revelavit Deus per Spiritum? Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda Dei. » [23] Quid vero etiam talia philosophatur de eo quod erimus ?

Ἀπόκρισις.

Ὁ μὲν οὖν ἅγιος εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης, τὸν τρόπον τῆς μελλούσης τῶν γενομένων ἐνταῦθα τέκνων τοῦ Θεοῦ διὰ τῶν κατὰ τὴν πίστιν ἀρετῶν θεώσεως, ἠγνοηκέναι λέγει, μήπω φανερωθείσης τῆς αὐθυπάρκτου κατὰ τὸ εἶδος τῶν μελλόντων ἀγαθῶν ὑποστάσεως. Διὰ πίστεως γὰρ ἐνταῦθα περιπατοῦμεν, οὐ διὰ εἴδους. Ὁ δὲ ἅγιος Παῦλος, τὸν ἐπὶ τοῖς μέλλουσιν ἀγαθοῖς θεῖον σκοπὸν λέγει, δι' ἀποκαλύψεως εἰληφέναι· οὐ μὴν αὐτὸν ἐπεγνωκέναι τὸν κατὰ τὸν θεῖον σκοπὸν τῆς ἐκθεώσεως τρόπον. Διὸ λέγει σαφῶς ἑαυτὸν ἑρμηνεύων· *Κατὰ σκοπὸν διώκω, πρὸς τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως·* γνῶναι δηλονότι θέλων ἐκ τοῦ παθεῖν τὸν τρόπον τῆς κατ' ἐνέργειαν ἐκπληρώσεως τοῦ θείου, καὶ αὐτῷ δι' ἀποκαλύψεως ἐνταῦθα γνωσθέντος σκοποῦ, τῆς ἐκ θεωρητῆς τῶν ἀξιουμένων δυνάμεως. Συνᾴδουσιν οὖν οἱ ἀπόστολοι, διὰ τῆς δοκούσης ἐναντιοφανοῦς διδασκαλίας ἀλλήλοις συμπνέοντες, ὡς ὑφ' ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ κινούμενοι Πνεύματος. Ὁ μὲν γὰρ, τοῦ τρόπου τῆς μελλούσης κατὰ τὴν χάριν θεώσεως ὁμολογεῖ τὴν ἄγνοιαν· ὁ δὲ, τοῦ σκοποῦ μεγαλοφυῶς εἰσηγεῖται τὴν εἴδησιν. Ὅτι δὲ ταύτης ἔχεται τῆς γνώμης ὁ ἅγιος Ἀπόστολος, αὐτὸς ἑαυτοῦ διὰ πάντων τῶν θείων αὐτοῦ λόγων μάρτυς καθέστηκεν· ποτὲ μὲν, τέλειν καταργηθήσεσθαι φάσκων γνῶσιν καὶ προφητείαν· ποτὲ δὲ, οὕτω λογιζόμενος ἑαυτὸν κατειληφέναι· ποτὲ δὲ, δι' ἐσόπτρου καὶ αἰνιγμάτων βλέπειν λέγων τὰ μέλλοντα· καὶ εἶναι καιρὸν, ὅτε τῷ προσώπῳ πρὸς πρόσωπον τῶν ἐλπιζομένων μεγάλης

C

D

Responsio.

Ad sanctum Joannem evangelistam quod attinet, futuræ modum deificationis eorum qui per fidem hic filii Dei exstiterunt, ignorari ait, cum necdum futurorum bonorum secundum speciem ipsa vere exsistens manifestata substantia sit : *Per fidem enim hic ambulamus, non per speciem* [24]. At sanctus Paulus, divinum se ait de futuris bonis per revelationem accepisse destinatum consilium; non tamen ipsum agnovisse ex divini illius consilii ratione, deificationis modum. Idcirco clare ait, ipse seipsum exponens : *Secundum præfixum terminum insequor, ad palmam supernæ vocationis* [25]; qui videlicet ipso experimento sensuque dignoscendi modum quo actu explendum sit divinum illud ac per revelationem hic sibi cognitum destinatum consilium vis illius deificantis dignos, desiderio teneretur. Consentiunt igitur ambo apostoli, ac qua specie tenus alter alteri doctrina adversatur, conspirant, velut uno eodemque afflati Spiritu. Nam prior quidem, futuræ per gratiam deificationis modum ignotum esse fatetur; alter vero, destinati ejus consilii notitiam magnifice exponit. Quod autem eidem sententiæ magnus quoque Apostolus hæreat, ipse sibi in universis quæ scribit testis exsistit; cum modo quidem **26** omnem scientiam evacuandam dicit et prophetiam [26]; modo autem arbitratur se non comprehendisse [30] : modo per speculum et in ænigmate ait videre futura ; ac fore tempus, quando facie ad faciem eorum quæ in spe posita sunt [31],

[22] I Joan. III, 2. [23] I Cor. II, 10. [24] II Cor. V, 7. [25] Philipp. III, 14. [26] I Cor. XIII, 8. [30] Philipp. III, 12. [31] I Cor. XIII, 12. [23] ibid.

Digitized by Google

magna omnemque cogitatum superante gratia potietur : quandoque ex parte cognoscere profitetur, atque ex parte prophetare; quandoque diserte clamat oportere ut cognoscat, sicut et cognitus est [32] : ut qui nimirum necdum cognoverit, cujus futura cognitio est. Atque, ut verbo dicam, quod ita dictum Apostolo est : *Cum venerit quod perfectum est, evacuabitur quod ex parte est* [33], idipsum mihi esse videtur, ac Theologi effatum illud : *Nondum apparuit quid erimus* [34].

QUÆSTIO X.

Cum is qui timet non sit perfectus in charitate [35], *qui fit, ut eum timentibus nihil desit* [36]? *Nam si aliquid non deest, utique perfectus est. Quonam igitur modo, qui timet, perfectus non est?*

Responsio.

Divinarum Scripturarum elegans pulchraque ordinis ratio, juxta salutarem Spiritus regulam, eorum qui ab exteriori vitiorum affectuumque turba ad divinam unitatem moventur [*], gradus distinguens, eos quidem qui inducuntur, et in atriis, ut sic dicam, divinæ virtutum aulæ consistunt, *timentes* vocavit : qui autem moderatum pauloque auctiorem secundum virtutem rationum morumque habitum nacti sunt, *proficientes* appellare consuevit : eos denique qui spiritali scientia ad ipsum jam veritatis virtutes explanantis culmen evaserunt, *perfectos* nuncupat. Neque igitur ei, qui timet Dominum, veteremque omnino conversationem aversatur, qua vitiis corrumpebatur, ac per timorem, animum omnem atque affectum divinis mandatis addixit, bonum aliquod deest, pro eorum qui inducuntur deditum munere exque illorum ratione; tametsi is, necdum firmo virtutes habitu adeptus est; nec ejus sapientiæ factus particeps, quam Apostolus loquitur inter perfectos [37]. At neque proficienti deest aliquid, eorum bonorum, quæ ad ejus attinent gradum, etsi nondum eamdem ac perfecti eminentem divinorum scientiam nactus sit.

27 Ac rursus, qui eam philosophiæ partem, quæ in actione versatur, strenue colunt, necdum exsolutis a timore divinorumque judiciorum memoria, animis, ii nobis timentes intelligantur; quibus juxta beatum Davidem nihil prorsus desit; eorum scilicet partium, qui pro veritate adversus contrariam potestatem certamine funguntur; tametsi adhuc perfectorum sincera mysticarum notionum communicatio eos deficiat. Qui autem jam contemplantis theologiæ mystice munus adepti, a terreno omni cogitatu mentem mundam reddiderunt, divinæque pulchritudinis imaginem, quæ nullo desiderato ejus totam expressionem ferat, ii nobis diligentes sint.

Nihil igitur deest timentibus, ut est auctor beatus David, qua ratione timentes sunt, quanquam is qui timet, immediate plenitudinem unionis ac

A καὶ ὑπὲρ νόησιν ἀπολσύσει χάριτος· ποτὲ δὲ ἐκ μέρους γινώσκειν ὁμολογῶν, καὶ ἐκ μέρους προφητεύειν· ποτὲ δὲ, χρῆναι αὐτὸν γνώσεσθαι, καθὼς καὶ ἐπεγνώσθη, διαῤῥήδην βοῶν· ὡς οὕπω δηλονότι γνοὺς τὸ γνωσθησόμενον· καὶ συντόμως εἰπεῖν τὸ, *Ὅταν ἔλθῃ τὸ τέλειον, τὸ ἐκ μέρους καταργηθήσεται*, τῷ Ἀποστόλῳ εἰρημένον, ταυτὸν εἶναί μοι φαίνεται τῷ, *Οὔπω ἐφανερώθη τί ἐσόμεθα*, λεχθέντι τῷ Θεολόγῳ.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Ι'.

Εἰ ὁ φοβούμενος οὐ τετελείωται ἐν τῇ ἀγάπῃ, πῶς οὐκ ἔστιν ὑστέρημα τοῖς φοβουμένοις αὐτόν, Ἐὰν οὐκ ἔστιν ὑστέρημα, δῆλον ὅτι τετελείωται· πῶς οὖν ὁ φοβούμενος οὐ τετελείωται;

B *Ἀπόκρισις.*

Ἡ καλὴ τῶν θείων Γραφῶν εὐταξία, κατὰ τὸν σωστικὸν τοῦ Πνεύματος θεσμὸν, τῶν ἀπὸ τῆς ἐκτὸς κατὰ τὰ πάθη πληθύος ἐπὶ τὴν θείαν ἑνότητα κινουμένων τοὺς βαθμοὺς διορίζουσα, τοὺς μὲν εἰσαγομένους, καὶ ἐπὶ τὰ πρόπυλά που τυγχάνοντας τῆς θείας αὐλῆς τῶν ἀρετῶν, *φοβουμένους* ἐκάλεσε· τοὺς δὲ κτησαμένους σύμμετρον ἕξιν τῶν κατὰ τὴν ἀρετὴν λόγων τε καὶ τρόπων, οἷδέν ὀνομάζειν *προσκόπτοντας*· τοὺς δὲ κατὰ αὐτὴν γνωστικῶς ἤδη γεγενημένους, τῆς τῶν ἀρετῶν ἐκφαντικῆς ἀληθείας κορυφὴν, προσαγορεύει *τελείους*. Οὔτε οὖν ὁ φοβούμενος τὸν Κύριον, ἀπεστραμμένος διόλου τὴν κατὰ C τὴν φθορὰν τῶν παθῶν ἀρχαίαν ἀναστροφὴν, καὶ πᾶσαν ἑαυτοῦ τὴν διάθεσιν διὰ τὸν φόβον ἐκδεδωκὼς τοῖς θείοις προστάγμασιν, ὑστερεῖ τινος καλοῦ τῶν εἰσαγομένοις πρεπόντων· κἂν οὕπω τὴν ἐν ἀρεταῖς ἕξιν ἐκτήσατο, καὶ τῆς ἐν τοῖς τελείοις λαλουμένης σοφίας γέγονε μέτοχος· ἀλλ' οὐδὲ ὁ προκόπτων, τῶν ἐπιβεβλημένων αὐτῷ τῷ βαθμῷ καλῶν τινος ὑστερεῖ· κἂν τὴν αὐτὴν οὕπω τοῖς τελείοις ὑπερέχουσαν τῶν θείων ἐκτήσατο γνῶσιν.

Καὶ πάλιν, οἱ μὲν τὴν πρακτικὴν ἀνδρικῶς μετιόντες φιλοσοφίαν, φόβου καὶ μνήμης τῶν μελλόντων θείων δικαιωτηρίων οὕπω τὴν ψυχὴν ἀπολύσαντες, νοεῖσθωσαν ἡμῖν οἱ φοβούμενοι· μηδενὸς μὲν, κατὰ τὸν μακάριον Δαβὶδ, ὑστεροῦντες καθάπαξ τῶν ὑπὲρ D ἀληθείας ἀγωνιζομένων κατὰ τῆς ἀντικειμένης δυνάμεως· ὅμως δ' οὖν ἔτι λειπόμενοι τῆς κατὰ νοῦν τῶν τελείων ἀκραιφνοῦς τῶν μυστικῶν θεαμάτων διαδόσεως. Οἱ δὲ τῆς θεωρητικῆς ἤδη μυστικῶς ἀξιωθέντες θεολογίας, καὶ πάσης φαντασίας ὑλικῆς τὸν νοῦν καθαρὸν καταστήσαντες, καὶ εἰκόνα τῆς θείας ὡραιότητος ὅλην ἀνελλιπῶς φέρουσαν τὴν ἐκμίμησιν, ἔστωσαν ἡμῖν οἱ ἀγαπῶντες.

Οὐκ ἔστιν οὖν ὑστέρημα τοῖς φοβουμένοις, κατὰ τὸν μακάριον Δαβὶδ, ὡς φοβουμένοις, κἂν οὐκ ἔχῃ τὸ πλῆρες καὶ τέλειον τῆς ἀμέσου πρὸς τὸν λόγον

[32] I Cor. XIII, 10. [33] I Joan. III, 2. [34] I Joan. IV, 18. [35] Psal. XXXIII, 10. [36] I Cor. II, 6.

[*] Eadem cent. I, ex. 5, c. 68, 69, 70.

Digitized by Google

ἑνώσεως κατὰ τὸ ἴσον τοῖς ἀγαπῶσι τὸν Κύριον, ὁ φοβούμενος. *Ἕκαστος γὰρ ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι, κατὰ* τὴν ἠφωρισμένην αὐτῷ μονήν, ἔχει τὸ τέλειον· κἂν ἄλλος ἄλλου κατὰ ποιὸν ἢ ποσὸν τῆς πνευματικῆς ἡλικίας ἐστὶν ὑψηλότερος. Ἐπειδὴ δὲ διττός ἐστιν ὁ φόβος, κατὰ τό· *Φοβήθητε μᾶλλον τὸν δυνάμενον καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα ἀπολέσαι ἐν γεέννῃ*· καὶ κατὰ τό· *Ὁ φόβος Κυρίου ἁγνὸς, διαμένων εἰς αἰῶνα αἰῶνος*· καὶ· *Μέγας, καὶ φοβερός ἐστιν ἐπὶ πάντας τοὺς περικύκλῳ αὐτοῦ*· ζητητέον, πῶς ἔξω βάλλει τὸν φόβον ἡ ἀγάπη, εἴπερ εἰς αἰῶνα αἰῶνος διαμένει· πῶς δὲ φοβερός ἐστι διαμένων ὁ Θεὸς εἰς τοὺς ἀπείρους αἰῶνας ἐπὶ πάντας τοὺς περικύκλῳ αὐτοῦ; Ἢ μᾶλλον, ἐπειδὴ, καθὼς ἔφην, διττός ἐστιν ὁ φόβος, ὁ μὲν ἁγνὸς, ὁ δὲ οὐχ ἁγνός· οἷον, ὁ μὲν ἐπὶ πλημμελήμασι κατ' ἐκδοχὴν κολάσεως συνιστάμενος φόβος, αἰτίαν ἔχων τῆς αἰκείας γενέσεως τὴν ἁμαρτίαν, ὡς οὐχ ἁγνὸς, οὐκ ἔσται διαπαντός· τῇ ἁμαρτίᾳ διὰ τῆς μετανοίας συναφανιζόμενος· ὁ δὲ ἁγνὸς φόβος, ὁ δίχα τῆς ἐπὶ πλημμελήμασι μνήμης ἀεὶ συνεστὼς, οὐκ ἀπογενήσεταί ποτε· διὸ τιπερ οὐσιωδῶς. Ἐμπέφυκέ πως τῷ Θεῷ (a) πρὸς τὴν κτίσιν, ποιούμενος ἔκδηλον αὐτοῦ ἔστι τὴν φυσικὴν αἰδεσιμότητα τῆς ὑπὲρ πᾶσαν βασιλείαν τε καὶ δύναμιν ὑπεροχῆς. Ὁ τοίνυν μὴ φοβούμενος τὸν Θεὸν ὡς κριτὴν, ἀλλ' αἰδούμενος αὐτὸν διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν τῆς ἀπείρου δυνάμεως ὑπεροχὴν, οὐκ ἔχει δικαίως ὑστέρημα, τέλειος ὑπάρχων ἐν τῇ ἀγάπῃ, μετ' αἰδοῦς καὶ τῆς πρεπούσης εὐλαβείας ἀγαπῶν τὸν Θεόν· καὶ οὗτός ἐστιν ὁ κτησάμενος τὸν διαμένοντα φόβον εἰς αἰῶνα αἰῶνος, καὶ οὐκ ἔσται αὐτῷ ὑστέρημα τὸ παράπαν οὐδέν.

perfectionem, æqualibus modis cum his qui Dominum diligunt, necdum habeat. *Unusquisque enim in suo ordine* [38], juxta sibi assignatam sedem, perfectione gaudet, etsi alius alio pro qualitate aut quantitate staturæ spiritalis, sublimior est. Quoniam vero duplex est timor, juxta illud : *Timete potius eum, qui potest et animam et corpus perdere in gehenna* [39]; et illud : *Timor Domini castus, permanens in sæculum sæculi* [40]; et : *Magnus et terribilis super omnes, qui in circuitu ejus sunt* [41]; quærendum quomodo charitas foras mittat timorem, siquidem ille manet in sæculum sæculi : quove modo terribilis Deus manens per sæcula infinita, super omnes qui in circuitu ejus sunt. Sive potius, quia duplex est timor, uti dicebam : alter quidem castus, alter autem non castus, exempli causa, qui pro delictis supplicii exspectatione timor consistit, qui a peccato originem habeat, velut non castus, non semper erit, qui una cum peccato pœnitentia abolendus sit. Timor autem castus, qui absque peccati memoria semper ipse consistat, nullum unquam finem habiturus est. Essentialiter enim quodammodo Deo inest erga creaturam, naturalem eminentiæ ejus dignitatem supra omne regnum ac potentiam, cunctis manifestam faciens. Qui ergo non Deum timet ut judicem, sed propter excellentem infinitæ potentiæ eminentiam eum reveretur, huic merito nihil deest, qui sit perfectus in charitate, cum reverentia ac qua deceat veneratione Deum diligens : hicque adeo, **28** eo timore præditus est qui manet in sæculum sæculi, ac nihil prorsus ei deerit.

Συνᾴδουσιν οὖν ἀλλήλοις ὅ τε προφήτης καὶ ὁ εὐαγγελιστής· ὁ μὲν, λέγων μὴ εἶναι τοῖς κατὰ τὸν ἁγνὸν φόβον τὸν Κύριον φοβουμένοις ὑστέρημα· ὁ δὲ, τὸν φοβούμενον, ὡς κριτὴν, διὰ τὴν ἐρρυπωμένην συνείδησιν, μὴ εἶναι τέλειον ἐν τῇ ἀγάπῃ· κατὰ ταύτην τὴν ἐκδοχὴν λοιπὸν, καὶ ἐπὶ πάντας τοὺς περικύκλῳ αὐτοῦ φοβερός ἐστιν ὁ Θεός· ὡς ἐγκεκραμένην φόβῳ ποιῶν τὴν τῶν ἀγαπώντων αὐτὸν, καὶ περὶ αὐτὸν γενησομένων, ἀγάπην. Φόβου γὰρ καθ' ἑαυτὴν κεχωρισμένη ἡ ἀγάπη, εἰς καταφρόνησιν πέφυκεν ὡς τὰ πολλὰ μεταπίπτειν· μὴ οἷον στομουμένης φόβῳ τῆς ἐξ αὐτῆς τικτομένης φυσικῶς παῤῥησίας· τί δὲ βούλεται τὸ, *περικύκλῳ αὐτοῦ*, λεγόμενον, εἰ δοκεῖ, κατανοήσωμεν.

Consentiunt itaque propheta et evangelista; quorum alter, nihil deesse dicat, his, qui timore casto timent Dominum; alter vero, non esse perfectum in charitate, qui ob conscientiæ sordes eum timeat tanquam judicem. Juxta hanc deinceps expositionem, etiam *Terribilis* est Deus *super omnes, qui in circuitu ejus sunt;* nempe eorum qui se diligant, ac *in circuitu ejus futuri sint*, dilectionem timore contemperans. Quam enim timor dilectionem deficiat, in contemptum plerumque solet demutari, dum fiducia ac libertas, cujus illa parens natura exsistit, velut timore durata non solidescit. Quid autem sibi velit, id quod dicitur, *in circuitu ejus*, si libet, disquiramus.

Ὁ γὰρ κυκλούμενος καὶ ἔμπροσθεν, καὶ ὄπισθεν, καὶ ἐκ δεξιῶν, καὶ ἐξ ἀριστερῶν ἔχει τοὺς περικυκλοῦντας αὐτόν. Ἐπειδὴ τοίνυν καὶ ὁ Κύριος ἔχει τοὺς περικυκλοῦντας, νοήσωμεν τοὺς μὲν ὄπίσω, τοὺς διὰ τῶν ἐντολῶν κατὰ τὴν πρακτικὴν ἀρετὴν

Qui enim in circuitu habet, is et ante et retro, et a dextris et sinistris circumpositos ac gyro vallantes habet. Quia igitur etiam Dominus circumvallantes habet, cogitemus qui retro sunt, eos, qui mandata servando virtutis actuosæ cultu sine reprehensionis

[38] I Cor. xv, 23. [39] Matth. x, 28. [40] Psal. xviii, 10. [41] Psal. lxxxviii, 8.

(a) *Οὐσιωδῶς ἐμπέφυκέ πως τῷ Θεῷ.* Alte Maximus timoris casti, et qui donum est, eritque in beatis, et plenissime in Christo fuit, ut eo plenus fuisse Isaiæ II dictus sit, hic loci exponit; ponens in Deo πρὸς τὴν κτίσιν, in ordine ad creaturam; nempe in Deo, ut efficiente, qua scilicet infinite eminuit creaturæ, estque necesse creaturam considerata Dei majestate illam revereri, et quadam ab ea fuga, in suam parvitatem redire, modumque suum agnoscere. De timoris dono videndus sanctus Doctor 2-2, q. 19, art. 11, ubi ex Greg. XVII *Moral.* et Aug. IX *De civit.* hanc ipsam ejus rationem explicat, et necessitatem, attenta creaturæ ratione, Maximus attenta Dei majestate.

Digitized by Google

noxa post Dominum Deum sequuntur; qui a sinistris, eos, qui naturalem in spiritu speculationem, pia animo judiciorum consideratione, impleverunt. Ait enim de Sapientia liber Proverbiorum: *In sinistra autem ejus, divitiæ et gloria* [43]. Qui a dextris, eos, qui puram a sensilis fæce cogitationis, immaterialem intellectilium scientiam susceperunt. *In dextera* enim *ejus*, inquit, *anni vitæ*. Qui ante, qui excellenti desiderii mentis amoris fervore erga divinam pulchritudinem, facie ad faciem frui meruerunt. Sin autem alia hujus major est ratio ac sublimior, hæc vobis, ac iis, qui vobis similes sint, viris divinis, percipi possit.

ὀμέμπτως ὀπίσω Κυρίου τοῦ Θεοῦ πορευθέντας· τοὺς ἐξ ἀριστερῶν δὲ, τοὺς τὴν φυσικὴν ἐν πνεύματι θεωρίαν μετὰ τῆς τῶν κριμάτων εὐσεβοῦς ἀναλήψεως κατορθώσαντας. Φησὶ γὰρ περὶ τῆς Σοφίας ἡ τῶν Παροιμιῶν βίβλος· *Ἐν δὲ τῇ ἀριστερᾷ αὐτῆς, πλοῦτος καὶ δόξα*· τοὺς ἐκ δεξιῶν δὲ, τοὺς καθαρὰν αἰσθητῆς φαντασίας δεξαμένους τὴν ἄϋλον γνῶσιν τῶν νοητῶν· *ἐν γὰρ τῇ δεξιᾷ αὐτῆς*, φησὶν, *ἔτη ζωῆς*· τοὺς δὲ ἔμπροσθεν, τοὺς δι' ὑπερβάλλουσαν περὶ τὸ θεῖον κάλλος ἐρωτικὴν τῆς κατὰ νοῦν ἐφέσεως ζέσιν, ἀξιωθέντας τῆς πρόσωπον πρὸς πρόσωπον ἀπολαύσεως. Εἰ δὲ καὶ ἄλλος ἐστὶ περὶ τούτου μείζων λόγος καὶ ὑψηλότερος, ὑμῖν καὶ τοῖς καθ ὑμᾶς θείοις ἀνδράσιν ἐστὶ ληπτός.

SCHOLIUM.

Duplicem ait esse timorem, alterum castum; alterum non castum: quod scilicet, alii hominum, peccatores; alii justi sint: e quibus justi, ob conscientiæ puritatem ac nitorem, primum in se timorem erga Deum custodiunt, ipsum reverentes ob excellentem infinitæ ejus potentiæ eminentiam. Peccatores autem, secundum alterum timoris genus, qui ab eo pro delictis supplicia exspectent. Et quidem castum timorem semper manere ait, ac esse indeficientem, juxta illud: *Timor Domini castus, permanens in sæculum sæculi* [44]; non castum autem, fragilem esse et fugacem, qui pœnitentia aboleatur. Apostolum itaque, dixisse non esse perfectum in charitate qui timore ducatur, secundum timorem non castum; Prophetam vero, nihil deesse timentibus Dominum, secundum timorem castum.

ΣΧΟΛΙΟΝ.

α'. Διττὸν εἶναί φησι τὸν φόβον, τὸν μὲν ἁγνὸν, τὸν δὲ οὐχ ἁγνόν· ἐπειδὴ τῶν ἀνθρώπων, οἱ μὲν εἰσὶ ἁμαρτωλοὶ, οἱ δὲ δίκαιοι· ὧν οἱ μὲν δίκαιοι, διὰ τὸ καθαρὸν καὶ ἄῤῥυπον τῆς συνειδήσεως τὸν πρῶτον ἐν ἑαυτοῖς φυλάττουσι πρὸς τὸ Θεῖον φόβον, αἰδούμενοι τοῦτον διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν ὑπεροχὴν τῆς αὐτοῦ ἀπείρου, δυνάμεως· οἱ δὲ ἁμαρτωλοὶ, κατὰ τὸν δεύτερον φόβον, ἀπεκδεχόμενοι παρ' αὐτοῦ τὰς ἐπὶ πλημμελήμασι τιμωρίας. Καὶ τὸν μὲν ἁγνὸν φόβον διαμένειν ἀεὶ καὶ ἀνεξάλειπτον εἶναι, κατὰ τὸ, *Ὁ φόβος Κυρίου ἁγνὸς, διαμένων εἰς αἰῶνα αἰῶνος*· τὸν δὲ οὐχ ἁγνὸν, ἐξίτηλον εἶναι καὶ ἀνεπίμονον, διὰ τῆς μετανοίας ἀφανιζόμενον. Τὸν μὲν οὖν Ἀπόστολον, μὴ τέλειον εἶναι φάναι τὸν φοβούμενον ἐν τῇ ἀγάπῃ, κατὰ τὸν οὐχ ἁγνὸν φόβον· τὸν δὲ Προφήτην, μὴ εἶναι, ὑστέρημα τοῖς φοβουμένοις τὸν Κύριον, κατὰ τὸν ἁγνὸν φόβον.

29 QUÆSTIO XI.

Quisnam principatus angelorum, qui ipsum non servarunt; ac quod domicilium, quod reliquerunt? Quæ item æterna vincula? et quæ caligo, sub qua sunt reservati? quidve passuri sunt in magni judicii die [45].

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΙΑ'.

Τίς ἡ ἀρχὴ τῶν μὴ τηρησάντων αὐτὴν ἀγγέλων, καὶ τί τὸ οἰκητήριον ὃ ἀπέλιπον; καὶ εἶνες οἱ ἀΐδιοι δεσμοί; καὶ τίς ὁ ζόφος, ὑφ' ὃν τετήρηνται; καὶ τί ἐν τῇ κρίσει τῆς μεγάλης ἡμέρας πείσονται;

Responsio.

Horum accurata ratio, iis duntaxat reservata sit, qui animo sensuque apostolici exsistant: qui nimirum immediate a Verbo, tum rerum veram scientiam hauserint, tum providentiæ in rebus bonam justamque gubernationem palam didicerint, ut quibus nullum impedimentum menti incommodans inter ipsos ac Verbum reliquum sit. Ad me autem pene humi repentem quod attinet, et ad quem Verbi transitum multa impediant; angelorum principatus aut principium (ἀρχὴ) cujus non servati notantur, forte ratio sit, secundum quam conditi sunt: vel collata eis naturalis potestas per gratiam qua deificarentur: aut rursus, qui secundum gratiæ dignitatem illis ordo constitutus est: domicilium autem est, vel cœlum, vel sapientia secundum habitum bonorum, mentis omnem vim excedentium, quam ut habitarent conditi erant. Nam et

Ἀπόκρισις.

Ὁ μὲν ἀκριβὴς περὶ τούτων λόγος, τοῖς ἀποστολικοῖς τὴν διάνοιαν μόνοις ἔστω τετηρημένος, τοῖς ἀμέσως παρὰ τοῦ Λόγου διδαχθεῖσι, τήν τε τῶν ὄντων γνῶσιν ἀψευδῆ, καὶ τῆς ἐπὶ τοῖς οὖσι σαφῶς [Fr. σοφῆς] προνοίας τὴν ἀγαθὴν καὶ δικαίαν διεξαγωγήν· οἷα μηδὲν ἑαυτῶν καὶ τοῦ Λόγου κατὰ νοῦν ἀφεῖσι κωλυτικὸν διατείχισμα. Ὅσον δ' οὖν εἰς ἐμὲ φθάνει τὸν κάτω, καὶ πολλὰ ἔχοντα τῆς τοῦ Λόγου πρὸς μὲ κωλύματα διαβάσεως, ἀρχὴ τῶν μὴ τηρησάντων αὐτὴν ἀγγέλων ἐστὶν, ὁ λόγος τυχὸν, καθ' ὃν ἐκτίσθησαν· ἢ ἡ δοθεῖσα πρὸς ἐκθέωσιν αὐτοῖς; κατὰ χάριν φυσικὴ δυναστεία· ἢ πάλιν, ἡ κατὰ τὴν ἀξίαν τῆς χάριτος τάξις τῆς στάσεως· τὸ δὲ οἰκητήριόν ἐστιν, ἢ ὁ οὐρανὸς, ἢ ἡ κατὰ τὴν ἕξιν τῶν ὑπὲρ ἔννοιαν ἀγαθῶν σοφία, ἣν οἰκεῖν ἐδημιουργήθησαν οἷδε γὰρ καὶ σοφίαν οἶκον ὀνομάζειν ὁ λόγος· ἢ ἡ φρουρητικὴ τῶν δοθέντων αὐτοῖς φυσικῶν τε καὶ

[43] Prov. III, 6. [44] Psal. XVIII, 10. [45] Jud. 6.

Digitized by Google

ἐπεκτήτων ἀγαθῶν ἐπισκοπὴ τῆς ἀχράντου θεότητος, ἣν ἀπέλιπον τυραννήσαντες· ἀΐδιοι δὲ δεσμοί εἰσιν, ἡ κατὰ γνώμην αὐτῶν παντελὴς τε καὶ διηνεκὴς περὶ τὸ καλὸν ἀκινησία, καθ' ἣν οὐδαμῶς οὐδέ ποτε θείας ἀνέσεως ἀπολαύουσιν· ἢ πάλιν, ἡ ὑπὲρ τὴν ἡμῶν σωτηρίαν τῆς καθ' ἡμῶν μανίας αὐτοὺς ἐπέχουσα κατὰ πρόνοιαν τοῦ Θεοῦ δύναμις, μὴ συγχωροῦσα προβῆναι τῆς αὐτῶν πονηρίας τὰ καθ' ἡμῶν μηχανήματα· ζόφος δέ ἐστιν, ἡ παντελὴς καὶ ἀδιάληπτος τῆς θείας ἄγνοια χάριτος· καθ' ἣν διόλου γνωμικῶς παιωθέντες, τῆς μακαρίας καὶ παμφαοῦς τοῦ ἀπηρτίου φωτὸς ἐστέρηνται διαδόσεως· περὶ τὸ μὴ ὄν, πᾶσαν τὴν δοθεῖσαν αὐτοῖς κατὰ φύσιν παρὰν δύναμιν ἀναλώσαντες. Τί δὲ πείσονται κατὰ τὴν φοβερὰν ἡμέραν τῆς κρίσεως, μόνος οἶδεν ὁ δίκαιος Κριτής, ὁ κατ' ἀξίαν ἑκάστῳ δικαίαν ἀφορίζων τὴν ἀμοιβήν, καὶ τῷ μέτρῳ τῆς κακίας ἴσον πρεπόντως τὸ εἶδος διανέμων τῆς κρίσεως· καὶ πρόσφορον τὴν ἐκ' αἰῶσιν ἀτελευτήτοις ψῆφον συνεκφέρων μετὰ δικαιοσύνης, τοῖς ἀγαθοῖς αὐτοῦ δόγμασιν.

A Scripturæ domum vocare sapientiam, haud insuetum [46]; aut concessorum eis naturalium ipsisque partorum ac adventitiorum bonorum, intemeratæ Deitatis conservatrix inspectio; quam deseruerunt affectata tyrannide. Æterna vincula, eorum voluntatis est atque animi, omni ex parte jugisque circa bonum motus absentia ac inertia; ex qua est, ut divinæ nunquam jucunditatis fiant compotes. Aut rursum, quæ propter nostram salutem, eorum adversum nos, ex divinæ Providentiæ rationibus, potentia compescit furorem, non sinens eorum contra nos pravitatis molimina procedere. Caligo vero est, plena integrataque gratiæ divinæ ignorantia, qua prorsus animi voluntate imbuti, beata ac splendidissima intemeratæ lucis communicatione B privati sunt, omni mentis facultate iis datura concessa, circa nihilum ejusque prosecutione insumpta. Quid autem per tremendum judicii diem passuri sint, unus est qui sciat justus Judex, qui pro merito 30 justam cuique decernit mercedem, ac pro sceleris modo, æquam, ut par est, supplicii vicem in sæcula nullum unquam finem habitura cum distribuit; convenientemque bonis suis decretis justitiæ sententiam promit.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΙΒ'.

Πῶς ὁ ἀπὸ τῆς σαρκὸς ἐσπιλωμένος χιτών.

Ἀπόκρισις.

Ὁ πολλοῖς πλημμελήμασι τῶν ἐκ τῆς σαρκὸς παθῶν [Seg. Fr. παθημάτων] κεκηλιδωμένος βίος, χιτών ἐστιν ἐσπιλωμένος. Ὡς ἔκ τινος γὰρ ἐνδύματος τῆς κατὰ τὸν βίον ἀναστροφῆς ἕκαστος τῶν ἀνθρώπων διαφαίνεσθαι πέφυκεν, εἴτε δίκαιος, εἴτε ἄδικος· ὁ μὲν, χιτῶνα καθαρὸν ἔχων, τὸν ἐνάρετον βίον· ὁ δὲ, πονηρείᾳ ἐσπιλωμένην ἔργοις τὴν ζωὴν κεκτημένος. Ἢ μᾶλλον, ἐσπιλωμένος ἀπὸ τῆς σαρκός ἐστι χιτών, ἡ κατὰ συνείδησιν μορφοῦσα διὰ τῆς μνήμης τῶν ἐκ τῆς σαρκὸς πονηρῶν κινημάτων τε καὶ ἐνεργημάτων τὴν ψυχὴν ἕξις τε καὶ διάθεσις· ἣν ὁρῶσα διὰ παντὸς καθάπερ χιτῶνά τινα περὶ ἑαυτὴν, δυσωδίας πληροῦται παθῶν. Ὡς γὰρ ἀπὸ τοῦ πνεύματος διὰ τῶν ἀρετῶν ἀλλήλαις κατὰ λόγον συνυφαινομένων, ἀφθαρσίας γίνεται καλὴ καὶ ἐπίδοξος· οὕτω καὶ ἀπὸ τῆς σαρκὸς, τῶν παθῶν ἀλλήλοις κατὰ τὴν ἀκολουθίαν συνυφαινομένων, γίνεταί τις χιτὼν ἀκάθαρτος καὶ ἐσπιλωμένος, ἐξ ἑαυτοῦ δεικνὺς γνώριμον τὴν ψυχὴν, μορφὴν ἄλλην αὐτῇ καὶ εἰκόνα παρὰ τὴν θείαν ἐνθέμενος.

QUÆSTIO XII.

Quænam sit a carne maculata tunica [46].

Responsio.

Vita multis delictis ex carnalibus vitiis libidinibusque coinquinata, tunica maculata exsistit. Velut C enim ex quodam indumento, ex vitæ conversatione, num justus, an injustus sit, palam conspici quisque consuevit; dum justus quidem, tunicam immaculatam, vitam virtutibus excultam habet; injustus vero, ea pravis operibus sordidata præditus est. Vel potius, maculata a carne tunica, habitus est animique affectio, pravorum ex carne motuum operumque memoria, conscientiæ rationibus animum informans: quam velut quamdam tunicam sibi adhærentem semper contuens, vitiorum ac libidinum fetore repletur. Quemadmodum enim spiritus fabrica, virtutibus inter se ex ratione contextis incorruptionis tunica animæ conflatur, quam induta, pulchra gloriosaque efficitur: sic et carnis opera, vitiis ac affectibus certa quadam ratione D inter se contextis, tunica quædam immunda emergit ac maculata, a se animam manifeste prodens, aliamque ei formam ac imaginem quam divinam indens.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΙΓ'.

Τί ἐστι, « Τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται· ἥ τε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις καὶ θειότης; » Τίνα τὰ ἀόρατα τοῦ Θεοῦ, καὶ τίς ἡ ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις καὶ θειότης;

QUÆSTIO XIII

Quid sibi vult : « Invisibilia enim ejus a creatura mundi, per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur : sempiterna quoque virtus ejus et divinitas [47]. » Quænam invisibilia Dei, et quænam sempiterna ejus virtus et divinitas?

Ἀπόκρισις.

Οἱ τῶν ὄντων λόγοι προκαταρτισθέντες τῶν αἰώ-

Responsio.

Rationes rerum, ante sæcula in Deo, prout novit

[46] Prov. IX, 1; XIV, 1. [46] Jud. 23. [47] Rom. I, 20.

Digitized by Google

ipse præparatæ, cum sint invisibiles (quas etiam bonas voluntates appellare viri divini consuevere) per ea **31** quæ facta sunt intellectæ conspiciuntur. Dei enim omnia opera, per naturam cum decenti solertia a nobis mente conspecta, rationes secundum quas facta sunt occulte nobis annuntiant, unaque secum divinum in quovis opere produnt consilium ; qua et ratione : *Cœli enarrant gloriam Dei, et firmamentum manuum opus annuntiat* [48]. Sempiterna autem virtus est et divinitas, providentia res conservans, ejusque vis, eos qui providentia reguntur, deificans.

Aut forte invisibilia Dei, nihil aliud sunt, quam sempiterna ejus virtus et divinitas, cujus clari præcones, qua sunt conditæ eximia res magnificentia, exsistunt. * Quemadmodum enim ex iis quæ sunt, eum qui vere est Deum esse credimus ; sic quoque ex eorum quæ sunt essentiali secundum genus distinctione, quæ per essentiam inest, ac vere est resque conservat, ejus docemur sapientiam. Ac rursum, ex essentiali secundum genus rerum motu, quæ per essentiam inest, ac vere exsistit, resque complet, illius vitam discimus : ex creaturis sapienter conspectis, quæ de sancta Trinitate est, Patre, Filio et Spiritu sancto, rationem sumentes. Verbum enim ut consubstantiale, sempiterna Dei virtus est ; ac Spiritus sanctus ipse consubstantialis, sempiterna divinitas. Maledicti igitur, qui ex rerum consideratione, non una dixerunt rerum auctorem, ejusque per naturam propria ; virtutem scilicet ac divinitatem. Clamat itaque creatura, per ea quæ in ea facta sunt, ac velut annuntiat iis qui mente audire possunt, auctorem suum, qui trine laudetur, Deum scilicet ac Patrem, nullisque verbis explicabilem ejus virtutem ac divinitatem ; id est, unigenitum Verbum et Spiritum sanctum. Hæc enim sunt invisibilia Dei, quæ a creatura mundi intellectu conspiciantur.

SCHOLIUM.

1. Ex rebus, inquit, rerum auctorem cognoscimus ; exque rerum distinctione, ejus qui est, vere exsistentem sapientiam docemur ; atque ex rerum naturali motu, ejus qui est, vere exsistentem vitam discimus ; virtutem rerum vivificam Spiritum sanctum.

32 QUÆSTIO XIV.

Quid est : « Et coluerunt, et servierunt creaturæ præ Creatore [49] *? » Quid est cultus, Græce σέβας, et quid servitus, id est,* λατρεία *?*

Responsio.

Cultus est (σέβας) Numinis cum fide adoratio ; servitus vero (λατρεία) quod operibus obsequium præstatur. Hunc autem cultum, id est, fidem, ad creaturam transferentes homines, præ Creatore

νων Θεῷ, καθὼς οἶδεν αὐτὸς, ἀόρατοι ὄντες· οὓς καὶ ἀγαθὰ θελήματα καλεῖν τοῖς θείοις ἔθος ἐστὶν ἀνδράσιν· ἀπὸ τῶν ποιημάτων νοούμενοι καθορῶνται. Πάντα γὰρ τὰ ποιήματα τοῦ Θεοῦ κατὰ φύσιν μετὰ τῆς δεούσης ἐπιστήμης γνωστικῶς ὑφ' ἡμῶν θεωρούμενα, τοὺς καθ' οὓς γεγένηνται λόγους κρυφίως ἡμῖν ἀπαγγέλλουσι, καὶ τὸν ἐφ' ἑκάστῳ ποιήματι θεῖον σκοπὸν ἑαυτοῖς συνεκφαίνουσι· καθ' ὃ καὶ *Οἱ οὐρανοὶ διηγοῦνται δόξαν Θεοῦ, καὶ τὸ στερέωμα τὴν τῶν χειρῶν ἀναγγέλλει ποίησιν.* Ἀΐδιος δὲ δύναμίς ἐστι καὶ θειότης, ἡ συνεκτικὴ τῶν ὄντων πρόνοια, καὶ ἡ κατὰ ταύτην ἐκθεωτικὴ τῶν προνοουμένων ἐνέργεια.

Ἡ τάχα τὰ ἀόρατα τοῦ Θεοῦ εἰσιν οὐκ ἄλλο τι παρὰ τὴν ἀΐδιον αὐτοῦ δύναμιν καὶ θειότητα, ἔχουσαν διαπρυσίους κήρυκας τὰς τῶν γεγονότων ὑπερφυεῖς μεγαλοπρεπείας (1). Ὡς γὰρ ἐκ τῶν ὄντων τὸν κυρίως ὄντα Θεὸν ὅτι ἔστι πιστεύομεν· οὕτως καὶ ἐκ τῆς τῶν ὄντων οὐσιώδους κατ' εἶδος διαφορᾶς, τὴν κατ' οὐσίαν ἔμφυτον αὐτοῦ σοφίαν ὑφεστῶσαν, καὶ τῶν ὄντων συνεκτικὴν διδασκόμεθα. Καὶ πάλιν, ἐκ τῆς οὐσιώδους κατ' εἶδος τῶν ὄντων κινήσεως, τὴν κατ' οὐσίαν ἔμφυτον αὐτοῦ ζωὴν ὑφεστῶσαν, καὶ τῶν ὄντων συμπληρωτικὴν μανθάνομεν· ἐκ τῆς κατὰ τὴν κτίσιν σοφῆς θεωρίας, τὸν περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος, Πατρὸς λέγω, καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος, λόγον λαμβάνοντες· Θεοῦ γὰρ ἀΐδιός ἐστιν ὡς ὁμοούσιος δύναμις ὁ Λόγος, καὶ θειότης ἀΐδιος τὸ Πνεῦμα ἅγιον. Κατάκριτοι τοιγαροῦν οἱ μὴ συνδιδαχθέντες ἐκ τῆς τῶν ὄντων θεωρίας, τὴν αἰτίαν τῶν ὄντων, καὶ τὰ κατὰ φύσιν τῆς αἰτίας ἴδια, τὴν δύναμιν λέγω, καὶ τὴν θειότητα. Βοᾷ τοίνυν ἡ κτίσις διὰ τῶν ἐν αὐτῇ ποιημάτων, καὶ οἷον ἀπαγγέλλει τοῖς νοερῶς δυναμένοις ἀκούειν, τὴν ἰδίαν αἰτίαν τριαδικῶς ὑμνουμένην· λέγω δὲ τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα, καὶ τὴν ἄφραστον αὐτοῦ δύναμιν καὶ τὴν θειότητα, ἤγουν τὸν μονογενῆ Λόγον καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ταῦτα γάρ ἐστι τὰ ἀόρατα τοῦ Θεοῦ τὰ ἀπὸ τῆς κτίσεως τοῦ κόσμου νοήσει καθορώμενα.

ΣΧΟΛΙΟΝ.

α'. Ὅτι ἐκ τῶν ὄντων, φησὶ, τὸν τῶν ὄντων γινώσκομεν αἴτιον· καὶ ἐκ τῆς διαφορᾶς τῶν ὄντων τὴν ἐνυπόστατον τοῦ ὄντος διδασκόμεθα σοφίαν· καὶ ἐκ τῆς τῶν ὄντων φυσικῶς κινήσεως, τὴν ἐνυπόστατον τοῦ ὄντος μανθάνομεν ζωὴν, τὴν τῶν ὄντων ζωοποιὸν δύναμιν, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΙΔ'.

Τί ἐστι, « Καὶ ἐσεβάσθησαν καὶ ἐλάτρευσαν τῇ κτίσει παρὰ τὸν Κτίσαντα; » Τί ἐστι σέβας, καὶ τί ἐστι λατρεία;

Ἀπόκρισις.

Σέβας ἐστὶν ἡ μετὰ πίστεως προσκύνησις τοῦ Θείου· λατρεία δὲ, ἡ διὰ τῶν ἔργων θεραπεία. Τοῦτο δὲ τὸ σέβας, ἤγουν τὴν πίστιν, ἐπὶ τὴν κτίσιν μεταβιβάσαντες οἱ ἄνθρωποι, παρὰ τὸν Κτίσαντα

[48] Psal. XVIII, 2. [49] Rom. I, 26.

* Dei invisibilia, ipsa Trinitas : sic nempe conjectura, non certo cognosci potest, nisi fidei lumen Deus accenderit ac revelaverit.

Digitized by Google

προσεκύνησαν [Fr. προσεκύνουν], πιστεύοντες δαιμόνιοις· καὶ ἐλάτρευον, τὴν διὰ τῶν πονηρῶν ἔργων αὐτοῖς θεραπείαν προτάγοντες. Ἡμεῖς δὲ τὸν Θεὸν σέβοντες, διὰ τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως, σπουδάσωμεν καὶ λατρείαν αὐτῷ προτάγειν καθαρὰν, τὴν διὰ τῶν ἀρετῶν τετελειωμένην πολιτείαν.

A ipsam adorabant, qua fide dæmoniis credebant; serviebantque, qui per prava opera iis obsequium præstabant. Nos autem qui Deum colamus, qua in eum fide credimus, demus operam ut et mundam ei servitutem adhibeamus: vitam scilicet virtutibus perfectam.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΙΕ'.

Τί ἐστι, « Τὸ γὰρ ἄφθαρτόν σου Πνεῦμά ἐστιν ἐν πᾶσι· διὸ τοὺς παραπίπτοντας, κατὰ μικρὸν ἐλέγχεις. » Εἰ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος λέγει, πῶς εἰς ἀσύνετον κυρδίαν σοφία οὐκ εἰσελεύσεται, οὐδὲ κατοικήσει ἐν σώματι κατάχρεῳ ἁμαρτίαις; ἐσημειωσάμεθα [Fr. ἐσημειωσάμην] *δὲ τοῦτο, διὰ τὸ ἁπλῶς εἰπεῖν, « Ἐν πᾶσιν. »*

QUÆSTIO XV.

Quid est: « Incorruptus enim Spiritus tuus est in omnibus. Idcirco eos qui exerrant, paulatim corripis [33]*. » Si de Spiritu sancto loquitur, quomodo in insipientem animam sapientia non introibit, neque habitabit in corpore subdito peccatis? Annotavi hoc, eo quod absolute dictum est, « In omnibus. »*

B

Ἀπόκρισις.

Τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐδενός ἀπεστι τῶν ὄντων· καὶ μάλιστα τῶν λόγου καθοτιοῦν μετειληφότων· Συνεκτικὸν γὰρ ὑπάρχει τῆς ἑκάστου γενέσεως, ὅτι θεὸς καὶ Θεοῦ Πνεῦμα κατὰ δύναμιν προνοητικὴν διὰ πάντων χωροῦν, καὶ τὸν ἐν ἑκάστῳ κατὰ φύσιν λόγον ἀνακινοῦν, καὶ δι' αὐτοῦ πρὸς συναίσθησιν τῶν παρημμελῶς παρὰ τὸν θεσμὸν τῆς φύσεως πεπραγμένων ἄγον τὸ αἰσθανόμενον· τὸν τὴν προαίρεσιν [Fr. καὶ τὴν προαίρ.] εὔεικτον ἔχοντα πρὸς ὑποδοχὴν τῶν ἐκ φύσεως ὀρθῶν λογισμῶν. Ἀμέλει τοι πολλοὺς εὑρίσκομεν καὶ τῶν ἄγαν βαρβάρων καὶ νομάδων ἀνθρώπων, καλοκἀγαθίας μεταποιουμένους, καὶ τοὺς ἀνέκαθεν κρατήσαντας τοὺς ἐν αὐτοῖς θηριώδεις ἀθετοῦντας νόμους. Οὕτω μὲν οὖν ἐν πᾶσιν ἁπλῶς ἐστι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον.

Responsio.

Spiritus sanctus a nullo abest eorum quæ in rerum natura sunt: idque maxime ab iis, quæ ratione prædita sunt. Conservat enim cujusque substantiam, eo quod Deus ac Dei Spiritus est, qua virtute providet per omnia immeans, ac in singulis naturalem rationem excitans, ac per eam in sensum eorum quæ contra naturæ legem delicta commissa sunt, eum qui sensu præditus sit, trahens: qui scilicet voluntate, facili ad rectas ex natura rationes suscipiendas, polleat. Denique multos comperimus, ex iis etiam qui valde barbari sunt et vitam armentariam ducant, qui probitatem morumque honestatem consectati, vigentes olim in eis ferinas leges repudiaverint. Sic quidem in omnibus simpliciter est Spiritus sanctus.

C

Προσδιωρισμένως δὲ καὶ κατ' ἄλλην ἐπίνοιάν ἐστιν ἐν πᾶσι τοῖς κατὰ νόμον ὡς νομοθετικὸν, καὶ προαγορευτικὸν μελλόντων μυστηρίων, ἐμποιοῦν αὐτοῖς, αἴσθησιν μὲν τῆς τῶν ἐντολῶν παραβάσεως, ἐπιστήμην δὲ, τῆς προαγορευθείσης· [Reg. et Fr. προσαγορ.] κατὰ Χριστὸν τελειότητος· ὅθεν κἀκ τούτων πολλοὺς εὑρίσκομεν, τοὺς μὲν παλαιὰν καὶ ἐν σκιαῖς κειμένην καταλιμπάνοντας λατρείαν, πρὸς δὲ τὴν νέαν καὶ μυστικὴν προθύμως μεταβαλλομένους.

Peculiari autem ratione alioque sensu **33** in omnibus est qui sunt in lege, ut lege sanciens, ac mysteria futura prænuntians; sensum eis indens transgressionis mandatorum ac prænuntiatæ Christianæ perfectionis condens scientiam. Unde ex his etiam multos comperimus, qui veteri inque umbris posito cultu relicto, ad novum ac mysticum alacriter transierint.

Ἔστι δὲ πρὸς τοῖς εἰρημένοις τρόποις, καὶ ἐν πᾶσι τὸ θεῖον καὶ θεοποιὸν ὄντως ὄνομα τοῦ Χριστοῦ κληρωσαμένοις διὰ τῆς πίστεως, οὐ μόνον ὡς φρουρητικὸν, καὶ προνοητικῶς λόγου τοῦ κατὰ φύσιν ἀνακινητικὸν· καὶ ὡς δεικτικὸν τῆς τῶν ἐντολῶν παραβάσεως καὶ φυλακῆς, καὶ τῆς κατὰ Χριστὸν ἐξαγγελτικὸν προαγορεύσεως. Ἀλλὰ καὶ ὡς δημιουργὸν τῆς κατὰ χάριν διὰ τῆς πίστεως δοθείσης υἱοθεσίας. Ὡς γὰρ σοφίας ποιητικὸν ἐν μόνοις ἐκείνοις γίνεται, τοῖς κατὰ ψυχὴν καὶ σῶμα καθαρθεῖσι διὰ τῆς τῶν ἐντολῶν ἀκριβοῦς συνασκήσεως, ὡς οἰκείοις προσομιλοῦν, διὰ τῆς ἁπλῆς καὶ ἀΰλου γνώσεως [Fr. Ὅρα τίς ἡ ἁπλῆ καὶ ἄϋλος γνῶσις], καὶ τὸν νοῦν αὐτῶν ταῖς ἀχράντοις τῶν ἀῤῥήτων νοήσεσι πρὸς ἐκθέωσιν ἐκτρέπουν.

D

Est vero præter jam dictos modos etiam in omnibus, qui divinum vereque deificum per fidem Christi nomen sortiti sunt, non solum ut tuens ac conservans, Providentiæque rationibus naturalem rationem excitans, necnon ut mandatorum transgressionem observationemque indicans, ac Christi prædictionem enuntians; verum etiam ut concessam per fidem gratiam adoptionis præstans. Velut enim sapientiæ opifex, in illis duntaxat versatur, qui animo pariter ac corpore purgati sunt, sedulo mandatorum cultu ac exercitatione; cum eis scilicet per scientiam simplicem omnique vacantem materia, ut cum necessariis consuescens, intemeratisque arcanorum notionibus ad deificationis gratiam consciscendam, eorum mentem imbuens.

Ἔστι οὖν ἐν πᾶσι μὲν ἁπλῶς, καθ' ὃ πάντων ἐστὶ συνεκτικὸν καὶ προνοητικὸν, καὶ τῶν φυσικῶν σπερμάτων ἀνακινητικόν· προσδιωρισμένως δὲ, καὶ ἐν

Est igitur in omnibus quidem simpliciter, ut omnia conservans ac continens, providensque, ac naturalia semina excitans. Peculiari vero ratione,

[33] Sap. XII, 2; 1, 4.

Digitized by Google

etiam in omnibus est qui sunt in lege, quatenus mandatorum transgressionis index est, et ad prænuntiati Christi promissionem lumen tribuit : in cunctis vero Christianis, præter ea quæ dicta sunt, ut auctor adoptionis exsistit. Ut vero sapientiæ conditor, in nullo ex dictis simpliciter, præterquam in illis qui intelligentia judicioque præditi sunt, seque ipsos per vitam divinis rationibus institutam deificæ ejus inhabitationis dignos reddiderunt. Quisquis enim divinas non facit voluntates, etsi fidelis est, cor insipiens habet, velut pravarum cogitationum officinam ; corpusque subditum peccatis, velut libidinum semper ac vitiorum sordibus constrictum.

πᾶσι τοῖς ἐν νόμῳ, καθότι τῆς τῶν ἐντολῶν ἐστιν ὑποδεικτικὸν παραβάσεως, καὶ τῆς κατὰ Χριστὸν προαγορευθείσης ἐπαγγελίας φωτιστικόν · ἐν δὲ πᾶσι τοῖς κατὰ Χριστὸν, πρὸς τοῖς εἰρημένοις, ὡς υἱοθετικόν · ὡς δὲ σοφίας ποιητικὸν, ἐν οὐδενὶ τῶν εἰρημένων ἐστὶν ἁπλῶς, πλὴν τῶν συνιέντων, καὶ ἑαυτοὺς διὰ τῆς ἐνθέου πολιτείας ἀξίους ποιησαμένων τῆς αὐτοῦ θεωτικῆς ἐνοικήσεως. Πᾶς γὰρ μὴ ποιῶν τὰ θεῖα θελήματα, κἂν πιστός ἐστιν, ἀσύνετον ἔχει τὴν καρδίαν, ὡς πονηρῶν λογισμῶν ἐργαστήριον, καὶ τὸ σῶμα κατάχρεων ἁμαρτίαις, ὡς διαπαντὸς μολυσμοῖς παθῶν συνεχόμενον.

QUÆSTIO XVI.

Quis sit vitulus conflatilis, et cur vitulum numero singulari dicat, cum sit dictum pluraliter : « Isti sunt dii tui, Israel [51] ? » Quid item sit comminui et spargi sub aqua ? Quid inaures et ornamenta reliqua ?

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΙϚ'.

Τίς ὁ χωνευτὸς μόσχος, καὶ διὰ τί μόσχον ἑνικῶς λέγει· τὸ δὲ, « Οὗτοι οἱ θεοί σου, Ἰσραήλ » πληθυντικῶς. Καὶ τί τὸ, Λεπτυνθῆναι καὶ διασπαρῆναι ὑπὸ τὸ ὕδωρ · καὶ τίνα τὰ ἐνώτια, καὶ τὰ ἐξῆς κόσμια ;

34 *Responsio.*

Qui Israelis more ex Ægypti peccato animus egreditur, una secum exeuntem, veluti vitiorum simulacra, erroris peccati cogitationem in mente habens, ubi tantisper negligentiæ concedens a rationis discretione derelictus fuerit, velut olim a Moyse Israel, inconsultum extraque rationem tanquam vitulum, omnium parentem vitiorum edit habitum : ut inaures, quas naturaliter de deitate ex pia rerum consideratione hauserat rationes ; ut torques et monilia, quæ ex naturali contemplatione, divinæ ipsi de rebus opiniones accesserant : ut manuum armillas, naturales virtutum actus ex actionis ratione ; in camino conflans (ignito scilicet iræ et cupiditatis libidinosi affectus fervore), ac per præjacentem in mente mali cogitationem ac formam, ipso actu peccatum consummans (rem videlicet semper dissipatam ac quæ animum perpetrantem una secum dissipet, et a singulari circa veritatem identitate abscindat, circaque multas ac instabiles non exsistentium cogitationes opinionesque diffundat), inconsultum atque dementem constituit habitum, quem divini Verbi præsentia comminuit ac sub aqua spargit ; subtili nimirum contemplatione, quæ ad sensum apparens in affectibus vitiisque crassities est, mente extenuans, naturaliumque virium inter se ex libidine factam commutationem ac confusionem, scite discernens, atque ad suum rursus scientiæ principium reducens. Hunc enim mihi sensum ingessit, quod dictum est, *spargere sub aqua* [52]. Totius quidem ejus narrationis spiritalem intelligentiam, in iis quæ dicta sunt, paucis sermo exposuit : ut autem totus clarior locus fiat, singula si libet definite expendamus.

Vitulus igitur conflatilis est, naturalium virium inter se commistio et confusio : seu potius, libidi-

Ἀπόκρισις.

Ὁ κατὰ τὸν Ἰσραὴλ ἐξ Αἰγύπτου τῆς ἁμαρτίας ἐξερχόμενος νοῦς, καὶ συνεξιοῦσαν ἔχων ἑαυτῷ τῆς καθ' ἁμαρτίαν πλάνης, καθάπερ ἐκτυπώματα κακίας ἐν τῇ διανοίᾳ τὴν φαντασίαν, ἐπὰν μικρὸν ἀμελήσας ἀπολειφθῇ τῆς λογικῆς διακρισίας, ὡς πάλαι τοῦ Μωϋσέως ὁ Ἰσραὴλ, τὴν ἀλόγιστον καθάπερ μόσχον, καὶ πάντων μητέρα τῶν παθῶν ἕξιν ὑφίστησιν · ὡς μὲν ἐνώτια, τοὺς λόγους οὓς εἴληφε φυσικῶς περὶ θεολογίας ἐκ τῆς τῶν ὄντων εὐσεβοῦς κατανοήσεως · ὡς δὲ περιτραχηλίους κόσμους, τὰς ἐκ τῆς φυσικῆς θεωρίας ἐγγινομένας αὐτῷ θεοπρεπεῖς περὶ τῶν ὄντων δόξας · ὡς δὲ ψέλλια χειρῶν, τὰς κατὰ τὴν πρακτικὴν τῶν ἀρετῶν φυσικὰς ἐνεργείας χωνεύων ἐν καμίνῳ, τῇ διαπύρῳ ζέσει τῆς τοῦ θυμοῦ καὶ τῆς ἐπιθυμίας ἐμπαθοῦς διαθέσεως · καὶ κατὰ τὴν προαποκειμένην τῇ διανοίᾳ τοῦ κακοῦ φαντασίαν τε καὶ μορφὴν, δι' ἐνεργείας αὐτῆς τὴν ἀεὶ σκεδαστὴν, καὶ συνδιασκεδάζουσαν ἑαυτῇ τὸν αὐτὴν διαπραττόμενον νοῦν, καὶ τῆς περὶ τὴν ἀλήθειαν ἑνικῆς ταυτότητος, αὐτὸν διατέμνουσαν · καὶ περὶ πολλὰς καὶ ἀπαγεῖς διαχέουσαν τῶν οὐκ ὄντων φαντασίας τε καὶ δόξας, ἀλόγιστον ἕξιν συνίστησιν, ἣν λεαίνει καὶ σπείρει ὑπὸ τὸ ὕδωρ ἡ τοῦ θείου Λόγου παρουσία, τῇ λεπτότητι τῆς θεωρίας τὸ πρὸς αἴσθησιν κατ' ἐπιφάνειαν ἐν τοῖς πάθεσι πάχος τῇ διανοίᾳ λεαίνουσα, καὶ τὴν εἰς ἀλλήλας τῶν φυσικῶν δυνάμεων γενομένην κατὰ τὸ πάθος μεταβολήν τε καὶ σύγχυσιν, εὐκρινῶς διαστέλλουσα, καὶ πρὸς τὴν οἰκείαν πάλιν ἀρχὴν τῆς γνώσεως ἐπανάγουσα. Τοῦτο γὰρ τὸ ὑπὸ τὸ ὕδωρ σπείρεσθαί μοι νοεῖται [al. νενόηται] πᾶσαν μὲν οὖν τὴν τῶν ἱστορουμένων κατὰ τὸν τόπον [Fr. τύπον] ἐν τούτοις συντεμὼν, παρέθετο τὴν θεωρίαν ὁ λόγος. Ἵνα δὲ σαφέστερον γένηται τὸ χωρίον, ὁριστικῶς ἕκαστον, εἰ δοκεῖ, θεωρήσωμεν.

Μόσχος οὖν ἐστι χωνευτὸς, ἡ τῶν κατὰ φύσιν δυνάμεων εἰς ἀλλήλας φύρσις καὶ σύγχυσις · ἢ μᾶλλον

[51] Exod. XXXII, 4. [52] ibid. 20.

Digitized by Google

σύνοδος ἐμπαθὴς καὶ ἀλόγιστος, καὶ τῆς ἀλογίστου A nosus coitus ac inconsultus, quique inconsultum
τῶν παρὰ φύσιν παθῶν ἐνεργείας ἀποτελεστική. Εἷς atque dementem contra naturam edat vitiorum
δὲ μόσχος, ὅτι μία κακίας ἕξις, εἰς πολλὰ κακίας actum. Unus est autem vitulus, quod unus vitii
εἶδη διασκιδαζομένη· μόσχος δὲ, διὰ τὸ καρτερικὸν habitus, in plura genera dissipatus. Vitulus quidem,
καὶ φιλόπονον, καὶ γεωργικὸν, καὶ οἷον ἀναδοτικὸν καὶ ob robustas vires laborisque tolerantiam ac agri-
ἐπινοητικὸν, ὡς ἐν μηρυκισμῷ τῆς περὶ τὰ πάθη culturam; velutque digerendi facultatem ac cogi-
κακῆς διαθέσεως· χωνευτὸς δὲ, ὅτι κατ' εἶδος τῆς tandi: quod circa libidines atque vitia, malam
προαποκειμένης τῇ διανοίᾳ κακῆς φαντασίας, ἡ τῶν animi affectionem ruminet. **35** Conflatilis autem,
παθῶν ἕξις ἀποτελεῖται καὶ ἐνέργεια. Τὸ δέ· *Οὗτοι* quod secundum speciem præjacentis animo malæ
οἱ θεοί σου, πληθυντικῶς εἰρημένον, ἐπειδὴ σκε- cogitationis, vitiorum habitus actusque efficiatur.
δαστὸν φύσει τὸ κακὸν ὑπάρχει καὶ ἄστατον, καὶ πο- Quod autem plurali numero dictum est: *Isti sunt*
λύμορφον καὶ διαιρετικόν. Εἰ γὰρ φύσει τὸ καλόν *dii tui*, istud est, quod malum natura dissipabile sit
ἐστιν ἑνοποιητικὸν τῶν διῃρημένων καὶ συνεκτικὸν, ac instabile et multiforme ac dividuum. Cum enim
τὸ κακὸν δηλονότι τῶν ἡνωμένων ἐστὶ διαιρετικόν boni ea indoles sit, ut quæ sunt divisa uniat ac
τι καὶ φθαρτικόν. Ἐνώτια δὲ, οἱ περὶ θεολογίας φυ- contineat; mali plane est, ut quæ sunt unita divi-
B σικῶς τῷ νῷ ἐνυπάρχοντες ἐκ τῆς τῶν ὄντων εὐσε- dat atque corrumpat. Inaures, qui de theologia ser-
βοῦς κατανοήσεως τυγχάνουσι λόγοι. Οἱ δὲ περὶ τὸν mones sunt ac rationes, ex pia rerum conside-
τράχηλον κόσμοι εἰσὶ, τὰ κατὰ τὴν φυσικὴν θεωρίαν ratione naturaliter in mente exsistentes. Qui ornatus
ὀρθὰ περὶ τῶν ὄντων δόγματα· τὰ ψέλλια, ἡ κατὰ ac monilia collum protegunt, recta secundum natu-
τὴν πρᾶξίν ἐστιν ἐνέργεια τῶν ἀρετῶν. ralem speculationem de rebus decreta. Armillæ,
virtutum actionis cultu operatio.

Ἢ πάλιν ἐνώτιά ἐστιν ὁ ἔμφυτος λόγος. Λόγου γὰρ Aut rursus, inaures sunt, innata ratio. Auris
τὸ οὖς σύμβολον. Περιτραχήλιος δὲ κόσμος ἐστὶ τὸ θυ- enim, rationis sermonisque symbolum est. Colli
μικόν· ἀναστήματος γὰρ καὶ τυραννίδος τύπος ὁ ornatus, iræ facultas. Collum enim elationis ac ty-
τράχηλος. Ψέλλια δὲ χειρῶν, ἡ ἐπιθυμία, διὰ τῆς rannidis typum gerit. Manuum armillæ, cupiditas,
καθ' ἡδονὰς μηνυομένη πράξεως. Ἅπερ πάντα κατὰ quam actio voluptaria libidinosaque significet. Quæ
τὴν περὶ ἑκάστου δοθεῖσαν ἔννοιαν ἅπτων ὁ νοῦς εἰς omnia mens juxta cujusque assignatam expositio-
τὸ πῦρ τῶν παθῶν, ἀποτελεῖ τὴν ἄλογον καὶ ἀνόητον nem in igne vitiorum nectens accendensque, irra-
τῆς ἀγνοίας ἕξιν, τὴν πάντων μητέρα τῶν κακῶν. tionalem atque dementem ignorantiæ habitum edit,
Λεπτύνει δὲ αὐτὴν, ὁπηνίκα τὸ τοῦ πάθους κατὰ τὴν C omnium malorum parentem. Comminuit vero, cum
ἐπιφάνειαν πρὸς αἴσθησιν πάχος τῇ διανοίᾳ διασκοπή- ad sensum apparentem vitiosi affectus crassitiem
σας ὁ νοῦς, τῶν ποιούντων τοῦ πάθους τὴν σύνθεσιν, animo considerans, singula quibus ejus coalita
πρὸς τὴν οἰκείαν ἀρχὴν ἕκαστον διελὼν ἀναγάγῃ, compositio est, ad suam reduxerit dividendo origi-
καὶ οὕτως σπείρῃ ὑπὸ τὸ ὕδωρ· λέγω δὲ τὴν γνῶσιν nem: ac ita sub aqua seminaverit; sub scientiam
τῆς ἀληθείας, ἄγων τὰ διευκρινηθέντα, καὶ τῆς πρὸς nimirum veritatis trahens, quæ discreverit, ac qua
ἄλληλα κακῆς ἀπαλλαγέντα συμπλοκῆς καὶ συν- a mala inter se complexione ac compositione per
θέσεως. eum emerserint.

Οἷόν τι λέγω, πᾶν πάθος κατὰ συμπλοκὴν πάντως Ut sub exemplo loquar, libidinosus omnis affe-
εἰσῆκτοῦ τινος, καὶ αἰσθήσεως καὶ φυσικῆς δυνά- ctus, omnino ex rei in sensum cadentis, sensusque
μεως· θυμοῦ λέγω τυχὸν, ἢ ἐπιθυμίας, ἢ λόγου πα- ac naturalis facultatis (puta, iræ, aut cupiditatis,
ραπεσόντος τοῦ κατὰ φύσιν, συνίσταται. Ἐὰν οὖν vel rationis ab eo aversæ quod est ex natura) com-
τὸ πρὸς ἄλληλα κατὰ σύνθεσιν τέλος, τοῦ τε αἰσθη- plexu consurgit. Dum ergo animus sic alium alii
τοῦ καὶ τῆς αἰσθήσεως, καὶ τῆς ἐπ' αὐτῇ φυσικῆς secundum compositionem finem, rei in sensum ca-
δυνάμεως θεωρήσας ὁ νοῦς, δυνηθῇ πρὸς τὸν οἰκεῖον dentis, sensusque ac naturalis in eo facultatis, con-
φύσει λόγον τούτων ἕκαστον διακρίνας ἐπαναγαγεῖν, D siderando, horum quodlibet in suam natura ratio-
καὶ θεωρῆσαι καθ' ἑαυτὸν τὸ αἰσθητὸν, ἄνευ τῆς nem discernendo reducere quiverit; ac per se rem
περὶ αὐτὸ τῆς αἰσθήσεως σχέσεως, καὶ τὴν αἴσθη- sensui subjectam speculari, absque sensus ad eam
σιν ἄνευ τῆς τοῦ αἰσθητοῦ πρὸς αὐτὴν οἰκειότη- affectione ac libidine, sensumque absque rei ejus-
τος, καὶ τὴν ἐπιθυμίαν, φέρε εἰπεῖν, ἢ ἄλλην τινὰ τῶν modi cum ipso necessitudine; itemque cupiditatem,
κατὰ φύσιν δυνάμεων, χωρὶς τῆς ἐμπαθοῦς ἐπ' verbi gratia, seu quamvis aliam naturalium facultatum, absque libidinosa in sensum remque sensui
αἰσθήσει τε καὶ αἰσθητῷ διαθέσεως, ὡς subjectam affectione: qualem talis quædam libi-
ἡ τοῦ πάθους ποιὰ παρασκευάζει τὴν θεωρίαν γίνε- dinosa motio solet considerationem præstare; is
σθαι κίνησις, ἐλέπτυνε λεάνας τοῦ μόσχου, τουτέστι vituli (cujusvis scilicet inde orientis libidinis) con-
τοῦ οἱουδήποτε πάθους συμβαίνοντος τὴν σύστασιν, flatum comminuit, **36** ac sub scientiæ aqua semi-
καὶ ὑπὸ τὸ ὕδωρ τῆς γνώσεως ἔσπειρεν· ἀφανίσας navit; abolens vel nudam ipsam libidinum vitio-
παντελῶς καὶ αὐτὴν τῶν παθῶν τὴν ψιλὴν φαντα- rumque cogitationem, per earum rerum unde illa
σίαν, διὰ τῆς πρὸς ἑαυτὰ τῶν ἀποτελούντων αὐτὰ concrescunt, ad seipsas revocationem. Faxit vero
κατὰ φύσιν πραγμάτων ἀποκαταστάσεως. Γένοιτο Deus; ut et nos, comminutum vitulum conflatilem
δὲ καὶ ἡμᾶς τὸν χωνευτὸν μόσχον λεπτύναντας τῆς

Digitized by Google

ex animo aboleamus, in quo sola sincera divina imago, nulla prorsus rerum exteriorum fœdata labe, eluceat. Quod autem habetur : *Et potavit eum Moyses filios Israel* [83], significat modum doctrinæ quo vitia destruantur, a magistris ad discipulos derivandum esse.

A ψυχῆς ἀφανίσαι, μόνην ἐχούσης ἀκίβδηλον τὴν θείαν εἰκόνα, μηδενὶ καθάπαξ τῶν ἐκτὸς μολυνομένην. Τὸ δὲ φερόμενον, *Καὶ ἐπότισεν αὐτὸ Μωϋσῆς τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ*, τὸν τρόπον σημαίνει τῆς τῶν παθῶν καθαιρετικῆς διδασκαλίας, τοῖς μανθάνουσι παρὰ τῶν διδασκόντων διδόμενον.

QUÆSTIO XVII.

Cum Deus Moysen in Ægyptum miserit, quia causæ est, cur a Deo missum Dei angelus occidere quæreret ? ac vero occidisset, nisi uxor infantem illico circumcidisset, suaque hac opera angeli impetum retardasset [84]. *Ac, si necessaria erat infantis circumcisio, quidni Deus, antequam mitteret, leniter præceperat ut rem præstaret ? Cur vero etiam delictum esse, eum qui ad tale ministerium a Deo mittebatur, bonus angelus placide non admonuerat?*

B *πταῖσμα ἦν, ὁ ἀγαθὸς ἄγγελος τὸν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ οὐκ ἐνουθέτησεν ;*

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΙΖ'.

Εἰ ὁ Θεὸς τὸν Μωϋσῆν ἀπέστειλεν εἰς Αἴγυπτον, τίνι τῷ λόγῳ τὸν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἀπεσταλμένον ὁ τοῦ Θεοῦ ἄγγελος ἀποκτεῖναι ἐζήτει, καὶ ἂν ἀπέκτεινεν, εἰ μὴ σπεύσασα ἡ γυνὴ τὸ παιδίον περιέτεμεν, καὶ δι' ἑαυτῆς τὴν τοῦ ἀγγέλου ὁρμὴν ἔστησε ; Καὶ εἰ ἀναγκαία ἦν ἡ περιτομὴ τοῦ παιδίου, διὰ τί πρὸ τοῦ αὐτὸν τὸν Θεὸν ἀποστεῖλαι, μετὰ ἡμερότητος οὐκ ἐνετείλατο αὐτῷ περιτεμεῖν τὸ παιδίον ; Διὰ τί δὲ καὶ ὅτι εἰς τοιαύτην διακονίαν ἀποστελλόμενον, ἡμέρως

Responsio.

Qui Dei timore perplexarum earum difficultatum quæ in Scriptura occurrunt sensum scrutatur, nec aliud spectat quam Dei solum gloriam, dum velut velamen, litteram a spiritu semoverit, *omnia*, juxta Sapientiæ sermonem, *coram inveniet* [85], nullo obstante impedimento, quin absque noxa ad divina animo moveatur. Historiam jam Mosis temporibus corporaliter impletam dimittemus ; ejusque in spiritu vim, quæ semper fiat, ac eo quod fit, magis conviviscat, mentis oculis considerabimus.

Ἀγαθὸς γὰρ ὑπάρχων ὁ Θεὸς, καὶ θέλων ἡμῶν ἐκκλίναι παντελῶς τὸ τῆς κακίας σπέρμα, τὴν ἡδονὴν τὴν τὸν νοῦν τῆς θείας ἀποστυλῶσαν ἀγάπης, συγχωρεῖ τῷ διαβόλῳ πόνους ἡμῖν καὶ τιμωρίας ἐπαγαγεῖν· κατὰ ταυτὸν καὶ τῆς προλαβούσης ἡδονῆς τὴν ἰὸν (2), διὰ τῶν πόνων τῆς ψυχῆς ἀποξέων, καὶ τὰ παρόντα καὶ μόνην τὴν αἴσθησιν σαίνοντα, μῖσος ἡμῖν καὶ τελείαν ἀποδιάθεσιν, ὡς μηδὲν τιμωρίας πλέον εἰς κέρδος κεκτημένα κατὰ τὴν χρῆσιν, ἐμποιῆσαι βουλόμενος· καὶ τὴν ἐκείνου τιμωρὸν δύναμιν καὶ μισανθρωπίαν, τῆς πρὸς ἀρετὴν ἐπανορθώσεως περιστατικὴν αἰτίαν ποιήσασθαι, τῶν αὐτῆς ἑκουσίως ἀπολισθησάντων.

58 Deus enim qui bonus sit, atque a nobis vitii semen exstirpare velit (voluptatem scilicet a divina charitate animum avertentem) diabolo, ut nobis labores, pœnasque ac cruciatus inferat, facultatem facit, duo pariter hæc efficiens, ut et anterioris libidinis animo contractam rubiginem lalorum acerbitate abstergat, et perfectum nobis odium ac despicientiam adversus præsentia solumque sensum mulcentia, nec præter pœnam commodi aliquid habentia, ingerat: ultricemque ac in homines conjuratam illius potentiam, necessariæ ad virtutem reductionis causam, his, qui sponte ab ea desciverunt, efficiat.

Ὡς οὖν κατὰ συγχώρησιν τιμωρούμενος τοὺς ἁμαρτάνοντας ὁ διάβολος τοῦ Θεοῦ κέκληται δοῦλος, ἀποστάτης ὢν καὶ λῃστὴς πονηρὸς, καὶ τοῖς ἑκουσίως διὰ τῆς ἡδονῆς ἀφισταμένοις τοῦ Θεοῦ, τὴν D τοιαύτην ἔχων πάνυ κατάλληλον. Πρέπον γάρ ἐστιν ὑπὸ τοῦ διαβόλου κολάζεσθαι τοὺς τὰς αὐτοῦ πονηρὰς ὑποθήκας τῶν ἑκουσίων ἁμαρτημάτων ἡδέως δεξαμένους· οὕτω μὲν οὖν καὶ ἡδονῆς ἐστι διὰ τῶν ἑκουσίων παθῶν σπορεὺς ὁ διάβολος, καὶ ὀδύνης διὰ τῶν ἀκουσίων ἐπαγωγεύς.

Tanquam igitur qui Dei concessione peccatores puniat, diabolus Dei servus appellatus est, cum sit desertor ac latro nequissimus, nec voluntate quidquam ab illis abhorreat, qui libidine voluptatis illecebra sponte a Deo discesserunt. Æquum enim est diabolo actore puniri, qui prava ejus consilia, sponte peccatis indulgendo, lubente animo amplexi sunt: sic enim diabolus tum voluptatis per spontaneas passiones sator est, tum doloris per eas quæ invitis inferuntur, auspex.

" In cent. 1, ex quinque c. 80, ὅλην, sicque Allat.
"" Fr. et Gisl. βάρει τῶν, ut et cent. cit.

(e) *Ἀθεΐας αἰτίαν.* Romanus Gislerii codex, ἀθεσίας· nec male opponitur τῷ, νουθεσίας· ut quod Deus remedium adhibet, hoc sibi homo venenum faciat: nempe, Dei admonitionem ac castigationem, in ejus contemptus et prævaricationis occasionem vertendo (sive etiam impietatis Dei ac negationis) quæ peculiari vocabulo illa ἀθεΐα est, ad quam proclive labitur δι' ἀτονίαν, sic afiscens animus, ac se desperans, quasi res ejus providentia non regantur cui sic adversa eveniunt.

Digitized by Google

Quando igitur hi, qui Judæam ac Jerusalem inhabitant, hoc est, qui actionis habitum, aut rerum speculatricem scientiam nacti sunt, humanæ gloriæ aucupandæ causa his defunguntur : virtutum dotes, conspicua oculis indole adumbrantes, solosque sapientiæ ac scientiæ sermones absque justitiæ operibus loquentes; necnon aliis, quo tument, fastum, virtutis ac scientiæ nomine, ostentantes, congruis merito laboribus atque ærumnis traduntur; quo nempe perpetiendo, quam inani jactantia obliti sint, mentis modestiam (id est humilitatem) condoccantur. Idque etiam cum nosset divinus Apostolus, sceleris commissi reum Corinthium diabolo tradidit in interitum carnis, ut spiritus salvus fieret in die Domini Jesu [59]. Eam ob rem Judææ rex ac Jerusalem, Assyriorum regi traditur (mens scilicet contemplationi dedita ac scientia exculta diabolo, ad pœnas exsolvendas) qui juste labores æruminasque inferat : quo nimirum ex malorum perpessione discat, de tolerantia potius laborumque sustinentia philosophari, quam ut vane per superbiam sibi placeat.

Quisquis igitur, ex malorum quæ **59** perpetravit conscientia, sponte in animum inducit, ut violentarum tentationum duros labores, qua decet gratiarum actione, suscipiat; hic a virtutis ac scientiæ habitu gratiaque non exterminatur, velut illi pridem a Judæa ac Jerusalem, ut qui sponte regis Babylonis jugum subeat, ac debiti loco illatos cruciatus accipiat : in quibus manens, regi quidem Babylonis pro natura mortali affectibusque obnoxia, violentos dependit labores, in quos, tanquam eorum reus ob anteacta crimina, animo consentiat : Deo autem per verum cultum ac servitutem (id est, modesti humilisque animi affectum) eorum quæ deliquit, emendationem.

Qui autem Dei concessione, quo inde emendetur, per involuntarias tentationes inductas ærumnas ac cruciatus grato animo non suscipit, nec vanam ostentationem, qua sibi justus videtur, pœnitentia excutit; ut qui divinis justorum judiciorum scitis adversetur, velut qui olim Judæam incolebant, nec sponte jugo regis Babylonis cervicem inclinare, juxta quod illi præceptum est, acquiescit, regi Babylonis in captivitatem et compedes et vincula et mortem et famem et gladium traditur, ac patria prorsus exterminatur (existimato scilicet virtutis ac scientiæ habitu) per captivitatem quidem, secessionis a divinis damnatus; per compedes autem, falsæ de rebus opinionis; per vincula, inertis penitus otii ac cessationis ab honesti officio; per famem, divinarum doctrinarum absentiæ; per mortem, perfectæ honesti officio cæcitatis ac stuporis; per gladium, libidinosarum ac lascivarum cogitationum, quibus divinarum rerum memoria perimitur.

[59] I Cor. v, 5.

Ὅταν οὖν οἱ τὴν Ἰουδαίαν καὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ οἰκοῦντες, τουτέστι, τὴν πρακτικὴν ἕξιν, ἢ τὴν θεωρητικὴν ἀπειληφότες ἐπιστήμην, πρὸς τὴν τῶν ἀνθρώπων ταύτας μετέρχονται δόξαν· ἦθη μὲν ἀρετῶν τῷ φαινομένῳ τρόπῳ σκιαγραφοῦντες· λόγους δὲ σοφίας καὶ γνώσεως μόνους λαλοῦντες, δίχα τῶν κατὰ δικαιοσύνην ἔργων, καὶ τὸν ἐπ' ἀρετῇ καὶ γνώσει τοῖς ἄλλοις ἐπιδείκνυνται τῦφον· εἰκότως τοῖς πρέπουσι παραδίδονται πόνοις, διὰ τοῦ πάσχειν τὴν ἀγνοηθεῖσαν αὐτοῖς ἐκ τῆς ματαίας οἰήσεως ταπεινοφροσύνην μεταμανθάνοντες· ὅπερ εἰδὼς καὶ ὁ θαυμάσιος Ἀπόστολος, παρέδωκε τῷ Σατανᾷ τὸν παρανομήσαντα Κορίνθιον, εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκὸς, ἵνα τὸ πνεῦμα σωθῇ ἐν ἡμέρᾳ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ. Διὰ τοῦτο τῆς Ἰουδαίας καὶ Ἱερουσαλὴμ ὁ βασιλεὺς παραδίδοται τῷ βασιλεῖ τῶν Ἀσσυρίων (3), τουτέστιν, ὁ θεωρητικὸς νοῦς καὶ γνωστικὸς πρὸς τιμωρίαν ἐκδίδοται τῷ διαβόλῳ, πόνους αὐτῷ δικαίως ἐπάγοντι καὶ συμφοράς· ἵνα μάθῃ πάσχων, περὶ καρτερίας μᾶλλον, καὶ πόνων ὑπομονῆς φιλοσοφεῖν, ἢ διακενῆς τοῖς οὐκ οὖσιν ὑπερηφάνως ἐμματαιάζειν.

Πᾶς οὖν ἀνεχόμενος ἑκουσίως ἐκ τῆς τῶν αὐτῷ πεπραγμένων συναισθήσεως, δέξασθαι τὰς ἐπιπόνους τῶν ἀκουσίων ἐπιφορὰς πειρασμῶν, μετὰ τῆς δεούσης εὐχαριστίας, οὐκ ἐξοικίζεται τῆς κατ' ἀρετὴν καὶ γνῶσιν ἕξεώς τε καὶ χάριτος· καθάπερ οἱ πάλαι τῆς Ἰουδαίας καὶ Ἱερουσαλὴμ· ὡς ὑπελθὼν ἑκουσίως τὸν ζυγὸν βασιλέως Βαβυλῶνος, καὶ ὡς χρέος ἀποτινύς, τὰς τῶν βασάνων ἐπιφορὰς καταδεχόμενος· καὶ ἐν αὐταῖς μένων, τελεῖ τῷ μὲν βασιλεῖ Βαβυλῶνος τοὺς ἐκ τοῦ παθητοῦ τῆς φύσεως βιαίους πόνους, καὶ τὴν ἐπ' αὐτοῖς κατὰ τὴν διάνοιαν ὡς ὀφειλέτης αὐτοῦ διὰ τὰς προλαβούσας πλημμελείας συγκατάθεσιν· τῷ δὲ Θεῷ προσφέρει διὰ λατρείας ἀληθοῦς, τῆς ταπεινῆς λέγω διαθέσεως, τὴν τῶν πεπλημμεληκότων διόρθωσιν.

Ὁ δὲ τὴν κατὰ συγχώρησιν Θεοῦ πρὸς διόρθωσιν ἐπαγομένην αὐτῷ διὰ τῶν ἀκουσίων πειρασμῶν συμφορὰν εὐχαρίστως μὴ καταδεχόμενος, καὶ τὴν ἐπὶ τῷ δοκεῖν δίκαιον εἶναι μεταγνοὺς οὐκ ἀποτιθέμενος οἴησιν, ὡς τοῖς θείοις τῶν δικαίων κριμάτων ἐμπίπτων θεσπίσμασι, κατὰ τοὺς πάλαι τῆς Ἰουδαίας οἰκήτορας, καὶ μὴ καταδεχόμενος ἑκουσίως ὑπὸ τὸν ζυγὸν γενέσθαι τοῦ βασιλέως Βαβυλῶνος, κατὰ τὴν θείαν διαταγὴν, εἰς αἰχμαλωσίαν παραδίδοται τῷ βασιλεῖ Βαβυλῶνος, καὶ κλοιοὺς, καὶ δεσμὰ, καὶ θάνατον, καὶ λιμὸν, καὶ μάχαιραν, καὶ τῆς ἰδίας παντελῶς ἀποικίζεται γῆς· τουτέστι, τῆς κατ' ἀρετὴν καὶ γνῶσιν εἶναι δοκούσης ἕξεως· διὰ μὲν τῆς αἰχμαλωσίας, τὴν τῶν θείων ἀπόστασιν κατακρινόμενος· διὰ δὲ τῶν κλοιῶν, τὴν ψευδῆ περὶ τῶν ὄντων δόξαν· διὰ δὲ τῶν δεσμῶν, τὴν παντελῆ τῶν καλῶν ἀπραξίαν· διὰ δὲ τοῦ λιμοῦ, τὴν τῶν θείων στέρησιν διδαγμάτων· διὰ δὲ τοῦ θανάτου, τὴν τελείαν πρὸς τὰ καλὰ πώρωσίν τε καὶ ἀναισθησίαν· διὰ δὲ τῆς μαχαίρας, τοὺς τῶν θείων μνημῶν ἀναιρετικοὺς ἐμπαθεῖς καὶ ἀκολάστους λογισμούς.

Digitized by Google

Πάντα γὰρ ταῦτα, καὶ τούτων πλείονα, ὁ τῆς κατ' ἀρετὴν καὶ γνῶσιν ὡς ἰδίας γῆς ἐξοικιζόμενος ἕξεως, πάσχει· διὰ τὸ μὴ θέλειν αὐτὸν ἐξ ὑπερηφανίας καὶ ματαίας οἰήσεως, τὰς ἐφ' οἷς ἐπλημμέλησεν ἐκτίνυσι δίκας, ἐν θλίψεσιν εὐδοκῆσαι καὶ ἀνάγκαις καὶ στενοχωρίαις κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον, καίτοι πάσης τῆς ἐπὶ τούτοις ὀφειλῆς ὄντα διὰ τὴν δικαιοσύνην ἐλεύθερον. Ἤδει γὰρ ὁ μέγας Ἀπόστολος, φυλακτικὴν τῶν θείων κατὰ ψυχὴν θησαυρῶν ὑπάρχουσαν, τὴν ἐκτὸς περὶ τὸ σῶμα συνισταμένην διὰ τῶν πόνων ταπείνωσιν· καὶ διὰ τοῦτο, στέργων ὑπέμενε, καὶ δι' ἑαυτὸν, καὶ τοὺς, οἷς ἀρετῆς καὶ πίστεως προέκειτο τύπος· ἵνα κἂν ὡς ὑπεύθυνοι πάσχωσι κατὰ τὸν ἐπιτιμηθέντα Κορίνθιον, εἰς παρηγορίαν ἔχωσι καὶ ὑπομονῆς μίμησιν [*Fr. et Reg.* ὑπομονὴν καὶ μίμησιν], τὸν ἀνευθύνως πάσχοντα.

Τοὺς δὲ βασιλεῖς τῶν ἐθνῶν εἶναι νομίζω κατὰ τοῦτον τῆς Γραφῆς τὸν τόπον, τοὺς τῶν λοιπῶν τῆς ἀτιμίας παθῶν ἐπάρχοντας ἀνθρώπους [*ἴσ.* λογισμοὺς], καὶ αὐτοὺς ὑποκειμένους ἐνδίκως τῇ τιμωρίᾳ τῶν οἰκείων ὀφλημάτων· καὶ διὰ τοῦτο τῷ βασιλεῖ Βαβυλῶνος παραδιδομένους ὡς τιμωρῷ δυνάμει, καὶ χαιρούσῃ τῇ βασάνῳ τῆς φύσεως. Ἔστιν οὖν ὁ μὲν Αἰγύπτιος βασιλεὺς, ὁ φιλήδονος νοῦς καὶ ἀκόλαστος· ὁ δὲ Μωαβίτης, ὁ τρυφητὴς καὶ βέβηλος νοῦς· ὁ δὲ Ἀμμανίτης, ὁ πλεονεκτικὸς νοῦς· ὁ δὲ Σύρος, ὁ δεισιδαίμων καὶ διαλεκτικὸς νοῦς· μόνος γὰρ ἀντικεῖσθαι γέγραπται τῷ Σαλομῶν ὁ Σύρος, τουτέστι, τῇ εἰρήνῃ καὶ σοφίᾳ (4)· ὁ δὲ Τύριος, ὁ φιλόκοσμος νοῦς καὶ φιλόζωος· καὶ οἱ λοιποὶ πάντες βασιλεῖς, οὓς γνώσεται διὰ τῆς οἰκείας σημασίας ὁ γνωστικὸς ἐκ τῆς ὀνομάτων ἑρμηνείας, ἢ τῆς τῶν τόπων θέσεως, ἢ τῆς κρατούσης ἐν αὐτοῖς γενικῆς παραδόσεως, ἢ τῆς ἐν ἀλλήλοις ἐπιτηδεύσεως, ἢ τῆς πρὸς Ἰσραὴλ ποιᾶς ἀντιπαθείας. Οὐ γὰρ πάντοτε καὶ πάντες ὡσαύτως καὶ καθ' ἓν σημαινόμενον λαμβάνονται· ἀλλὰ πρὸς τὴν προκειμένην χρείαν, καὶ τῆς προφητείας τὴν δύναμιν

Τύπῳ γε καὶ εἰς τὸν διάβολον οἶδεν ἡ Γραφὴ λαμβάνειν τὸν Φαραὼ, ὅταν ἀναιρέτης γίνηται τοῦ Ἰσραήλ· καὶ πάλιν εἰς τὸν τῆς φύσεως νόμον, ὅταν αὐτῷ δουλεύῃ κατ' οἰκονομίαν ὁ Ἰωσὴφ, προφητικῶς δι' ἑκατέρου σημάνας τὸν φύσει καὶ πάθεσιν ἡμετέροις τοιοῖσδε δουλεύοντα Θεὸν Λόγον, δίχα μόνης ἁμαρτίας. Ὁμοίως καὶ ὁ βασιλεὺς Τύρου νοεῖται εἰς τὸν διάβολον, ὅταν τὸν Ἰσραὴλ διὰ τοῦ Σισάρα πολεμῇ· καὶ πάλιν εἰς τὸν φυσικὸν νόμον, ὅταν σπένδηται τῷ Δαβὶδ, καὶ εἰς τὴν οἰκοδομὴν τοῦ θείου ναοῦ τῷ Σαλομῶν πλεῖστα συμβάλλεται· καὶ εἰς ἄλλα πολλὰ σημαινόμενα, ἕκαστος τῶν ἀπηριθμημένων τῇ Γραφῇ βασιλέων, παραλαμβάνεται [*Fr.* λαμβάνεται]· κατὰ μέντοι τὴν ὑποκειμένην τῇ προφητείᾳ δύναμιν.

Τὰ δὲ θηρία ἅπερ δίδωσιν ὁ Θεὸς τῷ βασιλεῖ Βαβυλῶνος, εἰσὶν οἱ δαίμονες, ἕκαστος κατὰ τὴν ἐνδιάθετως ἐπικειμένην ἐπιτηδειότητα πρὸς τήνδε ἢ τήνδε ἕνεκεν.

A Cuncta enim hæc, atque his plura illi evenient, qui velut patria, virtutis ac scientiæ habitu exterminatur; ea scilicet ratione, quod propter superbiam et inanem sui æstimationem, dum pro delictis pœnas luit, in ærumnis et necessitatibus et angustiis, velut divinus Apostolus [48], sibi placere atque his acquiescere nolit; quanquam is, qua præstabat justitia, nihil horum reus erat. Non enim latebat magnum Apostolum, ita comparatum esse, ut externa circa corpus laboribus atque ærumnis conflata humilitate, divinorum animo thesauri sarti tecti persistant. Idcirco **60** libens sustinebat, tum sui ipse gratia, tum eorum, quibus virtutis ac fidei norma propositus erat; ut, vel si tanquam obnoxii, haud secus ac ille multæ addictus Corinthius [49], B paterentur, ad solatium haberent ac patientiæ exemplum, quod innoxius ipse patiebatur.

Reges autem gentium, hic loci Scripturæ, eos esse existimo, qui reliquis probrosis affectibus præsunt, ipsique merito debitæ ex delictis pœnæ, subjiciuntur: eamque ob rem regi Babyloni tanquam ultrici virtuti, ac quæ naturæ cruciatibus gaudeat, traduntur. Est igitur Ægypti quidem rex, mens luxuriosa ac impudica; Moabites, mens deliciis fracta ac profana; Ammanites, avara mens et iniqua; Syrus, mens superstitiosa ac dialectica; verbis scilicet rationibusque contentiosior. De solo enim Syro scriptum est [50], restitisse Salomoni (id est, paci ac sapientiæ). Tyrus, mens mundi carnisque amantior: ac reliqui omnes reges, quos vir C sapiens per propriam significationem ex nominum interpretatione, vel ex locorum situ, aut ex generali vigente apud eos traditione, vel ex mutuis officiis ac studiis, aut ex animis sic vel sic Israeli adversis, pernoscet: non enim ubique, omnesque similiter eodemque significatu, sed pro subjecto usu ac prophetiæ vi, accipiuntur.

Nam et diaboli typo consuevit Scriptura Pharaonem accipere, tum, cum Israelem interimit: ac rursus typo legis naturæ, cum ei Joseph dispensatione servit: ipse nimirum per prophetiam eum significans, qui uno dempto peccato, naturæ nostrisque affectibus, Deus Verbum sponte servit. Simili- D ter quoque rex Tyri, diaboli figura intelligitur, cum per Sisaram, Israelem bello petit [51]: ac rursus legis naturæ, cum Davidi amicitia jungitur, ac Salomoni ad divini templi structuram, operam haud pœnitendam confert [52]. Multisque aliis modis ac significationibus accipiuntur singuli quique reges ab Scriptura enumerati; juxta nimirum subjectam prophetiæ vim.

Bestiæ autem quas Deus dat regi Babylonis, dæmones sunt: qui singuli, pro innata sibi habilitate, ad hanc illamve tentationem inferendam ei ministri

[48] II Cor. xii, 10. [49] I Cor. v, 1. [50] III Reg. xi, 25. [51] Judic. iv, 2. [52] II Reg. v, 11; III Reg. v, 1

Digitized by Google

sint. Alius enim alius vitii ac malitiæ incentor est, ac palam alius alio **61** nequior, atque ad hoc nequitiæ genus aptior ac propensior. Nam nec dæmones, nisi Dei concessione diabolo malorum auctori ministrare possunt; ut, qua novit ipse ratione, congrua Deus humanissimaque ac benigna providentia, per ejus administros, diversas pro scelerum ac delictorum meritis pœnas inferri indulgeat. Ac palam docet Jobi historia, qua scriptum est, non potuisse diabolum nisi Dei concessione ad Jobum accedere [48].

Quin ipse quoque Nabuchodonosor rex Babylonis, haud raro in typum legis naturalis assumitur. Idque declarant, dum Hierosolymitis scribunt, qui spiritalem legem amplecti nequiverant, ac ideo in terram Babylonis abducti erant (habitum scilicet terrenæ confusionis) ut orarent pro vita Nabuchodonosoris regis Babylonis, et vita Balthasaris ejus filii (nempe legis naturalis, atque ejus qui motu est, habitus) cujus tum ditioni subjecti erant, *ut fiant dies eorum sicut dies cæli* [49]. Quibus verbis id efflagitant, ut qui in virtutis tranquilla sede ac scientiæ veritate constiterant, orent, ut sint naturalis legis rationes, ejusque motu habitus, in cujus ditionem relicta lege spiritali concesserant, sicut divina sensa ac cogitata legis spiritalis: nimirum dies vocantes sensa illa et cogitata; cœlum vero, legem spiritalem. Hoc enim quærebant, ut non dissentiret a lege spiritali, lex naturalis et ærumnosa, cui mancipati erant.

His consonat et quod ad eum divina comminatione mystice a magno Daniele dictum est, dum exponit quod ille somnium viderat: *Te quoque ex hominibus expellent, et cum bestiis campestribus erit habitatio tua, herbamque sicut bovem pascent te, et a rore cæli cubabis: et septem tempora mutabuntur super te, donec scias quod dominatur Altissimus regni hominum, et cuicunque voluerit dabit illud. Et quod dixit: Sinite germen radicum arboris in terra, regnum tuum tibi manebit, posteaquam cognoveris regnum cæleste* [50]. Expulsionem forte vocans, ejectionem e paradiso in hunc mundum ob transgressionem, victusque angelici amissam societatem, id est, ab spiritalibus sensis, ad legis naturæ ex sensus ratione habitudinem ac necessitudinem; habitationem **62** autem cum bestiis campestribus, cum vitiis, eorumque incentoribus dæmonibus demorationem, sive contubernium ac conversationem. Fenum vero, quo paverunt (utique angeli [*al.* homines], non bestiæ, quibuscum nactus habitationem erat: hæ enim non pascunt, sed lacerant), naturalis consideratio est eorum, quæ sensu conspicua sunt, virtutisque actio laboriosa: quæ herbæ instar angeli hominibus porrigunt.

[48] Job I, 12. [49] Baruch I, 11. [50] Dan. IV, 22, 23.

A τῶν πειρασμῶν ἐπαγωγὴν λειτουργῶν. Ἄλλος γὰρ ἄλλης ἐμποιητικὸς κακίας, καὶ ἄλλος ἄλλου σαφῶς ἐστι μιαρώτερος· καὶ πρὸς τόδε μᾶλλον τὸ εἶδος τῆς κακίας ἐπιτηδειότερος. Οὔτε γὰρ αὐτοὶ οἱ δαίμονες ἄνευ θείας συγχωρήσεως κατ' οὐδὲν ὑπουργεῖν δύνανται τῷ ἀρχεκάκῳ διαβόλῳ· ἵνα καθὼς οἶδεν αὐτὸς ὁ Θεὸς, μετὰ τῆς δεούσης καὶ φιλανθρώπου καὶ ἀγαθοῦ προνοίας, συγχωρῇ τῷ διαβόλῳ διὰ τῶν αὐτοῦ ὑπουργῶν, τὰς ἐφ' οἷς ἡμάρτομεν διαφόρους ποιεῖσθαι τιμωρίας. Καὶ δηλοῖ τοῦτο σαφῶς ἡ περὶ τοῦ Ἰὼβ συγγραφὴ, μὴ δυνάμενον τῷ Ἰὼβ προσπελάσαι τὸν διάβολον ἀναγραφομένη δίχα τῆς θείας συγχωρήσεως.

Ἀλλὰ καὶ Ναβουχοδονόσορ αὐτὸς ὁ τῆς Βαβυλωνίας βασιλεὺς, λαμβάνεται πολλάκις εἰς τὸν φυσικὸν B νόμον. Καὶ τοῦτο δηλοῦσι γράφοντες τοῖς ἐν Ἱερουσολύμοις, οἱ τὸν πνευματικὸν νόμον στέρξαι μὴ δυνηθέντες, καὶ διὰ τοῦτο πρὸς τὴν Βαβυλωνίαν κατασυρέντες γῆν· λέγω δὲ τὴν ἕξιν τῆς κατὰ τὴν ὕλην συγχύσεως· εὔξασθαι ὑπὲρ τῆς ζωῆς Ναβουχοδονόσορ βασιλέως Βαβυλῶνος, καὶ τῆς ζωῆς Βαλτάσαρ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ· τοῦ φυσικοῦ νόμου (ὅ) δηλαδὴ, καὶ τῆς αὐτοῦ κατὰ τὴν κίνησιν ἕξεως· ὑφ' οὓς τότε γεγόνασιν, ἵνα ὦσιν αἱ ἡμέραι αὐτῶν ὡς αἱ ἡμέραι τοῦ οὐρανοῦ. Διὰ τούτων παρακαλοῦντες εὔξασθαι τοὺς ἐν τῇ ἀπαθείᾳ τῆς ἀρετῆς, καὶ τῇ ἀληθείᾳ τῆς γνώσεως μείναντας (6), ἵνα ὦσι τὰ νοήματα τοῦ κατὰ φύσιν νόμου, καὶ τῆς αὐτοῦ κατὰ τὴν κίνησιν ἕξεως, ἐν ᾧ, τὸν πνευματικὸν ἀπολιπόντες νόμον, γεγόνασιν· ὡς τὰ θεῖα νοήματα τοῦ νόμου τοῦ πνεύματος C ἡμέρας καλέσαντες τὰ νοήματα· οὐρανὸν δὲ, τὸν πνευματικὸν νόμον· ἐζήτουν γὰρ μὴ ἀπᾴδειν τοῦ πνευματικοῦ νόμου, τὸν ὑφ' ὃν γεγόνασι φυσικὸν καὶ ἐπίμοχθον νόμον.

Τούτοις συμφωνεῖ καὶ τὸ πρὸς αὐτὸν κατὰ τὴν θείαν ἀπειλὴν μυστικῶς εἰρημένον ὑπὸ τοῦ μεγάλου Δανιὴλ, τὸ θεαθὲν ὄναρ ἑρμηνεύοντος· *Καὶ σὲ ἐκδιώξουσιν ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων, καὶ μετὰ θηρίων ἀγρίων ἔσται ἡ κατοικία* [*Seg.* 1, *κατοίκησίς*] *σου καὶ χόρτον ὡς βοῦν ψωμιοῦσί σε, καὶ ἀπὸ τῆς δρόσου τοῦ οὐρανοῦ αὐλισθήσῃ· καὶ ἑπτὰ καιροὶ ἀλλαγήσονται ἐπὶ σὲ, ἕως οὗ γνῷς ὅτι κυριεύει ὁ Ὕψιστος τῆς βασιλείας τῶν ἀνθρώπων καὶ ᾧ ἐὰν θέλει δώσει αὐτήν· καὶ ὅτι εἶπεν· Ἐάσατε τὴν φυὴν τοῦ ἑνδρου τῶν ῥιζῶν ἐν τῇ* D *γῇ, ἡ βασιλεία σου σοὶ μενεῖ, ἀφ' ἧς ἂν γνῷς τὴν βασιλείαν τὴν ἐπουράνιον.* Ἐκδίωξιν μὲν λέγων τάχα τὴν εἰς τὸν κόσμον τοῦτον διὰ τὴν παράβασιν ἐκ τοῦ παραδείσου ἐκβολὴν, καὶ τῆς μετὰ τῶν ἁγίων ἀγγέλων διαίτης ἀλλοτρίωσιν· ἤγουν τὴν ἐκ τῶν νοητῶν θεαμάτων πρὸς τὴν κατ' αἴσθησιν τοῦ νόμου τῆς φύσεως σχέσιν· τὴν δὲ μετὰ τῶν ἀγρίων θηρίων κατοικίαν, τὴν μετὰ τῶν παθῶν καὶ τῶν ἐνεργούντων αὐτὰ δαιμόνων καταμονὴν, ἤγουν κατοικίαν καὶ συναναστροφὴν σημαίνων. Ὁ δὲ χόρτους ὃν ἐψώμισαν αὐτὸν, (οἱ ἄνθρωποι *Gisl.* ἄγγελοι, *ita etiam Fr. ad marg.*] δῆλον, ἀλλ' οὐχὶ τὰ θηρία, μεθ' ὧν ἔσχε τὴν κατοικίαν· ἐκεῖνα γὰρ οὐ ψωμιοῦσιν,

Digitized by Google

ἀλλὰ σπαράττουσιν), ἡ κατ' αἴσθησίν ἐστι τῶν φαινομένων φυσικὴ κατανόησις, καὶ κατ' ἀρετὴν ἐπίκουρος πρᾶξις. Ἅπερ ὡς χόρτον χορηγοῦσι τοῖς ἀνθρώποις οἱ ἄγγελοι.

Τὸ δὲ *ἀπὸ τῆς δρόσου τοῦ οὐρανοῦ αὐλισθῆναι*, τὸ διὰ τῆς θείας προνοίας ἐσχηκέναι τὴν ἐν τούτοις οὖσαν δύναμιν. Δρόσον γὰρ οὐρανοῦ, τὴν πρόνοιαν ἐκάλεσεν ὁ λόγος, δι' ἧς ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ μετὰ τὴν τῶν ἀπηριθμημένων τὴν συντήρησιν ἔσχεν ὁ ἄνθρωπος· ἤτοι ὁ κατὰ φύσιν νόμος, παντελῶς μὴ διαφθειρόμενος· ἢ τυχὸν ἡ διὰ τῶν φαινομένων γινομένη κατὰ χάριν Θεοῦ περὶ τῶν νοουμένων σύμμετρος γνῶσις· δι' ἧν ἐστιν ὁ ἄνθρωπος ἐνταῦθα τῇ ἐλπίδι τῶν μελλόντων κρατούμενος. A

Illud autem, *a rore cœli cubabis*, seu stabulaberis, hoc significat, divina providentia habuisse in his consistendi vim. Rorem enim cœli, Scriptura Providentiam vocavit : cujus munere hoc in sæculo, cum his quæ recensita sunt, homo nactus est ut conservaretur : sive lex est naturalis, non penitus corrupta. Aut forte, quæ per res oculis conspicuas divino munere intelligibilium cognitio ex parte contingit [81]; per quam homo sæculo vivens futurorum spe continetur.

Τὸ δὲ, *Ἑπτὰ καιροὶ ἀλλαγήσονται ἐπὶ σὲ*, τὴν κατὰ τὸν αἰῶνα τοῦτον ἑβδοματικὴν τοῦ χρόνου παράτασιν δηλοῖ, ὑφ' ἣν γέγονε, τὴν φυλακὴν τῆς οἰκείας ἕξεως καὶ ἐνεργείας ἐάσας ὁ κατὰ φύσιν νόμος, καὶ μεθ' ἣν συντελουμένην κατὰ τὴν προσδοκωμένην ἀνάστασιν, διὰ τῆς ἀποβολῆς τῶν ἰδιωμάτων τῶν ἀλόγων, πρὸς ἑαυτὸν ἐπανελεύσεται πάλιν (7), τὴν ἐξ ἀρχῆς εὐκληρίαν τῆς βασιλείας ἀπολαμβάνων· ἐπιγνοὺς διὰ τῆς κατὰ τὸν αἰῶνα τοῦτον προνοητικῆς οἰκονομίας, τὸ κράτος τῆς ἀληθοῦς βασιλείας. Τὸ γὰρ, *Ἐάσατε τὴν φυὴν τῶν ῥιζῶν τοῦ δένδρου ἐν τῇ γῇ*, φάναι, τὸ μὴ τῆς φύσεως ἀναιρεθῆναι τελείως διὰ παράβασιν τὸ σπέρμα, καὶ τὰς δυνάμεις τῆς ἀγαθότητος, δηλοῖ· καθ' ἃς καὶ πάλιν λαμβάνουσα τὴν αὔξησιν, εἰς τὸ πρώην φυσικὸν διὰ τῆς ἀναστάσεως ἐπανάγεται μέγεθός τε καὶ κάλλος. B

Illud deniqne, *Septem tempora mutabuntur super te*, septenariam hujus sæculi temporis durationem significat, cui lex naturæ addicta est, cum habitum suum actumque non custodisset : ac qua peracta, secundum exspectatam resurrectionem, excussis brutarum animantium proprietatibus, ad se iterum revertetur, priorem regni claritatem recipiens : agnita scilicet per Providentiæ sæculo hoc dispensationem, veri regni potentia. Nam quod additur : *Relinquite germen radicum arboris in terra*, denotat, non omnino per transgressionem abolitum esse naturæ semen ac bonitatis vires : per quas rursus incrementum sumens, ad pristinam naturalem magnitudinem ac pulchritudinem instauratur per resurrectionem.

Ἀλλ' ἡμῖν γε κρεῖττον τῷ νόμῳ στοιχοῦντας τῶν ἐντολῶν, ἑαυτοὺς πρὸς ἀναίρεσιν τοῦ φρονήματος τῆς σαρκὸς ἑκουσίοις ἐμπαιδεύειν πόνοις· καὶ οὐ μόνον κρεῖττον, ἀλλὰ καὶ πάνυ φιλόσοφον καὶ πρέπον τοῖς τὸν ἔμφυτον λόγον ἡγεμόνα τῶν παθῶν καταστήσασιν· εἰ δὲ μὴ τοῦτο, τόγε τούτου δεύτερον· ἑκουσίως παιδευόμενοι, στέρξωμεν τοῦ παιδεύοντος ἡμᾶς τὴν βουλήν, μετὰ τῆς πρεπούσης εὐχαριστίας, καθάπερ ζυγὸν βασιλέως Βαβυλῶνος καταδεχόμενοι, ὑφ' οἷς ἡμάρτομεν κόλασιν· καὶ τῆς ἡμετέρας γῆς, τουτέστι τῆς πίστεως καὶ τῆς ἐλπίδος, καὶ τῆς κατ' ἀρετὴν ἕξεως· οὐ μεταφέρει τὸν ἡμέτερον νοῦν ὁ νῦν βασιλεὺς Βαβυλῶνος. Κατὰ τοῦτον οὖν τὸν τραπόθεντα τρόπον, καὶ Θεοῦ δοῦλος ὁ διάβολος λέγεται, καὶ παραδίδονται αὐτῷ οἱ βασιλεῖς τῶν ἐθνῶν, καὶ ὁ βασιλεὺς Ἰούδα, καὶ τὰ θηρία τοῦ ἀγροῦ. C

At enim præstet ut legem mandatorum consectantes, spontaneis nos ipsos laboribus ad sensum carnis interimendum erudiamus : nec modo præstet, sed et philosophicum sit, atque eos cum primis deceat, qui innatam rationem affectibus ducem atque rectorem præfecerunt : sin autem, vel id præstemus quod in secundis habendum sit ut, dum inviti castigamur castigantis nos cum debita gratiarum actione consilium amplectamur; velut jugum regis Babylonis, quam pro peccatis luimus, pœnam **63** suscipientes : inque hunc modum futurum est, ut rex Babylonis, a terra nostra (a fide scilicet et spe ac virtutis habitu) animum nostrum ad extraneas nunquam transferat sedes. Eo igitur, quem tradidimus, modo, diabolus tum Dei servus audit, tum reges gentium, rexque Juda et bestiæ agri, illi contraduntur.

ΣΧΟΛΙΑ.

α'. Κατὰ ποῖον τρόπον, φησὶν, ἐχθρός ἐστι Θεοῦ καὶ ἐκδικητὴς ὁ διάβολος. D

β'. Ὅτι κατιωθεῖσαν ψυχὴν τῷ ῥύπῳ τῆς ἡδονῆς φησὶν, ἀποκαθαίρει πόνος, καὶ ἀφαιρεῖ παντελῶς αὐτῆς τὴν σχέσιν τῶν ὑλικῶν, τῆς πρὸς αὐτὰ φιλίας τὴν ζημίαν μεταμαθοῦσαν· δι' ἣν αἰτίαν ὁ Θεὸς συγχωρεῖ τῷ διαβόλῳ κατὰ κρίσιν δικαίαν τοὺς ἀνθρώπους βασάνοις καταπιέζειν.

γ'. Ὁ πάσχων, φησὶν, ὑπὲρ χάριτος Θεοῦ παραβαθείσης, ἐὰν ἐπιγνῷ τῆς ἰωμένης αὐτὸν θείας προνοίας τὸν λόγον, τήν τε συμφορὰν εὐχαρίστως δέχε-

SCHOLIA.

1. Explicat quomodo diabolus Dei hostis est ac ultor.

2. Voluptatis sordibus velut contracta ærugine impurum labor purgat animum, ac terrenorum ei prorsus aufert affectum; ejus qua illis tenebatur, necessitudinis subinde edocto damnum. Quamobrem justo Deus judicio, homines tormentis examinandi diabolo facultatem facit.

3. Qui malis, inquit, eo quod Dei gratiam transgressus est, afficitur, dummodo sanantis eum divinæ providentiæ rationem agnoverit, tum ærumnam

[81] I Cor. XIII, 9.

Digitized by Google

gratiarum actione gaudio suscipit, tum cujus gratia castigatur, delictum corrigit. Qui vero medicinæ, quæ illi adhibetur, sensum non facit, a gratia merito ablegatur, vitiorumque ac perturbationum confusioni traditur, qui et actu peccare sinatur, quorum animo desiderium illi conditum erat.

4. Pacem quidem juxta nominis appellationem: sapientiam autem divino munere velut fructum orationis Salomon nactus est.

5. Legis naturalis typo Nabuchodonosorem, ejusque filium Baltasarem, naturalis ejusdem legis habitus typo sumit.

6. Ex oratione liquet, significare hic loci Nabuchodonosorem ac Baltasarem, naturæ legem habitumque ex ea nascentem; non vero diabolum. Nemo enim prorsus pro diabolo fieri orationem sentit. Quam enim sermo propheticus orationem non vituperaverit, haud plane Deo pro diabolo oblatam putandum sit.

7. Ad se natura revertetur, hoc recipiens ut a peccato ac interitu immunis sit. *Peribunt* enim *peccatores*[82], id est, peccati auctores; et erunt omnes a peccato immunes; ac idcirco etiam a corruptione. Hæc namque ex se alia ex aliis nascuntur: cunctique verum agnoscent regnum; alii quidem, illustratione; alii, quod illo puniantur: non omnes autem bona consequentur, nec qui sunt consecuturi, paribus modis iis potientur.

QUÆSTIO XXVII.

Cum Dominus post resurrectionem aperte mandaverit docere omnes gentes[83], *quomodo Petrus in Cornelii negotio, propter gentes opus habuit revelatione doceri*[84]? *aut quomodo, qui erant Jerosolymis apostoli, audientes quæ ad Cornelium attinebant, disceptabant cum Petro*[85]?

Responsio.

Plane quidem divinam in gentium illo negotio revelationem sanctissimus apostolorum princeps Petrus necessariam habebat: non enim sciebat esse distinctionem circumcisionis et præputii, quod attinet ad **64** fidem: at neque illi clare exploratum erat, præcepisse Dominum docendas gentes, quin externo legis cultu imbuerentur; donec is, arcani consilii sui mysterium per revelationem manifestaret; tum scilicet sindonis exemplo persuadens, tum Spiritus sancti gratia, illi pariter atque gentibus solius merito fidei concessa, nullam esse in Christo Judæi atque Græci distinctionem[86]: quod ipsum ignorantes apostoli, qui Hierosolymis constituti erant, adversus eum disceptabant, donec et ipsi occultas in omnes divinæ bonitatis divitias didicerunt. Divinæ enim vitæ, novique præter legalem cultus inductio; necnon animi se sponte mentis proposito a corpore exsolventis doctrina erat, diviniorisque alterius principii ortus designatio, prædicationis munus: idcirco præcipientis doctrina egebant,

A ται χαίρων, καὶ τὴν ὑπὲρ ἧς παιδεύεται διορθοῦται πλημμέλειαν· ὁ δὲ ταύτης ἀναισθητῶν τῆς ἰατρείας τῆς δοθείσης, ἐνδίκως ἀπάγεται χάριτος, καὶ τῇ συγχύσει τῶν παθῶν παραδίδοται· πρὸς τὴν πρᾶξιν ἐλθεῖν καταλιμπανόμενος, ὧν ἐνδιάθετον εἶχε τὴν ἔφεσιν.

δ'. Τὴν μὲν εἰρήνην κατὰ προσηγορίαν εἶχεν τοῦ ὀνόματος· τὴν δὲ σοφίαν κατὰ θείαν δωρεὰν ὡς προσευχῆς καρπὸν εἶχεν ὁ Σαλομῶν.

ε'. Εἰς τὸν φυσικὸν νόμον ἐνταῦθα λαμβάνει τὸν Ναβουχοδονόσορ, καὶ εἰς τὴν ἕξιν αὐτοῦ τοῦ φυσικοῦ νόμου τὸν υἱὸν αὐτοῦ Βαλτάσαρ.

ς'. Ἐκ τῆς εὐχῆς δῆλόν ἐστι, φησὶν, ὅτι τὸν φυσικὸν νόμον, καὶ τὴν ἐξ αὐτοῦ τικτομένην ἕξιν ἐνταῦθα σημαίνουσι Ναβουχοδονόσορ καὶ Βαλτάσαρ, B ἀλλ' οὐ τὸν διάβολον· οὐδεὶς γὰρ εὐχὴν ὑπὲρ τοῦ διαβόλου γίνεσθαι παντελῶς ἐξηγεῖται· ἣν γὰρ οὐ διέβαλεν εὐχὴν ὁ τῆς προφητείας λόγος, οὐ χρὴ νομίζειν ὑπὲρ τοῦ διαβόλου ταύτην τῷ Θεῷ προσενηνέχθαι.

ζ'. Fr. Ἐπανελεύσεται πρὸς ἑαυτὴν ἡ φύσις, τὴν ἀναμαρτησίαν καὶ τὴν ἀφθαρσίαν ἀπολαμβάνουσα. Ἀπολοῦνται γὰρ οἱ ἁμαρτωλοὶ, ἦγουν τῆς ἁμαρτίας τὰ αἴτια, καὶ πάντες ἔσονται ἀναμάρτητοι, καὶ διὰ τοῦτο, καὶ ἄφθαρτοι· ἐξ ἀλλήλων δὲ καὶ ταῦτα καὶ πάντες τὴν ἀληθινὴν ἐπιγνώσονται βασιλείαν· οἱ μὲν τῇ ἐλλάμψει, οἱ δὲ τῇ κολάσει· οὐ πάντες δὲ τῶν ἀγαθῶν, οὐδ' ὁμοίως οἱ ἀπολαύοντες ἀπολαύσουσι.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΚΖ'.

C *Τοῦ Κυρίου μετὰ τὴν ἀνάστασιν φανερῶς ἐντειλαμένου μαθητεῦσαι πάντα τὰ ἔθνη, πῶς ἐδεῖτο ὁ Πέτρος ἐπὶ τοῦ Κορνηλίου ἀποκαλύψεως διὰ τὰ ἔθνη; ἢ πῶς οἱ ἐν Ἰερουσαλὴμ ἀκούσαντες ἀπόστολοι τὰ κατὰ τὸν Κορνήλιον, διεκρίνοντο πρὸς τὸν Πέτρον;*

Ἀπόκρισις.

Πάνυ μὲν οὖν ἐδεῖτο τῆς περὶ ἐθνῶν θείας ἀποκαλύψεως ὁ τῶν ἀποστόλων ἔξαρχος Πέτρος ὁ πανάγιος· οὐ γὰρ ἐγίνωσκεν ὅτι περιτομῆς καὶ ἀκροβυστίας οὐκ ἔστι διαστολὴ κατὰ τὴν πίστιν· οὔτε μὴν ᾔδει σαφῶς, ὅτι δίχα τῆς κατὰ νόμον φαινομένης λατρείας, μαθητευθῆναι τὰ ἔθνη ὁ Κύριος εἶπεν, ἕως οὗ τῆς ἀπορρήτου βουλῆς αὐτοῦ δι' ἀποκαλύψεως D ἐφανέρωσε τὸ μυστήριον, διά τε τοῦ κατὰ τὴν σινδόνα παραδείγματος πείσας, διά τε τῆς ἴσως αὐτῷ κατὰ μόνην τὴν πίστιν δοθείσης καὶ τοῖς ἔθνεσι χάριτος τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ὡς οὐκ ἔστιν ἐν Χριστῷ διαστολὴ Ἰουδαίου καὶ Ἕλληνος· ὅπερ καὶ οἱ ἐν Ἱεροσολύμοις ἀγνοοῦντες ἀπόστολοι, διεκρίνοντο πρὸς αὐτὸν, ἕως ἔμαθον καὶ αὐτοὶ τὸν ἐν ἀποκρύφοις πλοῦτον τῆς ἐπὶ πάντας ἀνθρώπους θείας χρηστότητος. Θείας γὰρ ζωῆς καὶ καινῆς λατρείας (1) παρὰ τὴν νομικὴν ἐπεισαγωγὴ, καὶ ψυχῆς ἐκουσίως σώματος αὐτὴν ἀπολυούσης κατὰ τὴν γνώμην ὑπῆρχε διδαχὴ, καὶ ἄλλης ἀρχῆς θειοτέρας γενέσεως ὑποτύπωσις, ἡ τοῦ κηρύγματος χάρις. Καὶ διὰ τοῦτο,

[82] Psal. xxxvi, 20. [83] Matth. xxviii, 19. [84] Act. x, 11. [85] Act. xi, 1 seqq. [86] Rom. x, 12.

Digitized by Google

τῆς τοῦ προστάξαντος ἔχρῃζον, ἐφ' ἑκάστῳ λόγῳ διδαχῆς, οἱ ταύτην πιστευθέντες τὴν διακονίαν. Εἰ δέ τῳ μὴ δοκῶ τοῦ δέοντος εἶναι περιεργότερος (2), πᾶς λόγος χρῄζει θείας ἐντολῆς πάντως (3), τοῦ ἐπ' αὐτῷ πρὸς ἐνέργειαν ὁρισθέντος τρόπου, διδαχῆς καὶ ἀποκαλύψεως. Οὐ γὰρ ἔστι τὸ παράπαν ὁ διαγινώσκων τὸν τινος λόγου τρόπον, χωρὶς τῆς τοῦ φαμένου τὸν λόγον ἀποκαλύψεως. Ὅπερ εἰδὼς καὶ ὁ πανεύφημος Πέτρος, λαβὼν ἤδη παρὰ τοῦ Κυρίου τὸν περὶ τῶν ἐθνῶν τοῦ κηρύγματος λόγον, οὐκ ἐνεχείρησεν, ἀναμένων διδαχθῆναι παρὰ τοῦ δόντος τὸν λόγον, τοῦ λόγου τὸν τρόπον.

Τάχα δὲ καὶ ἕτερα πρὸς τούτοις ἦν, ἅπερ διὰ τῆς καθιεμένης οὐρανόθεν ὀθόνης, καὶ τῶν ἐν αὐτῇ διαφόρων ζώων, ὁ μέγας ἐδιδάσκετο Πέτρος. Μᾶλλον δὲ, τὸ πᾶν γένος τῶν ἀνθρώπων· ἢ ὁ κατ' αὐτὸν τὸν Πέτρον, ἐπειλημμένος τῆς κατὰ τὴν πίστιν θείας ἀκρότητος, μανθάνων διαῤῥῆδην πᾶσαν ἑαυτοῦ παντελῶς ἀποσβέσαι τὴν αἴσθησιν· καθ' ἣν ἕως ὁρᾷ τὰ φαινόμενα, φθαρτικὴν ἑαυτῆς τὴν τοῦ Θεοῦ κτίσιν ἐπίστασθαι, μὴ δυναμένην φθορᾶς εἶναι καθαρὰν καὶ συγχύσεως. Διὰ μὲν οὖν τῆς ὀθόνης, καὶ τῶν ἐν αὐτῇ ζώων, τὸν φαινόμενον προεδείκνυε διὰ τοῦ ἀοράτου κόσμον τοῖς λόγοις νοούμενον, ἢ τὸν ἀόρατον, τοῖς τῶν αἰσθητῶν τύποις φαινόμενον, ὁ πρὸς αὐτὸν χρηματίζων, καὶ ὡς πρὸς ἐδωδὴν πνευματικὴν ἐπιτήδειον. Διό φησιν· Ἀναστὰς, Πέτρε, θῦσον, καὶ φάγε. Πόθεν ἀναστῆναι κελεύεται; Πόθεν ἄλλοθεν, ἢ τῆς κατ' αἴσθησιν ἕξεώς τε καὶ σχέσεως, καὶ τῆς περὶ τῶν ὄντων χθαμαλωτέρας προλήψεως, ἢ τῆς νομιζομένης κατὰ νόμον δικαιοσύνης; Ἵνα κατὰ μόνον τὸν νοῦν ἀπολελυμένον τῆς κατ' αἴσθησιν φαντασίας (4), δυνηθεὶς σχημάτων γυμνοὺς θεάσασθαι τοὺς λόγους τῶν αἰσθητῶν, ἐπιγνῷ τοὺς τύπους τῶν νοητῶν, καὶ μάθῃ μηδὲν τῶν ὑπὸ Θεοῦ γεγονότων ἀκάθαρτον εἶναι. Ὁ γὰρ θεωρήσας ἐκ τοῦ νοητοῦ κόσμου προφαινομένην τοῖς λόγοις τὴν ὁρωμένην κτίσιν, ἢ τοὺς τύπους τῶν νοητῶν ἐκ τῆς τῶν φαινομένων διακοσμήσεως, καθάπερ οὐρανόθεν ὀθόνην διαφαινομένην, οὐδὲν ἀκάθαρτον εἶναι πιστεύσειε τῶν ὁρατῶν· μηδεμίαν τοῖς τῶν ὄντων λόγοις ἐμφαινομένην θεωρῶν ἀντιπάθειαν. Ἡ φθορὰ γὰρ ἐν τῇ αἰσθήσει καθίστηκε, καὶ ὁ τῶν γεγονότων πρὸς ἄλληλα πόλεμος· ἐν δὲ τοῖς λόγοις οὐδὲν ὑπάρχει καθάπαξ ἐναντίον.

Ἔστι μὲν οὖν ἡ ὀθόνη, ὁ αἰσθητὸς κόσμος ἐκ τεσσάρων ἀρχῶν, καθάπερ στοιχείων, καὶ αὐτὸς κρατούμενος· τὰ δὲ ἑρπετὰ καὶ τὰ θηρία καὶ τὰ πετεινὰ, οἱ διάφοροι λόγοι τῶν γεγονότων εἰσὶ, πρὸς μὲν αἴσθησιν ὄντες ἀκάθαρτοι, πρὸς δὲ νοῦν, καθαροί τε καὶ τρόφιμοι, καὶ τῆς νοουμένης συστατικοὶ τυγχάνοντες ζωῆς. Ἡ δὲ ἐκ τρίτου γενομένη φωνὴ, πρακτικὴν καὶ φυσικὴν καὶ θεολογικὴν διδάσκει φιλοσοφίαν. Δεῖ γὰρ οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ καὶ δὶς, καὶ τρὶς ἀναστάντα θῦσαι τὴν κτίσιν τῶν φαινομένων, καὶ φαγεῖν αὐτὴν γνωστικῶς, τὸν τῷ Θεῷ διόλου ἐφόμε-

quidquid dicendum esset, quibus istud muneris creditum erat. Nisi vero cui justo scrupulosior videor, quidquid divina jussione præcipitur, omnino necessariam doctrinam habet ac revelationem, qua modus ac ratio exsequendi operis definiatur. Nullo enim modo fieri potest, ut quis alicujus modum mandati dignoscat, absque ejus revelatione qui mandatum edixit. Cujus rei apprime gnarus laudatissimus Petrus, accepto jam a Domino prædicandi gentibus mandato, ad rem minime aggressus est, exspectans dum is qui mandatum dederat, mandati modum ipse declararet.

Forte vero etiam alia præter hæc, per demissum e cœlo linteum, diversæque in eo animalia, magnus Petrus docebatur. Imo, omne genus humanum : sive is, qui velut Petrus ipse, divinum fidei apicem apprehendit, clare discens omnem prorsus sensum suum exstinguere : quo, quandiu res oculis subjectas contuetur, ipsam se corrumpere Dei creaturam novit, quæ a corruptione ac confusione immunis esse non possit. Per linteum ergo, ac quæ in eo erant animalia, mundum oculis conspicuum, qui per invisibilem rationibus intelligatur; sive invisibilem, sensilium rerum formis elucentem, ac velut ad spiritalem esum comparatum præsignabatis, qui oraculum edebat. Idcirco ait : *Surge, Petre, occide et manduca* [57]. Unde jubetur surgere? Unde aliunde quam a sensus tum habitu tum affectione, **65** atque ab humiliori occupata de rebus opinione, aut ab existimata legis justitia; ut sola mente omni sensus cogitatione soluta, id assecutus, ut sensilium figuris nudas aspectare rationes valeat, intellectilium formas agnoscat, ac nihil ex iis quæ Deo auctore creata sunt, immundum esse condiscat. Qui enim ex mundo, qui mente percipitur, prælucentem rationibus creaturam oculis subjectam consideraverit, aut intelligibilium figuras ex rerum aspectabilium ornatu ac distinctione perviderit, hic, velut linteum cœlitus conspectum, nihil earum rerum quæ in aspectum cadunt, immundum putaverit; quippe qui nullam in rerum rationibus elucentem, contraria affectione dissensionem pugnamve animadvertat. Corruptio enim ac interitus labes in sensu posita est, creatorumque inter se bellum mutuum : in rationibus autem, nihil prorsus exsistit contrarium.

Est quidem linteum, mundus sensibus objectus; ex quatuor initiis, uti et ipse ex quatuor elementis, pendens. Reptilia autem et bestiæ et volatilia, diversæ sunt creatorum rationes, quod quidem ad sensum attinet, immundæ; quod autem ad mentem, mundæ et edules, ac quæ spiritalem conflent et tueantur vitam. Quæ autem vox tertio facta est, philosophiam docet actioni studentem, et quæ naturali speculationi hæret, et quæ de Deo est, scientiam. Necesse enim est ut nedum semel et iterum, sed et tertio surgens creaturam rerum aspectabi-

[57] Act. x, 13.

Digitized by Google

lium occidat, eamque scientia comedat, qui Deum omnino sincere secuturus sit. Qui enim a libidinosa rerum aspectabilium affectione surrexit, rerum aspectabilium motum occidit, eaque philosophiæ parte perfunctus quæ actionem colit, virtutem manducavit. Qui autem a falsa de rebus opinione surgens, rerum quidem aspectabilium figuras occidit, ac quæ inaspectabiles sunt, rationes manducavit; is naturalem in spiritu speculationem implevit. Qui denique a plurium errore deorum surgens, ipsam rerum essentiam occidit, ac per fidem, plane ingurgitavit.

A νον γνησίως. Ὁ γὰρ ἀναστὰς τῆς ἐμπαθοῦς περὶ τὰ φαινόμενα διαθέσεως, τὴν τῶν φαινομένων ἔθυσε κίνησιν (5), καὶ τὴν πρακτικὴν κατορθώσας ἔφαγεν ἀρετήν. Ὁ δὲ τῆς ψευδοῦς περὶ τῶν ὄντων δόξης ἀναστὰς, τὰ μὲν τῶν φαινομένων ἔθυσε σχήματα· τοὺς δὲ μὴ φαινομένους λόγους φαγὼν, τὴν ἐν πνεύματι φυσικὴν θεωρίαν κατώρθωσεν· ὁ δὲ τῆς πολυθέου πλάνης ἀναστὰς, αὐτὴν μὲν τῶν ὄντων τὴν οὐσίαν κατέθυσε· τὴν δὲ τῶν ὄντων αἰτίαν κατὰ πίστιν φαγὼν, θεολογικῆς ἐνεφορήθη δυνάμεως.

Omnis igitur mens contemplationi studens, quæ gladium spiritus habeat, quod est verbum Dei [58], occiso in se creaturæ aspectabilis motu, virtutem **66** implevit : sensiliumque rerum figuris cogitatione exclusis, in rerum rationibus positam veritatem invenit, qua naturalis contemplatio consistit : rerumque demum superata essentia, divinæ ac insuperabilis unitatis illustrationem nanciscitur, qua veræ de Deo scientiæ mysterium consistit.

Πᾶς οὖν θεωρητικὸς νοῦς ἔχων τὴν μάχαιραν τοῦ πνεύματος, ὅ ἐστι ῥῆμα Θεοῦ, ἐν ἑαυτῷ τῆς φαινομένης κτίσεως ἀποκτείνας τὴν κίνησιν, κατώρθωσεν ἀρετήν· καὶ τῶν αἰσθητῶν σχημάτων ἑαυτοῦ τὴν φαντασίαν ἀποτεμὼν, τὴν ἐν τοῖς λόγοις τῶν ὄντων εὗρεν ἀλήθειαν· καθ' ἣν ἡ φυσικὴ θεωρία συνέστηκε· καὶ τῆς οὐσίας τῶν ὄντων ὑπεράνω γενόμενος, τὸν τῆς θείας καὶ ἀμάχου μονάδος δέχεται φωτισμὸν, καθ' ὃν τῆς ἀληθοῦς θεολογίας συνέστηκε τὸ μυστήριον.

Aut forte cœlitus jubebatur summus apostolorum vertex perinclytus Petrus, ut a commensa naturæ potentia, ad divinam surgens gratiæ felicitatem, pravos affectus ac libidines, Deo auspice, sermonis gladio in hominibus occideret; lautosque cibos ac sermoni convenientes, spiritali concoctione digerendos, prioris vitæ libidinosæ atque ferinæ abjectione, faceret. Aiunt enim sanguinem, vitæ symbolum esse : ipsum ab omni quod mactatur, animali solitum diffluere. Ac forte ostensorum animalium differentia, affectuum in hominibus varietatem significat. Nam serpentes eos designant, qui vim totam cupiditatis terrenis hærentem ac humi repentem habent. Bestiæ, qui omnem iræ vim in mutuam perniciem furiose provocant. Volucres, qui omnem rationis vim ad superbiæ injuriam impellunt, exque ea nascentem alti animi sensum; quique nequitiam in excelso loquuntur, et in cœlum posuerunt os suum [59]. Hæc, tanquam deadjutor, magnus Petrus, spiritus sermone occidens; alios, cœlestium bonorum cupiditate accendit; alios, cicures atque humanos reddit, quique alter alteri studeant; alios denique religiosos ac modesti sensus (id est, humiles) facit.

Ἢ τυχὸν ἐκελεύετο θεόθεν ἡ τῶν ἀποστόλων ἀκρότης, Πέτρος ὁ πανένδοξος, ἀναστὰς τῆς συμ[με]μετρημένης τῇ φύσει δυνάμεως, ἐπὶ τὴν κατὰ χάριν θείαν εὐκληρίαν, μετὰ Θεοῦ καταθῦσαι τῇ μαχαίρᾳ τοῦ λόγου τὰ ἐν ἀνθρώποις πάθη τῆς μοχθηρίας, καὶ ποιῆσαι βρῶμα καλὸν, καὶ τῷ Λόγῳ πρόσφορον, καὶ εἰς πέψιν πνευματικὴν ἀναδιδόμενον, τῇ ἀποθέσει τῆς προτέρας ἐμπαθοῦς καὶ θηριώδους ζωῆς. Φασὶ γὰρ ζωῆς σύμβολον εἶναι τὸ αἷμα, ὅπερ παντὸς ἀπορρεῖν σφαττομένου ζώου πέφυκεν. Καὶ δηλοῖ τάχα τῶν δειχθέντων ζώων ἡ διαφορὰ, τὴν ἐν ἀνθρώποις τῶν παθῶν ποικιλίαν σημαίνουσα. Τὰ μὲν γὰρ ἑρπετὰ, τοὺς ἅπαν τὸ ἐπιθυμητικὸν τοῖς γηΐνοις ἐπισυρόμενον ἔχοντας προδείκνυσι· τὰ δὲ θηρία, τοὺς ὅλον τὸ θυμικὸν εἰς τὴν ἀλλήλων φθορὰν ἐκμανῶς διεγείροντας· τὰ δὲ πετεινὰ, τοὺς ὅλον τὸ λογικὸν πρὸς τὴν ὕβριν τῆς ὑπερηφανίας ἀνώσαντας, καὶ τὴν ἐξ αὐτῆς ὑψηλοφροσύνην, καὶ ἀδικίαν λαλοῦντας εἰς ὕψος, καὶ θεμένους εἰς οὐρανὸν τὸ στόμα αὐτῶν· ἅπερ οἷα Θεῷ συνεργὸς ὁ μέγας Πέτρος καταθύσας τῷ λόγῳ τοῦ πνεύματος, τοὺς μὲν ἐποίησε τῶν οὐρανίων ἐπιθυμητὰς, τοὺς δὲ ἡμέρους καὶ φιλανθρώπους, καὶ ἀλλήλων ἀνθεκτικούς· τοὺς δὲ φιλοθέους καὶ ταπεινόφρονας.

Quidnam vero sibi etiam velit Joppe, per propriam nominis interpretationem (quo loco magnum Ecclesiæ fundamentum sanctissimus Petrus visionem hanc contuitus est) dispiciamus. Joppe (*), si

Τί δὲ καὶ Ἰόππη βούλεται δηλοῦν διὰ τῆς ἑρμηνείας τοῦ οἰκείου ὀνόματος, ἐν ᾗ ταύτην εἶδε τὴν ὀπτασίαν ἡ μεγάλη τῆς Ἐκκλησίας κρηπὶς, Πέτρος ὁ πανάγιος, κατίδωμεν. Ἰόππη *κατασκοπὴ* (*f*) ἑρ-

[58] Ephes. IV, 17. [59] Psal. LXXII. 8.

* Joppe *pulchritudo*, Maximo *specula*; actionis typus.

(*f*) Ἰόππη, *κατασκοπή*. Vereor ne Maximus lapsus memoria sit, tribueritque Joppæ, quod Sionis est. Sion enim in expositione nominum Biblicorum, *acervus, aut tumulus, vel specula*, dicitur : quanquam vox Hebraica צִיּוֹן a siccitate sumpta videatur צִיָּה enim, *siccitas*. יֹפִי, *pulchritudo* : יָפֶה, *pulcher fuit*. Vertuntur sæpius Maximi Θεωρία in vocum interpretatione, de qua deberet constare, ut sensus spiritalis tuto procedere. Scite is quidem Joppes situm describit, qui ipse sufficeret, ad illam ejus considerationem, potueritque sic interpretando, nomen pro ipsa re sumere : quod et de Sione non male intelligatur, sic dicta *specula*, quod urbi longe emineret, et in qua arx esset posita. Per me licet, qui invenerit meliora, velitque afferre.

Digitized by Google

μηνεύεται, τὴν πρακτικὴν πρέπουσαν φυλακὴν σημαίνουσα (6). Παρ' αὐτὴν γὰρ κειμένη τῆς θαλάσσης τὴν ὄχθην, πολλοῖς ἀνεβάλλετο κύμασιν, εἰ μὴ ἐφ' ὕψος εἶχε τὴν θέσιν ἡ πόλις. Ὅθεν μοι φαίνεται δηλοῦν τὸν ἐπὶ τὸ ὕψος τῆς γνώσεως, καθάπερ πόλιν οἰκοδομοῦντα τὴν ἀρετήν· οὐ μακρὰν δὲ τῶν ἀκουσίων ὄντα πειρασμῶν, ἔχοντα παρακειμένην ἐγγύθεν καθάπερ θάλασσαν, τὴν μήπω τελείως ἀπορραπισθεῖσαν σχέσιν τῶν αἰσθητῶν, καὶ διὰ τοῦτο κατασκοπῆς δεόμενον, μήπως λαθόντες διὰ τῶν ἀκουσίων πειρασμῶν, ποιήσωνται τὴν τῶν ἑκουσίων παθῶν ἐπιδρομὴν οἱ ἀκάθαρτοι δαίμονες· ἀλλὰ καὶ τῆς μερίδος τυγχάνουσα τῆς φυλῆς [*al.* φυλακῆς]. Ἰσσάχαρ Ἰόππη· *μισθὸς* δὲ καὶ *κάματος* οὗτος ἑρμηνεύεται· δίδωσι πλέον νοεῖν, ὅτι πρακτικῆς ἐστιν ἕξις φυλακτικὴ Ἰόππη, τὰς ἀοράτους ἐφόδους φυλαττομένη τῶν πνευμάτων τῆς πονηρίας. Ταύτης οὖν ἀναστάντα πρὸς τὴν τῶν ὑψηλῶν γνῶσιν μεταθεῖναι τὸν νοῦν ἴσως ἐκελεύετο ὁ μέγας ἀπόστολος.

Ὁ τοίνυν τῆς πρακτικῆς φιλοσοφίας οἰκῶν τὸ τῆς κατασκοπῆς ὕψος, ἐν Ἰόππῃ λεγέσθω εἶναι ὁ δὲ τὴν ἐν Ἱεροσολύμοις Σιὼν κατοικῶν, τουτέστι τὸ σκοπευτήριον, τὸ κατὰ τὴν ὅρασιν τῆς εἰρήνης ἱδρυμένον· τοῦτο γὰρ Ἱερουσαλὴμ ἑρμηνεύεται, πάσης μακρὰν γέγονε τῆς κατ' αἴσθησιν σχέσεως, ὅσον ἱστορικῶς, τοῦ τόπου τῆς Σιὼν κατὰ τὴν θέσιν, ἡ θάλασσα· καὶ σκοπεύει μόνον κατὰ τὸ ὕψος τυγχάνων τῆς γνώσεως, τὰ νοητὰ τῶν ὄντων θεάματα· τῇ κατὰ νοῦν περιαιρέσει τῶν φαινομένων ἐν τοῖς οὖσι σχημάτων· καὶ δέχεται τὰς τῶν θείων ἐμφάσεις κατὰ τὸ θεμιτὸν ἐκφανεῖς, τυπούσας αὐτοῦ τὸ ἡγεμονικὸν πρὸς τὸ θειότερον. Ὁ γοῦν οἰκῶν Ἰόππην πρακτικός ἐστι, καταθεωρῶν τῶν ἐναντίων τὰ θήρατρα· ὁ δὲ κατοικῶν ἐν Σιών, γνωστικός ἐστι μόνην κατὰ νοῦν τῶν θείων θεωρῶν τὴν εὐπρέπειαν.

Εἰ δὲ πάλιν εἰς οὐρανὸν ἀναspασθῇ τὸ σκεῦος τῆς θήκης, νοήσωμεν ὅτι μετὰ τὸ δειχθῆναι τῷ μεγάλῳ Πέτρῳ τοὺς τῶν αἰσθητῶν πνευματικοὺς λόγους τοῖς πρώτοις συνυπάρχοντας, πάλιν ἀνέλκει πρὸς ἑαυτὸν τούτους ὁ Θεός· διδάσκων, ὡς οὐδὲν ὧν οἱ λόγοι παρ' αὐτῷ μένουσιν, ἐστὶν καθάπαξ ἀκάθαρτον. Διὸ γνοὺς τῶν ὁραθέντων τὴν δύναμιν ὁ μέγας Ἀπόστολος, ἔμαθε μηδένα λέγειν ἀκάθαρτον ἄνθρωπον, μηδὲ προσωπολημψίαν εἶναι παρὰ τῷ Θεῷ, ποιουμένην ἄδικον τὴν τῶν ὄντων διαίρεσιν. Ὅθεν μηδὲν μελλήσας, τὸ θεῖον ἐπλήρωσε πρόσταγμα, θύσας πρὸς ζωὴν πνευματικὴν τοὺς τὴν καρδίαν ἑκουσίως περιτεμνομένους τῷ λόγῳ τῆς χάριτος, καὶ πᾶσαν ἀπιστίας, κακίας τε καὶ ἀγνωσίας ἀκαθαρσίαν καθάπερ ἀκροβυστίαν ἀποβαλλομένους [*Fr.* ἀποβαλομένους]· τῆς δὲ σαρκὸς, μηδὲν τῶν προσόντων αὐτῇ φυσικῶς περιτέμνοντας· ὧν οὐκ ἐξ ἐμπαθοῦς γνώμης ἡ σύστασις, ἀλλ' ἐκ θείας δημιουργίας ἡ γένεσις. Οὐδὲν γὰρ

A nomen interpreteris, *specula* dicitur, convenientem actionis custodiam munimenque significans. Ad ipsum enim maris littus sita, multis sane fluctibus quateretur, nisi civitas in jugo constituta esset. Quamobrem illum significare existimo, qui in alto scientiæ vertice, velut civitatem, virtutem ædificat; haud tamen ipse ab iis tentationibus, quæ invitos petunt, procul remotus, qui prope adjacentem, velut mare, habeat, quam necdum perfecte excussit, sensilium **67** rerum affectionem, eamque ob rem specula egeat : ne forte impuri dæmones, dum non satis cogitat, per eas tentationes quæ invitos fatigant, eorum qui voluntate nituntur affectuum vitiorumque impressionem faciant. Sed et cum Joppe ad partem tribus Issachar attineat, isque B *merces* et *labor* ex nominis etymo dicatur : hoc magis intelligere cogit, esse Joppen ejusmodi habitum, qui custos actionis sit, invisibiles spirituum nequitiæ incursiones observans. Ab hac igitur surgens, ad rerum sublimium scientiam mentem transferre, magnus fortean Apostolus jubebatur [60].

Qui igitur ejus partis philosophiæ, quæ actioni studet, velut speculæ celsum verticem colit, is in Joppe dicatur esse. Qui autem Sionem, quæ Hierosolymis est, habitat, hoc est, speculam in visione pacis sitam (hoc enim Jerusalem dicitur, si quis nomen interpretetur) ab omni prorsus sensus affectione semotus est, quantum historice, per loci situm, mare longe a Sione distat : videtque quasi e specula in sublimi scientiæ vertice constitutus, C spiritales duntaxat rerum notiones : ea ratione, quod subtili intellectu conspicuas in rebus figuras amoveat; ac quantum concessum est, claras divinorum repræsentationes recipit, quibus ejus mens formetur ad id quod divinius est. Qui igitur Joppen colit, is est qui studet actioni, adversariorum laqueos ac captiones diligenter observans : qui autem Sionem, sapiens et spiritualis, qui unum duntaxat divinorum decorem mente consideret.

Sin autem rursum lintei vas in cœlum subductum est, intelligamus oportet, post ostensas magno Petro sensilium rerum rationes una cum iis, quæ sola mente percipiuntur, exsistentes, Deum ad se iterum ea revocare ac attrahere : hoc docentem, D eorum, quorum apud ipsum rationes maneant, nihil prorsus immundum fore. Idcirco magnus apostolus perspecta eorum vi quæ per visum conspexerat, didicit neminem immundum dicere, nullamque apud Deum personarum acceptionem, quæ injustam ullam rerum divisionem inducat, exsistere. Quocirca nihil cunctatus, divinum adimplevit præceptum, occidens ad vitam spiritalem, qui sermone gratiæ **68** sponte cor circumcidant, ac velut præputium, omnem incredulitatis malitiæque ac ignorantiæ immunditiam abstergant; a carne vero, eorum quæ illi a natura insunt, nihil abscindant : quorum, non ex libidinosa mente concretio

[60] Philon. III. 13. 14.

Digitized by Google

est, sed ex divina creatione origo. Nihil enim quod A sit ex natura, immundum : quod Deum auctorem habeat, ejus, quod illi est esse.

τῶν κατὰ φύσιν ἀκάθαρτον, ὅτι Θεὸν ἔχει τῆς ὑπάρξεως αἴτιον.

SCHOLIA.

1. Vitæ, inquit, translationem ac cultum angelicum, voluntariumque animi a corpore divortium; necnon divinæ in spiritu transmutationis ortum, novi testamenti profitetur mysterium.

2. Alia, inquit, est mandati ratio, alius modus quo sit exsequendum. Cum igitur magnus Petrus prædicandi gentibus mandatum accepisset, per linteum, qui eum latebat, mandati docebatur modum; quod nimirum absque circumcisione, ac reliquis crassioribus legis observantiis, gentes vocandæ essent : spiritalem enim Scriptura circumcisionem B novit, libidinosi affectus animi ad corpus excisionem.

3. Divini omnis mandati ratio, hoc prorsus eget, ut exsequendi modum doceamur; quod magnus Paulus *idoneitatem* dicit [61].

4. Qui rerum in aspectum cadentium figuris sensus causa non immorantur, sed earum mente rationes exquirit, velut qui rerum intellectilium formas, sive etiam rerum sensilium rationes contueatur, nihil immundum esse rerum aspectabilium docetur. Cuncta enim natura valde bona sunt [62].

5. Qui enim, inquit, cum rebus sensilibus deterente qualitate non mutatur, sinceram virtutum actionem colit : qui autem nec earum figuris montem informat, veram de rebus opinionem nactus C est. At qui mentis intelligentia ipsam quoque superavit rerum substantiam, velut optimus theologus, ea superata, ignote unitatem attigit. Igitur qui tertio rerum aspectabilium creaturam occidit, perfectorum gradu dignus evasit.

6. Joppe, inquit, virtutis habitus est; damnum cavens, quod ex adjacentibus rebus in sensum cadentibus ingruit; Sion vero scientiæ habitus, donorum susceptionem considerans, quæ sola mente intelliguntur.

ΣΧΟΛΙΑ.

α'. Ζωῆς μετάθεσίν φησι καὶ λατρείαν ἀγγελικὴν, καὶ πρὸς σῶμα ψυχῆς ἑκούσιον ἀλλοτρίωσιν· καὶ ἐν πνεύματι θείας μεταποιήσεως γένεσιν, τὸ τῆς νέας Διαθήκης καταγγέλλει μυστήριον.

β'. Ἕτερος, φησὶν, ὁ τῆς ἐντολῆς ἐστι λόγος, καὶ ἕτερος ὁ τοῦ γίνεσθαι τῆς ἐντολῆς ὁ τρόπος. Λαβὼν οὖν ὁ μέγας Πέτρος περὶ τῶν ἐθνῶν τοῦ κηρύγματος ἐντολὴν, ἀγνοῶν διὰ τῆς ὀθόνης τῆς ἐντολῆς ἐδιδάσκετο τὸν τρόπον· ὅτι δίχα περιτομῆς, καὶ τῶν λοιπῶν τοῦ νόμου σωματικωτέρων, τῶν ἐθνῶν χρὴ γίνεσθαι τὴν κλῆσιν· πνευματικὴν γὰρ οἶδεν ὁ λόγος περιτομὴν, B ἐμπαθοῦς σχέσεως πρὸς σῶμα τῆς ψυχῆς ἐκτομήν.

γ'. *Fr.* Πᾶς λόγος θείας ἐντολῆς χρῄζει πάντως διδαχῆς τοῦ πῶς ὀφείλει πραχθῆναι· ὅπερ ὁ μέγας Ἀπόστολος *ἱκανότητα* λέγει.

δ'. Ὁ μὴ τοῖς σχήμασι τῶν ὁρατῶν ἐναπομένων διὰ τὴν αἴσθησιν, ἀλλὰ κατὰ νοῦν τοὺς λόγους αὐτῶν ἀναζητῶν, ὡς νοητῶν τύπους, ἢ λόγους αἰσθητῶν θεώμενος κτισμάτων, οὐδὲν ἀκάθαρτον εἶναι τῶν ὁρωμένων διδάσκεται. Πάντα γὰρ φύσει καλὰ λίαν καθέστηκεν.

ε'. Ὁ τῇ κινήσει φησὶ τῶν αἰσθητῶν μὴ συναλλοιούμενος, ἀκίβδηλον τὴν τῶν ἀρετῶν μετέρχεται πρᾶξιν. Ὁ δὲ τοῖς αὐτῶν σχήμασι μὴ διατυπώσας τὸν νοῦν, τὴν ἀληθῆ περὶ τῶν ὄντων ἀπείληφε δόξαν. Ὁ δὲ καὶ αὐτὴν τὴν οὐσίαν τῶν ὄντων τῇ διανοίᾳ παρέδραμεν, ὡς ἄριστος θεολόγος μετὰ ταύτην ἀγνώστως τῇ μονάδι προσέβαλεν. Οὐκοῦν ὁ τρίτον ἐν ἑαυτῷ καταθύσας τὴν κτίσιν τῶν ὁρωμένων, τῆς τῶν τελείων ἄξιος γέγονε τάξεως.

ς'. Ἰόππη μὲν ἕξις ἐστὶν ἀρετῆς, φησὶν, τὴν ἐκ τῶν παρακειμένων αἰσθητῶν φυλαττομένη βλάβην. Ἡ δὲ Σιὼν ἕξις ἐστὶ γνωστικὴ, τὴν τῶν νοητῶν σκοπεύουσα χαρισμάτων ὑποδοχήν.

QUÆSTIO XXVIII.

Quod ita dicitur, « Venite, confundamus linguas eorum [63], » ad quosnam Deus loquebatur?

Responsio.

Pro subjecta eorum, qui Providentia reguntur, ratione, varie Scripturam Deum effingere invenimus; atque hinc leonem et ursum et pardalim et pantheram et hominem et bovem et solem et stellam et ignem, et spiritum seu ventum, aliaque numero superiora (cum hæc nequaquam exsistat) pro cujusque vocis subtili intellectu in ea nuncupatum esse. Abrahæ igitur, qui scientia perfectus esset, **69** apparens Deus, sermoni de Unitate, immaterialem de Trinitate sermonem inesse docebat; cum ille sublimi mente materia ejusque formis penitus excessisset, eamque ob rem, et trina specie apparebat, et ut unus sermonem conferebat [64,65].

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΚΗ'.

Τό· « Δεῦτε, καταβάντες συγχέωμεν αὐτῶν τὰς γλώσσας, » πρὸς τίνας ἔλεγεν ὁ Θεός;

Ἀπόκρισις.

D Πρὸς τὴν ὑποκειμένην (1) τῶν προνοουμένων διάθεσιν εὑρίσκομεν τὴν ἁγίαν Γραφὴν τὸν Θεὸν διαπλάττουσαν· ὅθεν καὶ λέοντα, καὶ ἄρκτον, καὶ πάρδαλιν, καὶ πάνθηρα, καὶ ἄνθρωπον, καὶ βοῦν, καὶ πρόβατον, καὶ ἥλιον, καὶ ἀστέρα, καὶ πῦρ, καὶ πνεῦμα, καὶ ἄλλα μυρία, ἅπερ μηδαμῶς ὑπάρχων λέγεται, κατὰ τὴν ἑκάστης φωνῆς ἐπίνοιαν θεωρούμενος. Τῷ γοῦν Ἀβραὰμ φανεὶς ὁ Θεὸς ὄντι τελείῳ κατὰ τὴν γνῶσιν, ἐν τῷ περὶ μονάδος λόγῳ τὸν ἄϋλον περὶ Τριάδος εἶναι λόγον ἐδίδασκεν, ἤδη τὸν νοῦν ἔχοντι τῆς ὕλης παντελῶς, καὶ τῶν κατ' αὐτὴν τύπων ἐκβεβηκότα. Καὶ διὰ τοῦτο καὶ ὡς τρεῖς ἐφαίνετο, καὶ ὡς εἷς διελέγετο· τῷ δὲ Λὼτ, μήπω

[61] II Cor. II, 16; III, 6. [62] Gen. I, 31. [63] Gen. XI, 7. [64,65] Gen. XVIII, 2.

Digitized by Google

τῆς τῶν σωμάτων καθαρὸν τὸν νοῦν ποιησαμένῳ συνθέσεως, ἀλλ' ἔτι τῆς ἐξ ὕλης καὶ εἴδους τῶν σωμάτων γενέσεως ἐξηρτημένῳ, καὶ μόνης δημιουργὸν εἶναι πιστεύοντι τὸν Θεὸν τῆς ὁρατῆς κτίσεως, ἐμφανιζόμενος ὁ Θεὸς, δυϊκῶς, ἀλλ' οὐ τριαδικῶς ἐφάνη· δεικνὺς δι' ὧν αὐτὸς ἑαυτὸν ἐσχημάτιζε, μήπω τῆς ὕλης καὶ τοῦ εἴδους ἐκβεβηκέναι τὸν ἀναγόμενον νοῦν. Οὕτως ἐφ' ἑκάστῳ τόπῳ τῆς τὸν Θεὸν πολυτρόπως διαπλαττούσης Γραφῆς, τοὺς λόγους μετ' ἐπιστήμης διασκοπούμενος, εὑρήσεις αἰτίαν εἶναι τῆς πολλῆς τῶν θείων πλασμάτων ἐξαλλαγῆς, τὴν τῶν προνοουμένων διάθεσιν.

Ἐπειδὴ τοίνυν καὶ οἱ τὸν πύργον οἰκοδομήσαντες, πρότερον τῆς τοῦ φωτὸς χώρας τῆς ἀνατολῆς κατηθέντες, λέγω δὲ τῆς μιᾶς καὶ ἀληθοῦς περὶ Θεὸν γνώσεως, ἦλθον εἰς γῆν Σενναὰρ, τὴν ἑρμηνευομένην *βλασφήμους ὀδόντας*, καὶ εἰς πολλὰς περὶ Θεότητος δόξας κατέπεσαν, καὶ τὸν ἑκάστης δόξης λόγον, οἱονεὶ πλίνθους τινὰς συνθήσαντες, ᾠκοδόμησαν καθάπερ πύργον τὴν πολύθεον ἀθεΐαν· εἰκότως ὁ τῆς κακῆς συμφωνίας τῶν πλανηθέντων ἀνθρώπων διασκεδάζων τὴν ὁμολογίαν Θεὸς, ἐκ τῆς τῶν προνοουμένων διαθέσεως εἰς ἀπείρους δόξας διασκεδασθείσης καὶ διασπαρθείσης, πληθυντικῶς ἑαυτὸν ὀνομάζει· δεικνὺς εἷς ὅτι ὢν, εἰς πολλοὺς ἐν ἐκείνοις ἐμερίσθη· ὥσπερ καὶ ἐπὶ τοῦ Ἀδὰμ φαίνεται λέγων· *Ἰδοὺ γέγονεν Ἀδὰμ ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν*. Ἡμῖν οὖν τὸ ὑποκείμενον αἴτιον, ἡ πληθύνεται ταῖς τῶν Γραφῶν ἐκφωνήσεσιν ὁ Θεὸς, ἢ συνάγεται.

Τὸ δὲ, πρὸς τίνας ὁ Θεὸς διαλέγεται, ἔθος ἐστὶ τῇ Γραφῇ τὰς ἀλαλήτους καὶ κρυφίας βουλὰς τοῦ Θεοῦ σωματικῶς διαπλάττειν, ἵν' ἡμεῖς ἐκ τῶν συγγενῶν ῥημάτων τε καὶ φωνῶν, νοῆσαι τὰ θεῖα δυνηθῶμεν· ἐπεὶ ὁ Θεὸς νοῦς ἐστιν ἄγνωστος, καὶ λόγος ἄῤῥητος, καὶ ζωὴ ἀκατάληπτος, καὶ οὔτε λαλεῖ οὔτε λαλεῖται, αὐτόλογος ὢν, καὶ αὐτοβουλὴ κατ' οὐσίαν ὑπάρχων. Καὶ εἰ οὕτω νοήσομεν τὰς τῶν θείων λόγων φωνὰς, οὐδενὶ τῶν γεγραμμένων ἐκ τῆς ἀσαφείας προσκόψομεν.

Εἰ δέ τις φαίη, μὴ πάντως ἐπὶ διαβολῇ κεῖσθαι τῇ Γραφῇ τὴν περὶ Θεοῦ πληθυντικὴν σημασίαν, καὶ προφέρει πρὸς τὴν τοῦ οἰκείου λόγου βεβαίωσιν τό· *Καὶ εἶπεν ὁ Θεός· Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ καθ' ὁμοίωσιν*, καὶ οὐ δέοιτο διὰ ταύτης, εἴποι, τῆς φωνῆς, πολυθεΐας ὑπόνοιαν εἰσηγεῖσθαι νοοῦμεν τὸν λόγον· φαμὲν, ὡς ὁπόταν μὲν πρὸς τοὺς εὐσεβεῖς εὐσεβῶς ἡ ἁγία Γραφὴ τῷ πληθυντικῷ περὶ Θεοῦ κέχρηται λόγῳ, τὴν ἀῤῥησίαν ποιεῖται τῶν παναγίων τριῶν ὑποστάσεων· μυστικῶς τὸν τῆς ὑπάρξεως σημαίνουσα τρόπον τῆς παναγίας καὶ ἀνάρχου καὶ ὁμοουσίας Τριάδος· ἐπειδὴ μονὰς κατ' οὐσίαν ἐστὶν ἡ πάνσεπτος καὶ προσκυνητὴ καὶ πανεύφημος Τριὰς τῶν ὑποστάσεων. Μονὰς γὰρ ἐν Τριάδι, καὶ ἐν μονάδι Τριὰς ἐστιν ὁ Θεὸς ἡμῶν. Ἡνίκα δὲ πρὸς τοὺς ἀσεβεῖς πληθυντικῶς περὶ Θεοῦ ποιεῖται τὸν λόγον (2), τὴν ψεκτὴν

A Lot vero, qui necdum a corporum compositione animum mundum effecisset, sed adhuc ex corporum materia et forma ortu ac substantia penderet, solumque creaturæ aspectabilis Deum conditorem crederet, apparens Deus, bina specie, non ut trinus conspectus est [66]; ostendens quibus se ipse figurabat, necdum a materia et forma, qui instituebatur, excessisse animum. Sic quovis Scripturæ loco Deum multifariam effingentis, si solerter ac scientia duce rationes dispexeris, tantæ divinorum figmentorum diversitatis causam, eorum qui providentia reguntur, affectionem inveneris.

Quia igitur etiam hi, qui turrim exstruebant, a lucis primum regione, Oriente, profecti (ab una scilicet veraque Dei notitia) in terram Sennaar B (quam interpreteris, *dentes blasphemos*) venerant, inque multas de Deitate opiniones incurrerant, ac cujusque opinionis rationem velut quosdam lateres componentes, turris instar impium plurium deorum errorem construxerant; merito Deus, qui errore seductorum hominum malæ concordiæ confessionem dissipaturus esset, ex provisorum in innumeras opiniones dissipato dispersoque affectu, plurali se numero nominat: quo ostendat, unus cum sit, ut plures se in illis partibus scissum esse. Quomodo etiam in Adamo loqui conspicitur: *Ecce factus est Adamus sicut unus ex nobis* [67]. Pro subjecta igitur causa, Scripturæ vocibus Deus aut pluraliter effertur, aut unitate contrahitur.

Ad illud quod attinet, quibuscum Deus loquatur, C moris est Scripturæ, ut inenarrabilia occultaque Dei judicia corporali ratione effingat, ut ex affinibus verbis ac vocibus divina nos intelligere faciat. Nam alioqui Deus mens est ignota, et sermo nullis verbis explicabilis, et vita incomprehensa; ac neque loquitur, nec habet qui loquatur, qui ipse per se sermo, ac per se consilium essentialiter exsistat. Dumque eum in modum divinorum eloquiorum voces intellexerimus, quidquid scriptum sit in nullo ex obscuritate offendemus.

70 Sin autem quis dicat non omnino in vituperii partem positum esse in Scriptura plurali numero Dei nomen, proferatque in suæ sententiæ confirmationem, quod ita scriptum est: *Aitque Deus:* D *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram* [68], ac dicat, abhorrere a vero ut intelligamus voluisse Scripturam ea voce impietatis, quæ plures inducit deos, sensum ingerere; respondemus, quoties Scripturæ cum piis pio sensu multitudinis numero Deum extulit, sanctissimas tres personas designare; ea scilicet ratione, ut sanctissimæ ac principio carentis consubstantialisque Trinitatis exsistendi modum mystice abstrusiusque significet; quod nimirum unitas per essentiam, omni cultu prosequenda, adorandaque ac laudatissima personarum Trinitas sit. Est enim Deus noster unitas in Trinitate, et Trinitas in unitate.

[66] Gen. xix, 1. [67] Gen. iii, 22. [68] Gen. i, 26.

Digitized by Google

Cum autem impios sermone conveniens, plurium numero de Deo loquitur, eorum de Deitate mentem coarguere existimo, qui naturalem, non subsistendi ratione, in proprietatibus distinctionem arbitrati sunt : quod plane plurium deorum errorem notat, eorum, qui sic de Deitate sentiunt.

Sin autem ne hoc quidem dicentes in sententiam trahimus, cum et Spiritui, et his qui Spiritum amant, gratissimum sit, ut animis non dissideamus, consone invicem Scripturam accipiamus; quæ sanctissimam in unitate Trinitatem modo quidem ut creatricem inducat, ut est illud : *Faciamus hominem* (Patris, enim et Filii, et Spiritus sancti opus est rerum productio), modo autem ut probantem atque laudibus coronantem, qui ex ejus legibus pie vitam instituerint; velut scilicet eorum provide gubernatricem, qui ex ipsa ut in rerum natura essent, acceperunt; ut cum Abrahæ trina specie apparens, tanquam unus ac singularis loquitur; modo vero, ut ultricem, sive judicem eorum, qui naturæ leges violarunt; atque eorum castigatricem, qui a conveniente naturæ lege aberrarunt; ut est illud : *Descendamus, et confundamus linguas eorum* [69]. Nedum enim sancta et consubstantialis Trinitas rerum auctor est, sed et causa conservans, et quæ pro merito cuique distribuat; quippe quæ Deus unus per naturam creator exsistat, providentiaque regens, ac rerum a se **71** conditarum judex. Commune enim Patris, et Filii, et Spiritus sancti est, uti creare, sic quoque judicare, ac creatis providentiæ munus sapienter impendere.

A

B

C

SCHOLIA.

1. Cuique, inquit, pro subjecta ipsi de Deo opinione Deus apparet : iis quidem, qui terrenam compositionem animi desiderio superaverint, ejusque vires æquabiliter inter se consertas secundum unam atque eamdem circa Deum perpetui motus agitationem habent, ut unitas apparet et Trinitas; quo scilicet et substantiæ suæ specimen exhibeat, et ejus modum mystice edoceat : iis vero, quorum omnis cupiditas circa terrenam affectionem movetur, et quibus animi vires a se invicem dissident, apparet, non ut est ipse, sed ut illi se habent; ostendens nostrum eos binarium ambabus complexos manibus esse; quo binario corporalis ex materia et forma mundus concretus est.

2. Qui naturalem, inquit, in Deo, non personalem dicit esse distinctionem, talis non a Deo afflatus, sed plurium errore deorum deceptus est; qui essentiarum proprietatibus, non personarum, recipere numerum Deitatem existimet.

QUÆSTIO XXIX.

Quid sibi vult quod in Actibus scriptum est : « Qui per Spiritum dicebant Paulo, ne ascenderet Hierosolymam [70]. » Cur non Spiritui morem gessit, atque ascendit?

[69] Gen. xi, 7. [70] Act. xxi, 4.

Εἰ δὲ μὴ τοῦτο λέγοντες πείθομεν, ἐπειδὴ φίλον τῷ Πνεύματι, καὶ τοῖς Πνεῦμα φιλοῦσιν ἀγαπητόν, τὸ μὴ μάχεσθαι, δεξώμεθα συμφώνως ἀλλήλοις τὴν ἁγίαν Γραφὴν· τὴν ἐν μονάδι παναγίαν Τριάδα, ποτὲ μὲν, ὡς δημιουργὸν εἰσηγουμένην, ὡς τό· *Ποιήσωμεν ἄνθρωπον*· Πατρὸς γὰρ καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος ἔργον ἐστὶν ἡ τῶν ὄντων ὑπόστασις· ποτὲ δὲ, ὡς ἀποδεκτικὴν τῶν τοῖς αὐτῆς εὐσεβῶς νόμοις πολιτευσαμένων· ὡς προνοητικὴν τῶν ὑπ' αὐτῆς εἰληφότων τοῦ εἶναι τὴν γένεσιν· ὡς τῷ Ἀβραὰμ τριαδικῶς φαινομένην, καὶ μοναδικῶς διαλεγομένην· ποτὲ δὲ, ὡς τιμωρητικὴν, ἤγουν κριτικὴν τῶν τοὺς νόμους παραφθειρόντων τῆς φύσεως· ὡς τό· *Καταβάντες συγχέωμεν αὐτῶν τὰς γλώσσας*. Οὐ γὰρ δημιουργικὴ μόνον ὑπάρχει τῶν ὄντων ἡ ἁγία καὶ ὁμοούσιος Τριάς· ἀλλὰ καὶ συνεκτικὴ, καὶ πρὸς ἀξίαν ἑκάστου διανεμητική· οἷα δὴ Θεὸς εἷς ὑπάρχουσα κατὰ φύσιν δημιουργὸς, προνοητική τε καὶ κριτικὴ τῶν ὑπ' αὐτοῦ πεποιημένων· κοινὸν γὰρ Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος, ὥσπερ τὸ δημιουργεῖν, οὕτω δὴ καὶ τὸ κρίνειν, καὶ τῶν πεποιημένων σοφῶς προνοεῖν.

ΣΧΟΛΙΑ.

α'. Ἑκάστῳ, φησὶ, κατὰ τὴν ὑποκειμένην αὐτῷ περὶ Θεοῦ δόξαν ὁ Θεὸς ἐμφανίζεται. Τοῖς μὲν κατ' ἕφεσιν τὴν ὑλικὴν περάσασι σύνθεσιν, καὶ τὰς δυνάμεις τῆς ψυχῆς ἰσονομούσας ἀλλήλαις κατὰ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν περὶ Θεὸν ἀεικινησίαν κεκτημένοις, ὡς μονὰς ἐμφαίνεται καὶ Τριάς· ἵνα τὴν οἰκείαν ὕπαρξιν παραδείξειεν, καὶ τὸν αὐτῆς τρόπον μυστικῶς ἐκδιδάξειεν. Τοῖς δὲ περὶ μόνην τὴν ὑλικὴν διάθεσιν ἔχουσι κινουμένην τὴν ἕφεσιν, καὶ ἀλλήλαις ἀσυνδέτους τὰς τῆς ψυχῆς δυνάμεις κεκτημένοις, οὐχ ὡς ἔστιν, ἀλλ' ὡς εἰσὶν ἐμφανίζεται· δεικνὺς ὅτι τῆς ἡμῶν δυάδος ἀμφοῖν ἐπελάβοντο τὼ χεροῖν, καθ' ἣν ὁ σωματικὸς ἐξ ὕλης καὶ εἴδους συνέστηκε κόσμος.

β'. Ὁ φυσικὴν εἶναι λέγων, φησὶν, ἐπὶ Θεοῦ τὴν τῶν ἰδιωμάτων, ἀλλ' οὐχ ὑποστατικὴν διαφορὰν, οὐκ ἔνθεος ὁ τοιοῦτος, ἀλλὰ πολύθεος, οὐσιῶν ἰδιότησιν, ἀλλ' οὐχ ὑποστάσεων ἐπιδέχεσθαι φάσκων τὸ Θεῖον τὴν ἐξαρίθμησιν.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΚΘ'.

Τί ἐστι τὸ ἐν ταῖς Πράξεσι κείμενον· « Οἵτινες διὰ τοῦ Πνεύματος ἔλεγον τῷ Παύλῳ, μὴ ἀναβαίνειν εἰς Ἱεροσόλυμα; » Διὰ τί παρήκουσε τοῦ Πνεύματος, καὶ ἀνέβη;

Digitized by Google

Ἀπόκρισις.

Ὁ μὲν ἅγιος Ἡσαΐας ὁ προφήτης, ἐν τῇ κατ' αὐτὸν προφητείᾳ ἑπτὰ πνεύματα τῷ ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαὶ ἀνατείλαντι Σωτῆρι λέγει ἐπαναπαύεσθαι· οὐχ ἑπτὰ πνεύματα Θεοῦ γινώσκων, καὶ οὕτω τοὺς ἄλλους ἐκδέχεσθαι διδάσκων, ἀλλὰ τὰς ἐνεργείας τοῦ ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ ἁγίου Πνεύματος, πνεύματα καλέσας, διὰ τὸ πάσῃ ἐνεργείᾳ ὅλον ἀνελλιπῶς ὑπάρχειν ἀναλόγως τὸ ἐνεργοῦν ἅγιον Πνεῦμα (1). Ὁ δὲ θεῖος Ἀπόστολος τὰς διαφόρους ἐνεργείας αὐτοῦ τοῦ ἑνὸς ἁγίου Πνεύματος χαρίσματα λέγει διάφορα· ὑφ' ἑνὸς δηλονότι καὶ τοῦ αὐτοῦ ἐνεργούμενα Πνεύματος. Εἰ τοίνυν κατὰ τὸ μέτρον τῆς ἐν ἑκάστῳ πίστεως δίδοται ἡ φανέρωσις τοῦ Πνεύματος, ἐν τῇ μετοχῇ τοῦ τοιοῦδε χαρίσματος· ἕκαστος τῶν πιστῶν δηλονότι κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως, καὶ τῆς ὑποκειμένης αὐτῷ κατὰ ψυχὴν διαθέσεως, συμμετρημένην δέχεται τοῦ Πνεύματος τὴν ἐνέργειαν, χαριζομένην αὐτῷ τῆσδε ἢ τῆσδε τῆς ἐντολῆς τὴν ἁρμόζουσαν πρὸς ἐνέργειαν ἕξιν (2).

Οὐκοῦν ὥσπερ ὁ μὲν λαμβάνει λόγον σοφίας, ὁ δὲ λόγον γνώσεως, ἕτερος δὲ πίστεως, καὶ ἄλλος ἄλλο τι τῶν ἀπηριθμημένων τῷ μεγάλῳ Ἀποστόλῳ χαρισμάτων τοῦ Πνεύματος· οὕτως ὁ μὲν δέχεσθαι διὰ τοῦ Πνεύματος χάρισμα τῆς τελείας καὶ ἀμέσου πρὸς Θεὸν, καὶ μηδὲν ἐχούσης ὑλικὸν ἀγάπης, κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως· ἕτερος δὲ διὰ τοῦ αὐτοῦ Πνεύματος, τῆς τελείας πρὸς τὸν πλησίον ἀγάπης χάρισμα, καὶ ἄλλος ἄλλο τι κατὰ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα, ὡς ἔφην, ἔχοντος ἑκάστου ἐνεργούμενον τὸ οἰκεῖον χάρισμα. Ταῦτα δὲ τὰ χαρίσματα κατὰ τὸν ἅγιον Ἡσαΐαν, πνεύματα καλέσας τις, ὡς οἶμαι, τῆς ἀληθείας οὐ διαπίπτει· παντὶ γὰρ χαρίσματι ἔνι ὡς ἐνεργοῦν ἀναλόγως ἐνυπάρχει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, εἴτε μεῖζονι, εἴτε ἥττονι.

Οὕτω δὲ μέγας ὄντως, καὶ τῶν ὑπὲρ ἄνθρωπον μυστηρίων γενόμενος διάκονος Παῦλος (3), ἀμέσως τῆς ἐν ἀγάπῃ Θεοῦ τελείας χάριτος τὸ πνεῦμα δεξάμενος κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς ἐν αὐτῷ πίστεως, τῶν εἰληφότων τὸ χάρισμα τῆς τελείας εἰς αὐτὸν ἀγάπης, λεγόντων αὐτῷ μὴ ἀναβαίνειν εἰς Ἱεροσόλυμα· *διὰ τοῦ Πνεύματος*, τουτέστι τοῦ ἐνεργουμένου κἀμοὶ ὑπὸ τοῦ Πνεύματος τῆς εἰς αὐτὸν ἀγάπης χαρίσματος· ταυτὸν γὰρ τῷ χαρίσματι τὸ πνεῦμα, καθὼς ἔφην ἐκ τοῦ προφήτου λαβών, παρήκουσεν· ἀσυγκρίτως τῆς ἐξ ἄλλων εἰς αὐτὸν πνευματικῆς ἀγάπης, προκρίνων τὴν θείαν καὶ ὑπὲρ νόησιν. Μᾶλλον δὲ οὐδὲ παρακούσας ἀνῆλθεν, ἀλλ' ἐκείνους διὰ τῆς συμμέτρως αὐτοῖς κατὰ τὸ χάρισμα δοθείσης ἐνεργείας τοῦ Πνεύματος προφητεύοντας, τῷ κατ' αὐτὸν τύπῳ πρὸς τὸν τοῦ παντὸς ὑπερεπέκεινα πόθον κατὰ τὴν ἔφεσιν ἕλκων. Οὐκοῦν οὐ παρήκουσεν ὁ μέγας Παῦλος τοῦ Πνεύματος, ἀλλ' ἐδίδαξεν ἐπὶ τὸ ὑψηλότερον ἀπὸ τοῦ ἥττονος μετενεχθῆναι Πνεύματος, τουτέστι χαρίσματος, τοὺς περὶ αὐτοῦ κατὰ τὸ χάρισμα τῆς ἀγάπης προφητεύοντας.

Καὶ πάλιν, εἰ τὸ προφητικὸν χάρισμα πολὺ τοῦ ἀποστολικοῦ ὑπάρχει δεύτερον, οὐκ ἦν λόγου τοῦ τὸ

A

Responsio.

Sanctus propheta Isaias in sua prophetia [71], fore ait, ut super Salvatorem ex radice Jesse oriundum, spiritus septem requiescerent : non tanquam septem ille Dei spiritus nosset, atque alios ita accipere doceret, sed quod unius ejusdemque Spiritus operationes afflatusque spiritus vocaret : idcirco nimirum quod in omni operatione afflatuque totus plene proportione quadam Spiritus sanctus operans afflansque inest. Divinus autem Apostolus, diversas ipsius unius Spiritus sancti operationes, dona diversa vocat [72]; quæ scilicet unius ejusdemque Spiritus sint effecta. Cum igitur pro cujusque fidei modulo detur manifestatio Spiritus, dum talis participatio gratiæ donique indulgetur : quisque utique fidelis pro suæ fidei, subjectæque ipsi animi affectionis, rata quadam ratione, commensam Spiritus operationem hujus illiusve reipsa exsequendi mandati habitum præbentem, recipit.

B

Sicut igitur, alius quidem accipit sermonem sapientiæ, alius sermonem scientiæ, alius fidei; atque alius aliam **72** quampiam ex gratiis Spiritus, quas percensuit magnus Apostolus : ita hic quidem per Spiritum, perfectæ ac immediatæ cum Deo, nihilque terrenum habentis, charitatis, secundum fidei rationem, donum accipit, alius vero per eumdem Spiritum perfectæ erga proximum donum dilectionis; aliusque aliud quid secundum eumdem Spiritum : cum quisque, uti dicebam, proprium reipsa ac exercitum donum habeat. Hæc autem dona, auctore Isaia, qui Spiritus vocaverit, ut mea fert sententia, a veritate nihil aberrarit. In quovis enim dono, sive illud majus, sive minus sit, totus rata quadam ratione, ut operans afflansque inest Spiritus sanctus.

C

Igitur vere magnus, ac majorum quam pro humana facultate mysteriorum minister effectus Paulus, cum nullo medio perfectæ in Dei charitatis gratiæ, pro fidei in ipso rata ratione spiritum accepisset; iis, qui perfectæ in ipsum charitatis donum acceperant, dicentibus ne ascenderet Hierosolymam; *per spiritum*, id est, donum illud dilectionis, quod per Spiritus afflatum illis accesserat (idem enim est spiritus atque donum, uti paulo ante dicebam, prophetæ doctus oraculo), morem non gessit : divinam omnique majorem cogitatu dilectionem, aliorum in se spiritali dilectione citra omnem comparationem potiorem ducens. Quin nec quasi non morem gerens ascendit, sed illos qui mediocriter pro concessi doni Spiritus afflatu de illo prophetabant, suo ipse exemplo ad amorem cunctis eminentem per desiderium trahens.

D

Ac rursus, cum prophetiæ donum longe apostolico inferius sit; haud rationi consonum erat cuncta

[71] Isa. xi, 2. [72] I Cor. xii, 4.

Digitized by Google

dirigenti, ac suum cuique ordinem decernenti, ut quod est potius, deteriori cederet : sed ut magis se res vice versa haberet. Nam qui tum quidem per prophetiæ in eis spiritum prophetabant, non per apostolicum, earum quæ Paulum excepturæ erant prædicationis causa, ærumnarum modum nuntiabant : is vero, in unum intuens divinum propositum, cuncta media nullius frugis ducebat; hoc serio agens, non quomodo mala eventura differret, sed qua ratione alius Christus evaderet; æmula Christi imitatione omnia complens, ob quæ Christus benignissima pietate vitam in carne secundum dispensationem elegerat. **73** Igitur rite instituti ordinis custodia est, divina cuncta disponentis ac dirigentis resque singulas in sua perennitate et sede, inviolabili firmitate servantis, quæ visa magni Apostoli morem non gerentis pervicacia est, claraque doctrina, nullo modo inter se confundendos bene ab Spiritu discretos Ecclesiæ gradus.

πᾶν διευθύνοντος, καὶ τὴν ἑκάστου διορίζοντος τάξιν, τὸ κρεῖττον εἶκειν τῷ ἥττονι· ἀλλὰ μᾶλλον ἕπεσθαι τὸ ἧττον τῷ κρείττονι. Οἱ μὲν γὰρ τότε προφητεύοντες διὰ τοῦ ἐν αὐτοῖς προφητικοῦ πνεύματος, ἀλλ' οὐκ ἀποστολικοῦ, τὸν τρόπον τῆς τῷ ἁγίῳ Παύλῳ συμβησομένης ὑπὲρ τοῦ λόγου κακοπαθείας ἐμήνυον· ὁ δὲ πρὸς μόνον ἀφορῶν τὸν θεῖον σκοπὸν, εἰς οὐδὲν ἡγεῖτο τὰ μέσα (4) πάντα, σπουδὴν ἔχων οὐχ ὅπως διενέγκῃ τὰ συμβησόμενα, ἀλλ' ὅπως ἄλλος γένηται Χριστός· μιμήσει τοῦ Χριστοῦ πάντα κατορθώσας τὰ, δι' ἃ Χριστὸς τὴν ἐν σαρκὶ φιλανθρώπως κατ' οἰκονομίαν εἵλατο ζωήν. Οὐκοῦν εὐταξίας ἐστὶ φυλακὴ, τῆς πάντα διεπούσης τὰ θεῖα καὶ διευθυνούσης, καὶ τῆς οἰκείας ἀνέκπτωτον μονῆς καὶ ἱδρύσεως ἕκαστον διαφυλαττούσης, ἡ δοκοῦσα τοῦ μεγάλου Ἀποστόλου παρακοὴ, καὶ σαφὴς διδασκαλία τοῦ μηδαμῶς ἀλλήλοις φύρεσθαι τοὺς καλῶς ὑπὸ τοῦ Πνεύματος διωρισμένους τῆς Ἐκκλησίας βαθμούς.

SCHOLIA.

1. Qui diverse afflat, in singulis diverse ab eo afflatis totus, et in universis simul indivisus est. Incommixte enim in universis et in singulis indivise, secundum unam eamdemque vim afflans atque operans Spiritus sanctus elucet; cujus utique virtutis sit ut et res omnes (utpote Deus) impleat, et omnem excedens substantiam, a nullo capi valeat.

2. Omnem mandata præstandi habitum, Spiritus dicit esse donum.

3. Qui, inquit, Deum ex toto corde et anima atque virtute diligit, major est quam qui proximum diligit. Nulla igitur ratio est, ut qui præstantior est, deterioris lege prematur; sed ut potius deterius majori subjaceat. Idcirco apostolicam dignitatem ac ordinem eorum, quibus præerat, graduum imperio addici, merito non permisit divinus Apostolus; nequando rerum omnium præclara dispositio, ac cum primis divinarum institutus ordo, pessumiret.

4. Media vocat tentationum genera, quæ per præscientiam divini Spiritus afflatu noverant, qui Paulo futurum pro veritate certamen prædicebant : quorum nullam prorsus rationem habebat, Christo uniri festinans, per bonorum in specie exsistentiam, post rerum in fide decursam metam.

ΣΧΟΛΙΑ.

α'. Τὸ διαφόρως ἐνεργοῦν, ἐν ἑκάστῳ τῶν ὑπ' αὐτοῦ διαφόρως ἐνεργουμένων, ὅλον ἐστὶν, καὶ ἐν ὅλοις ἅμα μὴ διαιρούμενον. Ἀμιγῶς γὰρ, φησὶν, ἐν ὅλοις καὶ τῷ καθ' ἕκαστον ἀδιαιρέτως κατὰ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἐκφαίνεται δύναμιν ἐνεργοῦν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὅτι καὶ πάντων ἐστὶ τῶν ὄντων πληρωτικόν· Θεὸς γὰρ, καὶ πᾶσιν ἀχώρητον τοῖς οὖσιν, ὑπερούσιον.

β'. Πᾶσαν ἐντολῆς ἕξιν ἐνεργουμένην, Πνεύματος εἶναι χάρισμα λέγει.

γ'. Ὁ τὸν Θεὸν ἀγαπῶν ἐξ ὅλης καρδίας καὶ ψυχῆς καὶ δυνάμεως, τοῦ τὸν πλησίον ἀγαπῶντος, φησὶ, μείζων ἐστίν. Οὐκ ἔστιν οὖν λόγου νομοθετεῖσθαι τὸ κρεῖττον ὑπὸ τοῦ χείρονος· ἀλλὰ γενέσθαι μᾶλλον τὸ ἧττον ὑπὸ τοῦ μείζονος. Διὸ τὴν ἀποστολικὴν ἀξίαν τε καὶ τάξιν, ὑπ' ἐκείνων ὧν ἄρχει βαθμῶν ἄρχεσθαι δικαίως οὐ συνεχώρησεν ὁ θεῖος Ἀπόστολος, μήπως ἡ πάντων τῶν ὄντων εὐκοσμία, καὶ μάλιστα τῶν θείων τάξις, λυθῇ.

δ'. Μέσα φησὶν τὰ εἴδη τῶν πειρασμῶν, ἅπερ προγνωστικῶς ἐθεώρουν διὰ τοῦ Πνεύματος οἱ προφητεύοντες τῷ ἁγίῳ Παύλῳ τὴν ὑπὲρ ἀληθείας ἄθλησιν· ὧν παντελῶς οὐκ ἐφρόντιζεν ἑνωθῆναι σπεύδων τῷ Χριστῷ, κατὰ τὴν ἐν εἴδει τῶν ἀγαθῶν ὑπόστασιν, μετὰ τὴν ἐν πίστει τῶν ὄντων διάβασιν.

QUÆSTIO XXX.

Quid sibi vult, « Potestis bibere calicem, quem ego bibo, et baptismo baptizari, quo ego baptizor »[73]? Quidnam calicem inter et baptisma refert?

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Λ'.

Τί ἐστι τό· « Δύνασθε τὸ ποτήριον, ὃ ἐγὼ πίνω, πιεῖν, καὶ τὸ βάπτισμα, ὃ ἐγὼ βαπτίζομαι, βαπτισθῆναι; » Τίς ἡ διαφορὰ τοῦ ποτηρίου καὶ τοῦ βαπτίσματος;

Responsio.

Dominicum baptisma figura est laborum, quos sponte, ac destinata nostra voluntate virtutis causa assumimus; quibus conscientiæ maculas ac rugas eluentes, spontaneam erga res oculis subjectas

Ἀπόκρισις.

Τὸ τοῦ Κυρίου βάπτισμα (1) τῶν ὑπὲρ ἀρετῆς κατὰ πρόθεσιν ἑκουσίων καὶ ἡμετέρων πόνων τύπος ὑπάρχει· δι' ὧν τὰς κατὰ συνείδησιν ἀπορρύπτοντες κηλῖδας, τὸν πρὸς τὰ φαινόμενα τῆς προαιρέσεως

[73] Marc. x, 38.

Digitized by Google

ἑκούσιον καταδεχόμεθα θάνατον· τὸ δὲ ποτήριον, τῶν ἐκ περιστάσεως παρὰ προαίρεσιν ἐπανισταμένων ἡμῖν ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ἀκουσίων πειρασμῶν τύπος ἐστί· δι' ὧν καὶ αὐτῆς προκρίνοντες τὸν θεῖον πόθον τῆς φύσεως, ἑκόντες τὸν περιστατικὸν ὑπερχόμεθα τῆς φύσεως θάνατον. Ταύτην οὖν ἔχει τὴν διαφορὰν τὸ βάπτισμα πρὸς τὸ ποτήριον, ὅτι τὸ μὲν βάπτισμα ὑπὲρ ἀρετῆς πρὸς τὰ ἡδέα τοῦ βίου, νεκρὰν ἐργάζεται τὴν προαίρεσιν· τὸ δὲ ποτήριον, τὴν ἀλήθειαν καὶ αὐτῆς προκρίνειν πείθει τῆς φύσεως τοὺς εὐσεβεῖς. Πρότερον δὲ τοῦ βαπτίσματος ἔθετο τὸ ποτήριον, ὅτι διὰ τὴν ἀλήθειάν ἐστιν ἡ ἀρετή (2)· ἀλλ' οὐ διὰ τὴν ἀρετὴν ἡ ἀλήθεια. Ὅθεν ὁ διὰ τὴν ἀλήθειαν πράττων τὴν ἀρετὴν, κενοδοξίας οὐ τιτρώσκεται βέλεσιν· ὁ δὲ τὴν ἀλήθειαν ἀρετῆς ἕνεκεν ἐπιτηδεύων, σύνοικον ἔχει τῆς κενοδοξίας τὴν οἴησιν.

A animi mortem suscipimus : calix vero figura est violentarum adverso aliquo casu veritatis causa renitente animo insurgentium in nos tentationum ; per quas ipsi quoque divinum amorem naturæ præhabentes, sponte naturæ mortem sinistro aliquo casu inferendam oppetimus. Hoc itaque, baptisma et calix distinguuntur, quod baptisma quidem voluntatem erga vitæ delicias virtutis causa emortuam reddat ; calix autem hoc suadet, ut qui piis moribus vitam instituant, ipsi quoque naturæ veritatem anteponant. **74** Priorem autem baptismate calicem posuit ; quod nempe virtus propter veritatem, non propter virtutem veritas sit. Idcirco, qui propter veritatem virtutem colit, inanis gloriæ jaculis non sauciatur ; qui autem propter virtutem studet veritati, B inanis gloriæ contubernalem jactantiam habet.

ΣΧΟΛΙΑ.

α'. Τὸ τοῦ Κυρίου βάπτισμα, φησὶν, ἐστὶν ἡ παντελὴς πρὸς τὸν αἰσθητὸν κόσμον τῆς ἡμετέρας προαιρέσεως νέκρωσις· τὸ δὲ ποτήριον, καὶ αὐτῆς ἡμῶν τῆς παρούσης ζωῆς ὑπὲρ ἀληθείας καθέστηκεν ἄρνησις.

β'. Ἀλήθειαν μὲν εἶναι λέγει τὴν θείαν γνῶσιν· ἀρετὴν δὲ, τοὺς ὑπὲρ αὐτῆς τῶν αὐτῆς ἐφιεμένων ἀγῶνας. Ὁ τοίνυν γνώσεως ἕνεκεν ἀρετῆς ὑπομένων πόνους, οὐ κενοδοξεῖ, γινώσκων ἀπερίληπτον εἶναι φύσει τοῖς πόνοις τὴν ἀλήθειαν. Τοῖς δευτέροις γὰρ οὐ περιγράφεται φύσει τὸ πρῶτον. Ὁ δὲ τὴν γνῶσιν διὰ τοὺς ὑπὲρ αὐτῆς ἀγῶνας ἐπιτηδεύων, πάντως κενοδοξεῖ, ὡς εἰληφέναι δοκῶν τοὺς στεφάνους πρὸ τῶν ἱδρώτων· οὐκ εἰδὼς, ὅτι διὰ τοὺς στεφάνους οἱ C πόνοι, ἀλλ' οὐ διὰ τοὺς πόνους οἱ στέφανοι. Φύσει γὰρ ἀμελέτητος πᾶσα καθέστηκε μέθοδος, τοῦ δι' ὃ πέφυκεν ἐπιτηδεύεσθαι ἐξανυσθέντος, ἢ ἐξανυσθῆναι δόξαντος.

SCHOLIA.

1. Domini, inquit, baptisma, plena est nostræ voluntatis, quod ad mundum sensibus objectum attinet, mortificatio : calix vero, hujus ipsius vitæ nostræ pro veritate abnegatio.

2. Veritatem quidem esse dicit, divinam scientiam : virtutem vero, eorum qui ejus desiderio tenentur illius causa certamina. Qui igitur scientiæ causa virtutis labores sustinet, inanis gloriæ vitio non laborat, qui veritatem natura laboribus incomprehensam esse non nesciat. Non enim comparatum est, ut primum secundis natura circumscribatur. Qui autem scientiam ob certamina illius causa desudanda colit, omnino inani gloria laborat, qui ante sudores coronam se accepisse arbitretur : nempe non intelligens, propter coronas ponendos labores, non coronas propter labores. Sic enim natura comparatum, ut nulla methodus viaque ineatur, ejus gratia quod absolutum sit, aut absolutum existimetur

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΛΑ'.

Εἰ οὐκ ἐν χειροποιήτοις ναοῖς ὁ Θεὸς κατοικεῖ, πῶς κατῴκει ἐν τῷ ναῷ τῶν Ἰουδαίων ;

QUÆSTIO XXXI.

Si Deus in templis non manufactis habitat, quomodo habitabat in templo Judæorum [74] ?

Ἀπόκρισις.

Ὁ τῆς ἀναλογίας σοφῶς τῶν προνοουμένων φροντίζων ὁ Θεὸς, πρότερον διὰ τῶν τύπων συμφυῶς τοῖς δι' αἰσθήσεων οἰκονομουμένοις πρὸς τὴν ἀλήθειαν ποδηγῶν, πᾶσιν ἑαυτὸν τοῖς δοθεῖσι τῷ παλαιῷ λαῷ D τύποις ἀφανῶς ἐγκατέμιξεν, ἐνεργῶν τὴν τῶν παιδαγωγουμένων ἀνάβασιν. Ὤκει τοίνυν ἐν τῷ ναῷ τῶν Ἰουδαίων ὁ Θεὸς, τυπικῶς, ἀλλ' οὐκ ἀληθῶς, περιγράφων τῇ τοιᾷδε περὶ τὸν ναὸν οἰκήσει [Fr. κατ' αὐτὸν οἰκήσει], πάσης τῆς μυσταγωγουμένης τῶν προνοουμένων παιδαγωγίας τὴν ἄῤῥητον βουλήν. Ἐπιτηδειότατος γὰρ πρὸς κατοικητήριον Θεοῦ μόνος ὁ καθαρὸς ὑπάρχει νοῦς· δι' ὃν τὸν τυπικὸν οἰκοδομηθῆναι ναὸν συνεχώρησε, διὰ τῶν ἄγαν παχυτέρων συμβόλων, τὸν πολὺ πλέον τῶν ἀναισθήτων τόπων [Fr. τύπων] παχυθέντα νοῦν τῶν Ἰουδαίων, ἀνασπάσαι τῆς ὕλης βουλόμενος, συνιδόντα τὸ πρὸς κατοί-

Responsio.

Qui sapienter, eorum qui providentia reguntur, facultatis ac captus rationem habet, Deus, cum prius per figuras, pro eo ac ferebant, exque genio habebant, hi, qui ex sensu disponebantur, ad veritatem dirigeret ; cunctis veteri populo concessis typis sese obscure immiscebat, iis qui erudiebantur, ascensum parans. Habitabat itaque Deus in Judæorum templo ; figurate, non ipsa veritate, templi illa habitatione, secretioris sacratiorisque provisorum doctrinæ arcanum consilium circumscribens. Summe enim idoneus ad Dei habitaculum locus, solus mundus animus est ; cujus causa figurale templum exstruendum concesserat ; ut longe crassioribus symbolis, Judæorum animum ipsis rerum sensu carentium figuris multo crassiorem redditum, a terrenis avelleret : qui nempe ex terrena

[74] Act. xvii, 24.

Digitized by Google

atque dissentanea loci ratione, nihil ipsum ad Dei habitationem idoneum esse intelligeret; hincque adeo, eorum quæ illi a natura insunt, omnino sensum 75 perciperet. Quod cum non intellexisset, qui solum pietatis larva fastum per superbiam Judæus alebat, tum figura rite privatus est, tum se male extraneum fecit a veritate.

SCHOLION.

1. Qui solam scientiæ formam, quod est nudus sermo; ac qui virtutis imaginem, quod sunt nudi mores, colit; ipse quoque Judæus est, inquit, veritatis figuris inflatus.

QUÆSTIO XXXII.

Quid sibi vult, « Si forte attrectent et inveniant Deum [75]*? » Quanam quis ratione attrectando Deum invenit?*

Responsio.

Qui oculis conspicuum legis omnem corporalem cultum non secundum sensum videt, sed mentis cogitatu singula quæque aspectabilia symbola dispicit, divine perfectam in singulis occultam edoctus rationem, in ratione Deum invenit; præclare palpans intelligentis animi facultate, velut in colluvie (terrena scilicet concretione) legalium constitutionum, sicubi in carne legis occultum, qui sensus vim prorsus fugiat, unionem (id est, rationem) invenerit. Simili quoque ratione etiam qui rerum oculis subjectarum naturam non solo definit sensu, sed sapienter mentis vestigatione exsistentem in singulis rebus creatis rationem scrutatur, Deum invenit, ex objecta structuræ rerum magnificentia, earumdem rerum auctorem condiscens.

Quia igitur attrectantis, seu palpantis, propria discretio est: qui legalia symbola spiritali intelligentia percurrit, rerumque oculis subjectarum naturam scientiæ radio contuetur, Scripturam et creaturam, seque ipsum discernens: Scripturam quidem, in litteram et spiritum; creaturam autem, in rationem et quod exterius subjectum oculis est: se vero, in mentem et sensum. Atque ex Scriptura, spiritum; ex creatura, rationem; ex se, mentem assumens, insolubilique hæc nexu inter se copulans, Deum invenit, ut qui Deum, in mente et ratione et spiritu exsistentem, pro eo ac decet et concessum homini est, agnoverit; ab omnibus errorem consciscentibus, inque 76 innumeras opiniones trahentibus (littera scilicet, exteriorique specie et sensu, quibus diversa, ac unitati adversa, inest quantitas) liberatus. Sin autem quispiam legis litteram, rerumque oculis subjectarum externam speciem, ac sensum proprium invicem complicando confuderit, cæcus est lusciosus auctoris rerum ignorantia laborans.

SCHOLIUM.

1. Qui solum, inquit, Scripturæ spiritum absque typis, ac creaturæ rationes absque figuris, sola mente, sensus operatione soluta, conspexit, Deum

[75] Act. xvii, 27.

κησιν Θεοῦ ἀνεπιτήδειον ἐκ τοῦ προσύλου καὶ ἀπεμφαίνοντος· κἀκ τούτου, τῆς τῶν προσόντων αὐτῷ φυσικῶς γενέσθαι διόλου συναισθήσεως. Ὅπερ μὴ διαγνοὺς, ὁ μόνον τὸν κατ' εὐσέβειαν τῦφον ἐξ ὑπερηφανίας διατρέφειν εἰδὼς Ἰουδαῖος (1), καὶ τοῦ τύπου καλῶς ἐστερήθη, καὶ τῆς ἀληθείας ἑαυτὸν κακῶς ἀπεξένωσεν.

ΣΧΟΛΙΟΝ

α'. Ὁ μόνην τῆς γνώσεως τὴν μορφὴν, ὅπερ ἐστὶν ὁ ψιλὸς λόγος· καὶ ὁ τὴν εἰκόνα τῆς ἀρετῆς, ὅπερ ἐστὶ, τὸ ψιλὸν ἦθος ἐπιτηδεύων, Ἰουδαῖός ἐστι, φησὶ, καὶ αὐτὸς ἀληθείας τύποις φυσιούμενος.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΛΒ'.

Τί ἐστιν, « Εἰ ἄρα ψηλαφήσειεν, καὶ εὕροιεν Θεόν; » Πῶς τις ψηλαφῶν εὑρίσκει Θεόν;

Ἀπόκρισις.

Ὁ πᾶσαν τὴν φαινομένην τοῦ νόμου σωματικὴν λατρείαν μὴ κατ' αἴσθησιν ὁρῶν, ἀλλὰ ταῖς κατὰ νοῦν ἐφόδοις ἕκαστον τῶν ὁρωμένων συμβόλων διασκοπήσας, τὸν ἐν ἑκάστῳ κεκρυμμένον θεοτελῆ λόγον ἐκδιδασκόμενος, ἐν τῷ λόγῳ τὸν Θεὸν εὑρίσκει· καλῶς ψηλαφῶν διὰ τῆς νοερᾶς δυνάμεως, ὡς ἐν φορυτῷ τῇ ὕλῃ τῶν νομικῶν διατάξεων, εἴπου κεκρυμμένον εὕροι τῇ σαρκὶ τοῦ νόμου, τὸν τὴν αἴσθησιν παντελῶς διαφεύγοντα μαργαρίτην λόγον. Ὡσαύτως δὲ καὶ ὁ τὴν φύσιν τῶν ὁρωμένων μὴ τῇ αἰσθήσει μόνῃ περιγράφων, ἀλλὰ κατὰ νοῦν σοφῶς τὸν ἐν ἑκάστῳ κτίσματι λόγον διερευνώμενος, εὑρίσκει Θεὸν, ἀπὸ τῆς προβεβλημένης τῶν ὄντων μεγαλουργίας, τὴν αὐτῶν τῶν ὄντων διδασκόμενος αἰτίαν.

Ἐπειδὴ τοίνυν ἴδιον τοῦ ψηλαφῶντος ἡ διάκρισίς ἐστιν, ὁ τὰ νομικὰ σύμβολα γνωστικῶς ἐπερχόμενος (1), καὶ τὴν φαινομένην τῶν ὄντων φύσιν ἐπιστημονικῶς θεώμενος, διακρίνων τὴν Γραφὴν, καὶ τὴν κτίσιν, καὶ ἑαυτόν· τὴν μὲν Γραφὴν, εἰς γράμμα καὶ πνεῦμα· τὴν δὲ κτίσιν, εἰς λόγον καὶ ἐπιφάνειαν· ἑαυτὸν δὲ, εἰς νοῦν καὶ αἴσθησιν· καὶ τῆς μὲν Γραφῆς, τὸ πνεῦμα· τῆς δὲ κτίσεως, τὸν λόγον· ἑαυτοῦ δὲ, τὸν νοῦν λαβὼν καὶ ἀλλήλοις ἁλύτως ἑνώσας, εὗρε Θεὸν, ὡς ἐπιγνοὺς, καθὼς δεῖ καὶ δυνατόν ἐστι τὸν Θεὸν, τὸν ἐν νῷ καὶ λόγῳ καὶ πνεύματι· πάντων τῶν πλανώντων, καὶ εἰς μυρίας δόξας κατασυρόντων ἀλλαγείς· λέγω δὴ γράμματος καὶ ἐπιφανείας καὶ αἰσθήσεως, ἐν οἷς ἡ διάφορος ὑπάρχει ποσότης, καὶ τῆς μονάδος ἀντίθετος· εἰ δὲ τὸ γράμμα τοῦ νόμου, καὶ τὴν τῶν ὁρωμένων ἐκφάνειαν, καὶ τὴν οἰκείαν αἴσθησιν ἀλλήλοις τις προσπλέξας συμφύρῃ, τυφλός ἐστι μυωπάζων, τὴν τῆς αἰτίας τῶν ὄντων ἀγνωσίαν νοσῶν.

ΣΧΟΛΙΟΝ.

α'. Ὁ μόνον, φησὶ, τῆς Γραφῆς τὸ πνεῦμα δίχα τῶν τύπων· καὶ τῆς κτίσεως δίχα τῶν σχημάτων τοὺς λόγους, κατὰ μόνον τὸν νοῦν, τῆς κατὰ τὴν αἴσθησιν

Digitized by Google

ἐνεργείας ἀπηλλαγμένον ἐωρακὼς, εὗρεν Θεόν· ἐν μὲν τῷ πνεύματι τῆς Γραφῆς, ὡς ἀγαθότητος· ἐν δὲ τοῖς τῶν ὄντων λόγοις, ὡς δυνάμεως· ἐν ἑαυτῷ δὲ, ὡς σοφίας αἴτιον. Οἱ γὰρ τῶν ἐξ οὐκ ὄντων λόγοι, τὴν δύναμιν ἀφηγοῦνται τοῦ Κτίσαντος· καὶ τὸ τῆς Γραφῆς πνεῦμα πρὸς θέωσιν ἐπανάγων πλανηθέντας, τὴν ἀγαθότητα διαγγέλλει τοῦ γράψαντος· καὶ τὸ καθ' ἡμᾶς νοερὸν, ἀδιαστάτως τοὺς τῶν γεγονότων λόγους χωροῦν, ἀναφανδὸν τὴν τοῦ Τεχνίτου κηρύσσει σοφίαν.

A invenit; in Scripturæ quidem spiritu, ut bonitatis auctorem; in rerum vero rationibus, ut potentiæ; in se autem, ut sapientiæ. Quæ enim ex non existentibus rationes sunt, ejus qui condidit potentiam enarrant: Scripturæ quoque spiritus, qui errore seducti sunt ad deificationem reducens, ejus qui scripsit bonitatem annuntiat; mensque nostra indivise creatorum rationes capiens, Artificis palam sapientiam prædicat.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΛΓ'.

Τί ἐστιν· « Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ὃς ἂν εἴπῃ τῷ ὄρει τούτῳ, Ἄρθητι καὶ βλήθητι εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ μὴ διακριθῇ ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ, ἀλλὰ πιστεύσῃ ὅτι ἃ λέγει γίνεται, ἔσται αὐτῷ ὃ ἐὰν εἴπῃ ; » Τί ἐστι τὸ, « Καὶ μὴ διακριθῇ ; »

B

Ἀπόκρισις.

Ὁ μὲν θεῖος καὶ μέγας Ἀπόστολος, τί ἐστι πίστις ὁρίζων, φησί· « *Πίστις ἐστὶν ἐλπιζομένων ὑπόστασις, καὶ πραγμάτων ἔλεγχος οὐ βλεπομένων.* » Εἰ δέ τις καὶ ἐνδιάθετος ἀγαθὸν αὐτὴν ὁρίσαιτο, καὶ γνῶσιν ἀληθῆ τῶν ἀπορρήτων ἀγαθῶν ἀποδεικτικὴν, τῆς ἀληθείας οὐ διήμαρτεν. Ὁ δὲ Κύριος διδάσκων περὶ τῶν ἀπορρήτων ἀγαθῶν, καὶ τῶν ἐλπιζομένων, καὶ οὐχ ὁρωμένων, φησίν· « *Ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ ἐντὸς ὑμῶν ἐστιν.* » Ἀκούων ταύτὸν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ, ἡ τοῦ Θεοῦ πίστις ἐστὶν, κατὰ μόνην ἐπίνοιαν διαιρουμένη πρὸς τὴν βασιλείαν. Ἡ μὲν γὰρ πίστις ἀνείδεος Θεοῦ βασιλεία ἐστὶν (1)· ἡ δὲ βασιλεία, πίστις θεοειδῶς εἰδοποιηθεῖσα.

C

Ὥστε κατὰ τοῦτον τὸν λόγον, οὐκ ἐκτὸς ἡμῶν ἐστιν ἡ πίστις, ἥτις ἐνεργουμένη ταῖς θείαις ἐντολαῖς, γίνεται βασιλεία Θεοῦ, μόνοις γινωσκομένη τοῖς ἔχουσιν· ἡ δὲ βασιλεία τοῦ Θεοῦ ἐνεργουμένη πίστις ἐστὶ· ἡ δὲ βασιλεία τοῦ Θεοῦ τῶν κατ' αὐτὴν βασιλευόντων ἄμεσον πρὸς Θεὸν ποιεῖται τὴν ἕνωσιν.

Ἡ πίστις ἀπεδείχθη σαφῶς ὑπάρχουσα δύναμις σχετικὴ (2) τῆς ὑπὲρ φύσιν ἀμέσου τοῦ πιστεύοντος πρὸς τὸν πιστευόμενον Θεὸν τελείας ἑνώσεως. Ἐπειδὴ τοίνυν ὁ ἄνθρωπος ἐκ ψυχῆς ὑπάρχων καὶ σώματος, ἐπὶ ταλαιπωρεῖται νόμοις (σαρκὸς λέγω καὶ πνεύματος), καὶ ὁ μὲν τῆς σαρκὸς νόμος, κατὰ τὴν αἴσθησιν, ὁ δὲ τοῦ πνεύματος, κατὰ τὸν νοῦν κέκτηται τὴν ἐνέργειαν· καὶ ὁ μὲν τῆς σαρκὸς, ὕλῃ συνδεῖν πέφυκε, κατὰ τὴν αἴσθησιν ἐνεργούμενος· ὁ δὲ τοῦ πνεύματος, κατὰ τὸν νοῦν ἐνεργούμενος, πρὸς τὸν Θεὸν ἀμέσως ποιεῖται τὴν ἕνωσιν· εἰκότως *ὁ μὴ διακριθεὶς ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ* (3), τουτέστι, τῷ νοῒ μὴ διακρίνας, ἔχων διατεμὼν τὴν διὰ τῆς πίστεως πρὸς τὸν Θεὸν γεγενημένην ἄμεσον ἕνωσιν, ὡς ἀπαθὴς, μᾶλλον δὲ Θεὸς ἤδη διὰ τῆς πίστεως τῇ ἑνώσει γεγενημένος· *ἐρεῖ τῷ ὄρει τούτῳ μεταβῆναι, καὶ μεταβήσεται*· δεικτικῶς διὰ τοῦ, *τούτῳ*, φάναι, τὸ φρόνημα καὶ τὸν νόμον δηλῶν τῆς σαρκὸς, τὸν βαρὺν ὄντως καὶ δυσμετακίνητον· καὶ ὅσον πρὸς δύναμιν φυσικὴν, παντελῶς ἀκίνητον καὶ ἀσάλευτον. Τοσοῦτον γὰρ ἐμβρίζονται τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων διὰ τῆς

D

QUÆSTIO XXXIII.

Quid sibi vult, « Amen dico vobis, quia quicunque dixerit huic monti: Tollere et mittere in mare, et non diremerit in corde suo; sed crediderit quia quodcunque dixerit, fiet, erit illi quodcunque dixerit [16]? » Quid est, « Et non diremerit? διακριθῇ? »

Responsio.

Divinus magnusque Apostolus, dum definit quidnam sit fides, *Fides*, ait, *est sperandarum substantia rerum, et argumentum non apparentium* [17]. Quod si etiam aliquis, bonum animo repositum, veramque scientiam arcanorum illorum bonorum demonstrationem habentem, eam definierit, a veritate non aberrarit. Dominus autem, cum de arcanis, inque spe positis, nec aspectabilibus bonis, doctrinam proponeret, *Regnum Dei*, inquit, *intra nos est* [18]. Igitur regnum Dei, Dei fides est, soloque hæc subtili cogitatu distinguuntur. Nam fides quidem, informe Dei regnum est: regnum autem, fides deiformiter specie formata est.

Juxta hanc igitur rationem, fides non extra nos est; divinisque exercita mandatis, regnum Dei efficitur, iis solum cognitum, qui illius compotes sunt. Regnum autem Dei, fides exercita est. Porro regnum Dei, eorum qui **77** ex ejus rationibus regnant, immediatam cum Deo unionem operatur.

Fidem aperte probatum est vim esse σχετικὴν (habitudinalem dicamus, seu affectualem) naturæ superioris immediatæ, ipsius qui credit, cum Deo quem credit, perfectæ unionis. Quia igitur homo ex anima exsistens ac corpore, duplici lege jactatur (carnis scilicet ac spiritus), ac quidem carnis lex, sensu, lex vero spiritus, mente vim ac efficaciam habet, ac carnis quidem legi comparatum ut terrenis devinciat, quæ nimirum sensu efficax sit: spiritus vero, quæ ipsa mente sit efficax, ut cum Deo immediate uniat; merito, *qui non diremit in corde suo*, hoc est, non discrevit, sive immediatam cum Deo unionem quæ per fidem est non dissecuit, velut tranquillæ mentis atque a vitiis affectibusque immunis, quinimo deus jam per fidem, unionis vi, effectus, *dicet monti huic, ut transeat, et transibit*: ut demonstrandi illa voce, *huic*, sensum denotet ac legem carnis, gravem plane ac difficile mobilem, quodque attinet ad naturæ vires, prorsus immobilem inconcussamque. Sic enim altas sensus opera in hominum natura, quæ sine ratione affectio est

[16] Marc. xi, 23. [17] Hebr. xi, 1. [18] Luc. xvii, 21.

Digitized by Google

atque passio, egit radices, ut non pauci nihil aliud hominem esse existiment, quam carnem, ad præsentis vitæ fruendam jucunditatem sensus usu præditam. Omnia igitur sunt possibilia credenti, qui non dirimatur, id est, dividatur a mentis cum Deo, quæ per fidem est, unione, ob animæ ad corpus per sensum affectionem : quæcunque scilicet a mundo et carne animum abjungunt, Deoque præclare gesta devinciunt.

SCHOLIA.

1. Nudam fidem, regnum informe vocat, quod divina virtutum similitudine careat. Regnum vero vocat eam fidem, quæ divinam bonitatis formam per opera habeat.

2. Fides, inquit, scientia est indemonstrabilis. Sin autem scientia indemonstrabilis, ergo habitudo natura superior est ; qua, ignota ratione, non vi demonstrationis, Deo unimur, unione ejusmodi quæ mentis sensum omnem exsuperet.

3. Quæ medio careat, unionem cum Deo nacta mens, cogitandi vim et ut cogitemur, natura penitus vacantem, habet. Hanc igitur ubi solverit cogitando aliquid eorum, quæ a Deo secunda sunt, diremit, seu dirempta est, scissa unione quæ omnem cogitatum excedit ; qua, quandiu animus Deo conjunctus est, velut natura superior ac divino commercio deus effecta, tanquam montem immobilem a se naturæ legem transfert.

4. Ex superioribus repetendum illud : *Omnia possibilia sunt credenti ;* quæ scilicet a mundo et carne animum abjungunt. Hæc enim sunt, quæ Deo præsciante, credenti possibilia sunt.

78 QUÆSTIO XXXIV.

Quid sibi iterum vult : « Propterea dico vobis, omnia quæcunque orantes petitis, credite quia accipietis et fiet vobis[79]*? » Quomodo quis potest credere accepturum se omnia quæ petit, cum solus Deus noverit an conducat, necne, quod petitur ? Quod si ex ignorantia quod non est conducibile petit, quomodo præbebit ? Sin autem non præbebit quod non conducibiliter ex ignorantia petitur, quonam quis modo credere potest accepturum se quidquid petierit, ac fore ut fiat ei ?*

Responsio.

Hujusce quæstionis capita omnia in superiori per compendium soluta sunt. Iis enim duntaxat qui noverunt quomodo sit credendum, competit ut sciant quid sit, et quomodo, ac de quibus sit petendum : *Non enim omnium est scientia*[80] ; uti neque fides. Cæterum, cum Dominus dicat : *Quærite primum regnum Dei et justitiam ejus*[81] ; hoc est, ante omnia cognitionem veritatis, ac tum convenientium morum cultum, aperte ostendit solam fidelibus quærendam esse divinam scientiam, ac quæ illam operum cultu exornat, virtutem. Cum igitur multa fi-

αἰσθήσεως τῆς ἀλογίας ἡ δύναμις. ὥστε τοὺς πολλοὺς μηδ' ἄλλο τι νομίζειν εἶναι τὸν ἄνθρωπον, ἢ σάρκα, δύναμιν πρὸς ἀπόλαυσιν τῆς παρούσης ζωῆς τὴν αἴσθησιν ἔχουσαν. Πάντα γοῦν δυνατὰ τῷ πιστεύοντι καὶ μὴ διακρινομένῳ · τουτέστι, μὴ διαιρουμένῳ τῆς κατὰ νοῦν διὰ τῆς πίστεως γεγενημένης αὐτῷ πρὸς τὸν Θεὸν ἑνώσεως, διὰ τὴν πρὸς τὸ σῶμα τῆς ψυχῆς κατὰ τὴν αἴσθησιν σχέσιν· ὅσα κόσμου καὶ σαρκὸς τὸν νοῦν ἀλλοτριοῖ (1), Θεῷ δὲ προσοικειοῖ τετελειωμένα τοῖς κατορθώμασιν.

ΣΧΟΛΙΑ.

α'. Τὴν ψιλὴν πίστιν λέγει βασιλείαν ἀνείδεον, οὐκ ἔχουσαν τὴν ἐκ τῶν ἀρετῶν θείαν ὁμοίωσιν. Βασιλείαν δὲ λέγει τὴν ἔχουσαν διὰ τῶν ἔργων τὴν θείαν μορφὴν τῆς ἀγαθότητος πίστιν.

β'. Πίστις, φησὶν, ἀναπόδεικτος γνῶσίς ἐστιν. Εἰ δὲ γνῶσις ἀναπόδεικτός ἐστιν, ἄρα σχέσις ἐστὶν ὑπὲρ φύσιν ἡ πίστις, δι' ἧς ἀγνώστως, ἀλλ' οὐκ ἀποδεικτικῶς ἑνούμεθα τῷ Θεῷ, κατὰ τὴν ὑπὲρ νόησιν ἕνωσιν.

γ'. Τὴν ἄμεσον λαβὼν πρὸς τὸν Θεὸν ἕνωσιν ὁ νοῦς, τὴν τοῦ νοεῖν καὶ νοεῖσθαι κατὰ φύσιν παντελῶς δύναμιν ἔχει σχολάζουσαν. Ὁπηνίκα γοῦν ταύτην λύσῃ νοήσας τι τῶν μετὰ Θεὸν, διεκρίθη τεμὼν τὴν ὑπὲρ νόησιν ἕνωσιν · καθ' ἣν ἕως ἐστὶ τῷ Θεῷ συνημμένος, ὡς ὑπὲρ φύσιν, καὶ τῇ μεθέξει θεὸς γεγενημένος, καθάπερ ὄρος ἀκίνητον, ἑαυτοῦ τὸν τῆς φύσεως μετατίθησι νόμον.

δ'. Προσυπακουστέον φησὶ τό · *Πάντα δυνατὰ τῷ πιστεύοντι*, τὰ ὅσα κόσμου καὶ σαρκὸς τὸν νοῦν ἀλλοτριοῖ. Ταῦτα γάρ εἰσι τὰ δυνατὰ τῷ πιστεύοντι παρὰ Θεῷ.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΛΔ'.

Τί πάλιν ἐστί· « Διὰ τοῦτο λέγω ὑμῖν, ὅτι πάντα ὅσα ἂν προσευχόμενοι αἰτεῖσθε, πιστεύετε ὅτι λαμβάνετε, καὶ ἔσται ὑμῖν ; » Πῶς τις δύναται πιστεύειν, ὅτι πάντα λαμβάνει αἰτῶν, μόνου Θεοῦ εἰδότος εἰ συμφέρει τὸ αἰτούμενον, ἢ μή, Καὶ εἰ ἐξ ἀγνοίας ὃ οὐ συμφέρει αἰτεῖ, πῶς παρέχει ; Καὶ εἰ οὐ παρέχει τὸ μὴ συμφερόντως ἐξ ἀγνοίας αἰτούμενον, πῶς πιστεύειν τις δύναται ἐπὶ παντὶ αἰτήματι ὅ τι λαμβάνει, καὶ ἔσται αὐτῷ ;

Ἀπόκρισις.

Πάντα μὲν ἐπὶ τοῦ παρόντος κεφάλαια κατ' ἐπιτομὴν ἐν τῷ πρὸ αὐτοῦ ἐπιλέλυται. Μόνων γὰρ τῶν ἐπεγνωκότων πῶς δεῖ πιστεύειν, ἐστὶ τὸ εἰδέναι, τί δεῖ, καὶ πῶς, καὶ περὶ τίνων αἰτεῖσθαι. *Οὐ γὰρ πάντων ἡ γνῶσις*, ὥσπερ οὐδὲ πίστις. Πλὴν ὁ Κύριος εἰπών · *Ζητεῖτε πρῶτον τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ καὶ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ* · τουτέστι, πρὸ πάντων τὴν ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας, καὶ οὕτω τὴν τῶν καθηκόντων τρόπων ἐξάσκησιν · σαφῶς ἔδειξε περὶ μόνης τῆς θείας γνώσεως δεῖν ζητεῖν τοὺς πιστεύοντας, καὶ τῆς αὐτὴν κοσμούσης διὰ τῶν ἔργων ἀρε-

[79] Marc. xi, 24. [80] II Thess. iii, 2. [81] Matth. vi, 37.

Digitized by Google

τῆς. Ἐπειδὴ γοῦν πολλὰ τυγχάνει τὰ πρὸς γνῶσιν θεοῦ καὶ ἀρετὴν ζητούμενα τοῖς πιστεύουσιν, ἀπαλλαγὴ παθῶν, ὑπομονὴ πειρασμῶν, ἀρετῶν λόγοι, τρόποι ἐνεργειῶν, ἐξήλωσις τῆς πρὸς σάρκα τῆς ψυχῆς διαθέσεως, ἀποξένωσις τῆς πρὸς τὰ αἰσθητὰ τῆς αἰσθήσεως σχέσεως, τοῦ νοῦ παντελὴς ἀπὸ πάντων τῶν γεγονότων ἀναχώρησις· καὶ ἁπλῶς μυρία ἄλλα ἐστὶ τὰ πρὸς ἀποχὴν μὲν κακίας καὶ ἀγνωσίας, κατόρθωσιν δὲ γνώσεως καὶ ἀρετῆς, εἰκότως ὁ Κύριος ἔφη· *Πάντα ὅσα ἂν αἰτῆσθε πιστεύοντες, λήψεσθε*· πάντα ἁπλῶς τὰ πρὸς ἐπίγνωσιν Θεοῦ καὶ ἀρετὴν συντείνοντα, μόνα καὶ ζητεῖν καὶ αἰτεῖν, μετ' ἐπιστήμης καὶ πίστεως δεῖν εἰπὼν τοὺς εὐσεβεῖς. Ταῦτα γὰρ πάντα συμφέρει, καὶ πάντως δίδωσιν αὐτὰ τοῖς αἰτουμένοις ὁ Κύριος. Ὁ τοίνυν διὰ μόνην τὴν πίστιν, ἤγουν τὴν πρὸς Θεὸν ἄμεσον ἕνωσιν, πάντα ζητῶν τὰ πρὸς τὴν ἕνωσιν, πάντως λήψεται. Ὁ δὲ ταύτης δίχα τῆς αἰτίας, κἂν ἄλλα, κἂν τὰ προειρημένα ζητῇ, οὐ λήψεται· οὐ γὰρ πιστεύει, ἀλλ' οἰκείαν ὡς ἄπιστος διὰ τῶν θείων πραγματεύεται δόξαν.

A delibus ad Dei scientiam ac virtutem quærendam incumbant, nempe, liberatio ab affectibus atque vitiis, tentationum forti animo tolerantia, virtutum rationes, modi operationum, affectionis animi ad carnem avulsio, sensus a rerum sensilium libidine avocatio, plena mentis a creatis secessio : ac omnino innumera alia eo spectantia, ut a vitiis atque ignorantia, temperemus, scientiaque ac virtute probe perfungamur, merito ait Dominus : *Omnia quæcunque petieritis credentes, accipietis;* omnia simpliciter ad Dei scientiam atque virtutem spectantia, sola cum scientia ac fide, piis tum quærenda, tum petenda dicens. Hæc enim omnia conducunt, datque omnino Dominus ea petentibus. Qui igitur ob solam fidem (id est, immediatam cum Deo unionem) cuncta quærit ad eam conciliandam, prorsus accipiet. Qui autem alia de causa, sive alia, sive quæ dicta sunt, quærit, **79** non accipiet. Non enim credit, sed suam, ut infidelis, per divina gloriam struit.

B

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΛΕ'.

Ἐπειδὴ ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ οὐ μόνον σὰρξ, ἀλλὰ καὶ αἷμα καὶ ὀστᾶ· καὶ κελευόμεθα ἐσθίειν μὲν τὴν σάρκα, πίνειν δὲ τὸ αἷμα, μὴ συντρίβειν δὲ τὰ ὀστᾶ, παρακαλῶ μαθεῖν, τίς ἡ τριμερὴς αὕτη τοῦ ἀνθρωπισθέντος Λόγου ὕπαρξις;

QUÆSTIO XXXV.

Quandoquidem Verbum caro factum est, nec solum caro, verum etiam sanguis et ossa; jubemurque manducare carnem et bibere sanguinem[82]; *ossa vero non comminuere*[83]; *quæso doceas, quænam trinembris illa Verbi facti hominis divisio exsistat?*

Ἀπόκρισις.

Εἰς οὐσίαν ἐλθεῖν βουληθεὶς ὡς οἶδεν αὐτὸς ὁ ὑπερούσιος Λόγος καὶ πάντων τῶν ὄντων δημιουργὸς (1), τοὺς τῶν ὄντων πάντων τῶν φαινομένων καὶ νοουμένων, μετὰ τῶν ἀκαταλήπτων τῆς οἰκείας θεότητος νοημάτων, φυσικοὺς ἐπιφέρεται λόγους· ὧν, τῶν μὲν νοητῶν οἱ λόγοι, εἶεν τὸ αἷμα τοῦ Λόγου· τῶν δὲ αἰσθητῶν οἱ λόγοι, ἡ φαινομένη Λόγου ἔστω σάρξ. Ἐπειδὴ τοίνυν, καὶ τῶν ἐν τοῖς φαινομένοις, καὶ τῶν ἐν τοῖς νοουμένοις πνευματικῶν λόγων ὑπάρχει ἐπιστήμων ὁ Λόγος· πρεπόντως καὶ κατὰ λόγον δίδωσι τοῖς ἀξίοις, ὡς σάρκα φαγεῖν, τὴν ἐν τοῖς λόγοις τῶν ὁρωμένων ἐπιστήμην· καὶ ὡς αἷμα πίνειν, τὴν ἐν τοῖς λόγοις τῶν νοουμένων γνῶσιν· οὓς καὶ ἡ Σοφία διὰ τοῦ κρατῆρος, καὶ τῶν θυμάτων πόρρωθεν μυστικῶς διὰ τῶν Παροιμιῶν ἡτοιμάσατο. Τὰ δὲ ὀστᾶ, τουτέστι τοὺς ὑπὲρ νόησιν περὶ θεότητος λόγους, πάσῃ γενητῇ φύσει κατὰ τὸ ἴσον ἀπείρως ἀπέχοντας, οὐ δίδωσιν· οὐκ ἐχούσης τῆς τῶν ὄντων φύσεως κατά τινα δύναμιν πρὸς τούτους τὴν ἐπιβαλλομένην σχέσιν.

Responsio.

C Verbum, quod essentia superius omniumque opifex est, qua novit ipsum ratione essentia formari, et ad ea quæ hominis sunt venire volens, rerum omnium tum quæ oculis conspiciuntur, tum quæ mente percipiuntur naturales rationes, una cum incomprehensis suis notionibus infert. Ex iis, eorum rationes, quæ mente percipiuntur, Verbi sanguis sint : itidemque eorum rationes, quæ in sensum cadunt, Verbi caro aspectabilis. Quia igitur Verbum spiritalium doctor rationum est, tum quæ in rebus oculis conspicuis, tum quæ sola mente perceptibilibus exsistunt, convenienter justaque ratione, velut carnem, exsistentem in rerum aspectabilium rationibus scientiam, dignis vescendam tradit; velut autem sanguinem, quæ rerum mente intelligibilium rationibus inest, scientiam propinat : quas et olim Sapientia per craterem et hostias procul mystice paravit, ut est auctor Parœmiastes[84]. Ossa autem, nempe vim omnem mentis superantes de Deitate rationes, quæ omnem pariter naturam creatam infinite excedant, non præbet : quod per nullam facultatem ad eas suscipiendas natura habilis est.

D

Καὶ πάλιν, σάρξ ἐστι τοῦ Λόγου, ἡ ἀληθὴς ἀρετή· αἷμα δέ, ἡ ἀπταιστος γνῶσις· ὀστᾶ δὲ, ἡ ἀπόρρητος θεολογία (2). Τρόπον γὰρ αἵματος, κατ' εἶδος εἰς σάρκα μεταβαλλομένου, καὶ ἡ γνῶσις διὰ τῆς πρακτικῆς, εἰς ἀρετὴν μεταπλάττεται· καὶ ὀστέων δίκην στατικῶν αἵματος καὶ σαρκὸς, καὶ οἱ πάσης ἐπ-

Ac rursus, Verbi caro, vera virtus est : sanguis, omni vacans errore scientia : ossa vero, arcana theologia (id est, de Deo scientia). Pene enim sanguinis more, qui in carnem secundum speciem vertitur, etiam cognitio ac scientia actionis cultu in virtutem transmutatur : instarque ossium sangui-

[82] Joan. I, 14; VI, 41; XIX, 36. [83] Exod. XII, 46. [84] Prov. IX, 2.

Digitized by Google

nem ac carnem conflantium, quæ in rebus, omni cogitatu majores de Deitate rationes, rerum ignote essentias et creant, 80 et in rerum natura conservant : omnemque scientiam ac virtutem conflant.

Sin autem etiam quæ de judicio ac providentia rationes sunt, carnem esse et sanguinem quis dicat (quippe quas futurum ut quandoque comedamus atque bibamus) : ossa autem, quæ in eis latent arcanas de Deitate rationes, haud puto ab eo quod verisimile sit, excesserit.

Forte vero etiam rursus Verbi caro est, naturæ ad seipsum per virtutem et scientiam reversio ac restitutio : sanguis vero, quæ eam ut semper beatitudine fruatur gratiæ munere conservatura est, beatificatio. Ossa autem, ipsa ad beatitudinis perennitatem per deificationem naturam continens ignota vis ac potentia.

Sin autem quis etiam subtilius dixerit esse carnem, spontaneam virtutum cultu mortificationem : sanguinem vero, quæ adversis casibus ac tormentis veritatis causa mortis consummatio accedit : ossa autem, primas de Deitate humanæ menti inconcessas rationes; is quoque rite locutus sit, nec a conveniente intelligentia quidquam exciderit.

SCHOLIA.

1. Essentiam dicit et facultatem uniuscujusque rei, et operationem, in quibus res omnes intelliguntur; ac quibus Deus nobis creator, provisorque et judex cognoscitur. Vel rerum (ut sic loquar) bine diversas partes, carum quæ sensu percipiuntur, materiam et formam; quæ autem mente intelliguntur, substantiam et accidens; vel etiam virtutem et scientiam, quibus dignis cognoscitur, qui omnem scientiam excedit et notitiam.

2. Arcana theologia, est plena secundum excellentiam scientiæ cognitionisque privatio, tantum ignota, quantum nota sunt quorum est naturalis cognitio.

3. Sanguinem pro deificatione usurpavit, ut quæ vita futura sit, eorum, qui ejus compotes esse merebuntur. Sanguis enim vitæ symbolum est.

QUÆSTIO XXXVI.

Quid sibi volunt, brutarum animantium corpora et sanguis, quibus, Deo cultum adhibentes Israelitæ, corpora quidem comedebant; haud ita vero sanguinem, sed circa altaris crepidinem fundebant[88] ?

Responsio.

Qui olim legali ritu Deo in umbra cultum adhibebant, eorum figuram gerebant, qui ad pietatem rudimento imbuuntur; qui ne vix quidem 81 ipsa conspicua figuralium symbolorum præcepta possent intelligere. Quod igitur non illis primo principaliusque, sed nobis lex data est, quæ per nos spiritaliter Christiano ritu consummetur, ejus ætatis victimarum rationem pie consideremus.

Qui ad pietatem introducitur, ejusque velut rudimentarius cultu est, qui justitiæ opera doceatur, actionem solam cum omni obedientia ac fide obit;

[88] Deut. XII, 27 seqq.

A ἐκεῖνα νοήσεως περὶ θεότητος λόγοι τοῖς οὖσιν ἐνυπάρχοντες, τὰς τῶν ὄντων ἀγνώστως καὶ ποιοῦσι, καὶ πρὸς τὸ εἶναι συνέχουσιν, οὐσίας· καὶ πᾶσαν γνῶσιν, καὶ πᾶσαν ἀρετὴν συνιστῶσιν.

Εἰ δὲ καὶ τοὺς περὶ κρίσεως καὶ προνοίας λόγους εἶναι τὴν σάρκα καὶ τὸ αἷμα, ὡς πάντως ποτὲ βρωθησομένους καὶ ποθησομένους· τοὺς δὲ τούτοις ἐγκεκρυμμένους ἀῤῥήτους περὶ θεότητος λόγους ὀστᾶ φήσειέ τις, οὐκ ἔξω βέβηκεν, ὡς οἶμαι, τοῦ εἰκότος.

Τυχὸν δὲ σάρξ ἐστι πάλιν τοῦ Λόγου, καὶ ἡ τῆς φύσεως τελεία πρὸς ἑαυτὴν δι' ἀρετῆς καὶ γνώσεως ἐπάνοδος καὶ ἀποκατάστασις· αἷμα δὲ, ἡ ταύτην πρὸς τὸ ἀεὶ εὖ εἶναι χάριτι συνέχειν μέλλουσα θέωσις (3)· ὀστᾶ δὲ, αὐτὴ ἡ πρὸς τὸ ἀεὶ εὖ εἶναι διὰ B θεώσεως συνέχουσα τὴν φύσιν ἄγνωστος δύναμις.

Εἰ δὲ καὶ τὸ λεπτότερον εἴποι τις, ὅτι σάρξ ἐστιν ἡ διὰ τῶν ἀρετῶν ἑκούσιος νέκρωσις· αἷμα δὲ, ἡ κατὰ περίστασιν ὑπὲρ τῆς ἀληθείας διὰ τοῦ θανάτου τελείωσις· ὀστᾶ δὲ, τοὺς πρώτους ἡμῖν ἀνεφίκτους περὶ θεότητος λόγους, καλῶς καὶ οὗτος ἔφη, καὶ τῆς πρεπούσης ἐννοίας οὐδαμῶς διαπέπτωκεν.

ΣΧΟΛΙΑ.

α'. Cod. Fr. Τὴν οὐσίαν λέγει καὶ τὴν δύναμιν ἑκάστου τῶν ὄντων καὶ τὴν ἐνέργειαν, ἐφ' οἷς θεωροῦνται πάντα τὰ ὄντα, καὶ δι' ὧν γινώσκεται ἡμῖν ὁ Θεὸς δημιουργὸς καὶ προνοητὴς καὶ κριτής. Ἢ τὴν C δυάδα τῶν ὄντων, τῶν μὲν αἰσθητῶν, τῶν τὴν ὕλην καὶ τὸ εἶδος· τῶν δὲ νοητῶν, τὴν οὐσίαν καὶ τὸ συμβεβηκός· ἢ τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν γνῶσιν, δι' ὧν τοῖς ἀξίοις ἐγνῶσθαι ὁ ὑπεράγνωστος.

β'. Ἀπόῤῥητός ἐστι θεολογία, ἡ παντελὴς καθ' ὑπεροχὴν ἀγνωσία, ἧτις τοσοῦτον ἠγνόηται, ὅσον ἔγνωσται τὰ φυσικῶς γινωσκόμενα.

γ'. Τὸ αἷμα εἰς τὴν θέωσιν ἐλάμβανε, ὡς ζωὴν ἐσομένην τῶν ἀξιωθησομένων αὐτῆς. Ζωῆς γὰρ τὸ αἷμα σύμβολον.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΛΖ'.

Τί ἐστι τῶν ἀλόγων ζώων σώματα καὶ αἵματα, δι' ὧν λατρεύοντες οἱ Ἰσραηλῖται, τὰ μὲν σώματα ἤσθιον, τὰ δὲ αἵματα οὐκ ἔτι, πρὸς δὲ τὴν D βάσιν κύκλῳ τοῦ θυσιαστηρίου προσέχεον;

Ἀπόκρισις.

Τῶν εἰσαγομένων πρὸς εὐσέβειαν τύπον ἔφερον, οἱ πάλαι τῷ Θεῷ κατὰ νόμον ἐν σκιᾷ λατρεύοντες. μᾶλλις κἂν αὐτοὶ τὰ φαινόμενα τῶν τυπικῶν συμβόλων διατάγματα νοῆσαι δυνάμενοι. Ἐπειδὴ οὖν οὐκ ἐκείνοις προηγουμένως, ἀλλ' ἡμῖν ὁ νόμος ἐδόθη, κατὰ Χριστὸν πνευματικῶς δι' ἡμῶν τελειούμενος, σκοπήσωμεν τῶν τότε θυμάτων μετ' εὐσεβείας τὸν λόγον.

Ὁ πρὸς εὐσέβειαν εἰσαγόμενος, περὶ τῶν ἔργων διδασκόμενος τῆς δικαιοσύνης, τὴν πρᾶξιν μόνην ἐπιτελεῖ μετὰ πάσης ὑπακοῆς καὶ πίστεως, καθὰ

Digitized by Google

περ σάρκας ἐσθίων τῶν ἀρετῶν τὰ φαινόμενα (1)· τοὺς δὲ τῶν ἐντολῶν λόγους, ἐν οἷς ἡ τῶν τελείων ὑπάρχει γνῶσις (2), τῷ Θεῷ παραχωρεῖ διὰ τῆς πίστεως, μὴ δυνάμενος τέως συνεπεκτανθῆναι τῷ μέτρῳ τῆς γνώσεως. Θεοῦ γὰρ σύμβολόν ἐστι τὸ θυσιαστήριον, ᾧ πάντες πνευματικῶς θυόμεθα, καὶ τῶν ὑπὲρ δύναμιν παραχωροῦμεν τὴν εἴδησιν, ἵνα ζήσωμεν. Τῆς δὲ κατ' αὐτὸν πίστεως τύπος ἐστὶν, ἡ τοῦ θυσιαστηρίου βάσις· θεμέλιον γὰρ ἡ πίστις ὑπάρχει, πᾶσαν τὴν οἰκοδομὴν τῶν θείων ἔργων καὶ νοημάτων βαστάζουσα πρὸς ἣν πᾶς μὴ δυνάμενος τῇ ἐκ τοῦ θείου τῆς σοφίας κρατῆρος κατὰ τὴν γνῶσιν σωφρόνως ἀπολαῦσαι μέθης, τῶν οὐκ ἐφικτῶν αὐτῷ γνώσεων καλῶς ποιῶν προχέει τοὺς λόγους· τουτέστι, τῶν ὑπὲρ δύναμιν λόγων τὴν γνῶσιν τῇ πίστει παραχωρεῖ.

A carmum instar, quæ virtutum conspicua sunt, manducans. Mandatorum autem rationes, in quibus perfectorum scientia est, Deo per fidem permittit, qui pro scientiæ amplitudine hactenus extendi non possit. Dei enim symbolum est altare, cui omnes spiritaliter immolamur, et eorum quæ facultatem excedunt scientiam permittimus, ut vivamus. Divinæ autem fidei figura est, altaris crepido; nam fides, fundamentum est [86], totam divinorum operum atque sensorum fabricam portans : ad quam, quisquis ex divino sapientiæ cratere per scientiam sobrie inebriari non potest, recto sanoque consilio, quas non capit scientiarum rationes profundit : hoc est, rationum quæ facultatem superant, notitiam fidei permittit.

Ὡς οὖν τύπον τῶν κατ' εὐσέβειαν εἰσαγομένων ὁ παλαιὸς λαὸς φέρων, ἐσθίοντες τῶν θυομένων τὰς σάρκας, τὸ αἷμα (3) πρὸς τὴν βάσιν τοῦ θυσιαστηρίου προσέχεον, οὐ δυνάμενοι διὰ τὸν νηπιάζοντα λογισμὸν, τῆς τῶν γινομένων μυστικῆς ἐφικέσθαι γνώσεως. Χριστὸς δὲ παραγενόμενος ἀρχιερεὺς τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, τὴν ἀπόῤῥητον θύων θυσίαν ἑαυτὸν, μετὰ τῆς σαρκὸς καὶ τὸ αἷμα δίδωσι τοῖς τὰ αἰσθητήρια τῆς ψυχῆς διὰ τὴν τελειότητα γεγυμνασμένα ἔχουσι, πρὸς διάκρισιν καλοῦ τε καὶ κακοῦ. Ὁ γὰρ τελειος οὐ μόνον τὴν τῶν εἰσαγομένων τάξιν, ἀλλὰ καὶ τὴν τῶν προκοπτόντων διαδρομὴν, οὐκ ἀγνοεῖ τῶν ὑπ' αὐτοῦ κατ' ἐντολὴν γινομένων τοὺς λόγους· ἀλλ' ἐκείνους πνεύματι πρῶτον διαπιὼν, πᾶσαν ἐσθίει διὰ τῶν ἔργων τὴν σάρκα τῶν ἀρετῶν· πρὸς τὴν κατὰ νοῦν γνῶσιν ἀναβιβάζων τὴν τῶν γινομένων κατ' αἴσθησιν νόησιν. Εἰσὶ μὲν καὶ ἕτεροι πλεῖστοι λόγοι περὶ τούτων, ὑμῖν μάλιστα τοῖς φιλοθεωτάτοις· ἀλλὰ παρείσθωσαν νῦν διὰ τὸ πλῆθος.

B

Quod igitur vetus populus, eorum qui ad pietatem introducuntur ac rudimentarii sunt, figuram gerebat, manducando victimarum carnes, sanguinem ad altaris crepidinem fundebant, cum præ sensus infantia, eorum quæ gerebantur scientiam mysticam assequi non possent. Christus autem adveniens pontifex futurorum bonorum [87], arcanam sese hostiam immolans, cum carne etiam sanguinem iis tradit, qui propter perfectionem, animi sensus exercitatos habent, ad discretionem boni et mali [88]. Nam qui perfectus est, nedum introducendorum, sed et proficientium gradu superato, non nescit eorum rationes, quæ illi præcepta geruntur : sed ubi eas primum spiritu biberit, omnem virtutum carnem per opera comedit, eorum quæ geruntur notitiam ex sensus ratione, ad mentis scientiam provehens. Sunt et aliæ plurimæ horum rationes, vobis præsertim religiosissimis perspectæ : hactenus tamen missæ sunto præ multitudine.

C

ΣΧΟΛΙΑ.

α'. Τὰ φαινόμενα τῶν ἀρετῶν εἶπεν τὴν ἠθικὴν παιδαγωγίαν.

β'. Fr. Ὅρα, ὅτι λόγους τὴν γνῶσιν ἐκάλεσεν. Εἰ δὲ οἱ λόγοι γνῶσις, ὁ γνοὺς τοὺς λόγους, πάντως ἔγνω τὸν Λόγον καὶ τὸν τοῦ Λόγου Πατέρα· γνῶσις γὰρ ὁ λόγος τοῦ οἰκείου Πατρὸς ἀκριβής· *Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, φησὶν ὁ Σωτὴρ, ἑώρακε τὸν Πατέρα.*

γ'. Τὸ αἷμα κατὰ θεωρίαν, εἰς τὴν γνῶσιν ἔλαβεν, ὡς ὑποτρέφουσαν τὸ σῶμα τῶν ἀρετῶν.

SCHOLIA.

1. Quæ virtutum conspicua sunt, moralem disciplinam vocavit.

2. Observa, rationes vocasse scientiam. Quod si rationes scientia sunt, omnino qui novit rationes, rationem novit, et rationis Patrem, id est, Verbi. Verbum enim, Patris sui accurata cognitio est : *Qui vidit me*, inquit Salvator, *vidit Patrem* [89].

3. Sanguinem spiritali sensu de scientia exposuit, ut quæ virtutum corpus subnutriat.

D

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΛΖ'.

Λέγει εἰς τὰς Πράξεις περὶ τοῦ ἁγίου Παύλου· « Ὥστε καὶ ἐπὶ τοὺς ἀσθενοῦντας ἐπιφέρεσθαι ἀπὸ τοῦ χρωτὸς αὐτοῦ σουδάρια καὶ σημικίνθια (g), καὶ ἀπαλλάττεσθαι ἀπ' αὐτῶν τὰς νό-

QUÆSTIO XXXVII.

Ait in Actibus de sancto Paulo : « Ita ut etiam super languidos deferrentur e corpore ejus sudaria et semicinctia, et recederent ab eis languores [90]. » Num enim ministerii causa et propter infideles istud gere-

[86] Hebr. xi, 1. [87] Hebr. ix, 11. [88] Hebr. v, 14. [89] Joan. xiv, 9. [90] Act xix, 12.

(g) **Σουδάρια καὶ σημικίνθια.** Recte Maximus quæstionem expedit, quomodo hæc ex Pauli corpore fideque utentium, miracula facerent, cum ipse Paulus obnoxio corpore, demum gladio subtatus sit? Nimirum erant hæc gratiæ, quæ ita passim per sanctos admiranda patrat, cum ipsi circumdati sint infirmitate. Semicinctium, ὑπόζωμα, quod medium cingat hominem. Arridet eorum opinio, qui putant fuisse lintea bene lata, quibus Paulus circa femora cingeretur, cum ex arte tabernacula texeret; ut σουδάρια sint, alia omnia lintea, quibus vel faciem vel manus tergebat; so-

Digitized by Google

batur? vel sanctificato corpore, ex ejus hæc cute præstabantur? Ac si etiam ea ratione, nihil illi e vipera mali accidit [91], *quid causæ est, cur sancti corpus cum feræ veneno non succubuerit, gladio tamen succubuerit? Eadem et de Elisæi corpore quæstio est* [92]. *Quænam vero sunt semicinctia?*

σους. Ἆρα γὰρ διὰ τὴν διακονίαν καὶ τοὺς ἀπίστους τουτὶ ἐγίνετο, ἢ ἁγιασθέντος τοῦ σώματος ταῦτα ἐκ τοῦ χρωτὸς αὐτοῦ ἐπετελεῖτο; Καὶ εἰ κατὰ τοῦτο, καὶ ἐπὶ τῆς ἐχίδνης οὐδὲν ἔπαθεν, τίνι τῷ λόγῳ, τῷ μὲν ἰῷ τοῦ θηρίου οὐχ ὑπέπεσε τὸ σῶμα τοῦ ἁγίου, τῷ δὲ ξίφει ὑπέπεσε; τὸ δὲ αὐτὸ ζητῶν καὶ ἐπὶ τοῦ σώματος τοῦ Ἐλισσαίου. Τίνα δὲ τὰ σημικίνθιά εἰσιν;

Responsio.

Nec ob solam Pauli sanctitatem, nec ob eorum duntaxat fidem ad quos munus spectabat, ejus corporis cutis per sudaria et semicinctia sanitates efficiebat: sed quod divina gratia, ei pariter ac illis sese dividens, Apostoli in eis fidem per summam benignitatem efficacem reddebat. Sic itaque rursus quod voluerit gratia, ejus corpus a tabifico bestiæ veneno remansit incolume; sive insidentem veneno tabificam qualitatem gratia mutaverit, sive ejus consumendæ ac profligandæ sancti corpori virtutem indiderit: sive per alium quemdam providentiæ modum, quem novit ipse auctor ut hæc fiant ac transmutentur, rem Deus patraverit. Gladio autem rursus gratia volente succubuit: non enim natura immortale erat, etsi per gratiam miracula edebat. Sane si per naturam fuisset immortale, rite quæreremus quo tandem modo præter naturam gladio succubuisset. Sed cum etiam quantavis sanctitate provectum, natura mortale exstiterit; haud necesse sit ut quæramus cur hoc potius quam illo modo divinus Apostolus corporalis vitæ metam excesserit. Quo enim libuerit modo, qui uniuscujusque ante sæcula vitam utiliter **83** diffinivit ac prædestinavit, ad proprium quemque vitæ finem (sive ille justus sit sive injustus) ducit.

Sane quidem si una eademque naturæ ac gratiæ esset ratio, res esset admiratione digna ac stupen-

Ἀπόκρισις.

Οὔτε διὰ μόνην τοῦ ἁγίου Παύλου τὴν ἁγιότητα, οὔτε διὰ μόνην τὴν τῶν δεχομένων πίστιν (1), ὁ χρὼς τοῦ σώματος αὐτοῦ διὰ τῶν σουδαρίων καὶ τῶν σημικινθίων ἐπετέλει τὰς ἰάσεις· ἀλλ' ὅτιπερ αὐτῷ τε κἀκείνοις ἡ θεία χάρις ἑαυτὴν ἐπιμερίσασα, φιλανθρώπως ἐν ἐκείνοις διὰ τῆς πίστεως ἐνεργὸν ἐποίει τοῦ Ἀποστόλου τὴν ἁγιότητα. Οὕτω μὲν οὖν πάλιν βουληθείσης τῆς χάριτος, ἀπαθὲς διέμεινεν αὐτοῦ τὸ σῶμα, τῷ ἰῷ τοῦ θηρίου μὴ διαφθειρόμενον· εἴτε τὴν ἐν τῷ ἰῷ τοῦ θηρὸς φθαρτικὴν ποιότητα μεταβαλούσης (2)· εἴτε τὸ σῶμα τοῦ ἁγίου τῆς τοιαύτης δαπανητικὸν φθορᾶς ἀπεργασαμένης· εἴτε κατ' ἄλλον τινὰ τρόπον οἰκονομίας, ὃν οἶδεν ὁ ταῦτα ποιῶν καὶ μετασκευάζων Θεός. Τῷ δὲ ξίφει πάλιν ὑπέπεσε, βουληθείσης τῆς χάριτος· οὐ γὰρ ἦν κατὰ φύσιν ἀθάνατον, κἂν ἦν διὰ τὴν χάριν θαυματουργόν. Εἰ μὲν κατὰ φύσιν ὑπῆρχεν ἀθάνατον, καλῶς ἂν ἐζητοῦμεν τὸν καθ' ὃν παρὰ φύσιν ὑπέπεσε τῷ ξίφει λόγον. Εἰ δὲ φύσει, καὶ μετὰ τὴν ἁγιότητα, διέμεινε θνητὸν, οὐκ ἔστιν ἀναγκαῖον ζητῆσαι τὸν καθ' ὃν οὐ τοιῶσδε, ἀλλὰ τοιῶσδε τὴν ἐν σαρκὶ ζωὴν παρῆλθε λόγον ὁ θεῖος Ἀπόστολος. ὯΙ γὰρ τρόπῳ βούλεται, ὁ τὴν ἑκάστου πρὸ τῶν αἰώνων συμφέροντως διορίσας ζωὴν Θεὸς, ἕκαστον πρὸς τὸ οἰκεῖον τῆς ζωῆς ἄγει, εἴτε δίκαιον, εἴτε ἄδικον.

Εἰ μὲν οὖν εἷς καὶ ὁ αὐτὸς φύσεως ἦν καὶ χάριτος λόγος (3), θαύματος ἦν ἄξιον καὶ καταπλήξεως, τὸ

[91] Act. xxviii, 5. [92] IV Reg. xiii, 21.

micincta, quibus se ita artis labori succingebat: nostri *devantiers* vocant, quæ et sæpius alia et aliis loca mutans, apud hospites suos dimittebat. Nemo enim hæc secum tam vilia convehit, ac quorum facile copia ubique haberi possit. Refert Gualterius Græcum scholium ex veteri codice esse utraque hæc linea: Πλὴν τὰ μὲν σουδάρια ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἐπιβάλλεται· τὰ δὲ σημικίνθια ἐν ταῖς χερσὶ κατέχουσι, πρὸς τὸ ἀπομάττεσθαι τὰς ὑγρότητας τοῦ προσώπου: *Nisi quod sudaria capiti injicerentur, semicinctia vero manibus tenerent ad abstergendas humiditates faciei.* Habetque Theophyl. ad eum Act. locum, sed addit post τὸ, κατέχουσιν, οἱ μὴ δυνάμενοι ὡράρια φορέσαι, οἷοί εἰσιν οἱ φοροῦντες ὑπατικὰς στολὰς, πρὸς τὸ, etc. Ubi Laur. Siphan. nescire se quid sit ὡράρια fatetur, et conjicit legendum σουδάρια, quod ipsum quam pro interpretis fide, paulo liberius *sudaria* reddit. Plane intellexit Theophylactus ὡράρια præstantius quid esse quam σημικίνθια, et quod nobiliorum seu ditiorum essent, eorum scilicet qui sic prætextam vel togam induerentur, cum σημικίνθια essent vulgi hominum. Nec aliter accepisse videtur Hieron. auctore Turn. lib. xix, 21 cum ait: *Alioqui ridiculum et plenum dedecoris, referto marsupio, quod sudarium orariumque non habeas gloriari*, ut ita orarium sit, quo ori faxemus, ut apud Vopiscum in Aureliano: *Ipsumque primum donasse populo Romano oraria, quibus uteretur ad favorem.* Ennat. in adnot. *Oraria ad favorem, qui mos emunctoriis ventilandis hodieque retinetur: nam oraria, linteamina tenuiora significant.* Erant et oraria sacerdotum et diaconorum, diversa forsitan forma, ac quam nunc stolam vocant, seu etiam materia; potuitque orarium ex usu communi ad sacrum transferri, uti fere aliæ sacræ vestes ex communi usu Romano acceptæ sunt, ut erudite ostendit Octavius Ferrarius *De re vestiaria* l. i, c. 36, 37, 38. Ivo Carnot. *De rebus eccles.*: *Utuntur et stola, quæ alio nomine orarium vocatur.*: *qua vetus sacerdotium non utebatur.* Albinus *De divinis officiis*: *Sunt tamen alia quæ apud illos habebantur, ut stola, sandalia et sudarium, quod ad tergendum sudorem gestari mos est, quod usitato nomine fanonem vocamus.* Idem: *Mappula* (nos manipulum dicimus) *quæ in sinistra parte gestatur, qua pituitam oculorum et narium detergimus.* Eamdem mappulam *sudarium* vocat Fortunatus Amalarius. Orarium in Actis sanctæ Dorotheæ, in quo allata Theophilo tria mala et tres rosæ, possit et ipsum non pro canistro sumi seu calatho, sed pro linteo, quod forte canistro substratum erat, ut mollius in eo poma floresque haberentur. Videndi in Martinio, Ambr. et August. Nobis hæc sufficiant.

Digitized by Google

κατὰ τὴν φύσιν παρὰ τὴν χάριν, ἢ κατὰ τὴν χάριν παρὰ τὴν φύσιν γινόμενον. Εἰ δὲ μᾶλλον ἕτερος καὶ ἕτερος φύσεως καὶ χάριτος λόγος, δῆλόν ἐστι καὶ σαφές, ὅτι ὡς μὲν ἅγιοι ἐθαυματούργουν διὰ τὴν χάριν, ὡς δὲ ἄνθρωποι ἔπασχον διὰ τὴν φύσιν· ἐπειδὴ μὴ ἀνεῖλε τὸ τῆς φύσεως παθητὸν ἡ χάρις· οὐδαμῶς ἀλλήλοις συμφυρέντων τῶν ἐν φύσει καὶ χάριτι λόγων. Οὕτω δεξόμεθα πάντα ποιεῖν κατ' οἰκονομίαν τῶν προνοουμένων ἐν τοῖς ἁγίοις τὴν τοῦ Θεοῦ χάριν, καὶ ζῶσι καὶ ἀποθανοῦσιν, ὡς ἐν ὀργάνοις οἰκείοις τῆς τῶν ἄλλων προνοουμένην σωτηρίας· ἀλλ' οὐ κατὰ φύσιν ταῦτα διὰ τὴν χάριν ἐν τοῖς ἄλλοις ἐνεργοῦντες τοὺς ἁγίους. Τοῦτο γοῦν καὶ ἐπὶ τοῦ σώματος Ἐλισσαίου.

A da, quod secundum naturam invita gratia, sive quod secundum gratiam invita natura ederetur. Sin autem potius alia aliaque est naturæ atque gratiæ ratio, palam est ac manifestum, quod ut sancti qua pollebant gratia, miracula edebant: ut autem homines patiebantur et erant obnoxii, qua natura præditi erant: quod vim patiendi a natura non sustulerat; nusquam confusis naturæ gratiæque rationibus. In hunc modum certa consilii ratione erga eos qui providentia reguntur, Dei gratiam omnia in sanctis præstare accipiemus, sive vivant, sive moriantur, quibus ut propriis organis ad aliorum præstandam salutem providentia utatur: non vero sanctos, qua pollent gratia, per naturam in aliis operari. Ita sane etiam quod attinet ad corpus

B Elisæi.

Ἀλλ' ἐπειδὴ τῶν ἱστορουμένων τὰ νοούμενα μᾶλλον εὐφραίνει τὴν τῶν φιλοθέων ψυχήν, χρῶτα μέν φαμεν εἶναι τοῦ μεγάλου Ἀποστόλου, τὴν εὐσέβειαν· καθ' ἣν τοῖς μὲν ἦν ὀσμὴ ἀπὸ ζωῆς (*h*) εἰς ζωήν (4)· τοῖς δὲ, ὀσμὴ ἐκ θανάτου εἰς θάνατον (5)· σουδάρια δὲ, τοὺς ἐκφανεῖς τῆς γνωστικῆς αὐτοῦ θεωρίας λόγους· τὰ δὲ σημικίνθια, τοὺς σεμνοὺς κατ' ἀρετὴν πρακτικῆς φιλοσοφίας τρόπους· ἐγχείρια γὰρ εἶναί φασι τὰ σημικίνθια· οὕστινας λόγους τε καὶ τρόπους τείνοντας καὶ ἐκπέμποντας καθάπερ εὐωδίαν τὰ χρῶτα, τοῦτέστι, τὴν τοῦ μακαρίου Ἀποστόλου μεγάλην εὐσέβειαν, οἱ δεχόμενοι, τὴν τῆς πιεζούσης αὐτοὺς ἀσθενείας ἐλάμβανον ἴασιν· οἱ μὲν, διὰ τῶν περὶ θεωρίας λόγων, ὡς σουδαρίων, τῆς ἀγνωσίας τὴν νόσον ἰώμενοι· οἱ δὲ, διὰ τῶν κατὰ τὴν πρᾶξιν ἐναρέτων τρόπων τὴν ἀῤῥωστίαν τῆς κακίας παντελῶς ἀφανίζοντες.

Quod tamen spiritalis intelligentia, ipsa gestarum rerum narratione religiosam mentem magis recreet ac afficiat, cutem esse dicimus magni Apostoli, ejus pietatem; qua, aliis quidem erat odor vitæ ad vitam; aliis vero, odor mortis ad mortem[83]: sudaria autem, limpidas sapientis ejus contemplationis rationes: semicinctia vero, honestos secundum virtutem philosophiæ colentis actionem modos (aiunt enim semicinctia, strophiola manualia esse), quas tum rationes, tum virtutis modos, cutis instar, suavem odoris fragrantiam spirantes et exspirantes (ingentem scilicet beati Apostoli pietatem) qui suscipiebant, qua premebantur infirmitate, curati exibant; alii per contemplationis rationes, ut per C sudaria, ignorantiæ morbum abigentes: alii autem per modos actionis cultu virtute fulgentes, malitiæ prorsus ægritudinem atque vitia profligantes.

Οὕτω δὲ καὶ τὸν οὕτω συμβάντα ζοφερὸν χειμῶνα, τὸ βάρος εἶναι τῶν ἀκουσίων πειρασμῶν τεκμαίρομαι· τὴν δὲ νῆσον, τὴν παγίαν ἕξιν τῆς θείας ἐλπίδος καὶ ἀσειστον· τὴν δὲ πυρὰν, τὴν ἕξιν τῆς γνώσεως· τὰ δὲ φρύγανα, τὴν τῶν ὁρωμένων φύσιν· ἣν συνέστρεφε τῇ χειρὶ, τῇ κατὰ θεωρίαν λέγω ψηλαφητικῇ τοῦ νοῦ δυνάμει, διατρέφων τοῖς ἐξ αὐτῆς πάθεσι τὴν ἕξιν τῆς γνώσεως, τὴν θεραπεύουσαν τὴν ἐκ τοῦ χειμῶνος τῶν πειρασμῶν προστριβεῖσαν τῇ διανοίᾳ κατήφειαν. Τὴν δὲ ἔχιδναν, τὴν λανθανόντως ἐγκεκρυμμένην τῇ φύσει τῶν αἰσθητῶν πονηρὰν καὶ ὀλέθριον δύναμιν· δήξασαν μὲν τὴν χεῖρα, τοῦτέστι, τὴν ψηλαφητικὴν κατὰ νοῦν τῆς θεωρίας ἐνέργειαν· οὐ βλάψασαν δὲ τὸν διορατικὸν νοῦν, τῷ φωτὶ τῆς γνώσεως αὐτοῦ εὐθὺς ὡς ἐν πυρὶ διαφθεί-

Sic vero etiam, quæ ita accidit, atram tempestatem tentationum quæ invitos appetunt, gravitatem esse conjicio: insulam, firmum divinæ spei ac inconcussum habitum; accensum rogum, scientiæ habitum; sarmenta, rerum oculis subjectarum naturam: quam manu versabat (animi scilicet potentia per speculationem velut palpabat) alens **84** ejus notionibus ac sensis virtutis habitum, quo contracta animo ex tentationum tempestate mœstitia, humanius curaretur ac levaretur. Viperam, clam occultam in sensilium natura pravam vim ac D exitiosam; quæ manum quidem momorderit (hoc est, palpantis animi speculandi vim), non tamen perspicacem mentem læserit, quæ statim scientiæ suæ lumine, velut edaci flamma, adhærentem ex

[83] II Cor. III, 16.

(*h*) Ὀσμὴ ἀπὸ ζωῆς. Eadem est lectio codicis Alexandrini qua ipse Apostolus, ejusque pietas et prædicatio, sub ea metaphora τῆς εὐωδίας *fragrantiæ odoris*, ipso vitæ mortisque nomine distinctius significetur; quasi scilicet efficienter, et per occasionem, pro diverso excipientium usu et dispositione. Sic Doctor noster Angelicus de Eucharistia, *Mors est malis, vita bonis:* quæ ipsa omnibus vita sit et vitæ pharmacum, nisi quod male dispositi sibi eam venenum efficiunt. Hebr. סם המוות et סם החיים dicunt, quod ipsum ita aroma odoremque sonat, ut magis pharmacum, sic ad utrumque se habens, intelligatur. Vulg. lectio magis accedit ad phrasim Hebraicam. Maximus vim facit, ut sit ab una morte ad aliam, quam utramque bonus ille odor, aut bonam moraliter causet et quasi per efficientiam, malam vero per occasionem, quod fere mysticum est, non ipsa littera.

Digitized by Google

sensilium speculatione practico mentis motui exitiosam vim peremerit.

Similiter etiam, quod gestum in Elisæo est, sic intelligo; fore nimirum, ut quisquis delictis mortuus, monumento, in quo prophetæ corpus, impositus fuerit (memoriæ scilicet habenti vestigium vitæ propheticæ, in qua præclare servatum virtutum corpus) imitatione morum probe vitam instituens, vita donetur a morte, cujus auctor vitiorum labes, ad vitam virtutis luce fulgentem translatus.

A ραντα τὴν τῷ πρακτικῷ κινήματι τοῦ νοῦ προσαφθεῖσαν ἐκ τῆς τῶν αἰσθητῶν θεωρίας ὀλέθριον δύναμιν.

Ὡσαύτως καὶ ἐπὶ τοῦ Ἐλισσαίου νοῶ· ὅτιπερ ἕκαστος νεκρὸς τοῖς παραπτώμασιν, ἐπειδὰν τοῦ μνήματος ἐπιτεθῇ [Fr. ἐπιτεθεὶς] τοῦ προφήτου, ἐν ᾧ ἦν τὸ σῶμα, τουτέστι, τῇ τὸ ἴχνος ἐχούσῃ τοῦ προφητικοῦ βίου μνήμῃ (6)· ἐν ᾧ ἦν καλῶς φυλαττόμενον τὸ σῶμα τῶν ἀρετῶν, τῇ κατὰ μίμησιν τῶν τρόπων ἀναστροφῇ ζωοποιεῖται, πρὸς τὴν ἀνάρετον μετατιθέμενος ζωὴν, ἀπὸ τῆς τῶν παθῶν τῆς κακίας νεκρότητος.

SCHOLIA.

1. Fides, inquit, egentium sanitate eamque rogantium, Spiritus vim exsistentem in sanctis provocabat; ut se ea latens, per fidem exsereret; ipsaque occulta fides, qua vis illa exserebatur, manifesta cunctis fieret. Tunc enim verus sanationum dilucescit modus, cum præstantium sanitatem in spiritu virtus, eorum fidei, quibus illa præstatur, per omnia congruit.

B

2. Qui, inquit, animo a peccati corruptione mundus est, eorum corruptionem corrumpit, quibus ut corrumpant ex natura est. Voluntatis enim incorruptio, naturæ corruptionem incorruptam secundum providentiam conservare solet, per Spiritus in ea virtutem, contrarias ei qualitates dominari non sinens.

3. Cum, inquit, non una eademque naturæ ac gratiæ ratio sit, ne quidem in quæstionem vocandum; quid ita sanctorum aliqui, modo quidem læsioni malisque superiores erant, modo autem potius illis succumbebant : cum miraculum, gratiæ in eis exstitisse non lateat; læsionem, naturæ.

C

4. Erat Apostolus exemplo suo fidelibus odor a vita in vitam, moveri eos ab actionis cultu ad virtutum fragrantiam præstans; aut etiam verbo gratiæ obsequentes, ut prædicator, a vita quæ sensu agitur ad vitam in spiritu traducens. Odor autem a morte in mortem, sensum ingerens manentis eos damnationis, his, qui a morte ignorantiæ, ad infidelitatis mortem procurrerent. Aut rursus, odor a vita ad vitam, his, qui ab actione ad contemplationem provehunt : odor vero a morte in mortem, his, qui cessando a peccato, mortificatis membris quæ sunt super terram, ad libidinosorum cogitatuum sensuumque laudatam mortificationem transeunt.

D

5. Illud : *Christi bonus odor sumus in iis qui salvi fiunt, et iis qui pereunt; aliis quidem, odor vitæ in vitam; aliis autem, odor mortis in mortem*[96]; hoc præsertim loco dilucide expositum est : nempe, odor vitæ in vitam, his, quibus non est opertum Evangelium Christi; odor vero mortis in mortem, his, quibus omnino opertum est : *In quibus deus hujus sæculi*, inquit, *excæcavit mentes infidelium*[97].

[96] II Cor. II, 16. [97] II Cor. IV, 3.

ΣΧΟΛΙΑ.

α'. Πίστις τῶν δεομένων ἰάσεως, φησὶ, παρεκαλεῖτο τὴν ἐν τοῖς ἁγίοις τοῦ Πνεύματος δύναμιν, ἵνα διὰ τῆς πίστεως λανθάνουσα φανερὰ γένηται δύναμις· καὶ ἡ κεκρυμμένη πίστις διὰ τῆς δυνάμεως γένηται πᾶσι διάδηλος. Τηνικαῦτα γὰρ ὁ τῶν ἰαμάτων ἀληθὴς πέφυκε διαδείκνυσθαι τρόπος, ὁπηνίκα τῇ τῶν ἐνεργουμένων πίστει συμβαίνει διὰ πάντων ἡ τῶν ἐνεργούντων ἐν πνεύματι δύναμις.

β'. Ὁ γνώμῃ, φησὶν, τῆς καθ' ἁμαρτίαν καθαρεύων φθορᾶς, φθείρει τὴν τῶν φθείρειν πεφυκότων φθοράν. Ἡ γὰρ ἀφθαρσία τῆς προαιρέσεως τὴν φθορὰν συντηρεῖν τῆς φύσεως πέφυκε ἄφθαρτον κατὰ πρόνοιαν, διὰ τῆς ἐν αὐτῇ τοῦ Πνεύματος χάριτος μὴ συγχωροῦσα ταῖς ἐναντίαις ποιότησιν αὐτὴν δυναστεύεσθαι.

γ'. Ἐπειδὴ φύσεως, φησὶν, καὶ χάριτος εἷς καὶ ὁ αὐτὸς οὐκ ἔστιν λόγος, οὐκ ἔστιν ἀπορίας ἄξιον, πῶς τινες τῶν ἁγίων ποτὲ μὲν τῶν παθῶν ὑπερεῖχον, ποτὲ δὲ μᾶλλον ὑπέπιπτον πάθεσι· γινωσκόντων ἡμῶν, ὅτι τὸ μὲν θαῦμα τῆς χάριτος ἦν· τὸ δὲ πάθος, τῆς φύσεως.

δ'. Ὀσμὴ ἀπὸ ζωῆς εἰς ζωὴν ὁ Ἀπόστολος εἰς τοὺς πιστοὺς τῷ καθ' ἑαυτὸν παραδείγματι, διὰ πράξεως πρὸς τὴν εὐωδίαν τῶν ἀρετῶν κινεῖσθαι παρασκευάζων ἢ τοὺς πειθουμένους τῷ λόγῳ τῆς χάριτος, ὡς κήρυξ ἀπὸ τῆς κατ' αἴσθησιν ζωῆς εἰς τὴν ἐν πνεύματι μετάγων ζωήν· ὀσμὴ δὲ ἀπὸ θανάτου εἰς θάνατον, τοῖς ἀπὸ τοῦ θανάτου τῆς ἀγνοίας εἰς τὸν τῆς ἀπιστίας ἐλάσασιν θάνατον, διδοὺς αὐτοῖς αἴσθησιν τῆς μενούσης αὐτοὺς κατακρίσεως. Ἢ πάλιν, ὀσμὴ ἀπὸ ζωῆς εἰς ζωὴν, τοῖς ἀπὸ πράξεως εἰς θεωρίαν ἀναγομένοις· ὀσμὴ δὲ ἀπὸ θανάτου εἰς θάνατον, τοῖς ἀπὸ τοῦ νεκρῶσαι τῇ καθ' ἁμαρτίαν ἀργίᾳ τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, εἰς τὴν τῶν ἐμπαθῶν νοημάτων τε καὶ φαντασιῶν ἐπαινουμένην μεταβαίνουσι νέκρωσιν.

ε'. Fr. *Τὸ· Χριστοῦ εὐωδία ἐσμὲν τῷ Θεῷ ἐν τοῖς σωζομένοις καὶ ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις· οἷς μέν, ὀσμὴ ζωῆς εἰς ζωήν· οἷς δέ, ὀσμὴ θανάτου εἰς θάνατον*, ἐνταῦθα μάλιστα σεσαφήνισται. Τὸ μὲν οὖν, ὀσμὴ ζωῆς εἰς ζωὴν, οἷς μή ἐστιν αὐτοῦ κεκαλυμμένον τὸ Εὐαγγέλιον· τὸ δὲ, οἷς δὲ ὀσμὴ θανάτου εἰς θάνατον, οἷς παντελῶς κεκαλυμμένον ἐστίν· *Ἐν οἷς ὁ Θεὸς*, φησὶ, *τοῦ αἰῶνος τούτου ἐτύ-*

Digitized by Google

φλωσε τὰ νοήματα τῶν ἀπίστων. Ἀποκεκάλυπται καὶ ἐπικεκάλυπται, παρὰ τὴν τῶν ἀκουόντων θερμότητα ἢ ψυχρότητα.

ς'. Διὰ μιμήσεως, φησὶ, τὴν μνήμην ἔχων τις τῆς τῶν ἁγίων ἀναστροφῆς, τὴν μὲν τῶν παθῶν ἀποτίθεται νέκρωσιν· τὴν δὲ τῶν ἀρετῶν ζωὴν ἀποδέχεται.

A Revelatur autem et operitur, pro fervore aut frigiditate eorum qui audiunt.

6. Per imitationem, inquit, habens quis memoriam conversationis sanctorum, vitiorum morte exsolutus, virtutum vitam recipit.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΛΗ'.

Ἆρα γὰρ ὡς ἔτυχεν οἱ Σαδδουκαῖοι τὸν ἀριθμὸν τῶν ἑπτὰ ἀδελφῶν εἶπον ἐπὶ τῆς μιᾶς γυναικός, ἢ ἔχει τινὰ λόγον βαθύτερον; Εἰ δὲ ἔχει, τίνες ἐκεῖνοι, καὶ τίς αὕτη;

85 QUÆSTIO XXXVIII.

Num casu Sadducæi, septem fratrum, qui unius mulieris viri exstitissent, numerum retulerunt [91]*? aut profundiorem aliquam habet rationem? Si autem habet, quinam viri, et quænam uxor?*

Ἀπόκρισις.

Responsio.

Φασί τινες μὴ ἀλληγορεῖσθαι τῶν ἐν τῇ Γραφῇ φερομένων προσώπων τοὺς λόγους· πλὴν ἐπειδὴ κρεῖττον μᾶλλον φιλοπονεῖν, καὶ τὸν Θεὸν ἀπαύστως αἰτεῖσθαι χορηγεῖν σοφίαν καὶ δύναμιν, πρὸς τὸ πᾶσαν νοηθῆναι πνευματικῶς τὴν Γραφήν· ταῖς ὑμετέραις εὐχαῖς θαῤῥῶν, καὶ περὶ τοῦ παρόντος ἀπόρου τάδε φημί. Οἱ Σαδδουκαῖοί εἰσι, κατὰ τὸν τῆς ἀναγωγῆς λόγον, οἱ τὸν αὐτοματισμὸν εἰσάγοντες δαίμονες, ἢ λογισμοί. Ἡ δὲ γυνή ἐστιν, ἡ τῶν ἀνθρώπων φύσις· εἰ δὲ ἑπτὰ ἀδελφοὶ, οἱ κατὰ καιροὺς ἀπὸ τοῦ αἰῶνος δοθέντες αὐτῇ παρὰ τοῦ Θεοῦ πρὸς παιδαγωγίαν καὶ γένεσιν καρπῶν δικαιοσύνης, νόμοι· οἷς ὡς ἀνδράσιν ὁμιλήσασα, παρ' οὐδενὸς ἔσχεν υἱὸν, οἷα τοῦ κατὰ δικαιοσύνην καρποῦ στειρεύουσα. Καὶ ἔστι πρῶτος νόμος, ὁ ἐν τῷ παραδείσῳ δοθεὶς τῷ Ἀδάμ· δεύτερος, ὁ τῷ αὐτῷ μετὰ τὸν παράδεισον δεδομένος ἐν ἐπαμέσῳ τάξει· τρίτος, ὁ κατὰ τὴν κιβωτὸν τῷ Νῶε δοθείς· τέταρτος, ὁ τῆς περιτομῆς τῷ Ἀβραάμ· πέμπτος, ὁ τῷ αὐτῷ περὶ τῆς προσαγωγῆς τοῦ Ἰσαάκ· ἕκτος, ὁ κατὰ Μωσέα· καὶ ἕβδομος, ὁ τῆς προαγορευτικῆς χάριτος, ἤγουν προφητικῆς ἐπιπνοίας. Τῷ γὰρ Εὐαγγελίῳ οὕπω ἦν διὰ τῆς πίστεως ἁρμοσθεῖσα τρὶς συμβίωσιν ἡ φύσις, ἀνδρὶ εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας ἑαμένοντι.

Τούτους οὖν προβάλλονται διαπαντὸς τῷ ἐν ἡμῖν λόγῳ διὰ τῶν λογισμῶν οἱ δαίμονες, εὐλογοφανῶς ἐκ τῶν γεγραμμένων καταγωνιζόμενοι τῆς πίστεως, καὶ διαποροῦντες ὡς εἴπερ νεκρῶν ἀνάστασίς ἐστι, καὶ ἕτερόν τι εἶδος ζωῆς μετὰ τὴν παροῦσαν ἐκδέχεσθαι δεῖ· κατὰ ποῖον νόμον τῶν ἀπὸ τοῦ αἰῶνος δοθέντων πολιτεύσηται τῶν ἀνθρώπων ἡ φύσις; ἵνα καθ' ἕνα τῶν εἰρημένων εἰ φῶμεν, ἐπαγάγωσι φάσκοντες· Οὐκοῦν ματαία καὶ ἀνωφελὴς ἔσται πάλιν ἡ τῶν ἀνθρώπων ζωὴ, τῶν προτέρων μὴ ἀπηλλαγμένη κακῶν· εἴπερ ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς πάλιν ἡ φύσις ἐρεσχελισθήσεται πράγμασιν· ὅπερ τὸν αὐτοματισμὸν εἰσάγει σαφῶς, καὶ τῶν ὄντων ἐκβάλλει τὴν Πρόνοιαν. Ἀλλ' ὁ Κύριος καὶ σωτήριος Λόγος, ἀποφιμοῖ τοὺς τοιούσδε δαίμονάς τε καὶ λογισμοὺς, τὴν κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον ἐσύστερον φανησομένην τῆς φύσεως ἀφθαρσίαν ὑποφαίνων, καὶ κατ' οὐδένα τῶν προλαβόντων νόμων πολιτευσομένην δεικνὺς τὴν ἀνθρώπου φύσιν, θεωθεῖσαν ἤδη καὶ ἁρμοσθεῖσαν διὰ τοῦ Πνεύ-

Non desunt qui negent trahenda esse ad allegoriam, quæ mali homines ac illaudati in Scriptura inveniuntur locuti. Quia tamen philosophari, ac Deum incessanter rogare præstat, ut sapientiam atque virtutem subministret, quo spiritaliter Scripturam omnem intelligamus; de hac quoque quæstione, vestris adjutus precibus, sic statuo. Sadducæi altiori sensu ac spiritali, qui casum doceant, dæmones sunt, aut cogitationes. Mulier, humana natura: septem fratres, datæ ei a sæculo Dei providentia per ætatum curricula, quibus erudiretur ac justitiæ fructus proferret, leges. His illa ut viris congressa, ex nullo suscepit prolem, ut quæ justitiæ fructu sterilis esset. Porro prima lex est quæ data Adamo est in paradiso. Altera, quæ eidem ejecto e paradiso multæ quasi specie indicta est. Tertia, quæ Noe in arca data est. Quarta, quæ Abrahæ, lex circumcisionis. Quinta, quæ eidem, cum Isaac oblatus est. Sexta, Mosis. Septima, prænuntii gratiæ afflatus, id est, prophetarum oracula. Nondum enim natura uxoris lege Evangelio fuerat copulata, viro ejusmodi qui in æternum maneat.

Has itaque continue dæmones, exsistenti in nobis rationi cogitationes suggerendo objectant, veri quadam specie ex Scripturis fidem oppugnantes, dubiumque moventes, siquidem futura mortuorum resurrectio est, aliudque vitæ genus, post istam quam vivimus, exspectandum est; cujus ex legis norma, earum quæ datæ a sæculo sunt, futurum est ut vitam instituat humanum genus? ut si ex unius ex recensitis dixerimus, subjungant ac dicant: Ergo vana et inutilis erit rursus humana vita, quæ prioribus malis liberata non fuerit: siquidem futurum est, ut in iisdem rursus superflue rebus versetur; quæ palam casus assertio, et Providentiæ a 86 rebus ejectio est. Dominus tamen ac salutaris Sermo ejusmodi compescit dæmones ac cogitationes, futuram Evangelii ritu deinceps incorruptionem indicans, ac fore significans, ut ex nullius superiorum legum rationibus homo deinceps vivat; jam scilicet deitate donatus, Verboque ac Deo per

[91] Matth. XXII, 24.

Digitized by Google

Spiritum aptatus, a quo et in quem, principium ut esset, finemque accepit ac accepturus est.

Sin autem aliquis septies millenos annos (id est, sæcula) viros exposuerit, quibuscum versatum humanum genus; non absque ratione congruove sensu spiritali locum reddiderit. Horum nulli natura uxor erit in futura vita, quod temporalis natura finem acceperit; eamque vir octavus (immortale scilicet ac fine carens sæculum) acceperit.

QUÆSTIO XXXIX.

Quodnam triduum, per quod turbæ Dominum sustinent in deserto[97]*?*

Responsio.

Desertum est humana natura, sive mundus iste: in quo virtutis ac scientiæ rationi assidui adhærent, qui fide ac spe instincti futurorum bonorum, labores ac molestias sustinent. Tres autem dies, secundum unum modum spiritalis in eis intelligentiæ, tres sunt animæ facultates: per quas, virtutis ac scientiæ divinæ rationi sic assidui exsistentes (nempe, primo quærentes, altero cupientes, tertio ejus causa decertantes), incorruptum cibum ac mentem saginantem (id est, creatarum rerum scientiam) accipiunt.

Alio autem modo, tres dies tres significant generalissimas leges; scriptam scilicet, naturalem et spiritalem, sive legem gratiæ. Omnis enim lex convenienti sibi ratione comparata est, ut Sole justitiæ lucis auctore, humanam naturam illustret. Quemadmodum enim absente sole diem dilucescere omnino impossibile est: sic etiam absente substantiali, ac quæ vere exsistit, sapientia, lex justitiæ esse non potest, in omni ortum lege habens, ac quæ mentium oculos spiritali luce adimpleat. Idque intelligens beatus David **87** ait, *Lucerna pedibus meis lex tua, et lumen semitis meis*[98]: lucernam appellans legem scriptam, ut quæ artificio quodam, diversis corporeorum symbolorum ænigmatumque ac figurarum compositionibus, vitiorum deurendæ pravitati accensam lucem iis prætendat, qui contra adversarias potestates actionis cultu animi gressus dilatant; lumen vero, spiritalem gratiæ legem, ut quæ simpliciter, absque ullis sensilibus symbolis æternos ostendat calles; in quibus mens contemplandi studiosior cursum faciens, ad invisibilium bonorum finem Deum fertur, nulla re creata, intelligentis animi motum dispescens. Legis enim gratiæ lux vesperum nescit, cujus lucidissimos radios nulla prorsus cognitio finiat. Aut forte pedes appellavit propheta, totum vitæ religiosis moribus institutæ cursum: aut bonarum animo motus cogitationum, quæ velut lucerna, ea quæ legis litteræ inest, luce dirigantur: calles vero, convenientes legi naturali virtutum modos, legique spiritali scientiæ rationes, Dei Verbi præsentia relucentes, et ad seipsam atque

[97] Matth. xv, 32. [98] Psal. cxviii, 105.

ματος αὐτῷ τῷ Λόγῳ καὶ Θεῷ, παρ' οὗ, καὶ εἰς ὃν τοῦ εἶναι τὴν ἀρχὴν, καὶ τὸ τέλος εἴληφέ τε καὶ λήψεται.

Εἰ δὲ καὶ τὰς ἑπτὰ χιλιάδας τῶν ἐτῶν, ἤγουν αἰῶνας λαμβάνῃ τις εἶναι τοὺς ἄνδρας, οἷς συνεγένετο τῶν ἀνθρώπων ἡ φύσις, οὐκ ἄνευ λόγου καὶ τῆς δεούσης λήψεται θεωρίας τὸν τόπον· ὧν οὐδενὸς τούτων ἔσται γυνὴ κατὰ τὴν μέλλουσαν ζωὴν ἡ φύσις, ὡς τῆς χρονικῆς τέλος λαβούσης φύσεως· καὶ ὀγδόου ἀνδρὸς, τοῦ ἀτελευτήτου καὶ πέρας οὐκ ἔχοντος, αὐτὴν παραλαβόντος αἰῶνος.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΛΘ'.

Τίνες αἱ τρεῖς ἡμέραι, ἃς προσμένουσι τῷ Κυρίῳ ἐν τῇ ἐρήμῳ;

Ἀπόκρισις.

Ἡ ἔρημός ἐστιν ἡ φύσις τῶν ἀνθρώπων, ἣ ὁ κόσμος οὗτος, ἐν ᾧ προσμένουσι τῷ λόγῳ τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς γνώσεως, οἱ διὰ τῆς πίστεως καὶ τῆς τῶν μελλόντων ἀγαθῶν ἐλπίδος κακοπαθοῦντες· αἱ δὲ τρεῖς ἡμέραι εἰσὶ (1), καθ' ἕνα τρόπον τῆς ἐπ' αὐταῖς θεωρίας, αἱ τρεῖς δυνάμεις τῆς ψυχῆς, καθ' ἃς προσμένουσι τῷ θείῳ λόγῳ τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς γνώσεως· τῇ μὲν ζητοῦντες, τῇ δὲ ποθοῦντες, τῇ δὲ ὑπεραγωνιζόμενοι, δέχονται τροφὴν ἄφθαρτον, καὶ τὸν νοῦν πιαίνουσαν, τὴν γνῶσιν τῶν γεγονότων.

Καθ' ἕτερον δὲ τρόπον (2), τοὺς τρεῖς γενικωτέρους νόμους αἱ τρεῖς ἡμέραι σημαίνουσι· τὸν γραπτόν φημι, καὶ τὸν φυσικὸν, καὶ τὸν πνευματικὸν, ἤτοι τὸν τῆς χάριτος. Πᾶς γὰρ νόμος οἰκείως ἑαυτῷ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ὑπάρχει φωτιστικὸς, τοῦ φωτὸς ἔχων δημιουργὸν τὸν τῆς δικαιοσύνης Ἥλιον. Ὡς γὰρ ἡλίου χωρὶς ἡμέραν γενέσθαι παντελῶς ἀμήχανον· οὕτω δίχα τῆς οὐσιώδους καὶ ὑφεστώσης σοφίας, νόμος εἶναι δικαιοσύνης οὐ δύναται, τῆς ἐν ἑκάστῳ νόμῳ τὴν οἰκείαν ποιουμένης ἀνατολὴν, καὶ τοὺς νοεροὺς τῶν ψυχῶν ὀφθαλμοὺς νοητοῦ φωτὸς ἐμπιπλώσης. Ὅπερ εἰδὼς ὁ Δαβὶδ ὁ μακάριός φησι· *Λύχνος τοῖς ποσί μου ὁ νόμος σου, καὶ φῶς ταῖς τρίβοις μου*· λύχνον τὸν γραπτὸν καλέσας νόμον (3), ὡς τεχνικῶς τοῖς τῶν σωματικῶν συμβόλων, αἰνιγμάτων τε καὶ τύπων διαφόροις συνθήμασι, τὸ καυστικὸν φῶς τῆς τῶν παθῶν μοχθηρίας πυρσεύοντα, τοῖς διὰ πράξεως κατὰ τῶν ἐναντίων δυνάμεων πλατύνουσι τῆς ψυχῆς τὰ διαβήματα· φῶς δὲ, τὸν πνευματικὸν τῆς χάριτος νόμον, ὡς ἀτεχνῶς δίχα τῶν αἰσθητῶν συμβόλων τὰς αἰωνίους δεικνύοντα τρίβους· ἐν αἷς τὸν δρόμον ὁ θεωρητικὸς ποιούμενος νοῦς, πρὸς τὸ ἀκρότατον τῶν ἀγαθῶν πέρας ἄγεται, τὸν Θεόν· μηδενὶ τῶν ὄντων διορίζων τῆς διανοίας τὴν κίνησιν (4). Ἀνέσπερον γὰρ ὑπάρχει τὸ φῶς τοῦ νόμου τῆς χάριτος, οὐκ ἔχον τὴν οἱανοῦν γνῶσιν τὰς αὐτοῦ παμφαεῖς ἀκτῖνας ὁρίζουσαν. Ἢ τυχὸν πόδας ἐκάλεσεν ὁ προφήτης, ὅλου τοῦ κατὰ Θεὸν βίου τὸν δρόμον· ἢ τὰς κατὰ ψυχὴν κινήτεις τῶν ἀγαθῶν λογισμῶν, ὁδηγουμένας καθάπερ λύχνῳ τῷ ἐν τῷ γράμματι τοῦ νόμου φωτί· τρίβους δὲ

Digitized by Google

τοὺς κατὰ τὸν φυσικὸν νόμον τρόπους τῶν ἀρετῶν, καὶ τοὺς κατὰ τὸν πνευματικὸν νόμον τῆς γνώσεως λόγους, τῇ παρουσίᾳ τοῦ Θεοῦ Λόγου δεικνυμένους, τε καὶ γνώσεως ἐπανάγοντες.

A auctorem, virtutis cultu ac scientiæ naturam reducentes.

Ταύτας τὰς τρεῖς ἡμέρας, ἤγουν νόμους, τῷ Θεῷ Λόγῳ προσμείναντες, καὶ τοὺς ὑπὲρ ἑκάστου προθύμως ὑπομείναντες πόνους, οἱ πρὸς σωτηρίαν τετραμμένην τὴν ἔφεσιν ἔχοντες, οὐκ ἀπολύονται νήστεις, ἀλλὰ δέχονται τροφὴν δαψιλῆ τε καὶ θείαν· ὑπὲρ μὲν τοῦ γραπτοῦ νόμου (5), τὴν τῶν παρὰ φύσιν παθῶν τελείαν ἀπαλλαγήν· ὑπὲρ δὲ τοῦ φυσικοῦ, τὴν ἀπταιστον τῶν κατὰ φύσιν ἐνέργειαν· καθ' ἣν ἡ ἀλληλοῦχος σχέσις συνίσταται, πᾶσαν ἀπωθουμένη τῆς φύσεως σκεδαστὴν ἑτερότητά τε καὶ διαίρεσιν· ὑπὲρ δὲ τοῦ πνευματικοῦ, τὴν πρὸς αὐτὸν ἕνωσιν τὸν Θεόν· καθ' ἣν πάντων ἐκβάντες τῶν γενητῶν, τὴν ὑπὲρ φύσιν δέχονται δόξαν, δι' ἧς ὁ Θεὸς μόνος ἐν αὐτοῖς ἀπαστράπτων γνωρίζεται. Ἔχετε δὲ πλατύτερον περὶ τούτου ἐν τοῖς Ἀπόροις εἰς τὸν περὶ τῆς ἁγίας Πεντηκοστῆς λόγον τοῦ ἁγίου Γρηγορίου.

Qui igitur triduum istud, id est, trium procinctu legum Deo Verbo assidui fuerint, ac cujusque strenue legis labores desudarint, animi desiderio salutis avidi, haudquaquam jejuni dimittuntur, sed uberem atque divinam alimoniam consequuntur; pro lege quidem scripta, ut ab innaturalibus affectibus (id est vitiis) perfecte liberentur; pro naturali autem, inoffensam naturalium operationem, secundum quam mutua affectio ac necessitudo, dissipatam B omnem diversitatem et divisionem a natura submovens conflatur; pro spiritali vero, unionem cum Deo : qua, creatis omnibus excedentes, claritatem natura superiorem nanciscuntur, per quam solus in eis effulgens Deus cognoscitur. Fusius hæc disputata habetis in Dubiis ad orationem sancti Gregorii de sancta Pentecoste.

ΣΧΟΛΙΑ.

α'. Λόγον, θυμὸν, ἐπιθυμίαν λέγει. Τῷ γὰρ λόγῳ ζητοῦμεν· τῇ ἐπιθυμίᾳ δὲ, ποθοῦμεν τὸ ζητηθὲν ἀγαθόν· τῷ δὲ θυμῷ, ὑπεραγωνιζόμεθα.

β'. Καὶ τὰς δυνάμεις τῆς ψυχῆς κέκληκεν ἡμέρας, ὡς δεκτικὰς τοῦ φωτὸς τῶν θείων προσταγμάτων· καὶ τοὺς τρεῖς γενικωτέρους νόμους, φωτιστικοὺς τῶν C δεκτικῶν, δῆλον ὅτι τῶν ψυχῶν. Ὥσπερ γὰρ τὸ φῶς ἐκάλεσεν ἡμέραν ἡ Γραφὴ τῆς Γενέσεως, φάσκουσα· *Καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς τὸ φῶς ὅτι καλὸν, καὶ ἐκάλεσεν ὁ Θεὸς τὸ φῶς ἡμέραν*· καὶ πάλιν τὸν πεφωτισμένον ἀέρα, φήσασα· *Καὶ ἐγένετο ἑσπέρα, καὶ ἐγένετο πρωὶ ἡμέρα μία*· οὕτως οὐ μόνον τὰς δυνάμεις τῆς ψυχῆς ἐκάλεσεν ἡμέρας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ταύτας φωτίζοντας νόμους. Ἡ γὰρ διόλου τούτων εἰς ἄλληλα περιχώρησις, τὴν σύνθετον ποιεῖ τῶν ἀρετῶν ἡμέραν, μὴ διακρίνουσα τοῦ κατὰ τὸν λόγον θείου φωτὸς, τὰς συνθείσας αὐτῷ δι' ὅλου δυνάμεις.

γ'. Λύχνος ἐστὶ κατὰ ταυτὸν ὁμοῦ καὶ φῶς ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ὡς καὶ φωτίζων τοὺς κατὰ φύσιν λογισμοὺς τῶν πιστῶν, καὶ ὡς λύων τὸν ζόφον τῆς κατ' ἀσθησιν ζωῆς τοῖς διὰ τῶν ἐντολῶν πρὸς τὴν ἐλπιζομένην ἐπειγομένοις ζωὴν, καὶ ὡς κολάζων τῇ καυσει τῆς κρίσεως τοὺς ταύτης τῆς σκοτεινῆς τοῦ βίου νυκτὸς κατὰ γνώμην διὰ φιληδονίαν σαρκὸς ἀντιχομένους.

δ'. Ὁ μὴ πρὸς ἑαυτὸν, φησὶ, πρότερον ἀναχθεὶς διὰ τῆς ἀποβολῆς τῶν παρὰ φύσιν παθῶν πρὸς τὴν ἰδίαν αἰτίαν, ἤγουν τὸν Θεὸν, διὰ τῆς ἐν χάριτι τῶν ὑπὲρ φύσιν ἀγαθῶν ἐπικτήσεως οὐκ ἀναχθήσεται. Τῶν γὰρ πεποιημένων χωρισθῆναι δεῖ κατὰ διάνοιαν, τὸν πρὸς Θεὸν ἀληθῶς συναγόμενον.

ε'. Τοῦ μὲν γραπτοῦ νόμου φησὶν ἔργον ἐστὶν ἡ τῶν παθῶν ἀπαλλαγή· φυσικοῦ δὲ νόμου, ἡ κατ' ἰσοτιμίαν πρὸς πάντας ἀνθρώπους ἰσονομία· πνευ-

SCHOLIA.

1. Rationem dicit, iram, cupiditatem. Ratione enim quærimus; cupiditate, bonum quæsitum optamus; ira, pro illo concertamus.

2. Tum animæ vires dies nuncupavit, ut quæ capaces sint divinæ præceptorum lucis; tum tres universaliores **88** leges, quæ vim habeant illuminandi, qui lucis capaces sunt, id est animos. Quem admodum enim Geneseos Scriptura lucem *diem* vocavit, dicendo : *Et vidit Deus lucem, quod esset bona; et vocavit Deus lucem, diem*[99] : rursumque luce perfusum aerem, dicendo : *Et factum est vespere, et factum est mane dies unus*[1]; ita, nedum animæ vires vocavit dies, verum etiam a quibus illæ lucem mutuantur, leges. Horum enim inter se commeatio penitiorque incessio, virtutum diem compositum facit, non discernens a divina rationis luce, quæ vires illa prorsus imbutæ sint.

3. Lucerna simul ac lux secundum unum ac idem est Dei Verbum, ut et naturales fidelium rationes illuminans; et ut vitæ, quæ sensu agitur, caliginem D iis solvens, qui per mandata ad vitam in spe positam festinant; atque demum ut judicii flamma eos puniens, qui ob carnis libidinem ejusque illecebra, tenebrosæ huic sæculi nocti, animi proposito adhærent.

4. Qui non ad se prius, innaturalibus protritis affectibus, inquit, subvectus fuerit, ad suum auctorem, id est Deum, bonorum gratiæ, naturæ vim excedentium adeptione, ut subvehatur, fieri non potest. Necesse enim est a creatis mente separari, qui in Deum vere colligendus sit.

5. Legis quidem scriptæ opus, inquit, liberatio est ab affectibus vitiisque. Naturalis autem legis æquabilitas ad omnes, qua, omnia omni-

[99] Gen. I, 4. [1] ibid. 5.

Digitized by Google

bus, paria paribus respondeant. Spiritalis vero legis perfectio, cum Deo, quanta homini facultas est, assimilatio.

QUÆSTIO XL.

Quidnam significat quod sex hydriæ numerantur in nuptiis in Cana Galilææ[1]?

Responsio.

Qui naturam humanam condidit, Deus, simul ac voluit concesso illi ut esset, facultatem eorum effectricem, quæ condecent, ei coaptavit. Sex igitur hydriæ, naturalis facultas est, qua divina mandata faciamus : cujus homines, inani rerum terrenarum diligentia ac cura, exhausta scientia, vacuam ac sine aqua ejusmodi facultatem habebant. Quapropter quomodo vitiorum sordes emundarent, non noverant. Qui enim scientiæ expers est, modum virtutis non callet, quo pravitas eluenda sit; donec veniens naturæ Conditor, quam dixi, eorum quæ officii sint effectricem vim, naturali scientia implevit, ac tum demum in vinum convertit : rationem scilicet scientiæ, quæ naturam, rationemque ac legem naturæ excedit : quod qui bibunt, rerum omnium natura excedentes, in abditum avolant divinæ intimitatis locum; quo plane, scientiæ omni eminentem jucunditatem exsultationemque suscipiunt : vinum scilicet illud bonum (hoc est, quo deificatio præstetur) omnium postremum bibentes : **89** Providentiæ erga humanum genus dispensationum arcanam rationem, seu verbum.

In senario autem numero, naturæ vis effectrix significatur ; non ea duntaxat ratione, quod Deus sex diebus creavit cœlum et terram, sed quod etiam numerorum qui intra denarium continentur, perfectissimus sit, suisque ex partibus conflatus. Capientes autem, ait Scriptura, hydrias singulas, metretas binas vel ternas ; quod nimirum naturalis actionis facultas, secundum naturalem speculationem, velut binas metretas, omnem creatorum scientiam capiat : tum scilicet naturarum corporearum quæ materia et forma constant, tum intellectilium substantiarum, quæ ex substantia et accidente coalescunt : id est, eam scientiæ vim quæ corpora atque animos complectatur : secundum autem naturæ concessam theologicam institutionem atque doctrinam, velut ternas metretas, quæ de sancta Trinitate, id est, de Patre, et Filio, et Spiritu sancto est, cognitionem ac illustrationem.

Vos igitur, ut qui spiritales sitis, id quod dicitur considerate. Quonam modo potiorum effectrix, generalis naturæ vis, in sex, eosque generales virtutum modos dividatur : quænam item universim, ac reliquarum generalissima virtus, cum universim virtutum effectrice naturæ facultate, ac quæ in sex species, easque generales dividatur ; ut facultati naturæ aptata, per suos ipsa modos, sextuplici specie formata, capiatur. Ad hæc, quinam sint mi-

[1] Joan. II, 5.

A ματικοῦ δὲ νόμου τελείωσις, ἡ πρὸς τὸν Θεὸν, ὡς ἔστι ἀνθρώπῳ δυνατὸν, ἐξομοίωσις.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Μ'.

Τί σημαίνει ὁ ἀριθμὸς τῶν ἓξ ὑδριῶν ἐν τῷ γάμῳ τῷ ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας ;

Ἀπόκρισις.

Ὁ τὴν φύσιν τῶν ἀνθρώπων δημιουργήσας Θεὸς, ἅμα βουλήσει τὸ εἶναι αὐτῇ δέδωκε, συνήρμοσεν αὐτῇ καὶ δύναμιν (1) τῶν καθηκόντων ποιητικήν. Αἱ τοίνυν ἓξ ὑδρίαι, ἡ κατὰ φύσιν ποιητικὴ τῶν θείων ἐντολῶν ἐστι δύναμις· ἧς κενώσαντες τὴν γνῶσιν οἱ ἄνθρωποι, περὶ τὴν ματαίαν τῶν ὑλικῶν πραγμάτων σπουδὴν, κενὴν τὴν τοιαύτην δύναμιν εἶχον καὶ ἄνυδρον· καὶ διὰ τοῦτο πῶς τῆς κακίας καθᾶρα. τὸν B ῥύπον οὐκ ἤδεσαν. Ὁ γὰρ γνώσεως ἄμοιρος, τὸν κατ' ἀρετὴν ῥυπτικὸν τῆς κακίας οὐδαμῶς ἐπίσταται τρόπον· ἕως ἐλθὼν ὁ τῆς φύσεως δημιουργὸς Λόγος (2), ἐπλήρωσε τὴν προειρημένην ποιητικὴν τῶν καθηκόντων δύναμιν τῆς κατὰ φύσιν γνώσεως· καὶ οὕτω μετέβαλεν εἰς τὸν οἶνον, φημὶ δὴ τὸν ὑπὲρ φύσιν τῆς γνώσεως λόγον, τόν τε λόγον καὶ νόμον τῆς φύσεως· ὃν οἱ πίνοντες, τῆς τῶν ὄντων ἁπάντων ἐξίστανται φύσεως, καὶ εἰς τὸν κρύφιον τῆς θείας ἐνδότητος ἀφίπτανται τόπον· καθ' ὃν τὴν πᾶσαν ὑπερκειμένην τῶν γνώσεων εὐφροσύνην δέχονται καὶ ἀγαλλίασιν· τὸν καλὸν οἶνον (3), τουτέστι, τὸν ποιητικὸν τῆς θεώσεως, πάντων ὕστερον τῶν κατὰ Πρόνοιαν περὶ τὸ ἀνθρώπινον [*Fr.* τὸν ἄνθρωπον], C οἰκονομιῶν πίνοντες ἀπόῤῥητον λόγον.

Εἰς δὲ τὸν ἓξ ἀριθμὸν, ἡ ποιητικὴ τῆς φύσεως λαμβάνεται δύναμις (4)· οὐ μόνον ὅτι ἐν ἓξ ἡμέραις ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, ἀλλ' ὅτι καὶ μόνος τῶν ἐντὸς δεκάδος ἀριθμῶν ἐστι τελειότατος, καὶ ἐκ τῶν ἰδίων συνιστάμενος μερῶν οὗτος ὁ ἀριθμός. Χωρούσας δὲ τὰς ὑδρίας ἀνὰ μετρητὰς δύο φησὶν ὁ Λόγος, ἢ τρεῖς· ὡς τῆς κατὰ φύσιν πρακτικῆς δυνάμεως χωρούσης, κατὰ μὲν τὴν φυσικὴν θεωρίαν, ὥσπερ δύο μετρητὰς, τὴν ὅλην τῶν γεγονότων γνῶσιν· τῶν τε ἐξ ὕλης καὶ εἴδους σωματικῶν φύσεων, τῶν τε ἐξ οὐσίας καὶ συμβεβηκότος νοητῶν οὐσιῶν· ἤγουν τὴν τῶν σωμάτων καὶ ἀσωμάτων περιληπτικὴν γνῶσιν· κατὰ δὲ τὴν ἐφικτὴν τῇ φύσει θεολογικὴν μυσταγωγίαν, ὡς μετρητὰς τρεῖς· D τὴν περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος, ἤγουν Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος, γνῶσιν καὶ φωταγωγίαν.

Ὑμεῖς οὖν ὡς γνωστικοὶ τὸ λεγόμενον θεωρήσατε (5)· πῶς ἡ ποιητικὴ τῶν κρειττόνων γενικὴ τῆς φύσεως δύναμις, εἰς ἓξ διαιρεῖται, καὶ αὐτοὺς γενικοὺς, τῶν ἀρετῶν τρόπους· καὶ τίς ἡ πρὸς τὴν καθόλου ποιητικὴν τῶν ἀρετῶν τῆς φύσεως δύναμίν ἐστιν ἡ καθόλου καὶ γενικωτάτη τῶν ἄλλων ἀρετὴ, καὶ εἰς ἓξ εἴδη, καὶ αὐτὰ γενικὰ, διαιρουμένη· ἵνα τῇ δυνάμει τῆς φύσεως ἁρμοσθεῖσα, χωρηθῇ διὰ τῶν ἐκείνων τρόπων ἐξαχῶς εἰδοποιουμένη· τίνες δὲ πρὸς

Digitized by Google

τούτοις οἱ τὸ ὕδωρ ἠντληκότες ὑπηρέται, τίς ὁ νυμφίος, τίς ἡ νύμφη, τίς ὁ ἀρχιτρίκλινος, τίς ἡ τῷ Λόγῳ παῤῥησιαστικῶς ἀπαγγείλασα Μήτηρ, ὅτι *Οἶνον οὐκ ἔχουσι*. Ταῦτα γὰρ πάντα λείπεται προσεξετάζειν τῷ μύστῃ καὶ μυσταγωγῷ τῶν θείων καὶ λόγων καὶ νοημάτων, εἴπερ πάντως τῷ τῆς ἀναγωγῆς κατὰ νοῦν ἥδεται τρόπῳ. Πλὴν ἵνα μὴ παντελῶς ἐπὶ τοῦ παρόντος ἄφωνος καταλειφθεὶς ἡμῖν ὁ περὶ τούτων οἰχήσεται λόγος, μὴ διδοὺς τοῖς καλῶς πεινῶσι κἂν ἀπὸ μέρους τὴν πνευματικὴν πανδαισίαν, ἐρῶ κατὰ δύναμιν, οὐχ ὅλην ἀποκαλύπτειν ἐπαγγελλόμενος τὴν ἐν τοῖς εἰρημένοις διάνοιαν (ἀσθενὴς γὰρ πρὸς περίληψιν τῶν ἐν τούτοις νοηθέντων θεαμάτων ὁ ἐμὸς καθέστηκε νοῦς), ἀλλ' ὅσην ἡ τῆς ἐμῆς διανοίας χωρεῖν πέφυκε δύναμις.

Γενικωτάτην οὖν τῶν ἀρετῶν φασιν εἶναι τὴν ἀγάπην· τὴν δὲ ταύτης ποιητικὴν γενικωτάτην τῆς φύσεως δύναμιν, φασὶν εἶναι τὸν λόγον· ὃς τῆς οἰκείας ἁπλῆξ ἐπιλαβόμενος αἰτίας (6), ἐνεργούμενος εἰς ἓξ διακρίνεται γενικωτέρους τρόπους, περιληπτικοὺς τῶν οἷς ὁ τῆς ἀγάπης διακρίνεσθαι πέφυκε λόγος εἰδῶν, πεινῶντας καὶ διψῶντας (7), καὶ ξένους καὶ γυμνοὺς, ἀσθενοῦντάς τε καὶ τοὺς ἐν φυλακῇ περιποιούμενος σωματικῶς τε καὶ πνευματικῶς· οὐ γὰρ μόνοις τοῖς σώμασιν ὁ τῆς ἀρετῆς περιγράφεται λόγος, οὐδὲ περὶ μόνην τὴν αἴσθησιν ἡ τῆς φύσεως καταγίνεται δύναμις.

Εἰδοποιὸς οὖν τῆς γενικωτάτης καθέστηκεν ἀρετῆς ἡ γενικωτάτη τῆς φύσεως δύναμις, τοῖς οἰκείοις ἓξ τρόποις εἰς εἴδη τοσαῦτα τὴν ἀρετὴν διακρίνουσα· δι' ὧν ἡ φύσις ἑνοῦται (8) τῷ τῆς γνώμης μοναδικῷ, τὸν ἐν πᾶσιν ἰσοτίμως ἀδιαίρετον δεικνῦσα τῆς πλάσεως λόγον, ἐν τῷ ποιεῖν εὖ καὶ πάσχειν πρὸς ἑαυτὸν συναγόμενον· ὃν ἐῤῥωμένον ἐπαναλαβὼν διὰ τῶν καθηκόντων πόνων ὁ νοῦς, πάσας περιτέμνει τῆς φύσεως τὰς ὑπερβολὰς καὶ τὰς ἐλλείψεις, ἃς ἡ φιλαυτία τῆς ἑκάστου γνώμης ἐπινοήσασα, τὴν ἡμερωτάτην ἐθηρίωσε φύσιν· καὶ μίαν τὴν οὐσίαν εἰς πολλὰς καὶ ἀντιθέτους· οὐδὲν δὲ χεῖρον εἰπεῖν, καὶ φθαρτικὰς ἀλλήλων, κατέτεμε μοίρας· καὶ τὴν σταθηρὰν μεσότητα φέρων (9), δείκνυσι, καθ' ἣν, τῶν ἀρετῶν οἱ νόμοι κατὰ φύσιν ἐξ ἀρχῆς θεόθεν ἐγράφησαν. Καὶ τοῦτο τυχὸν παραδεικνὺς τὸ μυστήριον ὁ λόγος, τὰς ἓξ ὑδρίας ἐξάγει κενὰς καὶ ἀνύδρους, ὑποφαινούσας τῆς κατὰ φύσιν γενικωτάτης δυνάμεως τὴν περὶ τὸ καλὸν ἀπραξίαν.

Οὕτω μὲν οὖν ἡ κατὰ φύσιν γενικωτάτη δύναμις εἰς ἓξ διαιρουμένη κατὰ τὴν πρᾶξιν τρόπους εἰς εἴδη τοσαῦτα μορφοῖ τὴν γενικωτάτην τῶν ἀρετῶν, ὅλην ὅλη περιλαμβάνουσα· καθ' ἣν γενομένη, τὸν ἑαυτῆς γενικώτατον δέχεται νόμον ἡ φύσις, ἅπταιστον τῆς ἀληθείας κριτήν· ὃν ὁ λόγος προσηγόρευσεν ἀρχιτρίκλινον· διεγνωκότα σοφῶς (10), ὅτι τὸν καλὸν οἶνον, ὃν ὕστερον διὰ τῆς ἰδίας παρουσίας ὁ Λόγος ἐκίρασεν, ἔδει κατ' ἀρχὰς πρῶτον πιεῖν, καὶ μεθυσθῆναι τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν· λέγω δὲ τὸν περὶ

A nistri qui aquam hauserunt; quis sponsus; quæ sponsa; quis architriclinus; quæ Mater fidenter palamque Verbo nuntians, *Vinum non habent* [a]? Hæc enim ex divinis exquirenda sermonibus ac intellectibus, discipulo pariter ac magistro supersunt, siquidem omnino sublimioris sensus modò, mente delectatur. Cæterum ne prorsus muta nobis in præsenti, quæ de his agitur, oratio abeat, ne vel ex parte pulchre esurientibus spiritales epulas ministrans, dicam quanta facultas: non hoc professus, aperturum me vim omnem sensus, qui dictis inest (imbecillior enim mihi mens est, quam ut spiritales in eis conceptus sensaque comprehendat), sed quantam meæ vis mentis capere potest.

B **90** Virtutum ergo generalissimam aiunt esse charitatem: ejus autem generalissimam effectricem naturæ vim, aiunt esse rationem: quæ nimirum suum mordicus complexa auctorem, operibus efficax in generalissimos sex modos dirimitur, ea genera complectentes, quibus ut dirimatur charitatis rationi est comparatum; quæ esurientes, sitientes, hospites, nudos, infirmos, qui in carcere (corporali pariter ac spiritali ratione) confoveat ac complectatur. Non enim virtutis ratio corporibus solis definita est, nec naturæ vis circa sensum duntaxat exseritur.

Generalissimæ igitur virtuti, generalissima naturæ vis speciem tribuit, sex suis modis in totidem C species seu genera virtutem dirimens; quibus natura unitur una eademque mentis sententia, indivisam pari dignitate in omnibus formationis rationem (ad seipsam munera præstando et accipiendo colligendam) monstrans: quam sanam ac incolumem per honestos labores animus recuperans, naturæ excessus omnes defectusque amputat (quibus exagitatis, cæcus cujusque mentis amor, cicurissimam naturam ferinam reddidit atque immitem: unamque substantiam, in multas ac oppositas (perindeque dicatur, in mutuum conjuratas interitum) conscidit partes): firmæque specimen edit mediocritatis, secundum quam virtutum naturales leges a principio divinitus scriptæ fuerant. Atque hoc forte mysterium obiter Scriptura signi- D ficans, sex hydrias vacuas producit et sine aqua, generalissimæ facultatis naturæ circa bonum atque honestum designantes inertiam.

Sic itaque generalissima naturæ vis, in sex modos agendi ratione divisa, in totidem species virtutum generalissimam format, tota totam complexa: ad quam composita natura, generalissimam suam legem nanciscitur, quæ veritatis judex inoffensus exsistat. Hanc Scriptura architriclinum vocavit, cujus hæc sapiens sententia, debuisse humanum genus, primum bonum vinum (ipsum nimirum quod postea suo Verbum adventu miscuit) bibere: ac inebriari (nempe potiorem ac subli-

[a] Joan. II, 3.

Digitized by Google

miorem de Deo rationem) : ac tum postea, tanquam vina, quod ad primam attinet rationem, deteriores docens creatorum rationes. Plane enim æquissimum **91** erat ac convenientissimum, ut eam primum natura rationem condoceretur, per quam condita est, ac tum postea rerum ipsius causa conditarum rationes exquireret.

Qui autem hauserunt aquam, ministri sunt Veteris ac Novi Testamenti : sancti scilicet patriarchæ et legislatores, ducesque et judices ac reges et prophetæ et evangelistæ apostolique, per quos hausta scientiæ aqua, ac naturæ rursus reddita est : quam Verbum in deificationis gratiam convertit, ipsum, præ bonitate, naturæ Conditor, ac deificationis, quæ gratia est, per humanitatem et clementiam auctor. Sin autem quis etiam naturales scientificas ac pietate nitentes rationes ministros esse dicat, Verbi jussu et imperio scientiæ aquam ex rerum ipsa distinctione atque ornatu haurientes, haud puto e vero aberraverit.

Sponsus autem, perspicue mens humana est, ut quæ sponsam conjugii jure virtutem duxerit. Horum convictum honorans propense vocata advenit Ratio, spiritalium ipsorum nuptiarum fœdus astringens ; vinoque suo, ad spiritalem fecunditatem, ceu vitali calore eorum cupiditatem confovens. Rationis mater seu Verbi, vera est ac impolluta fides. Quemadmodum enim Verbum, quatenus Deus, parentis suæ secundum carnem per naturam conditor est, ipsum præ humanitate summaque clementia illi auctor ut mater fieret, ex ipsa ut homo nasci sustinens : sic in nobis ratio, cum fidei auctor prius exstiterit, postea ejus quæ in nobis est, fidei filius efficitur, ex ipsa secundum actionem velut corpore concrescens : cujus munere auspicato omnia conficimus, mutuati dona a ratione, quibus salus paretur. Sine fide enim (cujus Verbum ac Ratio per naturam Deus exsistit, idemque filius per gratiam) nullam fundendi preces ad ipsum habemus fiduciam. Utinam vero ejusmodi semper nuptias celebremus, et ad eas cum Matre sua Jesus veniat : ut diffluentem peccati labe scientiam nostram restituat, eamque in deificationem, a rerum ortu animum extrahentem, convertat : naturalem scientiam, velut aquam spiritalem, vini qualitate, ad invertibilitatem durans, et quasi nervis astringens ac corroborans.

92 SCHOLIA.

1. Facultatem dicit et potentiam atque virtutem, eum motum, qui essentialiter naturæ inditus est ad præstandas virtutes, ac qui mentis sententia, ex ejus qui illo præditus est, voluntate, usu elucet.

2. Concessa scientia evacuatam naturam, Dei Verbum factum homo iterum scientia implevit ; duransque ad invertibilitatem, non natura, sed qualitate deificavit suo ipsam Spiritu, ita ut nihil

A Θεοῦ κρείττονα καὶ ὑψηλότερον λόγον· καὶ οὕτως ὕστερον, καθάπερ οἴνους, τοὺς ὅσον πρὸς τὸν πρῶτον λόγον, ἥττονας τῶν γεγονότων μυηθῆναι λόγους· δικαιότατον γὰρ ἦν ὡς ἀληθῶς καὶ πρεπωδέστατον, τὸν δι' ὃν γέγονε Λόγον μυηθῆναι πρότερον τὴν φύσιν, καὶ οὕτως ὕστερον ζητεῖν τῶν δι' αὐτὴν γενομένων τοὺς λόγους.

Οἱ ἠντληκότες δὲ τὸ ὕδωρ, εἰσὶν οἱ διάκονοι τῆς τε Παλαιᾶς καὶ Καινῆς Διαθήκης· φημὶ δὴ τοὺς ἁγίους πατριάρχας, καὶ τοὺς νομοθέτας, καὶ τοὺς στρατηγοὺς, τούς τε κριτάς καὶ τοὺς βασιλεῖς, καὶ τοὺς προφήτας καὶ τοὺς εὐαγγελιστὰς καὶ ἀποστόλους, δι' ὧν ἠντλήθη τὸ ὕδωρ τῆς γνώσεως, καὶ ἀπεδόθη τῇ φύσει πάλιν· ὅπερ μετέβαλεν εἰς τὴν τῆς θεώσεως χάριν, ὁ τὴν φύσιν ὡς ἀγαθὸς δη-
B μιουργήσας, καὶ θεώσας διὰ φιλανθρωπίαν τῇ χάριτι, Λόγος. Εἰ δὲ καὶ τοὺς κατὰ φύσιν ἐπιστημονικούς τε καὶ εὐσεβεῖς λογισμοὺς εἴποι τις εἶναι διακόνους, ἐκ τῆς τῶν ὄντων διακοσμήσεως κελεύσει τοῦ Λόγου ἀντλοῦντας τὸ ὕδωρ τῆς γνώσεως, οὐ διαπέπτωκεν, ὡς οἶμαι, τῆς ἀληθείας.

Νυμφίος δὲ προδήλως ἐστὶν ὁ ἀνθρώπινος νοῦς, ὡς νύμφην ἀγόμενος πρὸς συζυγίαν τὴν ἀρετήν· ὧν τιμῶν τὴν συμβίωσιν παραγίνεται προθύμως καλούμενος ὁ Λόγος, διασφίγγων αὐτῶν τὴν τοῦ πνευματικοῦ γάμου συναλλαγὴν, καὶ τῷ ἰδίῳ οἴνῳ πνευματικῶς διαθερμαίνων αὐτῶν πρὸς πνευματικὴν πολυγονίαν τὴν ἔφεσιν. Μήτηρ (11) δὲ τοῦ Λόγου καθέστηκεν ἡ ἀληθὴς καὶ ἀμόλυντος πίστις.
C Ὡς γὰρ τῆς τεκούσης αὐτὸν κατὰ σάρκα μητρὸς, ὡς Θεὸς, ὑπάρχει κατὰ φύσιν δημιουργὸς ὁ Λόγος, ἣν ἐποιήσατο μητέρα διὰ φιλανθρωπίαν ἐξ αὐτῆς ὡς ἄνθρωπος γεννηθῆναι καταδεξάμενος· οὕτως ἐν ἡμῖν πρότερον τὴν πίστιν δημιουργήσας ὁ Λόγος, ὕστερον γίνεται τῆς ἐν ἡμῖν πίστεως υἱὸς, ἐξ αὐτῆς κατὰ τὴν πρᾶξιν ταῖς ἀρεταῖς σωματούμενος· δι' ἧς πάντα διανύομεν, παρὰ τοῦ Λόγου λαμβάνοντες τὰ πρὸς σωτηρίαν χαρίσματα· χωρὶς γὰρ πίστεως, ἧς καὶ Θεὸς κατὰ φύσιν ὑπάρχει, καὶ υἱὸς κατὰ χάριν, ὁ Λόγος, οὐδεμίαν ἔχομεν παῤῥησίαν τὰς πρὸς αὐτὸν ποιεῖσθαι δεήσεις. Ἀλλὰ γένοιτο διὰ παντὸς ἡμᾶς τε τὸν τοιοῦτον συγκροτεῖν γάμον, καὶ μετὰ τῆς ἰδίας Μητρὸς παραγίνεσθαι τὸν Ἰησοῦν· ἵνα τὴν ἀπορῥυεῖσαν ἡμῶν διὰ τὴν ἁμαρτίαν ἀπο-
D καταστήσῃ γνῶσιν, καὶ μεταβάλῃ ταύτην πρὸς τὴν ἐξοικίζουσαν τὸν νοῦν τῆς τῶν ὄντων γνώσεως [*Fr.* et *Reg.* γενέσεως] θέωσιν, τὴν στομοῦσαν καὶ οἱονεὶ νεῦροῦσαν πρὸς ἀτρεψίαν καθάπερ ὕδωρ τὸ νοούμενον οἴνου ποιότητι, τὴν γνῶσιν τῆς φύσεως.

ΣΧΟΛΙΑ.

α'. Δύναμιν λέγει, τὴν οὐσιωδῶς μὲν κατεσπαρμένην τῇ φύσει πρὸς ἀρετῶν ἐνέργειαν κίνησιν, γνωμικῶς δὲ πρὸς τὴν τοῦ κεκτημένου βούλησιν, κατὰ τὴν χρῆσιν ἐκφαινομένην.

β'. Τὴν κενωθεῖσαν τῆς δοθείσης γνώσεως φύσιν, γενόμενος ἄνθρωπος ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, πάλιν ἐπλήρωσε γνώσεως· καὶ στομώσας πρὸς ἀτρεψίαν, οὐ φύσει, ποιότητι δὲ ταύτην ἐθέωσεν, ἀνελλιπῶς αὐ-

Digitized by Google

τὴν τῷ οἰκείῳ χαρακτηρίσας Πνεύματι, καθάπερ ὕδωρ οἴνου ποιότητι πρὸς τόνον μετακεράσας. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ γίνεται κατ' ἀλήθειαν ἄνθρωπος, ἵνα κατὰ χάριν ἡμᾶς καταστήσῃ Θεούς.

γ'. Καλὸν οἶνον λέγει τὸν πρὸς θέωσιν ἐκστατικὸν τῆς φύσεως λόγον· ὃν ἡ παράβασις μὲν τῷ Ἀδὰμ πιεῖν οὐ συνεχώρησεν· αὐτὸς δὲ χάριτι διὰ φιλανθρωπίαν ὡς Θεὸς ἑαυτὸν κενώσας, ὕστερον διὰ τῆς σαρκώσεως, ὡς οἶδεν μόνος αὐτὸς, κατέστησεν πότιμον. Αὐτὸς γάρ ἐστι καὶ Πρόνοια, ὡς συνοχὴ τῶν ὄντων· καὶ Προνοίας λόγος, ὡς μέθοδος τῆς τῶν προνοουμένων ἰατρείας· καὶ Προνοητής, ὡς πάντα τοῖς ἑαυτῶν τοῦ εἶναι τοῖς λόγοις συνέχων.

δ'. Τῆς μὲν τῶν σωματικῶν καὶ ἀσωμάτων γνώσεως δεκτικὴ κατὰ φύσιν ἐστὶν ἡ τοῦ νοῦ δύναμις, φησὶν· τῆς δὲ τῆς ἁγίας Τριάδος κατὰ μόνην τὴν χάριν δέχεται τὰς ἐμφάσεις, ὅτι ἔστι μόνον πιστεύουσα· ἀλλ' οὐ, τί ποτε κατ' οὐσίαν ἐστὶ, ζητεῖν αὐθαδιζομένη.

ε'. Ὅτι καὶ ἡ καθ' ὅλου δύναμις τῆς φύσεως, εἰς ἓξ διαιρεῖται τρόπους καὶ ἐνεργείας· καὶ ἡ καθ' ὅλου ἀγάπη, εἰς ἓξ ἀρετῶν εἴδη μερίζεται. Πεῖναν γάρ, καὶ δίψαν, καὶ γύμνωσιν, καὶ ξενιτείαν, καὶ ἀσθένειαν, καὶ φυλακὴν, τῶν τούτοις κατειλημμένων, εἴτε σωματικῶς, εἴτε πνευματικῶς ὁ παραμυθούμενος, τὴν ἐκ τῶν ἓξ ἀρετῶν συνισταμένην πεπλήρωκεν πρός τε τὸν Θεὸν καὶ τὸν πλησίον ἀγάπην· ὡς μόνῳ Θεῷ πεποιωμένην τῆς ψυχῆς διατηρήσας τὴν ἔφεσιν.

ς'. Αἰτίαν τοῦ Λόγου φησὶ τὸν Θεόν· ὃν ζητεῖν, τοῦ λόγου τὴν δύναμιν ὁ ἄνθρωπος εἴληφεν.

ζ'. Εἰς ταῦτα τὸ τῆς ἀγάπης διαιρεῖται χρῆμα, ἐν οἷς καὶ συνίσταται.

η'. Ὁ κατ' ἀρετὴν τῇ γνώμῃ, φησὶν, ἴσος πρὸς πάντας γενόμενος, ἀπροσωπόληπτον ἐν ἑαυτῷ δείκνυσι τὸν Θεὸν, ὥσπερ πάντων καθ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν λόγον δημιουργήσαντα τὴν φύσιν, οὕτω καὶ πᾶσαν νομοθετήσαντα μίαν τῆς γνώμης τὴν κίνησιν, καθ' ἣν ὁ δοκῶν σκορπίζεσθαι τῆς φύσεως συνάγεσθαι πέφυκε λόγος.

θ'. Μεσότητα λέγει τὴν ἀπηλλαγμένην μὲν τῶν παρὰ φύσιν παθῶν, οὔπω δὲ τῶν ὑπὲρ φύσιν ἀγαθῶν ἐπειλημμένην κατάστασιν. Ἰσονομοῦσαν γὰρ τῇ φύσει τὴν γνώμην δείκνυσι, μηδὲν ἔχουσαν αὐτοῦ βαπὲς, καὶ τῷ λόγῳ τῆς φύσεως ἀντιφερόμενον· καὶ διὰ τοῦτο πάντας ἀνθρώπους ἵνα γινώσκουσαν, ἅτε ἐν βίβλοις θεόγραφον ἔχουσαν τὸν νόμον τῆς φύσεως.

ι'. Ὅτι φυσικὸν ἔχομεν κριτήριον τὸν κατὰ φύσιν νόμον, διδάσκοντα ἡμᾶς, ὅτι πρὸ τῆς ἐν ὅλοις σοφίας ἔδει πρὸς τὴν τοῦ Ποιητοῦ τῶν ὅλων μυσταγωγίαν ἡμῶν κινεῖσθαι τὴν ἔφεσιν.

ια'. Πίστις, ἡ τοῦ Λόγου Μήτηρ, κατὰ τὴν ἀναγωγὴν· ἥτις δημιουργουμένη πρότερον, γεννᾷ σωματούμενον ὕστερον ταῖς ἀρεταῖς τὸν αὐτὴν δημιουργήσαντα Λόγον.

A desit, obsignans; haud secus ac aqua vini qualitate imbuta ac temperata, vigorem asciscit. Nam et ideo homo vere factus est, ut per gratiam deos nos esse præstaret.

3. Bonum vinum vocat naturæ rationem, qua ad deificationis assequendum munus, probe excedamus. Hujus vini potu ob prævaricationem Adamo interdictum: ipseque ob humanitatem eximiamque clementiam ut Deus, sese exinaniens, postmodum per incarnationem (qua idemmet novit ratione) potabile reddidit. Est enim tum Providentia, ut quo res contineantur; tum Providentiæ ratio, ut certa via curationis eorum, qui Providentia reguntur: tum denique Provisor, velut qui suis essendi rationibus cuncta contineat atque conservet.

B 4. Mentis facultas, corporeorum incorporeorumque scientiæ natura capax exsistit: sanctæ vero Trinitatis repræsentationes, per solam gratiam, credendo solummodo eam esse, accipit: nusquam vero quid sit per essentiam quærere præsumit.

5. Naturæ facultas in sex universim modos actusque dividitur: universimque charitas in sex virtutum species partibus secatur. Qui enim famem, sitim, nuditatem, quod peregrini, quod infirmi, quod in carcere sint, qui his sive corpore, sive animo tenentur, pia studet opitulatione levare, is charitatem in Deum et proximum, senis ex virtutibus constantem, implevit; ut qui Deo solummodo
C imbutam animi cupiditatem servarit.

6. Verbi causam seu auctorem Deum dicit: quem ut quærat, homo rationis facultatem accepit.

7. In hæc charitas dividitur, in quibus et consistit.

8. Qui per virtutem animo ad omnes æqualis evasit, Deum in se non acceptorem personarum ostendit; ut qui sicut omnium secundum unam eamdemque rationem, naturam condidit, sic et unum omnem animi ac voluntatis motum sanxerit; quo naturæ ratio, quæ dissipari videtur, nata est colligi.

9. Mediocritatem, statum vocat, ipsum quidem innaturalibus affectibus liberum, sed qui necdum
D supernaturalia bona adeptus sit. Voluntatem enim æqualibus se modis ad naturam habentem ostendit; nihil scilicet habentem quo privatis commodis studeat, ac quod naturæ rationi obsistat: quæque adeo omnes homines unum agnoscat, quippe quæ librum divinitus exaratum naturæ legem habeat.

10. Naturale judicium habemus, legem naturalem, quæ doceat, operæ pretium fuisse, ut prius ad universorum Auctorem condiscendum cupiditas nostra moveretur, quam ad sapientiam in rerum universitate exsistentem.

11. Fides, altiori sensu ac spiritali, rationis parens est: quippe prius condita, quæ se condidit, rationem virtutibus corporatam postea gignit.

Digitized by Google

QUÆSTIO XLI.

Quænam ratio quinque virorum quos Samaritana habuit, et sexti, qui neque vir est [a]?

Responsio.

Tum mulier Samaritana, tum quæ septem fratribus, ut auctores Sadducæi **93** sunt, nupserat [b]; quæ item sanguine fluens, et quæ ad terram inclinata erat [c]; necnon Jairi filia et Syrophœnissa [d], cum universam hominum naturam, tum cujusque hominis animam significant : ita scilicet ut quæque illarum pro subjecta morbi affectione, tum naturam denotet, tum animam. Puta, quam Sadducæi mulierem induxerunt, natura est sive anima, cunctis a sæculo datis divinis legibus conjugii lege, nullo prolis solatio copulata ; ac quæ futurorum exspectationem non reciperet. Similiter mulier sanguine fluens, natura est vel anima, concessam vim ad præstanda justitiæ opera ac rationes parandas, vitiis diffluentem habens. Syrophœnissa, eadem natura est ac cujusque anima, velut filiam mentem habens, quæ terrenorum amore epileptici morbi necessitate graviter discerpatur. Similiter quoque Jairi filia, tum natura est tum anima lege instituta, penitus mortua legalium mandatorum divinorumque præceptorum inertia. Ad terram vero inclinata mulier, natura est sive anima, mentis omnem actionis vim, diaboli fraude ad terrena inflectens. Samaritana itidem, parique et ipsa ratione, naturam significat aut uniuscujusque animam, cunctis naturæ concessis legibus tanquam viris conjugii lege (excepto dono prophetiæ) usam ; e quibus quinque transierant : sexta vero, etsi aderat, non tamen naturæ vir erat aut animæ ; cum ex ipsa servantem in perpetuum justitiam non gigneret.

Habuit igitur natura primum virum, quæ in paradiso data lex est ; secundum, quæ post paradisum ; tertium, quæ in diluvio Noemi tempore ; quartum, circumcisionis in Abrahamo ; quintum, oblationis Isaaci. Has omnes leges cum accepisset natura, amiserat ; nempe illius operum justitiæ infecunditate mortuas. Sextum autem, quæ per Mosen data est, legem habebat, velut non haberet ; vel quod ea præscriptam justitiam non præstaret, vel quod ad alteram legem, seu virum (nempe Evangelium) erat transitura : velut lege non in perpetuum data humano generi, sed certa dispensatione, crudiente ad id quod majus ac spiritalius esset. Quo significatu existimo dixisse Dominum mulieri Samaritanæ : *Et nunc quem habes, non est tuus* [e]. **94** Noverat enim naturam ad Evangelium transituram. Idcirco etiam, circa horam sextam, quando maxime anima scientiæ radiis circumfulget, Verbi ad eam præsentia, quælegi concretæ sunt, diffugientibus tenebris, cum ea loquebatur, idque juxta puteum Jacob ; cum scilicet una cum Verbo juxta

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΜΑ'.

Τίς ὁ λόγος τῶν ε' ἀνδρῶν τῆς Σαμαρείτιδος, καὶ τοῦ ἕκτου καὶ μὴ ὄντος ἀνδρός ;

'Απόκρισις.

Καὶ ἡ Σαμαρεῖτις γυνὴ, καὶ ἡ τοὺς ἑπτὰ λαβοῦσα, κατὰ τοὺς Σαδδουκαίους, πρὸς γάμον ἀδελφοὺς, καὶ ἡ αἱμόῤῥους, καὶ ἡ πρὸς γῆν συγκύπτουσα, καὶ ἡ θυγάτηρ 'Ιαείρου, καὶ ἡ Συροφοινίκισσα, καὶ τὴν καθόλου τῶν ἀνθρώπων φύσιν, καὶ τὴν τοῦ καθ' ἕκαστον ἀνθρώπου ψυχὴν δηλοῦσιν, ἑκάστη κατὰ τὴν ὑποκειμένην διάθεσιν τοῦ πάθους σημαίνουσα καὶ τὴν φύσιν καὶ τὴν ψυχήν. Οἷον, ἡ μὲν τῶν Σαδδουκαίων γυνὴ ἐστὶν ἡ φύσις ἢ ἡ ψυχὴ· ἡ πᾶσι μὲν τοῖς ἀπὸ τοῦ αἰῶνος δοθεῖσι θείοις νόμοις ἀγόνως συνοικήσασα, τὴν δὲ τῶν μελλόντων προσδοκίαν οὐκ ἀποδεχομένη. 'Η δὲ αἱμόῤῥους ὡσαύτως ἡ φύσις ἐστὶ καὶ ἡ ψυχὴ, τὴν δοθεῖσαν αὐτῇ πρὸς γένεσιν ἔργων δικαιοσύνης καὶ λόγων τοῖς πάθεσι πρὸς τὴν ὕλην διαῤῥέουσαν ἔχουσα δύναμιν. 'Η δὲ Συροφοινίκισσα, ἡ αὐτὴ φύσις ἐστὶ καὶ ἡ τοῦ καθ' ἕκαστον ψυχὴ, ὡς θυγατέρα τὴν διάνοιαν ἐπαχθῶς τῇ φιλίᾳ τῆς ὕλης ἐξ ἀμηχανίας ἐπιληπτικῶς διαῤῥησσομένην ἔχουσα. 'Η δὲ θυγάτηρ 'Ιαείρου ὁμοίως, ἡ κατὰ τὸν νόμον φύσις τε καὶ ψυχὴ, παντελῶς ἀποθανοῦσα τῇ ἀπραξίᾳ τῶν νομικῶν ἐντολῶν καὶ ἀνενεργησίᾳ τῶν θείων προσταγμάτων. 'Η δὲ συγκύπτουσα γυνὴ, ἐστὶν ἡ φύσις ἢ ἡ ψυχὴ, ἡ πρὸς τὴν ὕλην τὴν περὶ πρᾶξιν νοερὰν δύναμιν ὅλην διὰ τῆς ἀπάτης τοῦ διαβόλου ἐπικάμψασα. 'Η δὲ Σαμαρεῖτις, ὡσαύτως ταῖς προλαβούσαις γυναιξὶ, τὴν φύσιν δηλοῖ ἢ τὴν τοῦ καθ' ἕκαστον ψυχὴν, δίχα τοῦ προφητικοῦ χαρίσματος, πᾶσι συνοικήσασαν καθάπερ ἀνδράσι, τοῖς δοθεῖσι τῇ φύσει νόμοις· ὧν πάντες μὲν ἦσαν παρελθόντες· ὁ ἕκτος δὲ, κἂν παρῇν, ἀλλ' οὐκ ἦν ἀνὴρ τῆς φύσεως ἢ τῆς ψυχῆς, μὴ γεννῶν ἐξ αὐτῆς τὴν σώζουσαν εἰς τὸ παντελὲς δικαιοσύνην.

Εἶχεν οὖν πρῶτον νόμον ἡ φύσις ἄνδρα, τὸν ἐν τῷ παραδείσῳ· δεύτερον, τὸν μετὰ τὸν παράδεισον· τρίτον, τὸν ἐν τῷ κατακλυσμῷ ἐπὶ τοῦ Νῶε· τέταρτον, τὸν τῆς περιτομῆς ἐπὶ τοῦ 'Αβραάμ· πέμπτον, τὸν τῆς προσαγωγῆς τοῦ 'Ισαάκ. Τούτους λαβοῦσα πάντας ἡ φύσις, ἀπεβάλετο, θανόντας τῇ κατ' αὐτὴν ἀκαρπίᾳ τῶν ἔργων τῆς ἀρετῆς. Ἕκτον δὲ, τὸν διὰ Μωσέως ἔσχε νόμον, ὡς οὐκ ἔχουσα· ἢ διὰ τὸ μὴ ποιεῖν τὴν κατ' αὐτὸν τεταγμένην δικαιοσύνην· ἢ διὰ τὸ μέλλειν πρὸς ἕτερον, ὡς ἄνδρα, νόμον μεταβήσεσθαι τὸ Εὐαγγέλιον· ὡς τοῦ νόμου μὴ δὲ' αἰῶνος δοθέντος τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐπ' οἰκονομίᾳ παιδαγωγούσῃ πρὸς τὸ μεῖζόν τε καὶ μυστικώτερον· καθ' ὃ σημαινόμενον οἶμαι τὸν Κύριον φάναι πρὸς τὴν Σαμαρεῖτιδα γυναῖκα· *Καὶ νῦν ὃν ἔχεις, οὐκ ἔστι σός*· ἤδει γὰρ εἰς τὸ Εὐαγγέλιον τὴν φύσιν μετενεχθήσεσθαι· διὸ καὶ περὶ ἕκτην ὥραν, ὅτε μάλιστα πανταχόθεν ἡ ψυχὴ περιλάμπεται ταῖς ἀκτῖσι τῆς γνώσεως, διὰ τὴν πρὸς αὐτὴν τοῦ Λόγου παρουσίαν, τῆς ἐν νόμῳ σκιᾶς ἀπογενομένης, αὐτῇ διελέγετο, καὶ περὶ τὸ φρέαρ τοῦ 'Ιακὼβ (1),

[a] Joan. IV, 18. [b] Matth. XXII, 25. [c] Matth. IX, 20. [d] Luc. VIII, 41. [e] Joan. IV, 18.

Digitized by Google

περὶ τὴν πηγὴν δηλαδὴ, σὺν τῷ Λόγῳ τῶν Γραφικῶν ἱσταμένῃ θεωρημάτων. Ταῦτα καὶ περὶ τούτου τέως εἰρήσθω.

Scripturæ sensorum ac conceptuum fontem staret. Atque hæc de his etiam hactenus.

ΣΧΟΛΙΟΝ.

α'. Τὸ φρέαρ τοῦ Ἰακὼβ, ἐστὶν ἡ Γραφή· τὸ δὲ ὕδωρ, ἐστὶν ἡ ἐν τῇ Γραφῇ γνῶσις· τὸ δὲ βάθος, ἡ τῶν Γραφικῶν αἰνιγμάτων δυσδιέξιτος θέσις· τὸ δὲ ἄντλημα, ἐστὶ, τῶν γραμμάτων τοῦ θείου λόγου μάθησις, ἣν οὐκ εἶχεν ὁ Κύριος Αὐτολόγος ὑπάρχων, καὶ ὡς ἐκ μαθήσεως καὶ μελέτης γνῶσιν δεδοὺς τοῖς πιστεύουσιν, ἀλλὰ τὴν ἐκ χάριτος πνευματικῆς ἀέννεον σοφίαν, καὶ μηδέποτε λήγουσαν τοῖς ἀξίοις δωρούμενος. Τὸ γὰρ ἄντλημα, τουτέστιν ἡ μάθησις, μέρος ἐλάχιστον λαμβάνουσα γνώσεως, τὸ πᾶν ἐξ μηδενὶ λόγῳ κρατούμενον. Ἡ δὲ κατὰ χάριν γνῶσις, ὅλην ἔχει καὶ δίχα μελέτης τὴν ἐφικτὴν ἀνθρώποις σοφίαν, πρὸς τὰς χρείας ποικίλως βλύζουσαν.

SCHOLIUM.

1. Puteus Jacob, Scriptura est; aqua, quæ in Scriptura scientia est; profunditas, implexorum Scripturæ sensorum, qua se quis non facile expediat, positio. Haustrum, divinarum Scripturarum disciplina, quam non habebat Dominus, qui ipse per se Sermo erat, quique non disciplinæ cultu et exercitatione partam scientiam fidelibus præbeat, sed quæ ex gratia spiritali est; perennem sapientiam ac nunquam desinentem dignis tribuat. Haustrum enim, id est, disciplina, parte minima scientiæ arrepta, totum dimittit quod nulla ratio comprehendat. Quæ autem per gratiæ munus scientia est, totam, quanta hominibus concessa est, sine etiam exercitatione, pro eo ac usus postulat, varie scaturientem sapientiam habet.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΜΒ'.

Πῶς ἡμεῖς μὲν λεγόμεθα ποιῆσαι τὴν ἁμαρτίαν καὶ εἰδέναι, ὁ δὲ Κύριος γενέσθαι μὲν ἁμαρτία λέγεται, μὴ γνῶναι δὲ αὐτήν; Πῶς δὲ καὶ τοῦ ποιῆσαι καὶ εἰδέναι αὐτὴν οὐκ ἔστι βαρύτερον τὸ γενέσθαι καὶ μὴ γνῶναι; « Τὸν γὰρ μὴ γνόντα ἁμαρτίαν, φησὶν, ὑπὲρ ἡμῶν ἁμαρτίαν ἐποίησεν. »

QUÆSTIO XLII.

Quonam modo, nos quidem peccatum facere dicimur ac nosse: Dominus autem factus quidem peccatum esse dicitur, non autem ipsum nosse? Qui vero non etiam gravius fieri peccatum nec tamen nosse, quam facere et nosse? « Eum enim, inquit, qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit [*]. »

Ἀπόκρισις.

Φθαρεῖσα πρότερον τοῦ κατὰ φύσιν λόγου τοῦ Ἀδὰμ ἡ προαίρεσις (1), τὴν φύσιν ἑαυτῇ συνέφθειρεν, ἀποθεμένην τῆς ἀπαθείας τὴν χάριν, καὶ γέγονεν ἁμαρτία· πρώτη μὲν καὶ εὐδιάβλητος, ἡ πρὸς κακίαν ἀπὸ τοῦ ἀγαθοῦ τῆς προαιρέσεως ἔκπτωσις· δευτέρα δὲ διὰ τὴν πρώτην, ἡ τῆς φύσεως ἐξ ἀφθαρσίας εἰς φθορὰν ἀδιάβλητος μεταποίησις. Δύο γὰρ ἁμαρτίαι γεγόνασιν ἐν τῷ προπάτορι κατὰ τὴν παράβασιν τῆς θείας ἐντολῆς· ἡ μὲν, διαβεβλημένη· ἡ δὲ, ἀδιάβλητος, αἰτίαν ἔχουσα τὴν διαβεβλημένην. Καὶ ἡ μὲν, προαιρέσεως ἑκουσίως ἀποθεμένης τὸ ἀγαθὸν· ἡ δὲ, φύσεως ἀκουσίως διὰ τὴν προαίρεσιν ἀποθεμένης τὴν ἀθανασίαν (2). Ταύτην οὖν τὴν διάλληλον φθορὰν τε καὶ ἀλλοίωσιν τῆς φύσεως ὁ Κύριος ἡμῶν καὶ Θεὸς διορθούμενος, ὁλόκληρον τὴν φύσιν ἀνέλαβεν (3), εἶχε καὶ αὐτὸς ἐν τῇ ληφθείσῃ φύσει τὸ παθητὸν, τῇ κατὰ προαίρεσιν ἀφθαρσίᾳ κοσμούμενον· καὶ γέγονε φύσει μὲν διὰ τὸ παθητὸν ὑπὲρ ἡμῶν ἁμαρτία, μὴ γνοὺς δὲ τὴν γνωμικὴν ἁμαρτίαν, διὰ τὴν ἀτρεψίαν τῆς προαιρέσεως· τὸ δὲ παθητὸν τῆς φύσεως διὰ τὴν ἀφθαρσίαν τῆς προαιρέσεως διορθώσας· τὸ τέλος τοῦ παθητοῦ τῆς φύσεως, φημὶ δὲ τὸν θάνατον (4), τῆς κατὰ φύσιν πρὸς ἀφθαρσίαν μεταποιήσεως ἀρχὴν ποιησάμενος· καὶ γέγονεν ὥσπερ δι' ἑνὸς ἀνθρώπου τραπέντος ἑκουσίως ἀπὸ τοῦ ἀγαθοῦ τὴν προαίρεσιν εἰς πάντας ἀνθρώπους ἡ τῆς φύσεως ἐξ ἀφθαρσίας εἰς φθορὰν μεταποίησις· οὕτως δι' ἑνὸς ἀνθρώπου Ἰησοῦ Χριστοῦ, μὴ τραπέν-

Responsio.

Corrupta prius Adami naturalis rationis voluntas una secum naturam corrupit, amissa impatibilitatis gratia, ortumque peccatum est: primum quidem prorsusque vituperabile, voluntatis a bono ad pravitatem vitiumque prolapsio; alterum vero, primi illius proles, inculpata naturæ ex incorruptione ad corruptionem transmutatio. Duplex enim peccatum exstitit in primo parente, quo divinum mandatum transgressus est: alterum vituperabile; alterum, omni carens vituperio, causam habens peccatum illud quod vituperio hæret. Atque alterum quidem voluntatis est, amisso sponte quod bonum honestumque est; alterum naturæ, amissa invite, per voluntatis labem, immortalitate. Hanc igitur aliam ex alia naturæ corruptionem **95** deteriorique sorte immutationem ut emendaret Dominus ac Deus noster, assumpta integra natura, ipse quoque in ea assumpta patiendi vim mortisque habuit, cui liberæ incorruptio voluntatis decorem præstaret. Factusque est, natura quidem ob eam patiendi vim, pro nobis peccatum, cum per voluntatis invertibilitatem, quod animi sententia peccatum est, nesciret; sed qui naturæ vim patiendi (corruptionis scilicet labem) per voluntatis incorruptionem curaret: nempe naturæ vis patiendi finem (mortem nimirum) naturæ ad incorruptionem transmutationis initium faciens. Factaque est, sicut per unum hominem a bona sponte mutatum volun-

[*] II Cor. v, 21.

Digitized by Google

tate, in omnes homines naturæ ex incorruptione in corruptionem transmutatio : sic per unum hominem Jesum Christum a bona nihil mutatum voluntate, naturæ ex corruptione ad incorruptionem reparatio [10].

Meum itaque Dominus cum non nosset peccatum (meæ scilicet mutationem voluntatis), meum neque assumpsit, neque factus est peccatum : quod vero mei causa peccatum factum est (quæ scilicet voluntatis labe, corruptio naturæ invecta est) assumens, homo propter nos ærumnis obnoxius ac mortalis factus est : per peccatum mei causa susceptum, meo proclive peccato sublato : ac sicut in Adamo, propria voluntas vitio hærens, commune decus abstulit incorruptionis naturæ : Deo nimirum haud bonum judicante, ut cujus voluntas vitio insorduisset, immortali natura gauderet. Sic in Christo propria in bonum voluntatis cohæsio, corruptionis commune probrum ab omni abstersit natura ; eadem ipsa per resurrectionem ob voluntatis invertibilitatem, in corruptionem mutata : Deo scilicet æquum æstimante, ut natura immortalem rursus reciperet hominem, qui voluntate nihil mutatus esset. Hominem dico, quod carnem induit, Deum Verbum, ob eam quam sibi secundum hypostasim, anima rationali præditam carnem copulavit. Cum enim naturalem patiendi, corruptionisque ac mortis labem, voluntatis in Adamo mutatio invexerit ; merito naturalem ab iisdem immunitatem invertibilis in Christo voluntas per resurrectionem restituit.

96 Voluntarii igitur Adæ peccati damnatio est, naturæ ut affectibus atque ærumnis, et corruptioni et morti obnoxia sit, immutatio, quam homo prima creatione minime quidem a Deo habuit, sed fecit ipse cognovitque, qui peccati quod voluntate constat, per transgressionem sibi auctor exstiterit : cujus aperte proles, mortis damnatio est. Hanc porro voluntarii mei peccati damnationem (dico autem naturæ patiendi vim, ærumnisque et corruptioni ac morti subjacendi) cum Dominus suscepisset, propter me peccatum factus est, qui ea ratione meam sponte damnationem subierit, ipse ab omni immunis reatu voluntatis : ut voluntarium et naturale peccatum et damnationem condemnaret, simul a natura tum peccatum depellens, tum patiendi vim et corruptionem et mortem ; fieretque commune mysterium, circa me qui inobedientia eccideram, ejus propter me propensiore clementia dispensatio, qui meæ causa salutis meam sponte per mortem sibi damnationem asciscit, et per eam instaurationem ad immortalitatem divino munere tribuit.

Multifariam puto sub compendio ostensum est, quonam modo Dominus factus peccatum, peccatum tamen non cognoverit : quo item modo, homo, non quidem factus ipse peccatum sit, sed peccatum

[10] Rom. v. 12.

τος ἀπὸ τοῦ ἀγαθοῦ τὴν προαίρεσιν, εἰς πάντας ἀνθρώπους ἡ τῆς φύσεως ἐκ φθορᾶς εἰς ἀφθαρσίαν ἀποκατάστασις.

Τὴν ἐμὴν οὖν μὴ γνοὺς ἁμαρτίαν ὁ Κύριος, τουτέστι τὴν τροπὴν τῆς ἐμῆς προαιρέσεως, τὴν ἐμὴν οὐκ ἔλαβεν ἁμαρτίαν (5), οὔτε γέγονεν· ἀλλὰ τὴν δι' ἐμὲ ἁμαρτίαν, τουτέστι τὴν διὰ τὴν τροπὴν τῆς προαιρέσεως φθορὰν τῆς φύσεως ἀναλαβών, ὑπὲρ ἡμῶν γέγονε φύσει παθητὸς ἄνθρωπος· διὰ τῆς δι' ἐμὲ ἁμαρτίας (6), τὴν ἐμὴν ἀνελὼν ἁμαρτίαν. Καὶ ὥσπερ ἐν τῷ Ἀδὰμ, τὸ περὶ κακίαν τῆς προαιρέσεως ἴδιον, τὸ κοινὸν τῆς ἀφθαρσίας ἀφεῖλατο κλέος τῆς φύσεως, φύσιν ἀθάνατον ἔχειν οὐκ εἶναι καλὸν κρίναντος τοῦ Θεοῦ τὸν κακισθέντα τὴν προαίρεσιν ἄνθρωπον· οὕτως ἐν τῷ Χριστῷ τὸ περὶ τὸ καλὸν τῆς προαιρέσεως ἴδιον, τὸ κοινὸν τῆς φθορᾶς αἶσχος τῆς ὅλης ἀφεῖλατο φύσεως, κατὰ τὴν ἀνάστασιν μεταπλασθείσης εἰς ἀφθαρσίαν τῆς φύσεως, διὰ τὴν ἀτρεψίαν τῆς προαιρέσεως· εὔλογον κρίναντος τοῦ Θεοῦ πάλιν ἀθάνατον ἀπολαβεῖν τὴν φύσιν, τὸν μὴ τραπέντα τὴν προαίρεσιν ἄνθρωπον. Ἄνθρωπον δὲ λέγω τὸν σαρκωθέντα Θεὸν Λόγον, δι' ἣν ἑαυτῷ καθ ὑπόστασιν ἥνωσε λογικῶς ἐψυχωμένην σάρκα. Εἰ γὰρ τὸ κατὰ φύσιν παθητόν τε καὶ φθαρτὸν καὶ θνητὸν ἐν τῷ Ἀδὰμ ἡ τροπὴ τῆς προαιρέσεως ἐπεισήγαγεν, εἰκότως τὸ κατὰ φύσιν ἀπαθὲς καὶ ἄφθαρτον καὶ ἀθάνατον ἐν τῷ Χριστῷ διὰ τῆς ἀναστάσεως ἡ ἀτρεψία τῆς προαιρέσως ἐπανήγαγε.

Κατάκρισις οὖν ἐστι τῆς προαιρετικῆς ἁμαρτίας τοῦ Ἀδὰμ, ἡ τῆς φύσεως πρὸς πάθος καὶ φθορὰν καὶ θάνατον μεταποίησις· ἣν οὐ γέγονε μὲν ἐκ Θεοῦ καταρχὰς ἔχων ὁ ἄνθρωπος, ἐποίησε δὲ καὶ ἔγνω, τὴν προαιρετικὴν διὰ τῆς παρακοῆς ἁμαρτία· δημιουργήσας· ἧς ὑπάρχει γέννημα σαφῶς, ἡ διὰ τοῦ θανάτου κατάκρισις. Ταύτην δὲ τῆς ἐμῆς προαιρετικῆς ἁμαρτίας τὴν κατάκρισιν, λέγω δὲ τὸ κατὰ φύσιν παθητὸν καὶ φθαρτὸν καὶ θνητὸν ὁ Κύριος λαβὼν, ἁμαρτία γέγονε δι' ἐμὲ, κατὰ τὸ παθητὸν καὶ θνητὸν καὶ φθαρτὸν, τὴν ἐμὴν ἑκουσίως ὑποδὺς φύσει κατάκρισιν, ἀκατάκριτος ὑπάρχων τὴν προαίρεσιν· ἵνα τὴν ἐμὴν προαιρετικήν τε καὶ φυσικὴν ἁμαρτίαν καὶ κατάκρισιν κατακρίνῃ, κατὰ ταυτὸν ἁμαρτίαν, καὶ πάθος, καὶ φθορὰν, καὶ θάνατον ἐξωθήσας τῆς φύσεως· καὶ γένηται κοινὸν μυστήριον, ἡ περὶ ἐμὲ τὸν πεσόντα ἐξ ἀπειθείας τοῦ ὑπὲρ ἐμὲ ἐκ φιλανθρωπίας οἰκονομία, τῆς ἐμῆς ἕνεκεν σωτηρίας τὴν ἐμὴν ἑκουσίως οἰκειουμένου διὰ τοῦ θανάτου κατάκρισιν, καὶ δι' αὐτῆς χαριζομένου μοι τὴν πρὸς ἀθανασίαν ἀνάκλησιν.

Πολλαχῶς, οἶμαι, δέδεικται κατ' ἐπιτομὴν, πῶς τε γέγονεν ἁμαρτία ὁ Κύριος, οὐκ ἔγνω δὲ τὴν ἁμαρτίαν· καὶ πῶς ὁ ἄνθρωπος οὐ γέγονε μὲν, ἐποίησε δὲ καὶ ἔγνω τὴν ἁμαρτίαν· τήν τε προαιρετικὴν, ἧς

Digitized by Google

αὐτὸς ἀπήρξατο· τὴν τε φυσικὴν, ἣν δι' αὐτὸν ὁ Κύριος κατεδέξατο, τῆς πρώτης παντελῶς ὑπάρχων ἐλεύθερος (7). Οὐδαμῶς οὖν τοῦ γίνεσθαι κρεῖττον ὑπάρχει τὸ ποιῆσαι καὶ γνῶναι τὴν ἁμαρτίαν, κατὰ τὴν ἀποδοθέντα νοούμενον τοῦ Λόγου σκοπὸν, καὶ μετὰ τῆς πρεπούσης διαστολῆς, τῆς κατὰ τὴν ἁμαρτίαν ὁμωνυμίας νοουμένης. Τὸ μὲν γὰρ, Θεοῦ ποιεῖται χωρισμὸν (8), ἀπωθουμένης ἑκουσίως τὰ θεῖα τῆς προαιρέσεως· τὸ δὲ, κακίας πολλῆς γίνεται καταλυτικὸν (9), μὴ συγχωροῦν εἰς ἔργον προβῆναι, διὰ τὴν φυσικὴν ἀσθένειαν, τὴν κακίαν τῆς προαιρέσεως.

A fecerit et cognoverit : tum quod voluntate consistit, cujus ipse auctor exstitit; tum naturale, quod propter ipsum Dominus suscepit, cum a priore esset prorsus immunis. Nequaquam ergo potius est facere peccatum et nosse, quam fieri, juxta Scripturæ scopum, quem ostendimus, ac convenienter distinguendo, quod sic plura eo nomine diversaque significantur. Nam primum illud a Deo separat, dum voluntas sponte a se divina repellit : hoc vero malitiæ vim longe inolitam dissolvit, dum animi pravitatem in opus procedere, præ naturali infirmitate, non sinat.

ΣΧΟΛΙΑ.

α'. Fr. Ἀνάγνωθι, Νεῖλε (*i*), καὶ φρόνησον κἂν ὀψέ ποτε.

β'. Ἁμαρτίαν φύσεως εἶναί φησι τὸν θάνατον, καθ' ὃν τοῦ εἶναι καὶ μὴ θέλοντες ἀπογινόμεθα· ἁμαρτίαν δὲ προαιρέσεως, τὴν τῶν παρὰ φύσιν αἵρεσιν, καθ' ἣν τὸ εὖ εἶναι θέλοντες ἀποπέμπομεν.

γ'. Ὅτι φθαρτὸς μὲν κατὰ φύσιν σαρκωθεὶς ὡς ἄνθρωπος ὑπῆρχεν ὁ Κύριος, καθὰ καὶ ἁμαρτία γεγονέναι λέγεται φησι· ἄφθαρτος δὲ φύσει κατὰ προαίρεσιν, ὡς ἀναμάρτητος.

δ'. Ὁ τοῦ Κυρίου θάνατος, φησὶν, ἀφθαρσίας ἀρχὴ τῆς ὅλης φύσεως γέγονεν.

ε'. Ὅτι καὶ ὡς ἄνθρωπος κατὰ φύσιν ἀναμάρτητος ἦν.

ς'. Ἡ δι' ἡμᾶς ἐστιν ἁμαρτία, τὸ τῆς φύσεως φθαρτόν· ἡ δὲ ἡμῶν ἐστιν ἁμαρτία, τὸ τρεπτὸν τῆς προαιρέσεως. Διὸ γέγονε θνητὸς ὁ ἄνθρωπος, τὸν φυσικὸν ὑπομείνας θάνατον, κατὰ δικαίαν κρίσιν, εἰς ἀναίρεσιν τοῦ θανάτου τῆς προαιρέσεως.

ζ'. Πρώτην ἁμαρτίαν φησὶ τὴν τῆς προαιρέσεως, ἣν οὐκ εἶχεν ὁ Κύριος, καίτοι λαβὼν ἀληθῶς τὸ κατὰ φύσιν παθητὸν, ἐπιτίμιον ὑπάρχον τῆς τραπείσης τοῦ Ἀδὰμ προαιρέσεως. Διὸ καὶ μόνος *ἐν νεκροῖς ἐλεύθερος*, οὐκ ἔχων τὴν, δι' ἣν ὁ θάνατος γέγονεν, ἁμαρτίαν.

η'. Τὸ ποιῆσαι καὶ γνῶναι τὴν ἁμαρτίαν, κατὰ προαίρεσιν δῆλον ὅτι.

θ'. Τὸ γενέσθαι δηλαδὴ φύσει παθητὸν τὸν Ἀδὰμ εἰς πάθειαν τῆς ἁμαρτίας τῆς προαιρέσεως· ἣν μὴ γνοὺς ὁ Κύριος γέγονεν ἁμαρτία, τὸ δι' αὐτὴν παθητὸν ὡς ἄνθρωπος κατὰ σάρκα φύσει λαβών.

SCHOLIA.

1. Legito, Nile, ac vel sero tandem disce sapere.

2. Peccatum naturæ vocat mortem, qua et inviti quod sumus amittimus : voluntatis autem peccatum, innaturalium electionem, qua, quod beati essemus, volentes propellimus.

3. Fuit quidem Dominus, ut homo assumpta carne, secundum naturam corruptibilis, qua et ratione dicitur factus esse peccatum : at voluntate natura incorruptibilis, quippe qui ab omni esset peccato immunis.

97 4. Domini mors, naturæ totius incorruptionis principium ac origo fuit.

5. Christus, neque ut homo per naturam quidquam peccato obnoxius fuit.

6. Quod nostri causa peccatum est, naturæ vis corruptionis est : nostrum vero peccatum, voluntatis vertibilitas est. Quare homo mortalis factus est, naturalem justo judicio mortem sustinens, ad peccati voluntatis abolendam labem.

7. Primum peccatum dicit voluntatis, quod non habuit Dominus, etsi vere assumpta naturali vi patiendi, quæ pœna esset in deterius versæ Adami voluntatis. Idcirco etiam solus *inter mortuos liber* [11], quippe immunis a peccato, cujus causa mors exstitit.

8. Nempe, facere et nosse peccatum, scilicet secundum voluntatem.

9. Fieri scilicet natura affectibus, ærumnis mortique obnoxium Adamum in pœnam peccati voluntatis; quod nesciens Dominus peccatum factus est, ejus causa inductam vim illam patiendi ut homo secundum carnem natura assumens.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΜΓ'.

Εἰ τὸ ξύλον τῆς ζωῆς ἡ σοφία λέγεται εἶναι παρὰ τῇ Γραφῇ, ἔργον δὲ σοφίας τὸ διακρίνειν καὶ

QUÆSTIO XLIII.

Cum in Scriptura lignum vitæ sapientia dicatur, sitque sapientiæ opus discernere ac nosse [12]; *quo jam*

[11] Psal. VIII, 6. [12] Prov. III, 18.

(*i*) Ἀνάγνωθι, Νεῖλε. Frequens est antiquarius mss. codicis Y cl. Raphaelis Dufrene, insectando hunc Nilum, quem ubique Maximi auctoritate premit; nec satis ex illo deprehendere licuit, quis iste Nilus sit. Videtur non bene de Christo sensisse, quod in Nilum Thessalonicensem, quantum de illo nobis compertum est, non satis cadit. Exstat ejus liber *adversus primatum papæ*, quem Matthæus Coryophilus, Iconiensis præsul, ipse Græcus (etsi Romæ educatus), pie sane ac erudite refellit, schismatisque originem et processum aperit; quo item spiritu conscripti editique canones Trullani, merito improbati, nec ullis præter Græcos, in regulas ecclesiasticas recepti.

Digitized by Google

lignum scientiæ boni et mali differt a ligno vitæ [13]?

Responsio.

Ecclesiæ magistri, cum multa de proposita quæstione dicere potuissent, qua gratia fulti erant, silentio magis locum honorare operæ pretium putarunt, haud sibi imperare valentes ut altius aliquid dicerent, quod vulgi mens non satis assequeretur, altam vim eorum, quæ scripta essent. Quin etsi quidam dixerunt, cum prius auditorum ingenii vim explorassent, sic ubi partim dixerant, quod discipulorum commodo cederet, partem maximam intactam reliquerunt. Idcirco ego etiam locum maris transire cogitabam, nisi hinc mœstitiæ aliquid religioso vestro animo creandum veritus essem. Cæterum in vestri gratiam, quod cunctis possit convenire, ac quod parvis magnisque accommodatum sensum habeat, commento aggrediar

Lignum vitæ, ac quod tale minime est, ea ipsa ratione, quod alterum quidem lignum vitæ nuncupatur; alterum autem non lignum vitæ, sed duntaxat *scientiæ boni et mali*, latum quoddam nec satis verbis explicabile discrimen habent. Nam lignum vitæ, omnino etiam vitæ vim efficiendæ habet: quod autem non lignum vitæ est, utique mortis consciscendæ vi pollet. Quod enim vitæ præstandæ vi caret, ea ratione quod non appellatum est lignum vitæ, mortis palam efficiens est; nihil enim aliud contra vitam dividitur, et ut illi oppositum.

98 Præterea vero etiam ut sapientia, lignum vitæ plurimum differt a ligno scientiæ boni et mali, quod neque sapientia est, neque sapientia nuncupatum est. Nam sapientiæ quidem, proprium est mens et ratio; ejus vero habitus qui e diametro sapientiæ oppositus est, proprium quæ sine ratione affectio sensusque est. Quia igitur homo ex anima intelligente, et corpore sentiendi facultate prædito constitutus, in rerum naturam editus est: juxta unum sensum, lignum vitæ exsistat animæ mens, in qua sapientia residet: lignum vero scientiæ boni et mali, sensus corporis, in quo perspicue affectionis motus sine ratione sedem habet: cujus per experimentum non tangendi vescendi gulositate, accepto homo divino mandato, dicto audiens non fuit.

Utrumque porro lignum, Scripturæ sensu, quorumdam discernendorum vi pollet; tum scilicet mens, tum sensus. Puta mens, ea quæ intellectu et quæ sensu percipiuntur, quæ temporanea et quæ æterna sunt. Imo ipsa vis discernendi exsistens, aliis studio impendi suadet, aliaque spernere monet. Sensus autem voluptatem ac dolorem discernit: imo ipse corporum anima sensuque præditorum facultas cum sit, alterum proclive attrahit, alterum propellit. Siquidem igitur homo totus in eo est, ut sensus vi discernat, quod aut voluptate aut dolore corpora afficit, divinum transgressus mandatum,

[13] Gen. II, 17.

A *γνῶναι τὸ γνωστὸν τοῦ καλοῦ καὶ τοῦ πονηροῦ ξύλον, τί διαφέρει λοιπὸν τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς;*

Ἀπόκρισις.

Πολλὰ μὲν εἰπεῖν δυνάμενοι περὶ τοῦ προκειμένου ζητήματος διὰ τῆς ἐν αὐτοῖς χάριτος οἱ τῆς Ἐκκλησίας διδάσκαλοι, σιωπῇ μᾶλλον τιμήσαντες τὸν τόπον, ἡγήσαντο κρεῖττον, διὰ τὴν τῶν πολλῶν διάνοιαν μὴ δυναμένην ἐφικέσθαι τοῦ βάθους τῶν γεγραμμένων, μηδὲν βαθύτερον εἰπεῖν ἀνασχόμενοι· εἰ δὲ καὶ εἰπόν τινες, πρότερον διακρίναντες τῶν ἀκουόντων τὴν δύναμιν, οὕτω μέρος πρὸς λυσιτελὲς τῶν διδασκομένων εἰρηκότες, τὸ πλεῖστον κατέλιπον ἀνεξέταστον. Διὸ κἀγὼ μᾶλλον σιωπῇ τὸν τόπον παρελθεῖν διενοούμην, εἰ μὴ λυπεῖσθαι τὴν ὑμετέραν φιλόθεον ψυχὴν ὑπενόησα. Πλὴν ἀλλ' ὑμῶν χάριν ἐρῶ, τὸ πᾶσιν B δυνάμενον εἶναι κατάλληλον, καὶ μικροῖς καὶ μεγάλοις τὴν διάνοιαν πρόσφορον.

Τὸ ξύλον τῆς ζωῆς καὶ τὸ μὴ τοιοῦτον, ἐξ αὐτοῦ μόνου τοῦ, τὸ μὲν ζωῆς ξύλον ὀνομασθῆναι, τὸ δὲ οὐ ζωῆς, ἀλλὰ μόνον *γνωστὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ*, πολλὴν καὶ ἄφατον ἔχουσι τὴν διαφοράν. Τὸ γὰρ τῆς ζωῆς ξύλον, πάντως καὶ ζωῆς ἐστι ποιητικόν· τὸ δὲ μὴ ζωῆς ξύλον, δηλονότι θανάτου ποιητικόν. Τὸ γὰρ μὴ, ποιητικὸν ζωῆς, ἐκ τοῦ μὴ προσαγορευθῆναι ζωῆς ξύλον, θανάτου σαφῶς ἂν εἴη ποιητικόν· ἄλλο γὰρ οὐδὲν τῇ ζωῇ κατ' ἐναντίωσιν ἀντιδιαιρεῖται.

C Ἄλλως τε δὲ καὶ ὡς σοφία, τὸ ξύλον τῆς ζωῆς πλείστην ἔχει διαφορὰν πρὸς τὸ ξύλον τὸ γνωστὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ, τὸ μήτε ὂν σοφία, μήτε ὠνομασμένον. Τῆς μὲν γὰρ σοφίας ἴδιον, νοῦς καὶ λόγος· τῆς δὲ τῇ σοφίᾳ κατὰ τὸ ἐναντίον ἀντικειμένης ἕξεως ἴδιον, ἀλογία καὶ αἴσθησις. Οὐκοῦν ἐπειδὴ ἐκ ψυχῆς νοερᾶς καὶ σώματος αἰσθητικοῦ συνεστὼς πρὸς γένεσιν ἦλθεν ὁ ἄνθρωπος, ἔστω κατὰ μίαν ἐπιβολὴν ξύλον ζωῆς, ὁ τῆς ψυχῆς νοῦς, ἐν ᾧ τῆς σοφίας ὑπάρχει τὸ χρῆμα· ξύλον δὲ γνωστὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ, ἡ τοῦ σώματος αἴσθησις, ἐν ᾗ τῆς ἀλογίας ὑπάρχει σαφῶς ἡ κίνησις· ἧς κατὰ τὴν πεῖραν μὴ ἅψασθαι δι' ἐνεργείας ὁ ἄνθρωπος τὴν θείαν λαβὼν ἐντολήν, οὐκ ἐφύλαξεν.

D

Ἀμφότερα δὲ τὰ ξύλα, κατὰ τὴν Γραφὴν, τινῶν εἰσι διακριτικά· ἤγουν, ὁ νοῦς καὶ ἡ αἴσθησις· οἷον, ὁ μὲν νοῦς δύναμιν ἔχει διακριτικὴν νοητῶν καὶ αἰσθητῶν, προσκαίρων καὶ αἰωνίων· μᾶλλον δὲ ψυχῆς ὑπάρχων δύναμις διακριτικὴ, τῶν μὲν αὐτὴν ἀντέχεσθαι πείθει· τῶν δὲ, ὑπεραίρεσθαι· ἡ δὲ αἴσθησις ἔχει δύναμιν διακριτικὴν ἡδονῆς σώματος καὶ ὀδύνης· μᾶλλον δὲ δύναμις ὑπάρχουσα ἐμψύχων καὶ αἰσθητικῶν σωμάτων, τὴν μὲν, ἐπισπᾶσθαι πείθει· τὴν δὲ, ἀποπέμπεσθαι. Ἐὰν μὲν οὖν ὁ ἄνθρωπος μόνης τῆς καθ' ἡδονὴν καὶ ὀδύνην αἰσθητικῆς τῶν σωμάτων γένηται διακρίσεως, τὴν θείαν παραβὰς

Digitized by Google

ἐντολὴν, ἐσθίει τὸ ξύλον τὸ γνωστὸν καλοῦ τε καὶ πονηροῦ, τουτέστι τὴν κατ' αἴσθησιν ἀλογίαν, μόνην ἔχων τὴν συστατικὴν τῶν σωμάτων διάκρισιν, καθ' ἣν, ὡς μὲν καλοῦ τῆς ἡδονῆς ἀντέχεται, ὡς δὲ κακοῦ, τῆς ὀδύνης ἀπέχεται. Ἐὰν δὲ μόνης τῆς τῶν αἰωνίων διακρινούσης τὰ πρόσκαιρα διόλου νοερᾶς γένηται διακρίσεως, τὴν θείαν φυλάξας ἐντολὴν, ἐσθίει τὸ ξύλον τῆς ζωῆς· τὴν κατὰ νοῦν λέγω συνισταμένην σοφίαν, μόνην ἔχων τὴν συστατικὴν τῆς ψυχῆς διάκρισιν· καθ' ἣν ὡς μὲν καλοῦ, τῆς τῶν αἰωνίων ἀντέχεται δόξης· ὡς δὲ κακοῦ, τῆς τῶν προσκαίρων ἀπέχεται φθορᾶς.

Πολλὴ τοιγαροῦν ἐστιν ἡ διαφορὰ τῶν δύο ξύλων, καὶ τῆς αὐτῶν φυσικῆς διακρίσεως, καὶ τῆς ἐν ἑκάστῳ προσφυοῦς ἐμφάσεως· ὁμωνύμως ἐκφωνηθείσης ἄνευ διαστολῆς προσηγορίας τοῦ καλοῦ τε καὶ τοῦ κακοῦ· καὶ πολλὴν δύναται ποιῆσαι τοῖς μὴ σοφῶς τε καὶ ἐπεσκεμμένως ἐντυγχάνουσι τοῖς λόγοις τοῦ Πνεύματος τὴν πλάνην· ἀλλ' ὑμεῖς σοφοὶ διὰ τῆς χάριτος ὄντες, γνῶτε ὅτι τὸ ἁπλῶς λεγόμενον κακὸν, οὐ πάντως κακόν· ἀλλὰ πρός τι μὲν κακὸν (1), πρός τι δὲ οὐ κακόν. Ὡσαύτως καὶ τὸ ἁπλῶς λεγόμενον καλὸν, οὐ πάντως καλὸν, ἀλλὰ πρός τι μὲν καλὸν, πρός τι δὲ οὐ καλόν· καὶ τὴν ἐκ τῆς ὁμωνυμίας βλάβην φυλάξασθε.

A ligno vescitur scientiæ boni et mali; quæ sine ratione est sensus affectione, cujus una discretio sit in rem incolumitati corporum conducentem, qua, ut bonum, voluptatem sectatur; ut a malo autem, a dolore abhorret. Sin autem soli mentis discretioni, qua ab æternis temporanea discernantur, prorsus hæreat, divinum servans mandatum ligno vitæ vescitur, nempe sapientia in mente consistente: una duntaxat præditus discretione, quæ ad animi incolumitatem faciat: qua ut bono æternorum gloriæ studeat, ut a malo autem, a temporaneorum se corruptione abstineat.

Multum itaque refert inter utrumque lignum ac naturalem eorum discretionem, genuinamque cujusque vim ac significationem, alio alioque sensu B indistincte posita boni malique nuncupatione; quæ res multam erroris ansam illis consciscat, qui non prudenter maturaque dispectione Spiritus sermones usurpant. 99 Vos autem qui per gratiam solerti prudentia polleatis, hoc non lateat, quod simpliciter malum dicitur, non prorsus malum esse; sed alicujus quidem ratione malum, alicujus autem non malum. Similiter etiam quod simpliciter bonum dicitur, id non omnino bonum, sed bonum alicujus ratione, alicujus non bonum: atque adeo quod ex alio alioque ejusdem vocis significatu damnum emergit, caveatis.

ΣΧΟΛΙΟΝ.

α'. Νοῦ μὲν γὰρ καλόν ἐστιν, ἡ ἀπαθὴς πρὸς τὸ πνεῦμα διάθεσις· κακὸν δὲ, ἡ ἐμπαθὴς σχέσις. Αἰσθήσεως δὲ καλόν ἐστιν, ἡ καθ' ἡδονὴν ἐμπαθὴς πρὸς τὸ σῶμα κίνησις· κακὸν δὲ, ἡ κατ' ἀρετὴν ταύτῃ ἐπιγινομένη διάθεσις.

SCHOLIUM.

1. Mentis enim bonum est, quæ sine libidine est ad spiritum affectio; malum vero, quæ est cum libidine necessitudo: sensus bonum, libidinosa ad C corpus per voluptatem incitatio; malum, quæ per virtutem illi advenit affectio.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΜΔ'.

Πρός τινα λέγει ὁ Θεός· « Ἰδοὺ Ἀδὰμ γέγονεν ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν; » Εἰ μὲν πρὸς τὸν Υἱὸν, καὶ πῶς συγκρίνεται Ἀδὰμ Θεῷ, μὴ ὢν τῆς οὐσίας αὐτοῦ; Εἰ δὲ πρὸς ἀγγέλους, πῶς τὸν ἄγγελον πάλιν ἑαυτῷ συγκρίνει, ὡς πρὸς ἴσον κατὰ τὴν οὐσίαν λέγων τό, « Ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν· »

QUÆSTIO XLIV.

Ad quemnam Deus dicit: « Ecce Adam factus est sicut unus ex nobis [18]? » Nam si ad Filium, et quomodo Adamus cum Deo componitur, cum non ejusdem essentiæ sit? Sin autem ad angelos, quonam rursum modo secum angelum componit, velut ad æqualem secundum essentiam dicens, « Sicut unus ex nobis? »

Ἀπόκρισις.

Ἤδη μὲν εἶπον ἐν τῷ περὶ πυργοποιίας κεφαλαίῳ, ὅτι κατὰ τὴν ὑποκειμένην (j) τῇ ψυχῇ τῶν προνοουμένων διάθεσιν, ἡ Γραφὴ λαλοῦντα τὸν Θεὸν διαπλάττεται· διὰ τῶν κατὰ φύσιν ἡμῖν συμφύτων τρόπων, τὴν θείαν αἰνιττομένη βουλήν. Καὶ ἐνταῦθα τοίνυν οὐχ ἁπλῶς λέγοντα τὸν Θεὸν ἡ Γραφὴ δείκνυσι, τὸ,

Responsio.

Jam quidem dixi in capite de turris ædificatione, Scripturam, pro eorum qui Providentia reguntur, subjecta animo affectione, loquentem Deum effingere: quæ videlicet per modos, qui nobis insunt a natura, divinum obscure consilium indicet. Hic quoque igitur, non simpliciter dicentem Deum: D

[18] Gen. III, 22.

(j) *Κατὰ τὴν ὑποκειμένην.* Maximus, ubique pius et gravis, quamvis consectetur sensus mysticos, a litteræ tamen veritate non discedit; sed vel supponit, vel etiam quandoque exponit, ut hic et quæst. 28, ubi quod pluraliter Deus ad impios loquitur, quasi ex eorum sensu facere ostendit, hic autem εἰρωνικῶς, improperando Adamo, quod se Deum quemdam Deoque similem fore existimavit, si ex ligno vetito vesceretur: cum vero ad pios, insinuare mysterium Trinitatis, quod ita passim Nostrates sentiunt adversus Judæos, præsertim Gen. I, 16, *Faciamus hominem ad imaginem nostram*, etc. Unus fere Hugo Grotius ad angelos utroque loco pene Judaice sermonem dirigi existimat, quo sibi gravem inurit, qua multis laborat, Socianismi noviique Ariani suspicionem. Non intelligi angelos, quod dicitur *Faciamus hominem ad imaginem nostram*, sequentia indicant, quibus resumitur *factum hominem ad imaginem Dei*; non utique angelorum, quorum non una ac Dei imago, ut non sunt ejusdem ac ille ordinis. Non licet hic pluribus locum versare, sed piis Maximi νοήμασι *censisque* animum oblectare.

Digitized by Google

Ecce Adam factus est sicut unus ex nobis, ostendit Scriptura, sed post transgressionem, adjecta etiam dicti causa, quæ vobis inter quærendum omissa fuit, ejusmodi scilicet, quæ sensum omnem aperiat. Dicto enim : *Ecce Adam factus est sicut unus ex nobis;* adjecit : *Ut sciat bonum et malum. Nunc ergo, ne forte extendat manum suam, et sumat de ligno vitæ et comedat, et vivat in æternum* [15]. Quia enim una cum consilio, plurium eum deorum errorem diabolus docuerat, dicens : *In quocunque autem die comederitis de ligno, aperientur oculi vestri, et eritis sicut dii, scientes bonum et malum* [16]; idcirco, simulata loquendi forma, et, ut sic loquar, ironica ac exprobratoria, ejus sugillandi causa, qui diabolo fidem habuerat, hanc Deus pluraliter effert vocem, *Factus est sicut unus ex nobis*, illi de deitate sensui satis respondentem, qui seductoria per serpentem inductione Adami animo insederat.

Ne quis existimet id genus dictionis a Scripturæ sacræ compositione abhorrere, qui Scripturam audiat ex persona Dei in hæc verba Israeli loquentem, *Si ambulaveritis erga me obliqui, ambulabo et ego erga vos obliquus* [17]; nimirum intelligens distare nihil inter ironiam seu irrisionem, et obliquationem : quique rursus inveniat, quomodo Achabi illi instructa seductio, veri specie falso illi proposito ; ac quibus peccaverat, juste ei illato supplicio [18]. Nisi enim ad Adami seductionem spectans Scriptura sic loquentem Deum induxisset, *Sicut unus ex nobis;* quonam modo intulisset, *Ut sciat bonum et malum ;* quasi ejus composita scientia sit exque contrariis conflata? quod ne intelligi quidem in Deo licet, nedum temere de illo affirmare, qui solus essentia et virtute et sapientia simplex est, nec nisi boni scientiam habet ; imo ipsa vere exsistens essentia et virtus et scientia est. Quin nec ulla ex substantiis ratione utentibus, quæ ex Deo et a Deo secundæ sunt, simul pariterque simplici mentis agitatione, ex contrariis secundum compositionem consistentem scientiam habet : sic nimirum rebus comparatis, ut quibus alia alii adversatur, altera cognitio, alterius ignorantiam cognitionis efficiat. Impermista enim contrariorum scientia, ac quæ nullo prorsus modo simul exsistere valeat ; quippe cum rei hujus notitia, alterius contrariæ ignorantiam consciscat : uti nec fiat, ut oculus simul sursum atque deorsum, dextrorsumque ac sinistrorsum (quin peculiarius ad alterutrum convertatur, prorsusque ab aliis abducatur), videat.

Igitur Scriptura, Deum sibi Adami ægritudinem quasi asciscentem obiter ostendit : sive eum, quod obsecutus serpentis consiliis sit, reprehendit, in sensum adducens nugarum, quibus seductus plures sibi deos confinxit. Ac siquidem ita bene habet : Quæstioni satis factum est. Alioqui, qui ipse ex te quod est majus invenias, mihi quoque ejus gratiæ,

A Ἰδοὺ γέγονεν Ἀδὰμ ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν, ἀλλὰ δῆλον-ότι μετὰ τὴν παράβασιν· προσθεῖσα καὶ τὴν αἰτίαν τῆς λέξεως, ἣν ὑμεῖς ἐντάξαι τῷ κεφαλαίῳ παρελίπατε, τῆς ὅλης σαφηνιστικὴν ὑπάρχουσαν ἐννοίας. Εἰπὼν γὰρ ὁ λόγος· Ἰδοὺ Ἀδὰμ γέγονεν ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν, προσέθηκε· Τοῦ γινώσκειν καλὸν καὶ πονηρόν· καὶ νῦν μήποτε ἐκτείνῃ τὴν χεῖρα αὐτοῦ, καὶ λάβῃ τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς καὶ φάγῃ, καὶ ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα. Ἐπειδὴ γὰρ ἅμα τῇ συμβουλῇ πολυθεΐαν αὐτὸν ἐδίδαξεν ὁ διάβολος, εἰπών· Ἧ δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγητε ἀπὸ τοῦ ξύλου, διανοιχθήσονται ὑμῶν οἱ ὀφθαλμοί, καὶ ἔσεσθε ὡς θεοὶ, γινώσκοντες καλὸν καὶ πονηρόν· διὰ τοῦτο μεθ' ὑποκρίσεως (1), καὶ οἷον εἰπεῖν εἰρωνευτικὴν καὶ ὀνειδιστικὴν εἰς ἔλεγχον τοῦ πεισθέντος ἀνθρώπου τῷ B διαβόλῳ, τὴν τὸ, Γέγονεν ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν, πρὸς τὴν ἐντεθεῖσαν διὰ τῆς ἀπάτης παρὰ τοῦ ὄφεως τῷ Ἀδὰμ περὶ θεότητος ἔννοιαν, πληθυντικῶς ποιεῖται φωνὴν ὁ Θεός.

Καὶ μή τις δόξῃ τῆς Γραφικῆς συνθήκης ἀλλότριον τὸ εἶδος τῆς κατ' εἰρωνείαν λέξεως, ἀκούων τῆς Γραφῆς ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ λεγούσης πρὸς τὸν Ἰσραήλ· Ἐὰν πορευθῆτε πρός με πλάγιοι, κἀγὼ πορεύσομαι πρὸς ὑμᾶς πλάγιος. Εἰδὼς μηδὲν διαφέρειν εἰρωνείας πλαγιασμόν· καὶ πάλιν εὑρίσκων πῶς τὴν τοῦ Ἀχὰβ συνεσκεύασεν ἀπάτην, ὡς ἀληθειαν αὐτῷ προ[σ]βαλλόμενος τὸ ψεῦδος (2), δι' ὧν ἥμαρτε, φέρων αὐτῷ δικαίως τὴν κόλασιν. Εἰ γὰρ μὴ πρὸς τὴν πλάνην τοῦ Ἀδὰμ ἡ Γραφὴ τὸν Θεὸν λέγοντα τὸ, Ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν, εἰσήγαγε, πῶς ἐπέφερε, Τοῦ γινώσκειν καλὸν καὶ πονηρόν, ὡς σύνθετον ἔχοντα γνῶσιν, καὶ ἐξ ἐναντίων C συγκειμένην ; ὅπερ ἀμήχανον ἐπὶ Θεοῦ κἂν ἐννοῆσαι, μὴ ὅτι γε τοῦ εἰπεῖν τολμῆσαι τοῦ μόνου ἁπλοῦ τὴν οὐσίαν καὶ τὴν δύναμιν καὶ τὴν γνῶσιν (3), καὶ μόνην τὴν τοῦ καλοῦ γνῶσιν ἔχοντος· μᾶλλον δὲ, αὐτοουσία καὶ δύναμις καὶ γνῶσις ὄντος. Ἀλλ' οὐδέ τις τῶν ἐκ Θεοῦ καὶ μετὰ Θεὸν λογικῶν οὐσιῶν ἔχει ὁμοῦ τε καὶ κατὰ ταυτὸν ἐν τῷ τῆς διανοίας ἁπλῷ κινήματι, κατὰ τὴν σύνθεσιν ἐκ τῶν ἐναντίων ὑφισταμένην τὴν γνῶσιν· διότι πέφυκεν ἡ θατέρα τῶν ἀλλήλοις ἀντικειμένων γνῶσις, τὴν τοῦ ἑτέρου ποιεῖσθαι γνώσεως ἄγνοιαν (4). Ἀμιγὴς γὰρ τῶν ἀντικειμένων ἡ γνῶσις, καὶ παντάπασιν ἀσυνύπαρκτος· D ἐπείπερ ἡ τοῦδε γνῶσις τὴν θατέρου τῶν ἀντικειμένων συνίστησιν ἄγνοιαν, ὥσπερ οὔτε ὀφθαλμὸς τοῦ ἄνω τε καὶ τοῦ κάτω, καὶ τοῦ ἐφ' ἑκάτερα κατὰ ταυτὸν, χωρὶς τῆς πρὸς θάτερον ἰδιαζούσης ἐπιστροφῆς, καὶ τῶν ἄλλων πάντη κεχωρισμένης, ἀντιλαμβάνεσθαι.

Τὸ τοίνυν πάθος τοῦ Ἀδὰμ οἰκειούμενον ἡ Γραφὴ τὸν Θεὸν παραδείκνυσιν· ἢ τὸν Ἀδὰμ ἐπὶ τῇ συμβουλῇ τοῦ ὄφεως διελέγχει, πρὸς συναίσθησιν ἄγουσα τῶν ἐκ τῆς ἀπάτης ἐπιτριβέντων αὐτῷ περὶ πολυθεΐας ὕθλων. Καὶ εἰ μὲν οὕτως ἔχει καλῶς, ἄλις τῶν ζητημάτων· ἐπείτοι γε αὐτὸς παρ' ἑαυτοῦ τὸ μεῖζον εὑρίσκων, μετάδος κἀμοὶ τῆς χορηγουμένης σοι

[15] Gen. III, 22. [16] ibid. 5. [17] Levit. XXVI, 27. [18] III Reg. XXII, 15.

Digitized by Google

περὶ τῶν ὄντων θεόθεν χάριτος. Τὸ δὲ, *Καὶ νῦν, μήπως ἐκτείνῃ τὴν χεῖρα αὐτοῦ καὶ λάβῃ τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς, καὶ ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα*, τὴν κατὰ τὴν πρᾶξιν, ὡς οἶμαι, τῶν ἀμίκτων προνοητικῶς ποιεῖται διαίρεσιν (5) · ἵνα μὴ ἀθάνατον γένηται τὸ κακὸν τῇ μετοχῇ τοῦ καλοῦ συντηρούμενον. Ἄμικτον γὰρ εἶναι βούλεται περὶ τὸν αὐτὸν ἄνθρωπον κατὰ τὴν σχέσιν τῶν ἀντικειμένων τὴν γνῶσιν, ὁ τοιήσας τὸν ἄνθρωπον.

A quæ ad rerum intelligentiam tibi cœlitus præstatur, aliquid **101** impartire. Illud vero : *Nunc ergo, ne forte extendat manum suam et sumat de ligno vitæ, et vivet in æternum*, eorum puto, quæ sunt impermista, exercitam Providentiæ rationibus divisionem facit, ne malum, boni fultum consortio immortale consisteret. Vult enim hominis Conditor, ut impermista penes eumdem hominem secundum habitudinem sit contrariorum scientia.

ΣΧΟΛΙΑ.

α'. Ὅτι πρὸς ἣν ἔσχεν περὶ θεότητος ἔννοιαν ὑπὸ τοῦ διαβόλου διδαχθεὶς ὁ Ἀδὰμ, διαλέγεται πρὸς αὐτὸν ὁ Θεός.

β'. Ὁ τὸ ψεῦδος ἀγαπῶν, αὐτῷ παραδίδοται πρὸς ἀπώλειαν, ἵνα γνῷ πάσχων, ὅπερ ἐκὼν περιεῖπεν, καὶ μάθῃ κατὰ τὴν πεῖραν γενόμενος, ὡς ἐλάνθανεν ἀντὶ ζωῆς περιπτυσσόμενος θάνατον.

γ'. Ὅτι μόνον ἔχει τοῦ καλοῦ τὴν γνῶσιν ὁ Θεὸς, ὡς καὶ τοῦ καλοῦ φύσις τε καὶ γνῶσις ὑπάρχων · τοῦ δὲ κακοῦ τὴν ἄγνοιαν, ὡς τὴν αὐτοῦ ἔχων ἀδυναμίαν. Ὧν γὰρ ἔχει τὴν δύναμιν φυσικῶς, τούτων οὐπωδῶς κέκτηται γνῶσιν· ὅτι κατὰ πάθος παρὰ φύσιν ἐπισυμβαίνουσα, ἀλλ' οὐ κατὰ δύναμιν φυσικὴν, τοῖς λογικοῖς ἐνθεωρεῖται κακία.

δ'. Ἀναμέρος, φησὶν, ἡ τῶν ἀντικειμένων γνῶσις ἐν τοῖς δεκτικοῖς θεωρεῖσθαι πέφυκε.

ε'. Ὁ πείσας τὸ συνειδὸς ὡς φύσει καλὸν πραττόμενον ἔχειν τὸ κάκιστον, οὗτος χειρὸς δίκην τῆς ψυχῆς ἐκτείνας τὸ πρακτικὸν, ἔλαβεν ψεκτῶς τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς, ἀθάνατον ἡγησάμενος φύσει τὸ κάκιστον. Διόπερ τὴν κατὰ τὸ συνειδὸς τοῦ κακοῦ διαβολὴν τῷ ἀνθρώπῳ φυσικῶς ἐνθέμενος ὁ Θεὸς, διέκρινεν αὐτὸν τῆς ζωῆς κακὸν τῇ προαιρέσει γενόμενον · ἵνα μὴ, τὸ κακὸν πράττων, δύνηται πεῖσαι τὴν ἰδίαν συνείδησιν, ὅτι φύσει καλὸν ὑπάρχει τὸ κάκιστον.

SCHOLIA.

1. Loquitur Deus cum Adamo, pro eo, ac ille a diabolo de deitate doctus sentiebat.

2. Qui mendacium diligit, illi traditur ad interitum, ut mali periculo cognoscat, quod sponte coluit; ac per experientiam, mortem se pro vita imprudentem amplexum esse, discat.

3. Solam Deus habet boni scientiam, ut qui boni et natura sit et scientia : mali autem ignorantiam habet, ut qui nec ejus habeat potentiam. Quorum enim naturaliter potentiam habet, eorum essentialiter habet scientiam. Malum enim inolescente vitio contra naturam intelligitur accidere utentibus ratione, non iis per potentiam naturalem inesse.

4. Contrariorum scientia partibus iis inesse intelligitur, qui illius capaces sunt.

5. Qui conscientiæ persuasit, ut quod pessimum agitur, tanquam natura bonum existimet, velut manum, animi vim agendi, extendens, castigando ausu sumpsit de ligno vitæ, immortale natura id existimans, quod pessimum est. Idcirco indito Deus natura homini ut conscientia duce malum accuset, a vita sejunxit, qui voluntate malus factus esset; ne, dum malum agit, conscientiæ suæ possit persuadere, quod pessimum est, bonum natura esse

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΜΕ'.

Τί σημαίνει τὸ ἐν τῷ Λευιτικῷ στηθύνιον τοῦ ἐνθέματος, καὶ ὁ βραχίων τοῦ ἀφαιρέματος, εἰς τιμὴν Θεοῦ τοῖς ἱερεῦσιν ἀφιερούμενος ;

QUÆSTIO XLV.

Quid sibi vult in Levitico [19] *pectusculum elevationis, et armus separationis, in Dei honorem sacerdotibus addictus ?*

Ἀπόκρισις.

Οἶμαι τὴν ἀμείνω καὶ ὑψηλὴν θεωρίαν δηλοῦσθαι διὰ, τοῦ στηθυνίου, καὶ τὴν πρᾶξιν διὰ τοῦ βραχίονος (1) · ἤγουν τοῦ διανοητικοῦ τὴν ἕξιν καὶ τὴν ἐνέργειαν, ἢ τὴν γνῶσιν καὶ τὴν ἀρετήν · ὡς τῆς μὲν γνώσεως αὐτῷ προσαγούσης ἀμέσως τὸν νοῦν τῷ Θεῷ · τῆς ἀρετῆς δὲ κατὰ τὴν πρᾶξιν, πάσης αὐτὸν ἀφαιρουμένης τῆς τῶν ὄντων γενέσεως (a) · ἅπερ ἱερεῦσιν ἀφώρισεν ὁ Λόγος, τοῖς μόνον τὸν Θεὸν διὰ πάντων κεκτημένοις κληρονομίαν, καὶ μηδὲν τὸ σύνολον κεκτημένοις ἐπίγειον.

Responsio.

Existimo per pectusculum præstantiorem sublimemque speculationem significari; per armum autem, actionem, id est, intelligentis animi habitum et operationem, aut scientiam et virtutem, quod nimirum scientia mentem ipsi Deo immediate adhibeat : virtus vero per actionem ab omni rerum procreatione ipsam removeat. Hæc Scriptura sacerdotibus addixit, qui solum Deum in omnibus nacti hæreditatem, nihil prorsus terrenum possideant.

Ἢ πάλιν, ἐπειδὴ τὰς ἄλλων καρδίας διὰ τοῦ λόγου τῆς διδασκαλίας, οἱ γνώσει καὶ ἀρετῇ διόλου ποιωθέντες τῷ πνεύματι, εὐσεβείας καὶ πίστεως ποιοῦνται

Aut rursus, quod ii qui scientia et virtute undequaque spiritu imbuti sunt, aliorum animos per sermonem doctrinamque pietatis ac fidei capaces

[19] Levit. VII, 3 seqq.

(a) Al. γνώσεως. num σχέσεως. Utrumque jungit, quæ 47.

Digitized by Google

(r) *Τὰ τοῖς ἀπροσδεέσι.* Maximi hæc subtilitas, ipsa sane pia. Certum namque est, quod Deo offerimus, non ideo esse quod ille indigeat, qui plenus omnino sit, et a quo bona omnia exeant, sed ut grati animi significatione ostendamus nos ab eo accepisse, ac sua nos Deo, in eorum primitiis reddere. Principibus vero offerimus, qui vere ut homines egeant, nec aliter quam subditorum prælatione statum ac dignitatem tueri queant. Quod tamen si discreta harum vocum significatio δῶρον et δόμα, petitorum grammaticorum usu vel judicio, non satis liquet. Certe Hesych. et Suid. nihil ejusmodi agnovere. Hebraicæ voces distinctæ sunt, beneque distinxit Vulg. cum sic reddit, *Multi deferebant hostias et sacrificia Domino, et munera Ezechiæ regi Juda.* מנחה Deo מנדגות *pretiosa* Ezechiæ. Et quidem prior illa vox, etsi omne munus significet, speciatim tamen de oblatione facta Deo, et quadam velut attributione, dicitur; quo sensu vera sit Maximi distinctio, etsi is in voce Græca vim facit, quam non videtur ferre; ut nec Latina, *donum* et *munus*; quas perinde ubi de Deo sermo est, ac ubi de creaturis usurpamus. Certe Hier. Gen. IV, *Respexit Dominus ad Abel, et ad munera ejus*, ubi ipsa vox Hebraica est, quæ peculiarius oblationem Deo factam significat. Atqui vox δόμα ipsa τοῖς LXX frequens admodum in divinis hostiis et muneribus, Deut. XXIII, 24; Levit. VII, 20; Num. XVIII, 6; Eccle. II, 13, et alibi passim: contra δῶρον in profanis ac humanis, Gen. XXIV, 53; Job XXXI, 7; Dan. XI, 39; I Paral. XVIII, 2, 6, etc. Περιττὴ igitur omnis hæc Græcarum vocum pensitatio, quasi alio alioque vergat illarum significatio, quas potius esse prorsus συνων μους, sic liber illarum usus probat.

Digitized by Google

effecto, oblata sunt, dona appellata esse; ita sane, ut hoc dicendo nihil veritatis immutet symbolum.

Dum igitur spiritales ex iis quæ facta sunt rationes Domino offerimus, dona scilicet præstamus; quod is per naturam, nullo horum indigeat. Non enim velut illi qui egeat [69], cum aliis etiam rerum rationes Domino offerimus, sed ut ipsi tantisper pro virili nostra, quo res creatæ penso tenentur, laudibus defungamur. Accipit vero munera, qui divinam strenue philosophiam consectatur; cui natura opus sit modis, ut virtutem, atque rationibus, ut scientiam nanciscatur.

Vel etiam aliter dona exponenda sunt. Nam quia donum rursus est, quod iis præstatur, qui ipsi prius nihil contulerunt: dona quidem sumit mens sapientiæ studens ex rerum contemplatione, quas a seipsa absque rationis demonstratione, fidem continentes Domino rationes offert; pro qua, nemo quidquam prorsus ante infert; per naturam et absque ulla verborum arte ac rationum, Creatorem suum indice creatura cernens. Quid enim quis etiam ejusmodi offerat, ut cum fide æquari possit; quo, non dono, sed quasi debitum, quæ in Deum est, fidem referat? Munera vero accipit, quæ rerum naturales **135** leges, moribus ac indole imitetur; nempe illorum ortum, præeuntibus pœnitentiæ laboribus occupans: quibus comparatum, ut veterem hominem prius exuat, tumque ad justitiæ fructus colligendos exeat; qui rebus insunt ad virtutem consciscendam sublegens modos: ad quos nunquam pateat accessus, quin prius laboribus multis ac sudoribus, velut serpens membranam hiberno situ obductam (veterem scilicet hominem) valde extriverit ac exuerit.

Quamobrem, dona quidem Deo, quæ ex rebus sunt rationes fidem conservantes, mens sapientiæ studens, merito accipit, quæ his prius nihil quidquam inferat tribuatque. *Quis enim*, inquit, *prior dedit illi, et retribuetur ei* [70]?

Munera vero accipit, quæ naturales rerum leges moribus imitetur. Ut sub exemplo loquar, mens sapientissima naturalem cœli legem munera accipit, æquabilissimum ac semper eodem se modo habentem in seipsa servans virtutis ac scientiæ motum; qui velut stellas, lucidas splendidissimasque de rebus rationes firmiter ferat.

Imitans vero solis naturalem legem, alia ex aliis loca subinde mutantis, pro eo ac universi recta gubernatio postulat, munus aliud accipit; nempe prudentiam, qua, sapienti consilio iis quæ accidunt universis apte congruat ac componatur, suam illam virtute ac scientia eamdem secum illustrandi vim nihil deterens, parciusve dilargiens.

Rursus vero etiam ab aquila sumit, ut in divinum immortalis lucis splendorem recta oculos in-

[69] Psal. xv, 2. [70] Rom. xi, 35

A πίαν, δῶρα προσηγορεῦθαι, μηδὲν τῆς ἀληθείας τοῦτο λέγων παραμείβων τὸ σύμβολον.

Προσκομίζοντες οὖν τοὺς ἐκ τῶν γεγονότων πνευματικοὺς τῷ Κυρίῳ λόγους, δῶρα προσφέρομεν, καθ' ὅτι πάντων τούτων ἐστὶν κατὰ φύσιν ἀπροσδεής· οὐ γὰρ ὡς δεομένῳ πρὸς ἄλλοις, καὶ τοὺς τῶν ὄντων τῷ Κυρίῳ προσκομίζομεν λόγους, ἀλλ' ἵνα ποσῶς ἡμεῖς κατὰ δύναμιν ἐκ τῶν αὐτοῦ κτισμάτων χρεωστούμενον αὐτὸν ἀνυμνήσωμεν. Δόματα δὲ λαμβάνει, ὁ τὴν θείαν προθύμως μετερχόμενος φιλοσοφίαν· ὡς καὶ τρόπων πρὸς ἀρετὴν, καὶ λόγων πρὸς γνῶσιν κατὰ φύσιν δεόμενος.

B Ἢ καὶ ἄλλως ἐκληπτέον (6) τὰ δῶρα. Ἐπειδὴ δῶρον πάλιν ἐστὶ, τὸ τοῖς μηδὲν προεισενεγκοῦσι διδόμενον· δῶρα μὲν (7) λαμβάνει ὁ γνωστικὸς νοῦς ἐκ τῆς τῶν ὄντων θεωρίας, δι' αὐτοῦ προσαγομένους τῷ Κυρίῳ, τοὺς ἄνευ λογικῆς ἀποδείξεως συνεκτικοὺς λόγους τῆς πίστεως· ὑπὲρ ἧς οὐδεὶς οὐδαμῶς (8) οὐδὲν προεισφέρει· φυσικῶς, καὶ δίχα πάσης τῆς ἐν λόγοις τεχνικῆς μεθοδείας, τὸν ἴδιον ποιητὴν θεώμενος, μηνυούσης τῆς κτίσεως. Τί γὰρ καὶ προσενέγκαι (9) δυνήσεταί τις πίστει παρισωθῆναι δυνάμενον, ὥστε χρέος, ἀλλὰ μὴ δῶρον τὴν εἰς τὸν Θεὸν πίστιν κομίσασθαι; Δόματα δὲ λαμβάνει (10), τοὺς τῶν ὄντων φυσικοὺς νόμους τοῖς τρόποις μιμούμενος· δηλαδὴ τῆς τούτων προεισφέρων κτίσεως, τοὺς κατὰ τὴν μετάνοιαν πόνους· δι' ὧν ἐκδύεσθαι πρότερον τὸν παλαιὸν πέφυκεν ἄνθρωπον, καὶ οὕτω πρὸς συλλογὴν καρπῶν δικαιοσύνης ἐξιέναι, τοὺς ἐν C τοῖς οὖσι πεποιημένους πρὸς ἀρετὴν ἀναλεγόμενος τρόπους· οἷς οὐκ ἂν ποτε προσεγγίσειεν, μὴ πρότερον πόνοις καὶ ἱδρῶσι πολλοῖς καθάπερ ὄφις τὴν λεβηρίδα· φημὶ δὴ τὸν παλαιὸν εἰσάγαν καταπιέσας ἄνθρωπον καὶ ἀποδυσάμενος.

(11) Διὸ τῷ μὲν Θεῷ δῶρα τοὺς ἐκ τῶν ὄντων εἰκότως συνεκτικοὺς τῆς πίστεως λόγους ὁ γνωστικὸς δέχεται νοῦς, μηδὲ τὸ σύνολον τούτων προεισφέρων καὶ προδιδούς. *Τίς γὰρ*, φησὶ, *προέδωκεν αὐτῷ, καὶ ἀνταποδοθήσεται αὐτῷ;*

Λαμβάνει δὲ δόματα, τοὺς κατὰ φύσιν τῶν ὄντων τοῖς τρόποις ἐκμιμούμενος νόμους (12)· οἷόν τι λέγω, μιμούμενος μὲν ὁ διαγνωστικὸς νοῦς τὸν κατὰ φύσιν τοῦ οὐρανοῦ νόμον, δόματα λαμβάνει, ἁμαD λωτάτην καὶ ὡσαύτως ἔχουσαν ἀεὶ τῆς ἀρετῆς ἐν ἑαυτῷ καὶ τῆς γνώσεως διαφυλάττων τὴν κίνησιν, παγίως φέρουσαν καθάπερ ἀστέρας, τοὺς περὶ τῶν ὄντων φωτεινοὺς καὶ διαυγεστάτους λόγους.

Μιμούμενος (13) δὲ τοῦ ἡλίου τὸν κατὰ φύσιν νόμον, ἄλλους ἐξ ἄλλων πρὸς τὰς χρείας τοῦ παντὸς ἀμειβομένου τόπους, ἕτερον δόμα λαμβάνει, τὴν πρὸς τὸ πᾶσι τοῖς συμβαίνουσι, δεόντως μετὰ σοφίας ἁρμόζεσθαι σύνεσιν, μηδὲν ὑφιεὶς ἑαυτοῦ τῆς φωτιστικῆς κατὰ τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν γνῶσιν ταυτότητος.

Λαμβάνει δὲ πάλιν καὶ τοῦ ἀετοῦ (14), τὸ πρὸς τὴν θείαν τοῦ ἀκηράτου φωτὸς μαρμαρυγὴν εὐθυ-

Digitized by Google

τενὲς τῶν ὀμμάτων, κατὰ μηδὲν ὑπὸ τῆς παμφαοῦς ἀκτῖνος τὴν νοερὰν δριμυσσόμενος κόρην.

Μιμεῖται καὶ τὴν ἔλαφον (15), καθάπερ ὄρη τὰ ὕψη τῶν θείων θεωρημάτων μεταδιώκων· καὶ τὰ ἐμφωλεύοντα τῇ φύσει τῶν ὄντων πάθη, ἰοβόλων δίκην τῷ λόγῳ διαφθείρων τῆς διακρίσεως· καὶ τὸν τῇ μνήμῃ κατὰ περίστασιν ἐναπολαμβανόμενον τῆς κακίας ἰὸν, ταῖς πολλαῖς καὶ διαφόροις πηγαῖς καταβεννύων τῆς γνώσεως.

Μιμεῖται καὶ τῆς δορκάδος τὴν ὀξυωπίαν (16), καὶ τοῦ ὀρνέου τὴν ἀσφάλειαν, τοὺς βρόχους τῶν πολεμούντων τῇ ἀρετῇ δαιμόνων, ὡς δορκὰς ὑπερπηδῶν καὶ διαλυόμενος· καὶ τὰς παγίδας τῶν τῇ γνώσει μαχομένων πνευμάτων, ὡς ὄρνεον ὑπεριπτάμενος.

Φασί τινες τοῦ λέοντος ἀλλήλοις τὰ ὀστᾶ συγκρουόμενα (17), πῦρ ἀποβάλλειν. Μιμεῖται καὶ τοῦτο τὸ φύσει πεφυκὸς ὁ γνωστικὸς νοῦς καὶ θεοφιλὴς, διὰ τῆς κατὰ τὴν ἀλήθειαν συζητήσεως, ἀλλήλοις τοὺς εὐσεβεῖς ὀστέων δίκην συγκρούων λογισμοὺς, καὶ τὸ πῦρ ἐξάπτων τῆς γνώσεως.

Γίνεται φρόνιμος ὡς ὁ ὄφις (18), καὶ ἀκέραιος ὡς ἡ περιστερά, διὰ πάντων ἄθλαστον ὡς κεφαλὴν τὴν πίστιν συντηρῶν· καὶ τοῦ θυμοῦ τὴν πικρίαν ἐξ ἑαυτοῦ σαφῶς κατὰ τὴν περιστερὰν ἀποθέμενος· ὡς τοῖς ἐλίβουσι καὶ ἐπηρεάζειν σπουδάζουσι μνησικακεῖν οὐκ εἰδώς.

Δίχεται κἀκ τῆς τρυγόνος καθάπερ δόμα (19), τὴν τῆς σωφροσύνης ἐκμίμησιν· γνώμης ἔργα ποιούμενος, πάντα τὰ ἐξ ἀνάγκης προσόντα ταῖς φύσεσιν.

Οὕτω μὲν οὖν κατὰ τὸν ἑκάστου λόγον τε καὶ τρόπον τῆς φύσεως, μετὰ γνώσεως ἐπελθὼν τὴν τῶν ὄντων γένεσιν ὁ φιλοσοφώτατος νοῦς· ὡς μὲν γνωστικὸς, τοὺς τῶν ὄντων πνευματικοὺς λόγους καθάπερ ὥρα δέχεται τῷ Θεῷ προσφερομένους παρὰ τῆς κτίσεως· ὡς δὲ πρακτικὸς (20), τοὺς τῶν ὄντων φυτικοὺς νόμους τοῖς τρόποις μιμούμενος, δόματα δέχεται, πᾶσαν ἐκκαλύπτων ἐν ἑαυτῷ κατὰ τὸν βίον τῆς ἐμφερομένης ἀοράτως τοῖς οὖσι θείας σοφίας τὴν μεγαλοπρέπειαν.

Εἰ δὲ καὶ τοῦτο φαίη τις (21), ὅτι δῶρα τῷ Θεῷ προσφέρεσθαι διωρίσατο φήσας ὁ Λόγος, ἵνα παραστήσῃ τὸ τῆς θείας ἀγαθότητος ἄπειρον· ὡς μηδὲν προεισενεγκούσης, δέχεσθαι παρ' ἡμῶν ὡς δῶρα τὰ ὄντα, τὸ πᾶν ἡμῖν λογιζομένης τῆς εἰσφορᾶς, οὐκ ἔξω τοῦ πρέποντος γέγονε τοῦτο φήσας, πολλὴν καὶ ἄφατον εἶναι περὶ ἡμᾶς τοῦ Θεοῦ δείξας τὴν ἀγαθότητα· δεχομένου ὡς ἡμῶν τὰ ἑαυτοῦ ἐξ ἡμῶν αὐτῷ προσφερόμενα· καὶ τὴν ὑπὲρ αὐτῶν ὡς ἀλλοτρίων ὀφειλὴν ὁμολογοῦντος.

Καὶ ὑπερήρθη, φησὶν, Ἐζεκίας κατ' ὀφθαλμοὺς πάντων τῶν ἐθνῶν. Ὁ διὰ πράξεως καὶ θεωρίας μεταφύσας εἰς ἄκρον τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν γνῶσιν κατὰ τὸν Ἐζεκίαν, εἰκότως ὑπεραίρεται πάντων τῶν ἐθνῶν· τῶν τε σαρκικῶν καὶ διαβεβλημένων λόγῳ παθῶν ὑπεράνω κατὰ τὴν πρᾶξιν γενόμενος,

A tendat, nihil luciuissimi radii micatu oblæsa intelligentis animi pupilla atque acie.

Cervum quoque imitatur, haud secus ac ille montes, alta persequens divinarum speculationum, inque rerum indole latitantes venenatorum more affectus ac libidines, discretionis sermone interimens: necnon casu aliquo intra memoriæ penum assumptum vitii virus ac pravitatis, multiplici varioque scientiæ fontium latice exstinguens.

Capreæ itidem visus acutiem ac passerculi cautionem imitata, virtuti infensorum dæmonum laqueos instar capreæ transilit, iisque se cursu velociore expedit: spirituumque scientiam oppugnantium retia velut passer, volatu superiore evadit.

B **136** Aiunt quidam leonis alia aliis collisa ossa ignem emittere. Id quoque sic ex naturæ indole mens sapientiæ studens ac religiosa cultu æmulatur, dum veritatis inquisitione, alias aliis pias rationes ac cogitationes ossium more collidens, scientiæ ignem accendit.

Fit prudens sicut serpens, et simplex sicut columba[71], dum ubique, velut caput, infractam fidem servat; ac columbæ more, iræ a se amaritudinem palam abstergens, ad eos, quorum injuriis vexatur atque læditur, simultatem alere nescit.

Ex turture etiam, ceu munus castitatis imitationem sumit; animi sententia ac voluntate præstans, quidquid necessaria indole inest naturis.

C Sic sane pro cujusque naturali ratione modoque, mens recti honestique studiosissima, cum scientia rerum naturas incessens, ut quidem sapientiæ studens, spiritales rerum rationes, velut dona Deo offerendas, a creatura accipit: ut vero actionem colens, rerum naturales leges, moribus imitando accipit munera, totam in se vitæ rationibus inaspectabili ratione in rebus elucentem divinæ sapientiæ magnificentiam reddens.

Sin vero quis etiam dicat, Scripturam idcirco dona Deo offerenda distincte statuisse, ut divinæ bonitatis immensitatem ostenderet; quæ ut dona a nobis accipiat, quæ sunt munera, velut ipsa nihil prior contulerit, nempe nobis ascribendo quidquid D demum in eam a nobis collatum sit, is ita loquendo, ejus quod e decoro est limites haud excesserit: dum scilicet ingentem infinitamque Dei in nos bonitatem ostendit, qui ut nostra suscipiat, quæ sua illi a nobis offeruntur, iisque velut alienis, debito se profiteatur obstringi.

Et exaltatus est, inquit, *Ezechias in oculis omnium gentium*. Qui velut Ezechias, actionis cultu et contemplationis, ad summam virtutis ac scientiæ perfectionem evasit, merito supra gentes omnes exaltatur: tum scilicet carnalibus, ac quæ vituperio habentur (affectibus nimirum ac vitiis) per actio-

[71] Matth. x, 16.

Digitized by Google

nem superior effectus; tum corporibus. quæ naturalia vocantur, atque, ut verbo summaque dicam, rerum in sensum cadentium, formis omnibus, alto contemplationis volatu cunctis in **137** eis rationibus sapienter superatis : quæ et ipsæ moraliter abs Scriptura gentes appellentur, ob id scilicet quod ab anima et mente extranei natura generis exsistunt : quas interim, dum ipsæ mentem non lacessunt, oppugnari omnino Deus non præcepit. Non enim cum rebus foris positis ac circumjectis pugnæ nobis indicta necessitas est ; sed ut cum innaturalibus in nobis cordis terram incolentibus probrosis affectibus juge bellum exerceamus, donec ex illa exterminemus, solique terram possideamus, extraneorum affectuum internecione turbis liberam ac pacatam; id vero jussi sumus. Idcirco etiam signanter, quo loco Dei dona, regique oblata munera perscribuntur, non simpliciter, ait Scriptura, omnes Deo dona offerebant, et regi munera, sed, *multi* : ac si dicat : Non omnes gentes, sed multæ : ut hinc liqueat esse quæ vocentur gentes, ex quibus nihil in Dei dona cedat regisque munera. Solas enim creatorum orbem complentes naturas Deo dona offerre merito dixit (diviniores scilicet secundum quas fuerunt conditæ, Deoque auctore exsistunt, rationes) regique munera : proprias scilicet ac naturales leges : quippe cujus causa illæ eis sint inditæ, ex quorum norma mens humana composita modos constituit, quibus virtus confletur atque consistat. Haud enimvero quæ non Deo auctore velut stolones in nobis gentes succrescunt (vitia scilicet ac perturbationes) Deo dona offerunt aut hominibus munera, quod non ex Deo ortæ sint. Ex nobis enim divini prævaricatione mandati, non ex Deo, probrosi affectus ortum habuerunt: ex quibus nemo unquam aliquid offert Deo, cum nullam prorsus sapientiæ aut scientiæ rationem habeant, quippe quæ sapientiæ scientiæque jactura, mendax germen exsistant.

Hic ergo loci : *Et exaltatus est in conspectu omnium gentium*, cum Scriptura significet, eum, qui actionis desudatis laboribus id sit consecutus, ut tanquam Jerusalem, imperturbati animi sedem colens, ab omni peccati molestia liber sit, solamque pacem et agat et loquatur, audiatque et cogitet, ubi naturalis contemplationis munere rerum aspectabilium naturam, diviniores in ipsa rationes, velut dona Domino per ipsam **138** offerentem, ipsique tanquam regi leges in ea exsistentes, munera ferentem, acceperit ; in oculis omnium gentium exaltari, nempe omnibus superiorem effectum, tum per actionem, carnis affectibus, tum per contemplationem, corporibus naturalibus, cunctisque formis sub sensum cadentibus, necnon spiritualibus in eis rationibus modisque superatis. Ita quoque illud exponendum duxi : *Ferebant multi*, at non omnes ; hoc est, extraneæ gentes, sive creaturæ ; at non intra nos exsistentes, vitia scilicet ac perturbationes. Quæcunque enim creaturæ mundum

A καὶ τῶν φυσικῶν λεγομένων σωμάτων (22). Καὶ ἁπλῶς, ἵνα συνελὼν εἴπω, πάντων τῶν ὑπὸ αἴσθησιν εἰδῶν, κατὰ τὴν θεωρίαν τοὺς ἐν αὐτοῖς πάντας γνωστικῶς διαπεράσας λόγους· ἐθνῶν καὶ αὐτῶν τῇ Γραφῇ τροπικῶς ὀνομαζομένων, διὰ τὸ πρὸς τὴν ψυχὴν, καὶ τὸν νοῦν κατὰ φύσιν ἀλλόφυλον· ἅπερ μὴ πολεμοῦντα τὸν νοῦν, πολεμεῖσθαι παντελῶς ὁ Θεὸς οὐ προσέταξεν (23). Οὐ γὰρ τοῖς ἔξω περὶ τὴν αἴσθησιν πολεμεῖν ἐπετάγημεν κτίσμασιν, ἀλλὰ τοῖς ἐν ἡμῖν αὐτοῖς παρὰ φύσιν κατὰ τὴν γῆν τῆς καρδίας οἰκοῦσι τῆς ἀτιμίας ἀεὶ διαμάχεσθαι πάθεσιν ἐκελεύθημεν, ἕως ἂν ἐξολοθρεύσωμεν αὐτοὺς ἐξ αὐτῆς· καὶ κατασχῶμεν μόνοι τὴν γῆν, ἀσάλευτον μένουσαν τῇ ἀναιρέσει τῶν ἀλλοτρίων παθῶν. Διὸ καὶ τετηρημένως, κατὰ μὲν τὸν τόπον τῆς εἰσφορᾶς

B τῶν δώρων τοῦ Θεοῦ, καὶ τῶν δομάτων τοῦ βασιλέως, οὐχ ἁπλῶς ἡ Γραφὴ, Πάντες ἔφερον, εἶπεν, δῶρα τῷ Θεῷ, καὶ δόματα τῷ βασιλεῖ· ἀλλὰ, *πολλοί*· τουτέστιν, οὐ πάντα τὰ ἔθνη, ἀλλὰ πολλὰ ἔθνη· δηλοῦντος ἐντεῦθεν, ὅτι εἰσὶ λεγόμενα ἔθνη, ἐξ ὧν οὐδὲν τῷ Θεῷ, ἢ τῷ βασιλεῖ προσάγεται. Τὰ γὰρ συμπληροῦντα τὴν τῶν γεγονότων φύσιν κτίσματα, μόνα φέρειν εἰκότως φησὶν τῷ τε Θεῷ δῶρα, τοὺς ἐν αὐτοῖς θειοτέρους, καθ' οὓς καὶ ἐκτίσθησαν λόγους, ὡς ἐκ Θεοῦ γεγενημένα· καὶ δόματα τῷ βασιλεῖ, τοὺς οἰκείους αὐτῶν καὶ κατὰ φύσιν δηλονότι νόμους, ὡς δι' αὐτὸν [*marg.* τὸν ἄνθρωπον δηλονότι] ὑποστάντα· καθ' οὓς ῥυθμιζόμενος ὁ ἀνθρώπινος νοῦς, τοὺς συνεκτικοὺς τῆς ἀρετῆς συνίστησι τρόπους· ἀλλ' οὐχὶ τῶν ἐκ Θεοῦ μὴ γεγονότων ἐν ἡμῖν

C ἐθνῶν, λέγω δὲ τῶν παθῶν, παρυπόστασις προσφέρει Θεῷ ἢ ἀνθρώποις· διότι οὐκ ἐκ Θεοῦ γεγένηται. Ἐξ ἡμῶν γὰρ τῆς θείας παρακουσάντων ἐντολῆς, ἀλλ' οὐκ ἐκ Θεοῦ τὰ πάθη τῆς ἀτιμίας ἔσχε τὴν γένεσιν· ἐξ ὧν οὐδεὶς οὐδαμῶς οὐδὲν προσφέρει Θεῷ, μὴ ἐχόντων τὸ σύνολον λόγον σοφίας ἢ γνώσεως· ἄτε τῆς σοφίας ἀποβολῇ καὶ τῆς γνώσεως παρυποστάντα.

Κατὰ δὲ τὸν τόπον τοῦ, *Καὶ ἐπήρθη κατ' ὀφθαλμοὺς πάντων τῶν ἐθνῶν*, τοῦ Λόγου δηλοῦντος, ὡς ὁ τὴν ἀπάθειαν καθάπερ Ἱερουσαλὴμ οἰκεῖν διὰ τῶν κατὰ τὴν πρᾶξιν πόνων λαχὼν, καὶ πάσης τῆς καθ' ἁμαρτίαν ἀπηλλαγμένος ὀχλήσεως, καὶ μόνην εἰρή-

D νην καὶ πράττων καὶ λαλῶν καὶ ἀκούων καὶ λογιζόμενος, μετὰ τὸ δέξασθαι διὰ τῆς φυσικῆς θεωρίας τὴν φύσιν τῶν ὁρατῶν, τοὺς ἐν αὐτῇ θειοτέρους καθάπερ δῶρα τῷ Κυρίῳ, δι' αὐτοῦ προσκομίζουσαν, λόγους· καὶ τοὺς ἐν αὐτῇ νόμους, αὐτῷ καθάπερ βασιλεῖ δόματα φέρουσαν, κατ' ὀφθαλμοὺς ἐπαίρεται πάντων τῶν ἐθνῶν, ὑπεράνω γινόμενος (24), πάντων δηλονότι τῶν τε κατὰ τὴν σάρκα παθῶν διὰ πράξεως, τῶν τε φυσικῶν σωμάτων, καὶ τῶν ὑπὸ τὴν αἴσθησιν ἁπάντων εἰδῶν διὰ τῆς θεωρίας, τοὺς ἐν αὐτοῖς πνευματικοὺς διαβὰς λόγους τε καὶ τρόπους· οὕτως νενόηταί μοι καὶ τὸ, *Ἔφερον πολλοί*, ἀλλ' οὐ πάντες· τουτέστι, τὰ ἐκτὸς ἔθνη, ἤγουν κτίσματα· ἀλλ' οὐ τὰ ἐντὸς ἡμῶν ἔθνη, ἤγουν πάθη Πάντα γὰρ τὰ συμπληροῦντα τὸν κόσμον κτίσματα,

Digitized by Google

Θεὸν ὑμνεῖ καὶ δοξάζει φωναῖς ἀλαλήτοις· καὶ ὁ ἐκείνων ὕμνος, ἡμέτερος γίνεται· *Δι' ὧν ἐγὼ τὸ ὑμνεῖν λαμβάνω*, φησὶ Γρηγόριος* ὁ μέγας, τῆς θεολογίας ἐπώνυμος.

Οὐκοῦν ἡ ἁγία Γραφὴ, καθὼς δέδεικται, πᾶσιν ὄντων προθεῖσα τοῖς βουλομένοις σωθῆναι, τὸ ἑαυτῆς βούλημα, ἑνὶ προσώπῳ παντελῶς ἑαυτὴν οὐ συνέκλεισεν. Ἕκαστος γὰρ δύναται Ἐζεκίας γενέσθαι, τὸν Ἐζεκίαν κατὰ πνεῦμα μιμούμενος· καὶ διὰ προσευχῆς βοῆσαι πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ εἰσακουσθῆναι· καὶ δέξασθαι ἄγγελον· λέγω δὲ σοφίας μείζονος λόγον καὶ γνώσεως, ἐν καιρῷ τῆς τῶν πονηρῶν δαιμόνων ἐπαναστάσεως· καὶ ἐκτρίψαι πάντα δυνατὸν καὶ πολεμιστὴν καὶ ἄρχοντα καὶ στρατηγόν· τουτέστι, τὰς ἐμπαθεῖς τῆς ἐπιθυμίας καὶ θυμοῦ κινήσεις· καὶ τῶν αἰσθητῶν τὴν προσπάθειαν· καὶ τὸν καθάπερ στρατηγὸν, ἐπινοοῦντα τοὺς καθ' ἁμαρτίαν τρόπους, λογισμόν· καὶ οὕτως ἐν εἰρήνῃ γενέσθαι διὰ τῆς ἀπαλλαγῆς τῶν παθῶν, καὶ σχολάσαι τῇ τῶν ὄντων θεωρίᾳ, καὶ δέξασθαι τοὺς συνεκτικοὺς τῆς γνώσεως λόγους καθάπερ δῶρα, καὶ τοὺς τῶν ἀρετῶν συστατικοὺς τρόπους καθάπερ δόματα, πρός τε δόξαν Θεοῦ καὶ προκοπὴν ἑαυτοῦ, παρὰ πάσης αὐτῷ προσφερομένους τῆς κτίσεως· καὶ μετὰ τοῦτο πρεπόντως κατ' ὀφθαλμοὺς ὑπεραρθῆναι πάντων τῶν ἐθνῶν· τουτέστιν, ὑπεράνω πάντων τῶν παθῶν κατὰ τὴν ἀρετὴν, καὶ πάντων τῶν κτισμάτων γενέσθαι κατὰ γνῶσιν· καὶ φυλάξαι διὰ μετριοφροσύνης τὴν χάριν τῆς σωτηρίας, καὶ μὴ παθεῖν τὰ τούτοις κατὰ Γραφὴν ἑπόμενα.

A complent, Deum laudant, ac mutis vocibus concelebrant, nostraque efficitur earum laudatio : *per quas, mihi ipse ut laudem, assumo*, ait magnus Gregorius, cui a theologia cognomen est.

Igitur Scriptura sacra, uti ostensum est, cunctis qui salutis desiderio teneantur libero solutoque sui scopo proposito, haud se prorsus unius personæ angustiis conclusit. Quisquis enim Ezechiam spiritu æmuletur, Ezechias evadere potest, precibusque ad Deum clamare, et exaudiri, atque angelum (majoris scilicet sapientiæ ac scientiæ sermonem) tum, cum nequissimi dæmones infesta ingruunt acie, accipere, omnemque potentem et bellatorem atque principem et ducem exterere : libidinosos scilicet cupiditatis iræque motus, sensiliumque vitio B hærentem affectionem, necnon rationem, ducis more peccati modos ac illecebras excogitantem, inque eum modum pacem nancisci liberatione a perturbationibus, ac rerum contemplationi vacare, velutque dona, quibus scientia, ac velut munera, quibus virtutes consistant, ad Dei laudem suumque ipsius profectum, omni propense creatura offerentes, rationes modosque accipere : tumque merito in oculis omnium gentium exaltari, hoc est, cunctis affectibus virtutis ratione, cunctisque creatis scientiæ munere, superiorem evadere ; ac sensus postremo modestia (id est humilitate) salutis gratiam servare, nec iis, quæ postmodum Scriptura secuta narrat, obnoxium esse.

C

ΣΧΟΛΙΑ.

α'. Fr. Τίνες οἱ λόγοι, καὶ τίνες οἱ τρόποι τῆς κτίσεως.

β'. Τριῶν τούτων ἕνεκεν ἐγκατέσπειρεν ὁ Θεὸς τῇ ὁρωμένῃ φύσει λόγους πνευματικοὺς καὶ τρόπους ἀγωγῆς ἀστείας· ὥστε κηρύττεσθαι τὸν Ποιητὴν τῶν κτισμάτων, καὶ ὥστε τὸν ἄνθρωπον τοῖς κατὰ φύσιν θεσμοῖς τε καὶ τρόποις παιδαγωγούμενον, εὑρεῖν εὐμαρῶς τὴν πρὸς αὐτὸν ἄγουσαν τῆς δικαιοσύνης ὁδόν· καὶ ἵνα μηδεὶς τῶν ἀπίστων, πρόφασιν ἀπολογίας ἔχῃ τὴν ἄγνοιαν.

γ'. Μέσα Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων εἰσὶ τὰ αἰσθητὰ καὶ τὰ νοητά· ὧν ὑπεράνω γίνεται χωρῶν πρὸς Θεὸν ὁ ἀνθρώπινος νοῦς· τοῖς μὲν αἰσθητοῖς κατὰ τὴν πρᾶξιν μὴ δουλούμενος· τοῖς νοητοῖς δὲ κατὰ τὴν θεωρίαν μὴ δόλως κρατούμενος.

δ'. Ὅτι κατήγορος ἡ κτίσις γίνεται, φησὶ, τῶν ἀσεβῶν ἀνθρώπων· διὰ μὲν τῶν ἐν ἑαυτῇ λόγων τὸν ἑαυτῆς κηρύττουσα Ποιητήν· διὰ δὲ τῶν ἐν αὐτῇ κατ' εἶδος ἑκαστον φυσικῶν νόμων πρὸς ἀρετὴν παιδαγωγοῦσα τὸν ἄνθρωπον. Οἱ μὲν οὖν λόγοι ἐν τῇ συνοχῇ τῆς μονιμότητος τοῦ καθ' ἕκαστον εἴδους γωρίζονται· οἱ δὲ νόμοι, ἐν τῇ ταυτότητι φαίνονται τῆς τοῦ κατ' ἕκαστον εἴδους φυσικῆς ἐνεργείας· οἷς μὴ ἐπιβάλλοντες κατὰ τὴν ἐν ἡμῖν νοερὰν δύναμιν,

SCHOLIA.

1. Quænam rationes, ac quinam modi creaturæ.

2. Horum trium causa inspersit Deus naturæ aspectabili spiritales rationes, honestæque modos **139** disciplinæ, ut Conditor rerum prædicetur, et ut homo, naturalibus legibus modisque eruditus, viam justitiæ facile inveniat, quæ ad eum ducit : ac demum, ut nemo infidelium excusandi causa ignorantiam prætexere possit.

3. Inter Deum hominemque media sensilia sunt ac intelligibilia ; quibus superior, in Deum concedens mens humana efficitur : quæ nimirum, quæ D studet actioni, sensilibus non mancipetur, ac quæ intelligibilibus per contemplationem minime teneatur.

4. Creatura impiorum hominum accusatrix efficitur ; quæ scilicet per rationes in ea exsistentes, Conditorem suum prædicet, ac per naturales, pro cujusque speciei ratione, illi concretas leges, geniumque ac indolem, ad virtutem erudiat hominem. Porro rationes in cujusque speciei perenni conservatione enitent ; leges autem, in eadem elucent naturali cujusque speciei operatione : quibus, dum pro mentis in nobis facultate animum non

* Orat. 43, quæ est in Novam Dominicam, ubi edita, παρ' ων, *a quibus laudis argumentum sumo.*

Digitized by Google

attendimus, tum rerum Auctorem ignoravimus, tum innaturalium omni generi affectuum ac vitiorum intabuimus.

A τήν τε τῶν ὄντων ἠγνοήσαμεν αἰτίαν, καὶ πᾶσι τοῖς παρὰ φύσιν προστετήκαμεν πάθεσι.

5. Dum homo spiritales aspectabilium rerum rationes considerat, rerum ejusmodi Conditorem esse docetur; sic tamen, ut quisnam ille sit non exquirat, quod nemo mente assequi possit. Creatura enim oculis objecta hoc præbet, ut ejus esse Auctorem sapienter intelligamus, non ut quisnam ille sit, comprehendamus. Idcirco aspectabilium rationes Scriptura dona vocavit, ut quæ universale Dei dominium indicent: munera vero eorum naturales leges, quibus, dum res singulas, quales quæquæ secundum genus sunt, noscimus, hoc docemur, ne eam quæ ex natura est extranea legem corrumpamus.

ε'. Ὁ ἄνθρωπος τοὺς πνευματικοὺς τῶν ὁρωμένων λόγους κατανοῶν διδάσκεται, ὡς ἔστι τῶν φαινομένων Ποιητής· τὴν τοῦ ὁποῖός ἐστιν ἔννοιαν, ὡς ἀνέφικτον ἀφεὶς ἀνεξέταστον. Τὴν γὰρ ὅτι Ποιητής, ἀλλ' οὐχ ὁποῖός ἐστιν ὁ Ποιητὴς ὁρωμένη σοφῶς ἡ κτίσις παρέχει κατάληψιν. Διόπερ δῶρα μὲν κέκληκεν ἡ Γραφὴ τοὺς λόγους τῶν ὁρωμένων, ὡς τῆς κατὰ πάντων δεστοτείας μηνυτικούς· δόματα δὲ, τοὺς φυσικοὺς αὐτῶν νόμους, δι' ὧν ὁποῖόν τι τῶν ὄντων ἕκαστον ὑπάρχει κατ' εἶδος γνωριζόμενον διδάσκει τὸν ἄνθρωπον, ἀλλοτρίῳ νόμῳ μὴ παραφθείρειν τὸν κατὰ φύσιν.

6. Alia donorum spiritalis sensus enarratio.

ς'. Ἄλλη θεωρίας περὶ τῶν δώρων μεταβολή.

7. Gratis, quæ in Deum est, fidem accepimus, quæ sit cognitio immediate circa Deum versans illique nitens, ac scientia omni demonstratione caiens. *Est* enim *sperandarum substantia rerum* [13], cum necdum res ulla ejusmodi nobis comprehendatur.

ζ'. Κατὰ δωρεὰν φησι τὴν Θεὸν εἰλήφαμεν πίστιν, γνῶσιν ὑπάρχουσαν ἀμέσως περὶ Θεὸν ἱδρυμένην· ἥτις ἀναπόδεικτον ἔχει τὴν ἐπιστήμην. *Ἐλπιζομένων γάρ ἐστιν ὑπόστασις πραγμάτων*, οὕπω γνώσει τῶν ὄντων τινὸς περιληφθέντων.

8. Virtute quidem prior infertur fides; scientia, virtus: nihil autem prorsus, fide. Est enim fides bonorum, quæ sunt in homine, origo atque initium, qua prius nihil est quod offerre possimus.

η'. Ἀρετῆς μὲν προεισφέρεται πίστις, φησίν· ἀρετὴ δὲ, γνώσεως· πίστεως δὲ, παντελῶς οὐδέν. Ἀρχὴ γὰρ τῶν ἐν ἀνθρώποις καλῶν ἡ πίστις· ἧς οὐδὲν παρ' ἡμῶν προεισάγεσθαι πέφυκεν.

9. Nihil est quod tantumdem ac fides æstimetur.

θ'. Οὐδέν φησίν ἐστιν πίστεως ἰσοστάσιον.

10. Nempe fidelis animus ac spiritalis.

ι'. Ὁ πιστὸς δηλονότι καὶ πνευματικός.

11. Rerum rationes fidei in Deum astipulantes sumit mens sapientiæ studens, non quarum ea vis exsistat, ut fidem efficiant. Non enim creatorum rationes fidei principium exsistunt. Nam etiam circumscriptum esset id quod creditur. Cujus enim, demonstrationis vi, principium scientiæ luce comprehenditur, ipsum utique ejusmodi natura est ut comprehendatur.

ια'. Συνηγόρους τῆς εἰς τὸν Θεὸν πίστεως τοὺς τῶν ὄντων ὁ γνωστικὸς νοῦς δέχεται λόγους φησὶν, ἀλλ' οὐ ποιητικοὺς τῆς πίστεως. Οὐκ εἰσὶ γὰρ ἀρχὴ τῆς πίστεως οἱ λόγοι τῶν γεγονότων· ἐπεὶ καὶ περιγραπτὸν ἔσται τὸ πιστευόμενον. Οὗ γὰρ ἡ πρὸς ἀπόδειξιν ἀρχὴ γνώσει περιλαμβάνεται, τοῦτο δηλαδὴ, γνώσει κατὰ φύσιν ὑπάρχει περιληπτόν.

12. Cœli lex est, ut eodem modo in orbem feratur: a quo, qui sapientiæ studet ac spiritalis est, id accipit, ut in bono fixe moveatur; qui scilicet eumdem virtutis servando tenorem, jugem cœli motum imitetur.

ιβ'. Οὐρανοῦ νόμος ἐστὶ, τὸ κατὰ κύκλον ὡσαύτως φέρεσθαι, παρ' οὗ λαμβάνει τὴν ἐν τῷ καλῷ παγίαν κίνησιν ὁ γνωστικὸς, περὶ τὸ ταυτὸν τῆς ἀρετῆς τὴν οὐρανοῦ μιμούμενος ἀεικινησίαν.

13. Solis lex naturalis est, ut locorum mutatione tempora distinguat: a quo vir spiritalis ac sapientiæ studens, id accipit, ut se diversis rerum eventibus componat, virtutis splendorem ratione servans incolumem, quam inconsulti nulli casus obscurent.

ιγ'. Ἡλίου νόμος ἐστὶ φυσικὸς, τὸ ταῖς μεταβάσεσιν ἐργάζεσθαι τὴν χρόνων διαφοράν· παρ' οὗ λαμβάνει, τὸ πρὸς τὰς διαφόρους ἁρμόζεσθαι συμβάσεις ὁ γνωστικὸς, λόγῳ φυλάττων τῆς ἀρετῆς τὴν λαμπρότητα, μηδενὶ τῶν ἀβουλήτως συμβαινόντων ἀμαυρουμένην.

14. Aquilæ lex naturalis est, ut irretorta acie solis radium in pupillam incurrentem excipiat; unde vir spiritalis ac sapientiæ studens, per voluntatem id mutuatur, ut divinis semper fulgoribus mente illustretur.

ιδ'. Ἀετοῦ νόμος ἐστὶ φυσικὸς, τὸ δέχεσθαι κατὰ τῆς κόρης τοῦ ἡλίου τὴν ἀκτῖνα προσβάλλουσαν· παρ' οὗ λαμβάνει κατὰ γνώμην ὁ γνωστικὸς, διὰ παντὸς τῷ θείῳ φωτὶ τὸν νοῦν ἐναστράπτεσθαι.

15. Quid ex naturali quoque cervorum lege spiritalis atque sapiens doceatur, dum rerum dispicit indolem.

ιε'. Τί διδάσκεται κἀκ τοῦ φυσικοῦ νόμου τῶν ἐλάφων ὁ γνωστικὸς, τὴν ὄντων φύσιν διασκεπτόμενος.

16. Quid etiam ex caprea ac passerculo imitando mens, virtutem servet adversariis illæsam, per actionem viam scientiæ secans.

ις'. Τί κἀκ τῆς δορκάδος καὶ τοῦ ὀρνέου κατὰ μίμησιν λαμβάνων, ἀνάλωτον φυλάττει τὴν ἀρετὴν, ὁ κατὰ πρᾶξιν τῆν ὁδὸν τέμνων τῆς γνώσεως.

[13] Hebr. xi, 1.

Digitized by Google

ιζ'. Ποῖον διδάσκεται καλὸν ὁ τὰ θεῖα φιλοσοφῶν, A τὴν φυσικὴν τοῦ λέοντος θεωρίαν εἰς ἑαυτὸν κατὰ γνώμην λογικῶς μεταφέρων.

ιη'. Πῶς δεῖ μιμούμενον τὸν ὄφιν καὶ τὴν περιστερὰν γίνεσθαι φιλόσοφον.

ιθ'. Τί κάκ τῆς τρυγόνος ὠφελεῖσθαι δυνάμεθα.

κ'. Ὁ πρὸς τὸν ἑαυτοῦ νόμον, τοὺς τῶν ὄντων κατὰ μίμησιν μεταφέρων νόμους, ἐνάρετος, λογίζων τῶν ἑστερημένων λόγου τὴν κίνησιν· ὁ δὲ τὸν ἑαυτοῦ πρὸς τοὺς νόμους τῶν ἄλλων κατὰ μίμησιν μεταβάλλων, ἐμπαθής, πρὸς ἀλογίαν ἐκφέρων τοῦ λόγου τὴν δύναμιν.

κα'. Ἄλλη θεωρία περὶ τῶν δώρων, ἀγαθότητος θείας ἀποδεικτική.

κβ'. Σώματα λέγει φυσικά, πάντα τὰ ὑπὸ γένεσιν B καὶ φθοράν.

κγ'. Καλὴ παρατήρησις, ὅτι δεῖ μὴ τὴν κτίσιν πολεμεῖσθαι παρ' ἡμῶν, ἧς ἐστι δημιουργὸς ὁ Θεός, ἀλλὰ τὰς ἐπ' αὐτῇ τῶν ἐν ἡμῖν κατ' οὐσίαν δυνάμεων ἀτάκτους καὶ παρὰ φύσιν κινήσεις καὶ ἐνεργείας.

κδ'. Πρακτικὴ φιλοσοφία, τὸν πρακτικὸν, φησιν, ὑπεράνω ποιεῖ τῶν παθῶν· ἡ θεωρία δὲ τὸν γνωστικὸν καὶ ὑπεράνω τῶν ὁρωμένων καθίστησιν, ἀναβιβάσασα τὸν νοῦν πρὸς τὰ συγγενῆ νοητά.

17. Quam honesti rationem doceatur divina philosophans, qui naturalem leonis considerationem in seipsum secundum voluntatem ratione transfert.

18. Qua ratione imitando serpentem ac columbam, contingat philosophum ac sapientem evadere.

19. Quam et ex turture utilitatem consequi valeamus.

140 20. Qui ad suam ipse legem, rerum leges imitatione transfert, studiosus est; qui scilicet rerum ratione carentium motum ratione imbuat. Qui vero suam ipsius in aliorum leges imitatione mutat, vitiosus est, vim rationis in affectum motumque ratione carentem traducens.

21. Donorum spiritalis alia consideratio, divinæ specimen bonitatis habens.

22. Naturalia corpora vocat, cuncta ortui interituique obnoxia.

23. Pulchra observatio, non bello fatigandam a nobis creaturam, cujus Deus conditor est, sed essentialium in nobis facultatum inordinatos ac innaturales in ea motus et operationes.

24. Quæ actionem colit philosophia, illi studentem perturbationibus atque vitiis superiorem facit: contemplatio autem virum sapientem supra etiam res aspectabiles sustulit, ad spiritalia illi cognata mentem provehens.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΝΒ'.

« *Καὶ οὐ κατὰ τὸ ἀνταπόδομα ὃ ἀνταπέδωκεν αὐτῷ ὁ Θεὸς ἀνταπέδωκεν Ἐζεκίας· ἀλλ' ὑψώθη* C *ἡ καρδία αὐτοῦ, καὶ ἐγένετο ἐπ' αὐτὸν ὀργὴ, καὶ ἐπὶ Ἰούδαν καὶ ἐπὶ Ἰερουσαλήμ· καὶ ἐταπεινώθη Ἐζεκίας ἀπὸ τοῦ ὕψους τῆς καρδίας αὐτοῦ, καὶ οἱ κατοικοῦντες Ἰερουσαλήμ· καὶ οὐκ ἐπῆλθεν ἐπ' αὐτοὺς ὀργὴ Κυρίου ἐν ταῖς ἡμέραις Ἐζεκίου.* » *Τί τὸ ἀνταπόδομά ἐστι, καὶ τὰ ἑξῆς;*

QUÆSTIO LII.

« *Et non secundum retributionem, quam retribuerat ei Deus, retribuit Ezechias, sed exaltatum est* C *cor ejus: et facta est super eum ira, et super Judam et super Jerusalem. Et humiliatus est Ezechias ab altitudine cordis sui, et habitantes Jerusalem. Et non venit ira Dei super eos in diebus Ezechiæ* [74]. » *Quid sibi vult retributio, et quæ sequuntur.*

Ἀπόκρισις.

Ἐπειδὴ γὰρ μετὰ πολλὰς καὶ διαφόρους εὐεργεσίας, ἃς κατὰ καιροὺς ὁ Θεὸς χορηγήσας τῷ Ἐζεκίᾳ, ἐλύσωσεν ἐκ πάσης ἀνάγκης αὐτὸν λυτρωσάμενος καὶ περιστάσεως· αὐτὸς δὲ τὴν ὅλην τῷ Θεῷ τῆς σωτηρίας, ὡς ἐχρῆν, οὐκ ἀνέθετο χάριν· ἀλλ' ἥρπασέ τις αὐτὸν μῶμος ἀνθρώπινος, καὶ τῶν κατορθωμάτων ἐπεμερίσατο δύναμιν· εἰκότως κατὰ τὸ ἀνταπόδομα ὃ ἀνταπέδωκεν αὐτῷ ὁ Θεὸς, οὐκ ἀνταπέδωκεν Ἐζεκίας. Οὐ γὰρ ἀντεσήκωσε τῷ μεγέθει τῶν ἐπ' αὐτῷ θείων κατορθωμάτων εὐγνωμόνως τὴν εὐχαριστίαν· ἀλλ' ὑψώθη ἡ καρδία αὐτοῦ, μὴ διαδρὰς τὸ νόσημα τῆς ἐπ' ἀρετῇ καὶ γνώσει φυσικῆς αἰτίας.

Responsio.

Quia enim multis variisque beneficiis pro tempore acceptum Ezechiam, atque ab omni necessitate adversoque casu liberatum, Deus incolumem fecerat; isque Deo, uti par erat, acceptæ salutis munus omne non acceptum retulerat, sed humana invadente labe, rerum ex voto succedentium vim ipse diviserat; merito secundum retributionem, quam retribuerat ei Deus, non retribuit Ezechias. Non enim ingenue satis pro munerum magnitudine parem gratiarum actionem rependit: sed exaltatum est cor ejus, haud ejus immunis jactantiæ morbo, quæ fere natura ex virtute ac scientia emergit.

Καὶ ἐγένετο ἐπ' αὐτὸν ὀργὴ, καὶ ἐπὶ Ἰούδαν καὶ ἐπὶ Ἰερουσαλήμ. Ὀργὴ Θεοῦ ἐστι (1), κατὰ μίαν ἐπιβολὴν, ἡ τῶν παιδαγωγουμένων ἐπίπονος αἴσθησις· ἐπίπονος δὲ καθέστηκεν αἴσθησις, ἡ τῶν ἀκουσίων πόνων ἐπαγωγή· δι' ἧς τὸν ἐπ' ἀρετῇ καὶ

Et facta est super eum ira, et super Judam et super Jerusalem. Ira Dei, uno sensu, est eorum qui castigantur molestior sensus ac ærumnosus. Ejusmodi autem sensus, laborum multa est, quæ invitis inducitur: vi cujus non raro Deus virtutis ac

[74] II Paral. xxxii, 25.

Digitized by Google

scientiæ nomine elatam mentem ad modestiam ac humilitatem adducit : hoc præstans, ut se illa agnoscat, ac propriæ conscia [141] infirmitatis fiat; cujus percepto sensu, stultum cordis tumorem ponat. Ait enim posteaquam ira contigerat : *Et humiliatus est Ezechias ab altitudine cordis sui, et habitantes Jerusalem. Et non supervenit ira Dei super eos in diebus Ezechiæ.*

Rursus ira Domini, divinarum gratiarum tantisper subtracta subministratio exsistit, commodumque accidit in omnem sublimem ac elatam mentem, concessisque a Deo bonis gloriantem, tanquam propriis meritis. Operæ pretium vero est ut intelligamus ac videamus, quid causæ sit, cur nedum in Ezechiam (cujus ita cor fuerat exaltatum) ira supervenerit, verum etiam in Judæam et Jerusalem. Sit res ejusmodi, quæ iis maxime faciat fidem, qui uni Scripturæ litteræ laborem omnem operamque addicunt, necesse esse ut religiosi Deique cultores spiritali Scripturarum sensui enucleando diligentiam omnem adhibeant, si modo veritatis doctrinam cunctis anteponant. Nam si solam litteram sequamur, haud raro, ut par est, divino judicio injustitiæ labem impingemus; quo videlicet nullius rei criminis, pari cum obnoxiis vindicta, injuste puniantur. Et quinam vero Scriptura vera, quæ ait: *Non morietur pater pro filio, neque filius pro patre? unusquisque in peccato suo morietur*[75]. Quodque David ad Deum loquitur : *Quia tu reddes unicuique juxta opera sua*[76]?

Et exaltatum est, inquit, *cor Ezechiæ;* et non addidit, Et cor habitantium Jerusalem et Judam. Quonam igitur modo, una cum reo etiam non obnoxios crimini punierit, juxta eos ipsos, qui intelligam non succurrit. *Et exaltatum est cor Ezechiæ, et facta est super eum ira, et super Judam, et super Jerusalem;* de quibus non habet Scriptura fuisse exaltatos. Cum igitur nulla eis commoda dubii solutio occurrat, qui litteram tuentur, rerumque sententiæ verba anteponunt, ad spiritalem Scripturæ sensum veniamus, nulloque labore, quæ in littera occulta manet, lucis instar iis præfulgentem, qui veritatis amore ducantur, veritatem offendemus.

γνώσει φυσιούμενον νοῦν ὁ Θεὸς πολλάκις ἄγει πρὸς συστολὴν καὶ ταπείνωσιν· αὐτὸν ἑαυτοῦ γενέσθαι διδοὺς ἐπιγνώμονα, καὶ τῆς οἰκείας ἀσθενείας συνίστορα· ἧς ἐπαισθόμενος, τὸ μάταιον οἴδημα τῆς καρδίας ἀποτίθεται· φησὶ γὰρ μετὰ τὸ γενέσθαι τὴν ὀργήν· *Καὶ ἐταπεινώθη Ἐζεκίας ἀπὸ τοῦ ὕψους τῆς καρδίας αὐτοῦ, καὶ οἱ κατοικοῦντες Ἰερουσαλήμ· καὶ οὐκ ἐπῆλθεν ἐπ' αὐτοὺς ὀργὴ Κυρίου ἐν ταῖς ἡμέραις Ἐζεκίου.*

Ἡ πάλιν ὀργὴ Κυρίου ἐστὶν (2), ἡ ἀναχωχὴ τῆς τῶν θείων χαρισμάτων χορηγίας· ἥτις, συμφερόντως ἐπὶ πάντα γίνεται νοῦν ὑψηλὸν καὶ μετέωρον, καὶ τοῖς δοθεῖσιν αὐτῷ θεόθεν καλοῖς ὡς ἐπ' ἰδικοῖς καταρθώμασι μεγαλαυχούμενον. Ἄξιον δέ ἐστιν ἐπιστῆσαι, καὶ ἰδεῖν, τί δήποτε μὴ ἐπὶ μόνον τὸν Ἐζεκίαν ὑψωθέντα τὴν καρδίαν ἦλθεν ἡ ὀργή, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ Ἰούδαν καὶ ἐπὶ Ἰερουσαλήμ. Τοῦτο μάλιστα πείσει τοὺς τῷ γράμματι μόνῳ τῆς Γραφῆς φιλοπόνως παρακαθημένους, ὅτι χρὴ τοὺς φιλοθέους περὶ τὴν πνευματικὴν θεωρίαν τῶν γεγραμμένων τὴν πᾶσαν ποιεῖσθαι σπουδήν, εἴπερ ὁ τῆς ἀληθείας λόγος αὐτοῖς πάντων ἐστὶ τιμιώτερος. Εἰ γὰρ μόνῳ τῷ γράμματι στοιχήσομεν, πολλάκις, ὡς εἰκός, ἀδικίαν τῆς θείας καταψηφισόμεθα κρίσεως (s), τῷ ἁμαρτήσαντι συγκολαζούσης ἀδίκως τοὺς μηδαμῶς ἁμαρτήσαντας· καὶ πῶς ἀληθὴς ὁ φάσκων ἔσται λόγος, *Οὐκ ἀποθανεῖται πατὴρ ὑπὲρ υἱοῦ, οὔτε υἱὸς ὑπὲρ πατρός. Ἕκαστος ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ αὐτοῦ ἀποθανεῖται;* καὶ, *Σὺ ἀποδώσεις ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ*, πρὸς Θεὸν παρὰ τοῦ Δαβὶδ λεγόμενον·

Καὶ ὑψώθη, φησὶν, *ἡ καρδία Ἐζεκίου*· καὶ οὐκ ἐπήγαγε, Καὶ ἡ καρδία τῶν οἰκούντων Ἰερουσαλὴμ καὶ Ἰούδαν· πῶς οὖν συνεκόλασε τῷ αἰτίῳ τοὺς ἀναιτίους, κατ' αὐτοὺς ἐκείνους συνιδεῖν οὐκ ἔχω (3). Λέγει γάρ· *Καὶ ὑψώθη ἡ καρδία Ἐζεκίου, καὶ ἐγένετο ἐπ' αὐτὸν ὀργὴ, καὶ ἐπὶ Ἰούδαν καὶ ἐπὶ Ἰερουσαλήμ*· περὶ ὧν οὐ γέγραφεν ὁ Λόγος, ὅτι ὑψώθησαν. Οὐκοῦν ἐπειδὴ ἀμήχανος ἡ λύσις τῶν ἀπορουμένων τοῖς προεστηκόσι τοῦ γράμματος, καὶ τὸ ῥητὸν τῆς διανοίας προκρίνουσιν, ἐπὶ τὴν πνευματικὴν τῶν γεγραμμένων κατανόησιν ἐλθωμεν, καὶ εὑρήσομεν ἀκμητὶ, τὴν τῷ γράμματι κεκαλυμμένην τὴν ἀλήθειαν, φωτὸς δίκην τοῖς φιλαληθέσι προλάμπουσαν.

[75] Deut. XXIV, 16; IV Reg. XIV, 6; Ezech. XVIII, 20. [76] Psal. LXI, 13.

(s) Ἀδικίαν τῆς θείας καταψηφισόμεθα κρίσεως. Possint hæc aliter solvi, nullaque vi facta litteræ. Peccavit David populi numeratione, eaque culpa, quæ ejus unius videbatur, et quam ipse suam agnoscit : *Ego sum qui peccavi, ego inique egi : isti qui oves sunt, quid fecerunt?* II Reg. XXIV, 17. Tanta strages facta populi, ut septuaginta millia virorum intra triduum peste assumerentur. Num et hæc ad allegoriam trahenda? vel quod cæsi filii Israel et capta arca, justa in filios Heli improbe agentes animadversione, I Reg. IV, cum nihil populus Dei cultu offendisse legatur, sed eo religiosior, a quo, illorum peccato grandi nimis (ut loquitur Scriptura) retrahebatur, I Reg. II, 17. Aliaque sexcenta, in quibus nulla allegoria justa Dei noscitur vindicta, dum paucorum, qui capita videantur, culpa, sic populus, vel civitas communi clade involvitur; aut etiam ipse princeps, plebis malitia vel affligitur, vel etiam non satis expletis annis moritur, ut se res habuit in Josia sanctissimo regum Juda, IV Reg. XXII, 20. Locum Deut. exponit Chald., non interficiendum patrem testimonio filii. Sensus magis genuinus, interdictum judici sic interficere, quod non præscribit Deo, qui vitæ et mortis arbiter est, et cujus providentia, mors innocentis justa sit, innocentium communitate, puta medicina potius quam pœna, inque ejus ipsius bonum ordinata; qua de re videndi exposit. illo Ezech.-XVIII.

Digitized by Google

Πᾶς τοιγαροῦν γνωστικὸς καὶ φιλόσοφος νοῦς, καὶ τὸν Ἰούδαν ἔχει, καὶ τὴν Ἱερουσαλήμ· τὸν μὲν Ἰούδαν, εἰς τὸν κατ' ἐξομολόγησιν τρόπον πνευματικῶς λαμβανόμενον· ἤγουν, τὴν ἕξιν τῆς μετανοίας, μετὰ τῶν αὐτῆς συνεκτικῶν λογισμῶν τῇ προκοπῇ τῆς κατὰ νοῦν ἀναβάσεως πρακτικῶς συναυξάνουσαν. Ἐξομολόγησις γὰρ Ἰούδας ἑρμηνεύεται. Τὴν δὲ Ἱερουσαλήμ, εἰς τὴν εἰρηνικὴν τῆς ἀληθείας ἕξιν, μετὰ τῶν συμπληρούντων αὐτὴν θείων θεωρημάτων ἀλληγορικῶς νοουμένην. Καὶ συντόμως εἰπεῖν, τὴν μὲν Ἰουδαίαν, ὡς πρακτικὴν, ἔχει φιλοσοφίαν· τὴν δὲ Ἱερουσαλήμ, θεωρητικὴν μυσταγωγίαν. Ὁπηνίκα οὖν διὰ τῆς θείας χάριτος ὁ φιλόσοφος νοῦς, κατά τε τὴν πρακτικὴν καὶ τὴν θεωρητικὴν φιλοσοφίαν, πᾶσαν ἀντικειμένην ἀρετῇ τε καὶ γνώσει διακρουσάμενος δύναμιν, τελείως τὸ κατὰ τῶν πνευμάτων τῆς πονηρίας ἀναδήσεται κράτος, καὶ μὴ τὴν δέουσαν εὐχαριστίαν ἀνάθηται τῷ αἰτίῳ τῆς νίκης Θεῷ· ἀλλ' ὑψώθη τὴν καρδίαν, ἑαυτὸν τοῦ παντὸς· κατορθώματος ἡγησάμενος αἴτιον, τηνικαῦτα ὡς μὴ ἀνταποδοὺς τῷ Θεῷ κατὰ τὸ ἀνταπόδομα ὃ ἀνταπέδωκεν αὐτῷ, δέχεται οὐ μόνον αὐτὸς γινομένην ἐπ' αὐτὸν τὴν ὀργὴν τῆς ἐγκαταλείψεως, ἀλλὰ καὶ Ἰούδας καὶ Ἱερουσαλήμ· τουτέστιν, ἡ τῆς πράξεως ἕξις καὶ τῆς θεωρίας· παθῶν ἀτιμίας εὐθέως συγχωρήσει Θεοῦ κατεπανισταμένων τῆς πράξεως (4), καὶ τὴν τέως καθαρὰν μολυνόντων ἐπιδηστν· καὶ ψευδῶν ἐννοιῶν συνεπιπλεκομένων τῇ θεωρίᾳ τῶν ὄντων, καὶ τὴν τέως ὀρθὴν διαστρεφουσῶν δόξαν τῆς γνώσεως.

Θεῖος γὰρ ὡς ἀληθῶς ὅρος τε καὶ νόμος κατὰ Πρόνοιαν ἐνυπάρχει τοῖς οὖσι (5), παιδεύεσθαι διὰ τῶν ἐναντίων ἐπιτρέπων πρὸς εὐγνωμοσύνην, τοὺς ἐπὶ χρείττοσι φανέντας ἀγνώμονας· καὶ τὴν πεῖραν τῶν ἀντικειμένων, τῆς τῶν καλῶν κατορθωτικῆς θείας ἐπίγνωστν ποιεῖσθαι δυνάμεως· ὡς ἂν μὴ παντελῶς ἐπὶ τοῖς ἀμείνοσιν ἀκαθαίρετον παρὰ τῆς Προνοίας ἔχειν συγχωρηθέντες τὴν οἴησιν, εἰς τὴν ἀντίθεον τῆς ὑπερηφανίας διάθεσιν κατολισθήσωμεν· ἑαυτῶν κατὰ φύστν, ἀλλ' οὐκ ἐπίκτητον χάριτι τὴν τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς γνώσεως κτῆσιν εἶναι νομίζοντες· καὶ εὑρεθῶμεν τῷ καλῷ, πρὸς τὴν τοῦ κακοῦ χρώμενοι γένεσιν· καὶ δι' ὧν ἔδει πλέον διασφιγχθεῖσαν ἐν ἡμῖν ἀσάλευτον μένειν τὴν θείαν ἐπίγνωσιν, δι' ἐκείνων, ὡς οὐκ ὤφελον, τὴν ταύτης νοσήσαντες ἄγνοιαν.

Ὁ γὰρ οἰόμενος ἑαυτὸν κατειληφέναι τὸ τέλος τῆς ἀρετῆς (6), οὐδαμῶς ἐπιζητήσει λοιπὸν τὴν πηγαίαν τῶν καλῶν αἰτίαν· ἑαυτῷ μόνῳ περιγράψας τὴν τῆς ἐφέσεως δύναμιν· αὐτὸν τῆς σωτηρίας τὸν ὅρον, ὑφ' ἑαυτοῦ, φημὶ δὲ τὸν Θεὸν, ζημιούμενος. Ὁ δὲ τῆς ἑαυτοῦ περὶ τὰ καλὰ φυσικῆς συναισθόμενος πενίας, οὐ παύεται προτροπάδην τρέχειν πρὸς τὸν θεῖναι δυνάμενον τῆς ἐνδείας τὴν πλήρωσιν.

Γίνεται τοίνυν δικαίως ἐπὶ τὸν ὑψηλόφρονα νοῦν ὀργή· τουτέστιν, ἐγκατάλειψις· ἤγουν ἡ τοῦ διεγκληθῆναι αὐτὸν κατά τε τὴν πρᾶξιν, ὡς Ἰουδαίαν· κατά τε τὴν θεωρίαν, ὡς Ἱερουσαλήμ, ὑπὸ δαιμόνων

A Quæcunque igitur mens scientiæ dedita ac philosophica est, tum Judam, tum Jerusalem habet: Judam quidem, qui spiritali intelligentia confessionis **142** modus accipiatur, id est pœnitentiæ habitus, qui cum rationibus eam conservantibus, una cum profectu ascensionis mentis practice augeatur. Judas enim *confessionem* sonat, si nomen interpreteris. Jerusalem vero, quæ pacificus tranquilli animi habitus, cum ipsum complentibus divinis considerationibus, allegorico sensu intelligatur. Atque ut paucis dicam, Judæam quidem habet, ut philosophiam in actione versantem: Jerusalem vero, ut contemplationis abstrusiorem doctrinam. Quando igitur divina præstante gratia, mens philosophica, per philosophiam, tum quæ actionem colit, tum quæ

B studet contemplationi, omni submota virtuti ac scientiæ adversante potestate, perfecte adversum nequitiæ spiritus victoriam reportarit, nec victoriæ auctori Deo, quam par est, gratiarum actionem retulerit; sed cordis elatione, totius se auctorem facinoris existimaverit: tum, velut quæ non retribuerit Deo juxta retributionem quam retribuerat ei, nedum ipsa, quæ sibi eveniat, derelictionis accipit iram, verum etiam Judas et Jerusalem, hoc est, actionis habitus et contemplationis: probrosis statim affectibus divina concessione adversum actionem insurgentibus, ac quæ hactenus munda fuerat, conscientiam polluentibus, mendacibusque rationibus rerum contemplationi cohærescentibus, ac

C quæ hactenus recta exstiterat, scientiæ opinionem ac judicium pervertentibus.

Divina enim vere ex Providentiæ rationibus rebus indita regula, lexque tutissima est: erudiri per contraria ad gratitudinem eos jubens atque procurans, qui meliore rerum eventu atque successu, ingrati exstiterint: atque ut contrariorum periculo, ad divinam agnoscendam potentiam qua bona præstantur, oppido instituamur, ne si indulgentiore Providentia secundis rerum successibus adultus animi fastus inconvulsus constiterit, in contrarium Deo superbiæ affectum prolabamur: ita nimirum, ut nostram natura, non Dei munere comparabilem, virtutis ac scientiæ dotem existimemus; inveniamurque bono abuti, ut malum statuamus, ac quibus

D par erat altius hærentem in nobis inconcussam Dei notitiam manere, iis (proh dolor!) ejus magis ignorantiæ morbo laboremus.

143 Qui enim se virtutis finem comprehendisse existimat, nihil jam amplius fontanam bonorum causam atque auctorem inquiret, se uno desiderii vim definiens; ipseque sibi salutis finem (Deum scilicet) adimens; qui autem naturalis suæ paupertatis honesti rectique studio conscius est, non cessat festinato ad eum currere, qui explere indigentiam potest.

Merito igitur fit ira Dei in mentem altum sapientem, id est, derelictio: sive concessio, ut eam dæmones, tanquam Judæam, quod ad actionem attinet, obturbent; quodque ad contemplationem, tanquam

Digitized by Google

Jerusalem : quo nimirum in sensum naturalis suæ firmitatis adducta, divinam tum potentiam tum gratiam cuncta ex voto conficientem agnoscat ; ac modestia comprimatur, longeque a se extrancam innaturalemque altitudinem submoveat : ne abunde alia in eam superveniat ira, qua scilicet concessa auferantur dona. Hæc in Ezechiam non supervenit, qui nimirum a prima statim ira, id est, derelictione, modestum sensum inducrit, Deumque bonorum auctorem agnoverit. Nam ubi dixisset : *Et facta est super eum ira, et super Judam et super Jerusalem*, adjecit : *Et non venit ira Domini super eos in diebus Ezechiæ;* altera nempe ira, qua bona auferrentur, quod prima derelictio probe de rebus existimare atque animi gratitudinem docuisset. Nam qui primo iræ genere (id est, derelictionis) non fuerit eruditus, ut ad sensus modestiam reducatur, aliam prorsus in ipsum venientem iram accipit, donorum vim ipsi auferentem, ac quæ potentia ipsum hactenus protegente nudum constituat. *Auferam sepem ejus* (inquit Deus de ingrato atque improbo Israele loquens), *et erit in direptionem : et diruam murum ejus, et erit in conculcationem. Et dimittam vineam meam, et non putabitur, neque fodietur : et ascendet in eam, tanquam in terram incultam, spina; et nubibus mandabo, ne pluant super eam* [17] : quemadmodum etiam Sauli primo Israelis regi accidisse, per allegoriam exponitur [18]. Hic enim, una cum regno per unctionem etiam prophetiæ accepta gratia, illa non servata, primam accipit iram : nempe spiritus nequam afflatum ac operationem : cujus minime percepto sensu, alii reservatus iræ, **144** vitæ finem fecit, cum ante supremum spiritum, per amentiam quidquid pietatis est, exuisset. Atque id illi accidisse argumento est, primum dæmonis, quo afflatus est, operatio; tum quod ad ipsos postea dæmones per ventriloquam defecit, parique impiis scelere, devotam vaticinio victimam dæmonibus fecit [19].

Igitur, quia Ezechiam mentis philosophicæ typo accepimus, Judæam vero ut actionem, Jerusalem autem ut contemplationem referat : ubi quid ullo modo menti accidisse intellexerimus, una quoque illius cum actionis vi, tum contemplationis, secundum eas, quibus continentur rationes, accidisse existimabimus. Non enim fieri potest, ut subjectum afficiatur, quin illa pariter, quæ sunt in subjecto afficiantur.

Belle igitur cum Scripturæ verbis sensus spiritalis ratio congruit, nullam divinorum judiciorum calculo ferens calumniam, ullumve aliud mandatum evertens. Non enim solus Ezechias, juxta eum, quem tradidimus, spiritalem Scripturæ sensum (mens scilicet pro rerum felici successu altum sapiens) exaltatur; ita ut Judæa et Jerusalem (actio

συγχώρησις · ἵνα λάβῃ τῆς μὲν ἑαυτοῦ φυσικῆς ἀσθενείας συναίσθησιν · τῆς δὲ σκεπούσης αὐτὸν, καὶ τὸ πᾶν κατορθούσης τῶν ἀγαθῶν θείας δυνάμεώς τε καὶ χάριτος, τὴν ἐπίγνωσιν · καὶ ταπεινωθῇ, πόῤῥω παντελῶς ἑαυτοῦ τὸ ἀλλότριον καὶ παρὰ φύσιν ὕψος ποιούμενος · ὥστε μὴ ἐπελθεῖν ἐπ' αὐτὸν τὴν ἄλλην ὀργὴν τῆς τῶν δοθέντων χαρισμάτων ἀφαιρέσεως · ἥτις ἐπὶ τὸν Ἐζεκίαν οὐκ ἐπῆλθεν, εὐθέως ἐκ τῆς ἐπ' αὐτὸν γενομένης πρώτης ὀργῆς, ἤγουν ἐγκαταλείψεως, ταπεινωθέντα, καὶ γενόμενον τῆς τοῦ παρέχοντος τὰ καλὰ συναισθήσεως · φησὶ γὰρ μετὰ τὸ, *Καὶ ἐγένετο ἐπ' αὐτὸν ὀργὴ, καὶ ἐπὶ Ἰούδαν, καὶ ἐπὶ Ἰερουσαλήμ · Καὶ οὐκ ἐπῆλθεν ἐπ' αὐτοὺς ὀργὴ Κυρίου ἐν ταῖς ἡμέραις Ἐζεκίου ·* ἡ ἄλλη δηλονότι ὀργὴ, τῆς τῶν χαρισμάτων ἀφαιρέσεως · διὰ τὸ τὴν πρώτην ἐγκατάλειψιν, τῆς καλῆς ἐπιγνωμοσύνης αὐτῷ γενέσθαι διδάσκαλον. Ὁ γὰρ μὴ σωφρονισθεὶς τῷ πρώτῳ εἴδει τῆς ὀργῆς, ἤγουν ἐγκαταλείψεως, ἐλθεῖν πρὸς ταπείνωσιν, τὴν ἄλλην δέχεται σαφῶς ἐπ' αὐτὸν ἐρχομένην ὀργὴν, ἀφαιρουμένην αὐτοῦ τὴν τῶν χαρισμάτων ἐνέργειαν, καὶ ἔρημον αὐτὸν καθιστῶσαν τῆς τέως φρουρούσης δυνάμεως. *Καὶ ἀφελῶ τὸν φραγμὸν αὐτοῦ*, φησὶ περὶ τοῦ ἀγνώμονος Ἰσραὴλ ὁ Θεὸς λέγων· *Καὶ ἔσται εἰς διαρπαγήν · καὶ καθελῶ τὸν τοῖχον αὐτοῦ, καὶ ἔσται εἰς καταπάτημα · καὶ ἀνήσω τὸν ἀμπελῶνά μου, καὶ οὐ μὴ τμηθῇ, οὐδὲ μὴ σκαφῇ· καὶ ἀναβήσεται εἰς αὐτὸν ὡς εἰς χέρσον ἄκανθα · καὶ ταῖς νεφέλαις ἐντελοῦμαι, τοῦ μὴ βρέξαι ἐπ' αὐτόν ·* καθάπερ ἀλληγορεῖται παθὼν καὶ Σαοὺλ ὁ πρῶτος τοῦ Ἰσραὴλ βασιλεύς. Ἐκεῖνος γὰρ ἅμα τῇ βασιλείᾳ, λαβὼν διὰ τοῦ χρίσματος καὶ τῆς προφητείας τὴν χάριν, ἐπειδὴ ταύτην μὴ ἐφύλαξεν, ὀργὴν δέχεται πρώτην, τὴν τοῦ πονηροῦ πνεύματος ἐνέργειαν · ἧς μηδεμίαν λαβὼν συναίσθησιν, τῇ ἄλλῃ ταμιευθεὶς ὀργῇ (7), συγκατέληξε · πάσης διὰ τὴν ἄνοιαν γυμνὸς πρὸ θανάτου θεοσεβείας γενόμενος. Καὶ δηλοῖ τοῦτο παθὼν, πρῶτον μὲν ὑπὸ τοῦ δαίμονος ἐνεργούμενος · εἶθ' ὕστερον πρὸς αὐτοὺς αὐτομολῶν ἐκουσίως διὰ τῆς ἐγγαστριμύθου τοὺς δαίμονας · καὶ ἴσως τοῖς ἀθέοις τὴν τῆς μαντείας, τοῖς δαίμοσιν, ἐπιτελῶν τελετήν.

Οὐκοῦν ἐπειδὴ τὸν Ἐζεκίαν εἰς τὸν φιλόσοφον ἐλάβομεν νοῦν · τὴν δὲ Ἰουδαίαν, εἰς τὴν πρᾶξιν · τὴν δὲ Ἱερουσαλὴμ, εἰς τὴν θεωρίαν, ὅταν τι καθ' οἱονδήποτε τρόπον τὸν νοῦν πεπονθέναι νοήσωμεν, τῷ τοιούτῳ νοῒ τήν τε πρακτικὴν αὐτοῦ καὶ τὴν θεωρητικὴν δύναμιν κατὰ τοὺς συνεκτικοὺς αὐτῶν λόγους, συμπεπονθέναι πάντως πιστεύομεν. Οὐ γάρ ἐστι δυνατὸν παθεῖν τὸ ὑποκείμενον (8), τῶν ἐν ὑποκειμένῳ μὴ συμπασχόντων.

Καλῶς οὖν τῷ ῥητῷ τῆς Γραφῆς συμφέρεται τῆς θεωρίας ὁ λόγος, μὴ φέρων διαβολὴν τῇ θείᾳ ψήφῳ τῶν κριμάτων, μηδὲ ἄλλης ἀνατροπὴν ποιούμενος ἐντολῆς (9). Μὴ μόνος γὰρ κατὰ τὴν ἀποδοθεῖσαν τοῦ λόγου θεωρίαν Ἐζεκίας · τουτέστι νοῦς, ὑψοῦται μεγαλοφρονῶν, ἐπὶ τοῖς κατορθώμασι, μὴ συνυψουμένων αὐτῷ τῆς Ἰουδαίας καὶ τῆς Ἱερουσαλήμ ·

[17] Isa. v, 5,6. [18] I Reg. xvi, 14 seqq. [19] I Reg xxviii, 1 seqq.

Digitized by Google

ἦγουν, πράξεως καὶ θεωρίας· ὅτι μηδὲ πεφύκασι τοῦτο πάσχειν, καθ' ἑαυτὰς ὑποστατικῶς μὴ θεωρούμεναι· καὶ ἐπὶ μόνον τὸν Ἐζεκίαν· τουτέστι, τὸν νοῦν, οὐ γίνεται ἡ ὀργή· ἀλλὰ καὶ ἐπὶ Ἰούδαν καὶ Ἱερουσαλήμ. Ἡ γὰρ πρᾶξις καὶ ἡ θεωρία, τῷ νῷ κατά τι μολυνομένῳ, πάντως συχχραίνονται καὶ μὴ οὖσαι [leg. ὡς καὶ οὖσαι] τῆς πρὸς ὀργὴν αἰτίας συμμέτοχοι

Γενώμεθα τοίνυν καὶ ἡμεῖς τῆς τῶν γεγραμμένων ἐννοίας [*al.* αἰτίας]. Κἂν γὰρ ἐκείνοις συνέβη τυπικῶς κατὰ τὴν ἱστορίαν, ἀλλὰ δι' ἡμᾶς ἐγράφη πρὸς νουθεσίαν πνευματικήν, οἷς διαπαντὸς συμβαίνει τὰ γεγραμμένα νοητῶς, τῆς ἀντικειμένης καθ' ἡμῶν ἀεὶ παρατεττομένης δυνάμεως· ἵνα πᾶσαν, εἰ δυνατόν, πρὸς τὸν νοῦν τὴν Γραφὴν μεταβιβάσαντες, αὐτὸν [*marg.* τὸν νοῦν δηλονότι] μὲν φωτίσωμεν τοῖς θείοις νοήμασι· τὸ δὲ σῶμα, τοῖς τῶν νοηθέντων θειοτέρων λόγων τρόποις φαιδρύνωμεν· ἀρετῆς αὐτὸ ποιοῦντες λογικὸν ἐργαστήριον, τῇ ἀποβολῇ τῶν ἐμφύτων παθῶν (10).

Οὗτός ἐστιν ὁ ἀληθινὸς οἰκοδόμος τοῦ διαρυέντος τοῖς παραπτώμασι λογικοῦ ναοῦ, καὶ ἐμπρησθέντος ἀλλοτρίῳ πυρί· ὅπερ ἡμεῖς ἐξεκαύσαμεν, πορευθέντες τῷ φωτὶ τοῦ πυρὸς ἡμῶν, καὶ τῇ φλογί, ᾗ ἐξεκαύσαμεν (20)· οὐ μόνον τῷ σαρκικῷ φρονήματι τὸ τῆς ψυχῆς νοερὸν ἕπεσθαι δουλικῶς παρασκευάσαντες, ἀλλὰ καὶ τὴν τῶν παθῶν ὕλην ἀναΐδην δι' ἐνεργείας ἐξάψαντες.

B Οὗτός ἐστιν ὁ πείσας διὰ σοφίας Δαρεῖον τὸν βασιλέα· τουτέστι, τὸν νόμον τῆς φύσεως· οὐ γὰρ θέμις κατὰ τὸν τόπον τοῦτον εἰς τὸν διάβολον λαμβάνειν τὸν Δαρεῖον, συνεργὸν μὲν γεγενημένον ἑκουσίως τῆς κατὰ τὴν ἄφεσιν τοῦ λαοῦ χάριτος· πεισθέντα δὲ, μηδὲν ἰσχυρότερον εἶναι μηδὲ τῇ φύσει πρὸς σωτηρίαν λυσιτελέστερον, πίστεως καὶ ἀγαθῆς συνειδήσεως. Ἀληθείας γὰρ λόγον ἡ πίστις ἐπέχει (21)· καὶ διὰ τῆς τῶν γυναικῶν ἀλληγορικῶς νοουμένης θείας ἀγάπης, ἡ ἀγαθὴ συνείδησις ἐπιφέρεται τύπον [*Fr.* τόπον]· ἐν ᾗ τὸ παράπαν θείων ἐντολῶν οὐκ ἔστι παράβασις.

Οὗτός ἐστιν, ὁ δειμάμενος ἐν ἑαυτῷ καθ' ἕνωσιν ἄῤῥητόν τε καὶ ἀδιαίρετον τὴν σκηνὴν Δαβὶδ τὴν C πεπτωκυῖαν· λέγω δὲ τὴν διὰ τὴν ἁμαρτίαν τῷ θανάτῳ διαφθαρεῖσαν φύσιν.

Οὗτός ἐστιν ὁ Ζοροβάβελ, ὁ μετὰ δόξης ἐγείρας πεπτωκότα τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ· περὶ οὗ φησι τὸ Πνεῦμα· *Ἔσται ἡ δόξα τοῦ οἴκου τούτου ἡ ἐσχάτη ὑπὲρ τὴν πρότερον*. Δευτέραν γὰρ κοινωνίαν ὁ Λόγος ἐκοινώνησε τῇ φύσει, πολὺ τῆς προτέρας παραδοξοτέραν· ὅσῳ πρῶτον τοῦ κρείττονος μεταδοὺς, ὕστερον μετέλαβε θέλων τοῦ χείρονος· ἵνα καὶ τὴν εἰκόνα σώσῃ, καὶ τὴν σάρκα ἀθανατίσῃ· καὶ τὸν ἐνηχηθέντα τῇ φύσει λόγον τοῦ ὄφεως, παντελῶς ἐξαφανίσας, ὡς ἐξ ἀρχῆς καθαρὰν πάλιν παραστήσῃ τὴν φύσιν, τῇ θεώσει πλεονεκτοῦσαν τὴν πρώτην διάπλασιν (22)· καὶ ὥσπερ ἐξ ἀρχῆς μὴ οὖσαν ὑπεστήσατο, οὕτω διαῤῥυεῖσαν ἀνασώσηται, στομώσας πρὸς ἀπτωσίαν τῇ ἀτρεψίᾳ· καὶ τὴν ἐπ' αὐτῇ D πᾶσαν βουλὴν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἐπιτελέσῃ, θεώσας αὐτὴν τῇ δυνάμει τῆς ἐνανθρωπήσεως· *Αἱ χεῖρες* (23) γὰρ, φησὶ, *Ζοροβάβελ* (τοῦ νοητοῦ) *ἐθεμελίωσαν τὸν οἶκον τοῦτον* (τουτέστι τὸν ἄνθρωπον)· *καὶ αἱ χεῖρες αὐτοῦ ἐπιτελοῦσιν αὐτόν*· τὴν προτέραν λέγων διάπλασιν καὶ τὴν ἐν αὐτῷ καθ' ἕνωσιν ἄῤῥητον τελευταίαν ἀνάπλασιν.

Οὗτός ἐστιν ὁ Ζοροβάβελ, ὁ τῶν αἰχμαλώτων λυτρωτής· ὁ ἔχων ἐν τῇ χειρὶ τὸν λίθον τοῦ κασσιτέρου [*Fr.* κασσιτέρινον], τὸν τοῖς ἑπτὰ τοῦ Κυρίου κοσμούμενον ὀφθαλμοῖς, δι' ὧν ὁ Θεὸς ἐπιβλέπει ἐπὶ

[8] Amos IX, 11; Act. XV, 16. [9] Agg. II, 10. [10] Zachar. IV, 9. [11] ibid., 10.

Digitized by Google

-ἦσαν τὴν γῆν. Καὶ (u) κατὰ μὲν τὴν ἱστορίαν, οὐδαμῶς ἐσχηκὼς φαίνεται Ζοροβάβελ ἐν τῇ χειρὶ κασσιτέρινον λίθον ἑπτὰ ὀφθαλμοὺς ἔχοντα, καὶ αὐτοὺς τοῦ Κυρίου, ἐπιβλέποντας ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν· οὐκοῦν ἐπειδὴ παντελῶς ἀμήχανον τοῦτο στῆναι κατὰ τὴν λέξιν, ἐπὶ τὴν τῶν γεγραμμένων χωρῶμεν διάνοιαν.

A haudquaquam apparet Zorobabelem stanneum lapidem in manu habuisse, habentem oculos septem, ipsosque Domini oculos, respicientes super omnem terram. Quia igitur nullo prorsus modo ita ut voces sonant, hæc stare possunt, ad eorum quæ scripta sunt transeamus reconditiorem intelligentiam.

Ζοροβάβελ ἐστὶ, καθὼς πολλάκις προλαβὼν ἔφην, ὁ Κύριος ἡμῶν καὶ Θεὸς Ἰησοῦς Χριστός· τούτου δὲ λίθος ἐστὶν (24), ἡ πίστις ἡ εἰς αὐτόν· ἐν τῇ χειρὶ δὲ, ὅτι τῇ πράξει τῶν ἐντολῶν πίστις τοῦ Χριστοῦ διαφαίνεται. *Πίστις* γὰρ *χωρὶς ἔργων, νεκρά*· ὥσπερ καὶ ἔργα δίχα πίστεως. Πράξεως δὲ σύμβολόν ἐστι προδήλως ἡ χείρ. Φέρων οὖν ἐν τῇ χειρὶ τὸν λίθον ὁ Κύριος, ἔμπρακτον ἡμᾶς διδάσκει B τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν ἔχειν, τοῖς ἑπτὰ τοῦ Κυρίου κεκτημένοις ὀφθαλμοῖς· τουτέστι, ταῖς ἑπτὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐνεργείαις. *Καὶ ἐπαναπαύσεται*, φησὶν, *ἐπ' αὐτὸν ἑπτὰ πνεύματα· πνεῦμα σοφίας, πνεῦμα συνέσεως, πνεῦμα γνώσεως, πνεῦμα ἐπιστήμης, πνεῦμα βουλῆς, πνεῦμα ἰσχύος, πνεῦμα φόβου Θεοῦ.*

Zorobabel, uti jam sæpe in superioribus dixi, Dominus noster est ac Deus Jesus Christus. Hujus lapis, fides in ipsum est. Est vero fides in manu, quod Christi fides eluceat, qua mandata opere implemus. *Fides* enim *sine operibus, mortua est* [12]; uti et opera absque fide. Manus autem actionis palam signum est. Qua igitur Dominus lapidem gestat, hoc docet, ut nostra in eum fides actuosa exsistat ac efficax. Septem Domini oculis ornatum : hoc est, septem Spiritus sancti operationibus, seu virtutibus. *Et requiescent*, inquit, *super eum septem spiritus : spiritus sapientiæ, spiritus intelligentiæ, spiritus cognitionis, spiritus scientiæ, spiritus consilii, spiritus fortitudinis, spiritus timoris Domini* [13].

Ἔστι δὲ τὸ μὲν πνεῦμα τοῦ φόβου τοῦ Θεοῦ (25), ἡ τῶν κατ' ἐνέργειαν κακῶν ἀποχή· τὸ δὲ πνεῦμα τῆς ἰσχύος ἐστὶν, ἡ πρὸς ἐνέργειαν καὶ πρᾶξιν τῶν ἐντολῶν πρόθυμος ὁρμὴ καὶ κίνησις· τὸ δὲ πνεῦμα βουλῆς ἐστιν, ἡ ἕξις τῆς διακρίσεως· καθ' ἣν σὺν ὀρθῷ τὰς θείας πράττομεν ἐντολὰς, καὶ τῶν χρειττόνων διαιροῦμεν τὰ χείρονα· τὸ δὲ πνεῦμα τῆς ἐπιστήμης ἐστὶν, ἡ τῶν κατ' ἀρετὴν τῆς πράξεως τρόπων ἄπτωτος εἴδησις· καθ' οὓς πράττοντες, τῆς C ὀρθῆς τοῦ λόγου κρίσεως οὐδαμῶς διαπίπτομεν· τὸ δὲ πνεῦμα τῆς γνώσεως ἐστιν, ἡ τῶν ἐν ταῖς ἐντολαῖς λόγων περίληψις, καθ' οὓς οἱ τρόποι τῶν ἀρετῶν συνεστήκασι· πνεῦμα δὲ συνέσεως ἐστιν, ἡ

Est autem spiritus quidem timoris Dei, quo a malis actu patrandis nos abstinemus; spiritus autem fortitudinis, alacris ad mandata præstanda ac exsequenda animi incitatio et motus; spiritus consilii, discretionis habitus, quo cum ratione divina mandata exsequimur, ac potiora inter deterioraque distinguimus; scientiæ spiritus est (Græce ἐπιστήμης) modorum actionis ad virtutem præstandam inoffensa cognitio : juxta quos agentes, a recti ratione judicii haud excidimus; spiritus scientiæ (Græce γνώσεως) exsistentium in mandatis rationum, quibus virtutum modi consistunt, comprehensio; spiritus intelligentiæ, in **159** modos rationes-

[12] Jac. II, 20-26. [13] Isa. XI, 2.

(u) *Κατὰ μὲν τὴν ἱστορίαν.* Nec hic ullus adduci possim, ut Maximo assentiar, quasi non vere dicta hæc in Zorobabelem a Zacharia, quantumvis ipse allegoria ad Christum ipse trahat, quæ non debet litteram respuere, sed illi niti ac fundamentum habere. Sermo est de ædificatione templi prosequenda per Zorobabelem, ejusque opera absolvenda, Deo illi providentia sua propitio. Zorobabel ergo ut ædificans, seu curans ædificium, describitur tenens in manu libellam vel perpendiculum, quod ut nostrates plumbum vocant. *Plomb.* Cæterum plumbi genera duo sunt, candidum et nigrum. Ex utroque fit plumbum perpendiculi. Candidum vocatur בדיל. Unde hic הבדיל ראבן οἱ LXX verterunt λίθον κασσιτέρινον al. κασσιτέρου, quasi *lapidem stanneum, seu stanni*; cum non vere stannum, sed plumbum, quasi gravius utriusvis generis in eam rem adhibeatur, quod et ideo *lapis stanni dicitur*, quasi stanni pondus, seu grave plumbum stannei coloris. Nihil ergo abhorret, Zorobabelem operi incumbentem hoc habitu describi, quem ipsum nihil vetat, etsi princeps erat, mathematicarum disciplinarum haud expertem aut rudem, libella quandoque opus fabricæ explorasse; velut fere describit auctor libelli *De ædificio sanctæ Sophiæ*, assiduum operi magnum Justinianum, cujus longe aliud imperium ac majestas quam Zorobabelis. Hunc lapidem Maximus habentem septem oculos, iisque septem ornatum, quasi ex sacro textu, describit; qui ipsi oculi Domini sint, quibus respicit in universum orbem. Verum sacer textus nihil ejusmodi, sed toto jam vaticinio futuræ templi instaurationis per Zorobabelem positio, ut significetur esse hoc opus peculiaris Dei providentiæ, ejus ipsius qua regit universum orbem, ita absolute sequitur : Ἑπτά οὗτοι ὀφθαλμοί εἰσι Κυρίου, οἱ ἐπιβλέποντες ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν. Vulg. *Septem isti oculi Domini sunt, qui discurrunt in universam terram.* Nec aliter reliqui etsi Chald. pro septem oculis, *septem ordines lapidum* habeat. Eadem sententia iisdem plane verbis, I Paral. XVI, 9 et aliis, sed idem significantibus Prov. XV, 3 : *In omni loco oculi Domini, speculantes tam bonos quam malos.* Hocque ipsum est, quod III, 9 dicitur, ἐπὶ τὸν λίθον τὸν ἕνα, ἑπτὰ ὀφθαλμοί εἰσιν. *Super unum illum lapidem, septem oculi sunt.* Qui lapis ipse Zorobabel videtur intelligi, quem ait dedisse ante faciem Jesu magni sacerdotis; nempe principem sæcularem qui illi adjutor et quasi dux instaurandæ rep. rituque Judaico foret : in quem intenti illi oculi peculiaris Dei providentiæ, qua una tantæ molis opus sic parvis initiis procedere poterat, ac demum absolutionem habere : quæ omnia principalius in Christum dicta, qui ipse unus noster et Jesus et Zorobabel, sacerdos atque rex seu princeps, unus veri tabernaculi instaurator est.

Digitized by Google

que virtutum animi proclivis affectio, vel (ut proprie magis loquar) transmutatio : qua naturalium virium cum mandatorum modis et rationibus exsurgit confemperatio; spiritus sápientiæ, spiritaliorum in mandatis rationum in causam auctoremque reductio, ac cum illo unio, qua, ignote simplices in Deo rerum rationes, quoad hominibus concessum, edocti, velut ex cordis quadam scaturigine in universis exsistentem veritatem, varie aliis depromimus : ab iis, quæ ex Deo postrema sunt nobisque proxima, via quadam ac serie ad ea transeuntes, quæ prima longiusque a nobis remota, Deo proxima sunt.

πρὸς τοὺς τρόπους καὶ τοὺς λόγους τῶν ἀρετῶν συνδιάθεσις· ἢ κυριώτερον εἰπεῖν, μεταποίησις· καθ' ἣν σύγκρασις γίνεται τῶν φυσικῶν δυνάμεων πρὸς τοὺς τρόπους καὶ τοὺς λόγους τῶν ἐντολῶν. Πνεῦμα δὲ σοφίας ἐστὶν, ἡ πρὸς τὴν αἰτίαν τῶν ἐν ταῖς ἐντολαῖς πνευματικωτέρων λόγων ἀνάληψίς τε καὶ ἕνωσις· καθ' ἣν, ἀγνώστως τοὺς ἐν Θεῷ κατὰ τὸ θεμιτὸν ἀνθρώποις ἁπλοῦς μυούμενοι τῶν ὄντων λόγους, ὡς ἔκ τινος βλαστανούσης πηγῆς τῆς καρδίας, τὴν ἐν τοῖς ὅλοις ἀλήθειαν ποικίλως τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις προφέρομεν· ἀπὸ μὲν τῶν ἐκ Θεοῦ τελευταίων, ἡμῖν δὲ πρωτοσχῶν, ἐπὶ τὰ πρῶτα, καὶ ἡμῶν μὲν πόρρω, τῷ Θεῷ δὲ προσεχῆ, καθ' ὃν καὶ τάξιν ἀναβαίνοντες.

Ab eo enim quod cessationem a malis per timorem nobis indicimus, ad virtutes exsequendas per fortitudinem procedimus; a virtutum autem actione, ad consilii discretionem : a discretione, ad virtutum habitum, id est, eam scientiam, quam Græci ἐπιστήμην vocant; a virtutum habitu, ad rationum in virtutibus exsistentium itidem scientiam (Græcis γνῶσιν); ab hac autem, ad habitum in cognitas rerum rationes transmutantem, id est, intelligentiam; ab hac denique, ad simplicem ac accuratam in universis veritatis contemplationem : unde auspicati, plures variasque ex substantiarum sensilium pariter intellectiliumque sapienti consideratione pietate nitentes de veritate rationes reddemus.

Ἀπὸ γὰρ τῆς ἀργίας τῶν κακῶν διὰ φόβου (26), ἐπὶ τὴν τῶν ἀρετῶν δι' ἰσχύος ἐρχόμεθα πρᾶξιν· ἀπὸ δὲ τῆς τῶν ἀρετῶν πράξεως, ἐπὶ τὴν διάκρισιν τῆς βουλῆς· ἀπὸ δὲ τῆς διακρίσεως, ἐπὶ τὴν ἕξιν τῶν ἀρετῶν, ἣγουν ἐπιστήμην· ἀπὸ δὲ τῆς ἕξεως τῶν ἀρετῶν, ἐπὶ τὴν γνῶσιν τῶν ἐν αὐταῖς ταῖς ἀρεταῖς λόγων· ἀπὸ δὲ ταύτης, εἰς τὴν πρὸς τοὺς ἐγνωσμένους λόγους τῶν ἀρετῶν μεταποιητικὴν ἕξιν· φημὶ δὲ τὴν σύνεσιν· καὶ ἀπὸ ταύτης, εἰς τὴν ἁπλῆν τῆς ἐν ὅλοις ἀληθείας ἀκριβῆ θεωρίαν· ἀφ' ἧς ὁρμώμενοι, πολλοὺς καὶ ποικίλους ἐκ τῆς τῶν ὄντων αἰσθητῶν τε καὶ νοητῶν οὐσιῶν σοφῆς θεωρίας εὐσεβεῖς λόγους περὶ τῆς ἀληθείας ἀποδώσομεν.

Per hos igitur ascendentes fidei oculos, id est, illustrationes, in divinam sapientiæ unitatem colligimur; quæ scilicet nostri causa facta est, donorum divisionem ac gratiarum, qua virtutibus sigillatim provehimur, in unum cogentes; ita sane, ut Dei ope, eorum quæ dicta sunt nihil omittamus, ne paulatim negligentes, cæcam fidem nostram atque oculis orbatam reddamus; spiritus, virtutum cultu, luminibus carentem : meritoque in sæcula sempiterna pœnas luamus, qui ipsi in nobis, quod nostra attinet, divinos fidei oculos excæcaverimus.

Διὰ τούτων οὖν ἀναβαίνοντες τῶν ὀφθαλμῶν τῆς πίστεως· ἤγουν φωτισμῶν, πρὸς τὴν θείαν τῆς σοφίας (27) συναγόμεθα μονάδα· τὴν γεγενημένην δι' ἡμᾶς τῶν χαρισμάτων διαίρεσιν συνάγοντες, ταῖς κατὰ μέρος τῶν ἀρετῶν ἀναβάσεσι· μηδὲν τῶν εἰρημένων, συνεργείᾳ Θεοῦ, παραλειπόντες· ἵνα μὴ κατ' ὀλίγον ἀμελοῦντες, τυφλὴν ἡμῶν τὴν πίστιν καὶ ἀνόμματον καταστήσωμεν (28), οὐκ ἔχουσαν τοὺς διὰ τῶν ἀρετῶν τοῦ Πνεύματος φωτισμούς· καὶ κολασθῶμεν δικαίως εἰς ἀπείρους αἰῶνας, ὡς ἐν ἑαυτοῖς κατὰ τὴν πίστιν, ὅσον ἐφ' ἡμῖν, τοὺς θεϊκοὺς ἐκτυφλώσαντες ὀφθαλμούς.

Quisquis enim in seipso per ignaviam inersque mandatis opere implendis, ejusmodi fidei effoderit oculos, omnino reprobus est, qui Deum in se respicientem jam non habeat. Quin hac quoque ex causa Scripturæ stanneum lapidem, vocatam fidem existimo; **160** quod nimirum eadem ipsa, tum puniendi vi polleat, eos, qui per mandata decorem illi non adhibent; tum eis conciliandæ salutis, qui Spiritus operationibus, conspicuum ejus splendorem ornatumque conservant. Nam ut ait magnus Simeon de Domino loquens : *Erit in ruinam et resurrectionem multorum in Israel*[15]; ruinam quidem incredulorum, resurrectionem autem fidelium. Aiunt enim stannum ex argento plumboque compositum. Itaque, plumbum quidem, castigationis, pœnæque ac supplicii, gravisque condemnationis typum refert; perindeque argentum, splendoris ac

Πᾶς γὰρ ὁ τῆς πίστεως ἐν ἑαυτῷ διὰ τῆς ἀργίας τῶν ἐντολῶν, τοὺς τοιούτους ἀνορύξας ὀφθαλμοὺς, πάντως κατάκριτος· μηκέτι τὸν Θεὸν ἔχων εἰς αὐτὸν ἐπιβλέποντα. Καὶ οἶμαί γε ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας, λίθον κασσιτέρινον τῇ Γραφῇ προσηγορεῦθαι τὴν πίστιν, διὰ τὸ τὴν αὐτὴν καὶ τιμωρητικὴν εἶναι τῶν μὴ κοσμούντων αὐτὴν ταῖς ἐντολαῖς, καὶ περισωτικὴν τῶν διατηρούντων αὐτὴν κατηγλαϊσμένην ταῖς ἐνεργείαις τοῦ Πνεύματος. *Ἔσται γὰρ*, φησὶ Συμεὼν ὁ μέγας περὶ τοῦ Κυρίου λέγων, *εἰς πτῶσιν καὶ ἀνάστασιν πολλῶν ἐν τῷ Ἰσραήλ*· πτῶσιν μὲν, τῶν ἀπιστούντων· ἀνάστασιν δὲ, τῶν πιστευόντων. Φασὶ γάρ τινες ἐξ ἀργύρου καὶ μολίβδου σύνθετον εἶναι τὸν κασσίτερον. Οὐκοῦν ὁ μὲν μόλιβδος, παιδείας καὶ τιμωρίας καὶ κολάσεως, καὶ τοῦ βάρους τῆς κατακρίσεως φέρει σύμβολον· ὁ δὲ ἄργυρος, λαμπρότητός τε καὶ δόξης καὶ περιφανείας, ὡσαύ-

[15] Luc. II, 34.

Digitized by Google

τως τυπος ἐστίν. Εἰ δὲ τοῦτο, καὶ ἡ πίστις ἡ διὰ τοῦ κασσιτέρου σημαινομένη (29), καὶ παιδεύει καὶ τιμωρεῖται καὶ κολάζει καὶ κατακρίνει τοὺς ἀδοκίμους ἐν αὐτῇ γενομένους διὰ τῆς ἀργίας τῶν ἐντολῶν· ὡς μόλιβδον ἔχουσα τυχὸν, τῆς σαρκὸς τὴν ἀσθένειαν, ἐν τῷ Λόγῳ δυναμωθεῖσαν κατὰ τὴν ἕνωσιν (30)· καὶ λαμπρύνει πάλιν καὶ δοξάζει καὶ φωτίζει, καὶ πρὸς ἐκθέωσιν ἄγει τοὺς ἐν αὐτῇ γενομένους δοκίμους διὰ τῆς ἐργασίας τῶν ἐντολῶν· ὡς ἀργύριον ἔχουσα τάχα τὴν τοῦ Λόγου θεότητα, τοῖς ἀξίοις ὁλικῶς κατὰ τὸ δυνατὸν ἐναστράπτουσαν.

Ἐλαβόν δέ τινες τὸν κασσιτέρινον λίθον, εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, ὡς ἐκ δύο συγκείμενον φύσεων, θεότητός τε καὶ ἀνθρωπότητος· εἰ δέ τις τὴν τοῦ Χριστοῦ πίστιν, ἢ τὸν Χριστὸν αὐτὸν θεωρῆσαι βούλεται γνωστικώτερον· μόλιβδός ἐστιν ἡ πίστις, καὶ αὐτὸς ὁ Χριστὸς, ὡς παιδεύων ψυχὴν, καὶ κολάζων σάρκα, καὶ τιμωρούμενος πάθη, καὶ κατακρίνων δαίμονας· ἄργυρος δὲ, ὡς νοῦν λαμπρύνων τοῖς ἀρεταῖς, καὶ δοξάζων ταῖς γνώσεσι, καὶ τῇ θεώσει ποιῶν αὐτὸν φῶς, τοῦ πρώτου φωτὸς ἀπεικόνισμα. Κατὰ ταύτην τὴν ἔννοιαν ἐκληπτέον καὶ τὴν ἐξ αὐτοῦ γινομένην πτῶσιν καὶ ἀνάστασιν· πτῶσιν μὲν ποιεῖται σαρκὸς, ἤγουν σαρκικοῦ φρονήματος· καὶ φυσικῶν δυνάμεων καὶ ἀρετῆς καὶ τῶν συνεκτικῶν τῆς γνώσεως λογισμῶν, ἀνάστασιν. Καὶ ἁπλῶς, ὅλου τοῦ παλαιοῦ κατὰ τὸν Ἀδὰμ ἀνθρώπου, καὶ τοῦ γράμματος τοῦ νόμου ἐν τοῖς ἀξίοις ποιεῖται πτῶσιν ὁ Λόγος, καὶ τοῦ νέου κατ' αὐτὸν ἀνθρώπου, καὶ τοῦ πνεύματος τοῦ νόμου ἀνάστασιν.

Τυχὸν δὲ καὶ διὰ τοῦτο κασσιτερίνῳ λίθῳ κατὰ τὴν Γραφὴν παρεικάζεται ἡ πίστις, τῶν ἐν τοῖς μελαίνουσιν αὐτῆς τὴν ἀρετὴν ἢ τὴν γνῶσιν, δυναμένων πάλιν διὰ μετανοίας κατὰ πρᾶξιν καὶ θεωρίαν λαμπρύνεσθαι (32), καὶ τὴν οἰκείαν αὖθις ἀπολαμβάνειν φωτεινὴν τοῦ βίου διαύγειαν.

ΣΧΟΛΙΑ.

α'. Ποταχῶς ἑρμηνεύεται Ζοροβάβελ, πρὸς τὴν Ἑλλάδα φωνὴν μεταφερόμενος.

β'. Ἀρετῆς τέλος εἶναί φησι τὸ ἀγαθόν· τοῦτο δὲ, ὅταν ἐνεργείας ὑπάρχει συμπλήρωσις· πρὸς ἣν ἔχει τὸ ἰσχυρὸν τῆς ψυχῆς, τῷ τε θυμῷ καὶ τῇ ἐπιθυμίᾳ κατὰ φύσιν χρώμενον· ἐν ᾗ τὸ καθ' ὁμοίωσιν περῆκεν ἀναφαίνεσθαι κάλλος. Θεωρητικῆς δὲ φιλοσοφίας τέλος εἶναί φησι τὴν ἀλήθειαν, ἥτις ἀμέσως τῶν περὶ Θεὸν ἁπάντων ἐνιαίας ἐστὶ γνώσεως· πρὸς ἣν ὁ καθαρὸς φέρεται νοῦς, ἀποσκευάσας ἑαυτοῦ παντελῶς τὴν κατ' αἴσθησιν κρίσιν· ἐν ᾗ γνώσει ἄδηλον ἀκίβδηλον τὸ τῆς θείας εἰκόνος ἀξίωμα δείκνυται.

γ'. Τὰς μὲν γυναῖκας εἰς ἀρετὰς, ὧν ἡ ἀγάπη τέλος ἐστὶν ἐθεώρησε· τὴν ἀλήθειαν δὲ, πρὸς τὴν ἄποσον ἀνήγαγε γνῶσιν· ὧν, ἀγάπης τέ φημι καὶ γνώσεως, ὁ βασιλεὺς τῆς φύσεως ἐπιγνοὺς τὸν χαρακτῆρα νόμος, ἀποβάλλεται καθάπερ οἶνον, τὴν τῶν παθῶν τῆς σαρκὸς ἡδονὴν· καὶ ὥσπερ βασιλεία, τὴν πάντων ἀσχέτως κατοιομένων ὀλοφυρεῖαν.

A claritatis figura exsistit. Sin autem se res ita habet, etiam fides, quæ per stannum significatur, tum castigat, punitque et cruciat atque condemnat, qui non exsequendo mandata, reprobi in ea exstiterunt, ut quæ forte velut plumbum, habeat carnis infirmitatem, in Verbo per unionem vires ac robur nactam : splendoremque rursus ac claritatem affert, provehitque ad deitatis dotes, qui mandata præstando in ea probati eluxerint; tanquam forte argenti loco Verbi deitatem habens, quæ totos, quoad concessum est, plenosque, in iis qui digni sunt, coruscantes splendores suos effulguret.

Sunt etiam qui stanneum lapidem de Domino nostro Jesu Christo exposuerint, ut qui ex duabus naturis (divina scilicet et humana) compositus sit. B Sin autem aliquis Christi fidem, aut ipsum Christum spiritalius velit contemplari : plumbum est fides, et ipse Christus, ut erudiens animam, carnem castigans, vitia puniens, dæmones damnans ; argentum vero, ut virtutibus mentem clarificans, ac scientiæ fulgoribus illustrans, necnon munere deificationis lumen ipsam primæ lucis simulacrum præstans. Hoc enim sensu explicanda, quæ ex ipso ruina dicitur ac resurrectio. Facit enim carnis ruinam (carnalis scilicet sensus et prudentiæ) viriumque naturalium et virtutis, earumque rationum quæ scientiam constabiliunt ac conservant, resurrectionem. Atque, ut verbo dicam, totius veteris hominis secundum Adamum litteræque legis in iis qui digni C sunt, ruinam, Verbum operatur, novique secundum ipsum, ac spiritus legis, resurrectionem.

161 Quin forte etiam eam ob rem stanneo lapidi fides Scripturæ phrasi similis perhibetur, quod iis, qui illius virtutem aut scientiam denigrant, liberum sit, ut rursus per pœnitentiam, actionis cultu et contemplationis, inclarescant, ac proprium denuo vitæ splendorem lucidum recipiant.

SCHOLIA.

1. Quot modis Zorobabelis nomen, in nostram translatum linguam, interpretando reddatur.

2. Virtutis, inquit, finis, bonum est : bonum autem, divinæ operationis complementum est; quo rationis facultas ducit, pro eo ac natura comparatum est, iræ facultate ac cupiditatis utens; in qua D similitudinis decor elucere habet. Contemplantis autem philosophiæ finis est veritas, quæ omnium circa Deum indivise uniformis scientia est, ad quam mens munda enititur, abdicato prorsus sensus judicio : in qua utique scientia, sincera divinæ imaginis dignitas claret.

3. Mulieres, typo virtutum accepit, quarum finis charitas est; veritatem vero, ad scientiam revocavit, quæ quantitate caret : quorum (charitatis scilicet ac veritatis) agnito charactere ac forma, quæ lex naturæ dominatur, instar vini, carnalium voluptatem libidinum, ac regis instar, omnium citrene arrogantium insanum gloriæ amorem respuit.

Digitized by Google

4. Virtutis affectio, mentis contemplantis facies est, velut in cœlum, in sublimitatem semper elata veræ scientiæ.

5. Alia ejusdem rei spiritalis sensus consideratio; secundum quam, eorum duntaxat census in cœlis haberi significatur, qui se totos animi proposito Spiritus calamo describendos committunt. Volentium enim, non qui voluntate non ducantur, Spiritus sanctus censum instituit in cœlis.

6. Nemo Deum vere benedicere potest, nisi qui virtutibus corpus castificaverit, animumque scientiæ fulgoribus collustrarit.

7. Victoriam, divinorum animi certaminum, qua colit actionem, finem esse dicit : qui est, impermistum bonum. Sapientiam vero, mysticarum animi speculationum, qua scientiam colit, finem esse statuit : qui est, simplex veritas. Eo mens, cum qui a sensus cogitatu ejusque simulacris mundus exsistat, provehit; atque ratio, vitalem animi facultatem illi subjugat atque subjicit. Horum concursus (victoriæ scilicet et sapientiæ, seu bonitatis et veritatis) his, quibus obtigerit, unam veræ similitudinis radiis effulgentem, claritatem ostendit.

8. Ad virtutem, quid ipsi conferamus.

9. Cur Deus, Dominus Patrum appelletur.

10. Qui Patres spiritu sunt, per doctrinam libentium filiorum libentes Patres exsistunt; quos sermone et vita forment secundum Deum. Quique filii spiritu sunt, voluntate per disciplinam, volentium libere Patrum, libere sententia animi volentes filii fiunt, qui ab eis sermone vitaque formentur secundum Deum. Spiritus enim gratia, liberam animi sententia nativitatem iis præstat, qui secundum ipsum nascuntur. Quod non habent patres carnales, qui nempe non volentium filiorum non volentes parentes sunt. Naturæ enim, non sententiæ animi ac arbitrii opus est eorum formatio qui naturaliter tum gignunt, tum gignuntur.

11. Duorum numerus hoc loco, materiam significat et formam : quarum concursus, corporis ortum facit; dissolutio vero, suapte vi interitum parit. Igitur, quæ ex materia constant et forma, contrarium naturali principio finem habent, siquidem corruptio generationi adversatur. Sunt autem generationis et corruptionis facultates duæ vindices, cupiditatis scilicet facultas et iræ : quarum altera, vi sua, quod ortum est ac generatum, in rerum natura conservare studet; altera, quem corruptio inducit interitum, pugnando contendit depellere. Harum patroni virium 162 sunt, nequissimi dæmones. Ex his, alii quidem animi a divinis emotionem secundum cupiditatem (cujus vinum exsistit symbolum), alii vero, facultatis iræ in terrenis tyrannidem (cujus imago exsistit regnum) naturæ legi proponentes, decernendam ex earum ratione vitam libidinosam auctores sunt. Unitas autem, simplicem secundum essentiam animum designat,

A δ'. Ἡ κατ' ἀρετὴν διάθεσις, φησίν, πρόσωπόν ἐστι τοῦ θεωρητικοῦ νοὸς, ὡς εἰς οὐρανὸν, πρὸς τὸ ὕψος τῆς ἀληθινῆς ἀπαιρόμενον γνώσεως.

ε'. Ἄλλη περὶ τοῦ αὐτοῦ θεωρία· καθ' ἣν τὴν ἐν οὐρανοῖς ἀπογραφὴν λέγει μόνων ἐκείνων εἶναι, τῶν κατὰ πρόθεσιν ὅλους ἑαυτοὺς ἀπογράφεσθαι τῷ καλάμῳ παρεχόντων τοῦ Πνεύματος. Βουλομένους γὰρ, ἀλλ' οὐκ ἀναγαζομένους ἐν οὐρανοῖς ἀπογράφεται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον.

ς'. Οὐδεὶς δύναται, φησὶν, ἀληθῶς τὸν Θεὸν εὐλογεῖν, μὴ τὸ σῶμα καθαγιάσας ταῖς ἀρεταῖς, καὶ τὴν ψυχὴν καταφωτίσας ταῖς γνώσεσι.

ζ'. Τὴν μὲν νίκην, τῶν κατὰ τὸ πρακτικὸν τῆς ψυχῆς θείων ἀγώνων πέρας εἶναί φησιν· ὅπερ ἐστὶ τὸ ἀμιγὲς ἀγαθόν. Τὴν δὲ σοφίαν, τῶν κατὰ τὸ B γνωστικὸν τῆς ψυχῆς μυστικῶν ὑπάρχειν τέλος ἀποφαίνεται θεαμάτων· ὅπερ ἐστὶν ἡ ἁπλῆ ἀλήθεια· πρὸς ἅπερ νοῦς τὸν γενόμενον τῆς κατ' αἴσθησιν καθαρὸν φαντασίας ἄγει· καὶ λόγος, ὑποζεύξας αὐτῷ τὸ τῆς ψυχῆς ζωτικόν· ὧν, νίκης τέ φησι καὶ σοφίας, ἥγουν ἀγαθότητος καὶ ἀληθείας ἡ σύνοδος, μίαν δείκυσιν, οἷς ἂν γένηται, δόξαν, τοῦ καθ' ὁμοίωσιν ἀκραιφνοῦς ἀπαστράπτουσαν.

η'. *Fr.* Τί πρὸς ἀρετὴν ἡμεῖς συνεισφέρομεν.

θ'. Διὰ ποίαν αἰτίαν Δεσπότης Πατέρων Θεὸς προσαγορεύεται.

ι'. Οἱ κατὰ πνεῦμα Πατέρες, φησὶ, διὰ τῆς διδασκαλίας θελόντων υἱῶν θέλοντες καθίστανται Πατέρες· λόγῳ καὶ βίῳ κατὰ Θεὸν αὐτοὺς διαπλάττοντες C καὶ οἱ κατὰ πνεῦμα υἱοὶ κατὰ θέλησιν διὰ τῆς μαθήσεως αὐθαιρέτων υἱοὶ γίνονται Πατέρων, αὐθαίρετοι γνωμικῶς, κατὰ Θεὸν ὑπ' αὐτῶν λόγῳ τε καὶ βίῳ διαπλαττόμενοι. Ἡ γὰρ χάρις τοῦ Πνεύματος γνωμικὴν τὴν τῶν κατ' αὐτὸν γεννώντων καὶ γεννωμένων ἐργάζεται γέννησιν· ὅπερ οἱ κατὰ σάρκα πατέρες οὐκ ἔχουσιν, ἀκουσίων υἱῶν πατέρες ἀκούσιοι· φύσεως γὰρ, ἀλλ' οὐ γνώμης ἔργον καθέστηκεν, ἡ τῶν φυσικῶς γεννώντων τε καὶ γεννωμένων διάπλασις.

ια'. Ἡ δυὰς ἐνταῦθα, τὴν ὕλην δηλοῖ καὶ τὸ εἶδος· ὧν ἡ μὲν σύνοδος ποιεῖται σώματος γένεσιν· ἡ δὲ διάλυσις, πέφυκε τὴν αὐτοῦ ποιεῖσθαι φθοράν. Οὐκοῦν τὰ ἐξ ὕλης καὶ εἴδους ὄντα, τῇ ἀρχῇ φυσικῇ D ἐναντίον ἔχει τὸ τέλος, εἴπερ ἡ διαφθορὰ τῆς γενέσεώς ἐστιν ἀναίρεσις. Γενέσεως δὲ καὶ φθορᾶς ὑπεραspίζουσιν αἱ δύο, ἥ τε κατ' ἐπιθυμίαν καὶ ἡ θυμική· ἡ μὲν, ἐφιεμένη δι' ἑαυτῆς κρατῆσαι πρὸς τὸ εἶναι τὴν γένεσιν· ἡ δὲ, τὴν ἐκ τῆς φθορᾶς ἀγωνιστικῶς ἀπωθουμένη διάλυσιν. Τούτων συνήγοροι τῶν δυνάμεων οἱ πονηροὶ καθίστανται δαίμονες· οἱ μὲν, τὴν κατ' ἐπιθυμίαν τῆς ψυχῆς ἀπὸ τῶν θείων ἔκστασιν, ἧς ὁ οἶνος ὑπάρχει σύμβολον· οἱ δὲ, τὴν ἐπὶ τῶν ὑλικῶν τυραννίδα τῆς θυμικῆς δυνάμεως, ἧς εἰκὼν ἡ βασιλεία καθέστηκε, προβαλλόμενοι τῷ νόμῳ τῆς φύσεως, παραπείσαι βουλόμενοι τὴν κατ' αὐτὰς ἐμπαθῆ ψηφίσασθαι ζωήν. Ἡ δὲ μονὰς, τὴν ἁπλῆν σημαίνει κατ' οὐσίαν ψυχὴν, ὡς εἰκόνα τῆς κατ' οὐσίαν ὑπερουσίου τρισυποστάτου

Digitized by Google

μονάδος· ἧς ὁ νοῦς, φημὶ δὲ τῆς ψυχῆς, ὡς εἰς μιᾶς ὑπάρχει συνήγορος, τὴν εἰς τὸν Θεὸν πίστιν διὰ τῆς ἀληθείας, καὶ τὴν εἰς αὐτὸν ἀγάπην διὰ τῶν γυναικῶν, πάντων ἰσχυροτέραν ἀποδεικνὺς τῷ νόμῳ τῆς φύσεως· καὶ τὸ κατ' αὐτὰς κράτος πείθων ψηφίσασθαι.

A velut nimirum, trine secundum essentiam subsistentis divinissimæ unitatis simulacrum: cujus mens (nempe animi) velut una unius patrona exsistit; qua in Deum credimus, fidem, per veritatem; ac qua eum diligimus, charitatem, per mulieres, cunctis fortiorem esse legi naturæ ostendens, atque iis victoriæ munus decernere suadens.

ιβ'. Ὅτι τῇ καθ' ὑπεροχὴν στερήσει τῶν πολλῶν, ἐν ᾧ καὶ μόνον ἡ ἀλήθεια πέφυκεν ἀναφαίνεσθαι, φησὶ, καλύπτουσα πάντων νοεῖν ἢ νοεῖσθαι δυναμένων τὰς γνωστικὰς δυνάμεις, ὡς ὑπὲρ τὰ νοοῦντα καὶ τὰ νοούμενα καθ' ὕπαρξιν ὑπερούσιον οὖσα, καὶ ἀπείρῳ δυνάμει, τὰς κατὰ τὴν ἀρχὴν καὶ τὸ τέλος τῶν ὄντων ἀκρότητας περιγράφουσα, πᾶσα πάντων πρὸς ἑαυτὴν συνέλκει κίνησιν· τοῖς μὲν παρεχομένη γνῶσιν ἀρίδηλον, ἧς ἐστερήθησαν χάριτος· τοῖς δὲ ὠρουμένη κατ' αἴσθησιν ἄῤῥητον, ἧς εἶχον τὴν ἔφεσιν ἀγαθότητος, τῇ μεθέξει φανερὸν τὴν ἐπίγνωσιν.

12. Multorum secundum excellentiam privatione, veritas ut una elucere habet, omnium intelligere aut intelligi valentium scientiæ vires obtegens, quippe iis quæ intelligunt ac quæ intelliguntur, superessentiali exsistentia eminens; infinitaque potentia, rerum extrema secundum principium ac finem circumscribens, omnem ad se omnium pariter trahit motum; aliis perspicue, qua privati B sint, gratiam ut intelligant, præbens; aliis, nulla verborum vi explicabili sensu gustuque, cujus desiderio tenebantur, bonitatis, ejus ipsius commercio, manifestam agnitionem tribuens.

ιγ'. Τὸν ἐν Βαβυλῶνι λαὸν ἀλληγορικῶς, νόει, τοὺς εἰς δουλείαν παθῶν κεκρατημένους λογισμούς· τὸν δὲ Δαρεῖον, τὸν φυσικὸν νόμον· τὸν δὲ Ζοροβάβελ, τὸν γνωστικὸν νοῦν· τὴν Ἰουδαίαν δὲ, τὴν ἀρετήν· τὴν Ἱερουσαλὴμ, τὴν ἕξιν τῆς ἀπαθείας· τὸν δὲ ναὸν, τὴν δεκτικὴν τῆς σοφίας γνῶσιν· τὴν δὲ πρὸς τὴν Ἰουδαίαν ἐκ Βαβυλῶνος ἀνάβασιν, τὴν ἀπὸ τῶν σωματικῶν εἰς τὰ πνευματικὰ διὰ μετανοίας μετάβασιν.

13. Babylone positum populum, allegorico sensu ac spiritali intellige, quæ vitiorum ac perturbationum servitute rationes obnoxiæ tenentur. Darium, naturæ legem; Zorobabelem, sapientissimam mentem; Judæam, virtutem; Jerusalem, tranquillæ mentis, seu imperturbationis habitum; templum, sapientiæ capacem scientiam; ascensum e Babylone in Judæam, commigrationem a corporeis ad spiritalia per pœnitentiam.

ιδ'. Αἴτιον εἶναι λέγει, τῆς τῶν θείων διανομῆς ἀγαθῶν, τὸ μέτρον τῆς ἑκάστου πίστεως· καθὼς γὰρ πιστεύομεν, καὶ τὴν ἐπὶ τὸ πράττειν τῆς προθυμίας ἐπίδοσιν ἔχομεν. Ὁ γοῦν πράττων, κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πράξεως ἐπιδείκνυται τὸ μέτρον τῆς πίστεως, δεχόμενος ὡς ἐπίστευσε τὸ μέτρον τῆς χάριτος· ὁ δὲ μὴ πράττων, κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς ἀπραξίας ἐπιδείκνυται τὸ μέτρον τῆς ἀπιστίας, δεχόμενος ὡς ἠπίστησε, τὴν τῆς χάριτος στέρησιν. Οὐκοῦν κακῶς ποιεῖ βασκαίνων ὁ φθονερὸς, ἐπ' αὐτῷ σαφῶς, ἀλλ' οὐκ ἐν ἄλλῳ κειμένης, τῆς τοῦ πιστεύειν τε καὶ πράττειν, καὶ πρὸς τὸ μέτρον τῆς πίστεως ἐρχομένης δέξασθαι τὴν χάριν, ἐπιλογῆς.

14. Divinorum causa distributionis bonorum, mensura cujusque fidei exsistit. Sicut enim credimus, etiam ad agendum alacritatis augmentum habemus. Igitur, is qui agit, pro actionis modulo, fidei modum ostendit, qui mensuræ gratiam accipiat, pro eo ac credidit. Qui autem actione non fungitur, pro inertiæ ratione, incredulitatis modum ostendit, hoc nanciscens ut gratia privetur, pro eo ac non credidit. Perperam igitur invidus livore contabescit, cum perspicue penes ipsum, non alium positum sit, ut velit credere atque agere, gratiamque recipiat, qua pro fidei modulo venit.

ιε'. Πῶς τοῦ Κυρίου τύπος ἐστὶ Ζοροβάβελ.

15. Quomodo Zorobabel Domini figura sit.

ις'. Καλῶς ἐδείχθη τῇ ἀληθείᾳ συμβαίνειν ὁ τύπος. Ὥσπερ γὰρ ὁ Ζοροβάβελ οὐ γέγονεν αἰχμάλωτος, ἀλλ' ἐκ τῶν αἰχμαλώτων ἐν Βαβυλῶνι τότε δεδουλωμένων ἐγεννήθη, καὶ γέγονεν αὐτῶν λυτρωτής· οὕτως καὶ ὁ Κύριος ἀναμάρτητος ὢν, ἐξ ἡμῶν ἐν ἡμῖν ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν κατελογίσθη. τὸ τῆς φύσεως ἡμῶν ἑκουσίως ὑποδὺς παθητὸν, καθ' ὃ τῆς ἡμῶν πρὸς ἀλήθειαν φυσικῆς ἀνασχόμενος ἀσθενείας, τοῦ φθοροποιοῦ κράτους ἡμᾶς ἠλευθέρωσε, καὶ εἰς οὐρανοὺς ἡμᾶς ἀνήγαγεν ἀπὸ γῆς· τῇ μὲν δυνάμει τῆς αὐτοῦ σαρκώσεως ὅλην ἀνελλειπῶς ἑαυτῷ καθ' ἕνωσιν ἄῤῥητον τὴν φύσιν προσλαβών· τῇ δὲ κλήσει τῆς χάριτος, μόνους ἐκείνους τοὺς δεξαμένους τε περιχαρῶς τὴν κλῆσιν, καὶ διὰ τῶν ἔργων τὴν χάριν αἰδεσθέντας τῆς ἀναπλάσεως.

16. Pulchre ostensum est figuram veritati congruere. Quemadmodum enim Zorobabel non ipse captivus fuit, sed ex captivis, qui tum Babylone servitutis jugo premebantur, natus, eosdem liberavit: sic quoque Dominus, ipse a peccato immunis, ex nobis apud nos tanquam unus ex nobis reputatus est, qua sponte mortalem nostram naturam induit. Ea, naturalem nostram infirmitatem vere sustinens, ab exitiali erutos potestate, e terra in cœlum reduxit: qui nempe, vi quidem suæ incarnationis, totam nullo desiderato naturam arcana nullisque verbis explicabili unione sibi assumpserit; vocatione autem gratiæ, eos duntaxat, qui gaudio vocationem suscepere, ac per opera, gratiæ reformationis honorem habuere.

ιζ'. Σὰρξ ἁμαρτίας ἐστὶν, ἡ ἐκ σπορᾶς ἀνδρὸς τὴν γένεσιν ἔχουσα· κατὰ ταυτὸν γὰρ ἔχει δυνάμει τὴν

17. Caro peccati est, quæ ex viri semine ortum habet: simul enim virtute a natura peccato ac cor-

Digitized by Google

ruptioni exsistit connexia ; alterum scilicet ortus principium ; alterum, finem nacta. Quæ autem in similitudinem peccati caro est, absque viri semine Dei caro edita est ; natura quidem, corruptionem habens, qua nobis similis exsistebat : secundum potentiam autem natura immunis a peccato, qua nobis dissimilis erat.

18. Quandoquidem, ad puram supremamque theologiam quod spectat, secunda est de incarnatione doctrina : prior enim, circa supremi Verbi versatur essentiam ; altera vero, supremam Providentiæ vim operationemque complectitur ; idcirco *de exorto oriente*, Spiritus appellavit. Divinæ enim incarnationis doctrina, sæculorum comprehenditur ortus, et eorum quæ in sæculo sunt ; vitæque rerum (seu spirituum et animorum) per gratiam super sæcula in infinitum protensa duratio.

163 19. Qui recti honestique amore tenetur, secundum providentiam sapientiæ rationibus sponte contendit, ut adipiscatur deificationis gratiam : qui autem non tenetur, justo judicio castigationis modis a vitio invitus avocatur : ac ille quidem, ut religiosus, per providentiam deitate donatur ; hic vero per judicium, ut terrena amans, in condemnationem venire non sinitur.

20. Ignis noster vituperabilis, lex carnis est. Ignis hujus lumen, illaudabilis hujus legis est in vitiorum ac perturbationum habitum, motus. Flamma, ipsa quoque vituperabilis, vitiorum affectuumque per operationem succensio. Aut rursus, ignis vituperabilis, vitium est : lumen vituperabile, vitii habitus : flamma, operatio. Cavendum igitur ne meus illo igne incalescat, neve hoc collustretur lumine, aut hac flamma conflagret. Qui enim sensui, voluptate oblectans, ignis est, profundissimæ menti tenebræ est.

21. Vera fides veritatem commendat, in qua nihil falsi sit : bona autem conscientia charitatis vim præfert, quippe quæ ipsa omnis expers divini transgressionis mandati sit.

22. Resurrectio, naturæ reformatio est, naturæ in paradiso formationem præstantia majore exsuperans : universim quidem, omnium universe immutabilitate ; privatim vero, sanctorum per gratiam nullis verbis explicabili deificatione.

23. Manus forte spiritalis Zorobabel appellavit Scriptura, tum creandi vim, qua, ut beatitudinem nanciscamur, in rerum naturam producimur ; tum instauraudi, qua ut perpetuo beati simus, accipimus gratiam. Vel, ejus in nobis ipsam virtutem effectricem actionis munere gratiam, ac quæ illi comes est, nihil dissipatam contemplationis opera scientiæ fusionem.

24. Lapis, fides appellata est, ob ejus veritatis firmitatem et immutabilitatem ac stabilitatem, quodque sua prorsus sede moveri non possit ; nec quidquam grassanti mendacio cedat. In manu autem ob actionis operando vim, ac quod virtutes omnes contineat ac complectatur. Septem vero habere

ἁμαρτίαν καὶ τὴν φθορὰν κατὰ φύσιν, τὴν μὲν ἀρχὴν, τὴν δὲ τέλος ἔχουσα τῆς οἰκείας γενέσεως· ἡ δὲ ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας ἐστὶ σὰρξ, ἡ δίχα σπορᾶς ἀνδρὸς συστᾶσα τοῦ Θεοῦ σάρξ· κατὰ φύσιν μὲν ἔχουσα τὴν φθοράν, καθ' ἣν ἡμῖν ὁμοιος ἦν· κατὰ δύναμιν δὲ φύσει τὴν ἀναμαρτησίαν, καθ' ἣν ἡμῖν ἀνόμοιος ἦν.

ιη'. Ἐπειδή φησιν, ὡς πρὸς τὴν ἄκρατόν τε καὶ ἄκραν θεολογίαν, δεύτερός ἐστιν ὁ τῆς σαρκώσεως λόγος· ἡ μὲν γὰρ τοῦ περὶ τὴν οὐσίαν ἄκρου καθέστηκε λόγου· ὁ δὲ, τῆς κατὰ τὴν πρόνοιαν ἀκρατάτης ἐνεργείας ὑπάρχει συνεκτικὸς, *ὑποκάτωθεν ἀνατολὴ* προσηγορεύθη τῷ Πνεύματι. Ἐν γὰρ τῷ λόγῳ τῆς θείας σαρκώσεως, ἡ τῶν αἰώνων τε καὶ τῶν ἐν αἰῶνι περιέχεται γένεσις· καὶ ἡ πρὸς ἀφθαρσίαν τῆς ὑπὲρ αἰῶνας κατὰ χάριν ζωῆς τῶν ὄντων παράτασις.

ιθ'. Ὁ τῶν καλῶν, φησὶν, ἐραστὴς, κατὰ πρόνοιαν σοφίας λόγοις ἑκουσίως ἐπείγεται πρὸς τὴν τῆς θεώσεως χάριν· ὁ δὲ τούτων ἀνέραστος, κατὰ δικαίαν κρίσιν παιδείας τρόποις ἀκουσίως κακὶς ἀπάγεται· ὁ μὲν ὡς φιλόθεος διὰ τῆς προνοίας θεούμενος· ὁ δὲ διὰ τῆς κρίσεως ὡς φιλόυλος εἰς κατάκρισιν ἐλθεῖν μὴ συγχωρούμενος.

κ'. Πῦρ μὲν ἡμῶν ὑπάρχει ψεκτὸν, ὁ τῆς σαρκὸς νόμος· φῶς δὲ τούτου τοῦ πυρός ἐστιν, ἡ κατὰ τοῦτον τὸν ψεκτὸν νόμον ἐν ἕξει τῶν παθῶν ἡ κίνησις· ἡ δὲ ψεκτὴ φλὸξ ἐστιν, ἡ διὰ τῆς ἐνεργείας ἐκκαυσις τῶν παθῶν. Ἢ πάλιν, πῦρ μέν ἐστι ψεκτὸν, ἡ κακία· φῶς δὲ ψεκτὸν, ἡ τῆς κακίας ἕξις· φλὸξ δὲ ἡ ἐνέργεια. Οὐ δεῖ οὖν τοῦτῳ τὸν νοῦν θερμαίνεσθαι τῷ πυρὶ, μηδὲ τούτῳ φωτίζεσθαι τῷ φωτὶ, μηδὲ ταύτῃ καταπιμπρᾶσθαι τῇ φλογί· τὸ γὰρ καθ' ἡδονὴν πρὸς αἴσθησιν φῶς, πρὸς νοῦν σκότος ὑπάρχει βαθύτατον.

κα'. Ἡ μὲν ὄντως πίστις ἀληθείας ἐστὶν συστατικὴ, ψεῦδος οὐκ ἔχουσα· ἡ δὲ ἀγαθὴ συνείδησις, τὴν τῆς ἀγάπης ἐπιφέρεται δύναμιν, ὡς μηδεμίαν ἔχουσα θείας παράβασιν ἐντολῆς.

κβ'. Ἡ ἀνάστασις ἀνάπλασις ἐστι τῆς φύσεως, πλεονεκτοῦσα τὴν τῆς φύσεως ἐν τῷ παραδείσῳ διάπλασιν· γενικῶς μὲν, τῇ καθ' ὅλου τῶν ὅλων ἀτρεψίᾳ· ἰδικῶς δὲ, τῇ κατὰ χάριν ἀῤῥήτῳ θεώσει τῶν ἁγίων.

κγ'. Χεῖρας τυχὸν εἶπεν ὁ λόγος τοῦ νοητοῦ Ζοροβάβελ, τήν τε δημιουργικὴν, καθ' ἣν τὴν ἐπὶ τὸ εὖ εἶναι λαμβάνομεν γένεσιν· καὶ τὴν ἀνανεωτικὴν, καθ' ἣν ἐπὶ τὸ ἀεὶ εὖ εἶναι δεχόμεθα χάριν· ἢ τὴν ἐν ἡμῖν κατὰ τὴν πρᾶξιν τῶν ἀρετῶν αὐτουργὸν αὐτοῦ χάριν· καὶ τὴν ἐπ' αὐτῇ κατὰ τὴν θεωρίαν ἀδιασκέδαστον χύσιν τῆς γνώσεως.

κδ'. Λίθος ἡ πίστις ἐκλήθη, διὰ τὸ στερρὸν, ἄτρεπτόν τε καὶ βάσιμον, καὶ παντελῶς ἀκίνητον τῆς κατ' αὐτὴν ἀληθείας· καὶ μηδαμῶς ὑπεῖκον ψεύδους ἐπαναστάσεσιν. Ἐν χειρὶ δὲ, διὰ τὸ κατ' ἐνέργειαν πρακτικὴν, καὶ πασῶν κατὰ περιγραφὴν τῶν ἀρετῶν συνεκτικόν. Ἑπτὰ δὲ ὀφθαλμοὺς ἔχουσα, διὰ τὸ

Digitized by Google

διακριτικὸν, καὶ τῆς παντελοῦς τῶν ὑπὸ χρόνον ἀπταίστου γνώσεως περιεκτικόν· καὶ τῆς ἀμιγοῦς ἐν ἀριθμοῖς ἑπταπλῆς τοῦ παναγίου Πνεύματος ἐνεργείας δεκτικόν.

oculos dicitur, ob discretionis vim, et quod omnem temporaneorum notitiam certa veritate complectatur: quod denique ejus, quæ in numeris impermista est, septemplicis sanctissimi Spiritus operationis subjectum exsistat.

κε'. Διάληψις ἀποδεικτικὴ ἐκ τῆς ἰδιότητος τοῦ πνευματικοῦ χαρίσματος. Φόβου γὰρ ἴδιον ἀποχὴ τῶν κακῶν· ἰσχύος δὲ, ἡ πρᾶξις τῶν ἀγαθῶν· βουλῆς δὲ, ἡ τῶν ἀντικειμένων διάκρισις· ἐπιστήμης δὲ, ἡ τῶν καθηκόντων ἀνόθευτος εἴδησις· γνώσεως δὲ, ἡ κατ' ἐνέργειαν τῶν ἐν ταῖς ἀρεταῖς θείων λόγων πεπλήρωσις· συνέσεως δὲ, ἡ πρὸς τὰ γνωσθέντα διάθεσις τῆς ψυχῆς συνδιάθεσις· σοφίας δὲ, ἡ πρὸς Θεὸν ἀδιάγνωστος ἕνωσις, καθ' ἣν τοῖς ἀξίοις ἡ ἔφεσις ἁπλανὴς γίνεται, μεθέξει ποιοῦσα θεὸν τὸν μετέχοντα· καὶ τῆς θείας αὐτὸν ὑποφήτην καθιστῶσα μακαριότητος, κατὰ τὴν ἀένναον πρὸς τοὺς δεομένους τῶν θείων μυστηρίων ἀνεκπόμπευτον προβολὴν καὶ διέξοδον.

25. Explicatio, qua donum Spiritus ex proprietate ostenditur: timoris enim proprium est, abstinentia a malis; fortitudinis, bonorum operatio; consilii, contrariorum discretio; scientiæ (quam Græci ἐπιστήμην dicunt), sincera eorum quæ officii sunt, cognitio; scientiæ (quam illi γνῶσιν vocant), divinarum in virtutibus rationum operandi actu comprehensio; intelligentiæ, animi in ea quæ cognita sunt universim proclivis affectio; sapientiæ, ignota cum Deo unio: qua, his qui digni sunt, cupiditas in fruitionis delicias vertitur, deumque facit qui eam percipit, ac divinæ interpretem beatitudinis reddit, per jugem in eos qui egeant, divinorum, omni fastu semoto, mysteriorum editionem ac derivationem.

κς'. Τὸ πρὸς ἡμᾶς, φησὶ, κατ' ἐνέργειαν πρῶτον ἀγαθὸν, ὅπερ ἐστὶν ὁ φόβος, τελευταῖον ἀπηριθμήσατο τῆς Γραφῆς ὁ λόγος ὡς σοφίας ἀρχήν· ἀφ' ἧς κινούμενοι, πρὸς τὸ τῆς σοφίας τέλος τὴν σύνεσιν ἀναβαίνομεν· μεθ' ἣν προσεχεῖς αὐτῷ γινόμεθα τῷ θεῷ, μόνην τὴν σοφίαν τῆς πρὸς αὐτὸν ἑνώσεως μεσιτεύουσαν ἔχοντες. Οὐ γάρ ἐστι δυνατὸν ἐπιλαβέσθαι σοφίας, τὸν μὴ πρότερον διὰ τοῦ φόβου, καὶ τῶν διὰ μέσου λοιπῶν χαρισμάτων, τήν τε λήμην τῆς ἀγνοίας, καὶ τὸν τῆς κακίας κονιορτὸν ἀποσεισάμενον. Διὰ τοῦτο, Θεῷ μὲν προσεχῆ τὴν σοφίαν· ἡμῖν δὲ προσεχῆ τὸν φόβον ἡ Γραφικὴ τάξις διέθηκεν· ἵνα ἡμεῖς εὐταξίας μάθωμεν ὅρον καὶ νόμον.

26. Quod nostri ratione, primum secundum actum exsistit bonum, nempe timorem, Scriptura postremum numeravit, ut sapientiæ principium, a quo motus ducto exordio, ad sapientiæ finem intelligentiam ascendimus; quam adepti, proximi Deo efficimur, unam duntaxat sapientiam, unionis cum ipso nacti medium. Non enim fieri potest ut sapientiam nanciscatur, qui non prius per timorem ac dona reliqua intermedia, ignorantiæ lemam vitiositatisque pulverem excusserit. Idcirco hunc Scriptura ordinem iniit, ac Deo proximam sapientiam, nobis proximum timorem disposuit; quo nos recti ac compositi ordinis normam legemque doceremur.

κζ'. Ἡ τῆς σοφίας, φησὶ, μονάς ἐστι, ταῖς ἐξ αὐτῆς διαφόροις ἀρεταῖς ἀτμήτως ἐνθεωρουμένη· καὶ μονοειδῶς ταῖς τῶν ὅλων ἀρετῶν ἐνεργείαις ἐπισυναγομένη· καὶ πάλιν ἁπλῆ μονὰς ἀποδεικνυμένη ταῖς πρὸς αὐτὴν τῶν ἐξ αὐτῆς ἀρετῶν ἀποκαταστάσεσιν· ὅταν ἡμεῖς, δι' οὓς κατὰ τὴν ἑκάστης ἀρετῆς γένεσιν ποιεῖται τὴν πρόοδον, ἀνατατικῶς δι' ἑκάστης ἀρετῆς πρὸς αὐτὴν συναγόμεθα.

27. Sapientiæ unitas est, quæ in diversis ex illa virtutibus indivise intelligitur, uniformiterque universarum virtutum operationibus conflatur: ac rursum simplex unitas, tum enitet, qua virtutes quæ ex illa sunt, ad ipsam postliminio revertuntur cum nos, quorum causa cujusque virtutis generatione processum facit, sursum versus per unamquamque virtutem in ipsam colligimur.

κη'. Τυφλὴν ἔχει τὴν πίστιν, φησὶν, ὁ τὰ κατὰ τὴν πίστιν θεῖα προστάγματα μὴ ἐργαζόμενος. Εἰ γάρ φῶς ἐστι τὰ τοῦ Κυρίου προστάγματα, δῆλον ὅτι ἔξω θεοῦ φωτός ἐστιν, ὁ μὴ πράττων τὰ θεῖα προστάγματα, καὶ ψιλὴν, ἀλλ' οὐκ ἀληθῆ τὴν τῆς πίστεως ἐπιφέρεται κλῆσιν.

164 28. Cæcam habet fidem, qui ex fidei rationibus divina præcepta non operatur. Si enim lux sunt divina præcepta [16], palam est divina luce destitui, qui præcepta non exsequitur; nudamque, non veram ferre fidei nuncupationem.

κθ'. Εἰς τὰς ἐνεργείας τοῦ Πνεύματός φησιν, ὀφθαλμοὺς Κυρίου προσηγόρευσεν ὁ λόγος. Ὁ μὴ τούτοις τῇ πράξει τῶν ἐντολῶν διανοίγων, ἐπιβλέποντα τὸν Θεὸν ἐπ' αὐτὸν οὐκ ἔχει. Διὰ πολλῶν γὰρ, ὡς εἰκὸς, ἐπισκοπεῖν ὀφθαλμῶν τοὺς ἐπὶ γῆς πέφυκεν ὁ Θεὸς, εἴπερ θείας ὁράσεως ἀκτίς ἐστιν ὁ κατ' ἀρετὴν ἡμῶν φωτισμός.

29. Scriptura Spiritus operationes (divinos scilicet afflatus) Domini oculos appellavit. Qui hosce oculos, mandata exsequendo, non aperit, Deum in ipsum respicientem non habet. Deus enim, ut par est, multis terrigenas oculis inspectare consuevit; siquidem divini obtutus radius, nostra virtutis illuminatio exsistit.

λ'. Ὁ κασσίτερος, φησὶ, τήν τε τοῦ ἀργυρίου καὶ τοῦ μολίβδου φυσικῶς ἔχων τὴν ἰδιότητα, χαρακτηρίζει τὴν πίστιν· κολάζει γὰρ μὴ φυλαττομένη, μό-

30. Stannum, cum argenti plumbique natura proprietatem habeat, fidem symbolo repræsentat. Punit enim non servata, plumbum habens, eorum

[16] Prov. vi. 23.

Digitized by Google

qui non servaverunt, in sæcula criminationem : servantes autem clarificat, argumentum habens, eorum qui servaverunt, illustre ac magnificum in sæcula patrocinium.

31. Nemo peccans, quod ita peccet, carnis infirmitatem patrocinio potest asciscere. Quod enim cum Deo Verbo unita est, natura omnis soluta maledictione constabilita est et instaurata, nulla nobis relicta excusatione, quod procliviore libidine in vitia ferimur. Verbi enim deitas, ipsa per gratiam semper fidelibus comes, exsistentem in carne peccati legem enervat atque exstinguit.

32. Quemadmodum stannum contracta nigredine, rursus inclarescit : sic fideles, etsi peccando nigrescant, rursus tamen pœnitentiam agendo candorem resumunt. Quamobrem etiam forte fides stanno assimilata fuit.

QUÆSTIO LV.

« Et erant omnes ex Israel a duodecimo anno et supra, exceptis pueris et mulieribus, quadraginta tria millia trecenti sexaginta. Servi eorum et ancillæ, septem millia trecenti et septem. Cantores et modulatrices, octingenti quinquaginta quinque. Cameli, quadringenti triginta quinque. Itidem equi, septem millia septingenti triginta sex. Muli, octingenti quadraginta quinque. Subjugalia, quinque millia quingenta viginti quinque[17]. » *Fac, amabo te, humile pauperi convivium, ex iis, quæ sic magna ac sublimia per prophetam, Spiritu sancto auctore, de sextæ captivitatis reditu dicta sunt. Quænam tanta hæc abjectio, importunaque nec Spiritu digna narratio? nempe, meminisse camelorum, equorum, mulorum et asinorum; idque numeris accurate expressis.*

Responsio.

De his quidem accurate omnino disserere, eorum duntaxat partium sit, qui ingenti mentis munditia, totam cœlitus, quanta hominibus concessa est, nacti sunt Spiritus gratiam; qua mysticarum speculationum sapienter pelago immeantes, eorum quæ **165** scripta sunt duntaxat rationes, figurarum in eis compositionibus nudas, conspiciunt; nullam prorsus rationem habentes, signorum, quibus illæ typo designantur; nisi forte sapienti consilio id moliantur, ut illorum gratia corporaliter figurent, qui præ mentis infantia supra sensum eniti non possunt : ut prius sensilibus figuris exercitati, ad primitivas rationes vacante sensus opera evadere concupiscant. Ut autem conjectura, quæ subtiliora sunt commentemur, ob eam vim quæ nobis natura inest, qua divinorum scientiæ desiderio tenemur, nihil oppido absurdum est : cum duplex bonum ea ex conjectura iis emergat, qui sinceris animis divina colunt ac venerantur. Aut enim is, qui conjectura res divinas adoritur, eorum quæ mente versat veritatem assequitur, gaudioque offert sacrificium

[17] II Esdr. VII, 66-70.

λιδδον ἔχουσα τὴν ἐπ αἰῶσι τῶν μὴ φυλαξάντων αὐτὴν κατηγορίαν · καὶ δοξάζει τοὺς φυλάττοντας, ἄργυρον ἔχουσα διαφανῆ καὶ λαμπρὸν, τὴν ἐπ' αἰῶσι τῶν φυλαξάντων αὐτὴν συνηγορίαν.

λα'. Οὐδεὶς ἁμαρτάνων, φησὶ, δύναται τῆς ἁμαρτίας συνήγορον ἔχειν τῆς σαρκὸς τὴν ἀσθένειαν. Ἡ γὰρ πρὸς τὸν Θεὸν Λόγον ἕνωσις, ὅλην τὴν φύσιν τῇ λύσει τῆς κατάρας ἀνέῤῥωσεν · ἀπροφάσιστον ἡμῖν ποιησαμένη, τὴν πρὸς τὰ πάθη τῆς γνώμης προσπάθειαν · ἡ γὰρ τοῦ Λόγου θεότης κατὰ χάριν ἀεὶ συνοῦσα τοῖς εἰς αὐτὸν πιστεύουσι, τὸν ἐν τῇ σαρκὶ νόμον τῆς ἁμαρτίας ἀπομαραίνει.

λβ'. Ὥσπερ, φησὶν, ὁ κασσίτερος μελανόμενος λαμπρύνεται πάλιν · οὕτω καὶ οἱ πιστεύοντες κἂν μελαίνωνται ἁμαρτάνοντες, λαμπρύνονται πάλιν μετανοοῦντες · δι' ἣν αἰτίαν καὶ κασσιτέρῳ τυχὸν ἡ πίστις παρεικάσθη.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΝΕ'.

« Οἱ δὲ πάντες ἦσαν ἐξ Ἰσραὴλ ἀπὸ ἐνδεκαετοῦς, καὶ ἐπάνω, χωρὶς παίδων καὶ γυναικῶν. μυριάδες τέσσαρες τρισχίλιοι τριακόσιοι ἑξήκοντα. Παῖδες τούτων καὶ παιδίσκαι, ἑπτακισχίλιοι τριακόσιοι ἑπτά. Ψάλται καὶ ψαλτῳδοί, ὀκτακόσιοι πεντήκοντα πέντε. Κάμηλοι τετρακόσιοι τρίακοντα πέντε. Καὶ ἵπποι ἑπτακισχίλιοι ἑπτακόσιοι τριάκοντα ἕξ. Ἡμίονοι ὀκτακόσιοι τεσσαράκοντα πέντε · ὑποζύγια πεντακισχίλια πεντακόσια εἴκοσι πέντε. Ποίησον ἀγάπην τοιούτων μεγάλων καὶ ὑψηλῶν περὶ τῆς ἕκτης αἰχμαλωσίας ἐπανόδου ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος διὰ τοῦ προφήτου εἰρημένων. Τίς ἡ τοσαύτη ταπεινότης, καὶ ἀκαιφόρητος ἐξήγησις, καὶ ἀναξιότης τοῦ Πνεύματος, καμήλων μνημονεῦσαι καὶ ἵππων καὶ ἡμιόνων καὶ ὄνων, καὶ ταῦτα μετ' ἀκριβείας ἀριθμοῦ ;

Ἀπόκρισις.

Τὸ μὲν δι' ἀκριβείας περὶ τούτων εἰπεῖν, μόνων ἐκείνων ἐστὶ, τῶν διὰ πολλὴν καθαρότητα νοῦ, θεόθεν ὅλην εἰληφότων τὴν ἐφικτὴν ἀνθρώποις χάριν τοῦ Πνεύματος(1) · καθ' ἣν τῷ πελάγει τῶν μυστικῶν θεαμάτων γνωστικῶς ἐνδιαθέοντες, τοὺς λόγους μόνον ὁρῶσι τῶν γεγραμμένων γυμνοὺς τῶν ἐπ' αὐτοῖς τυπικῶν συνθημάτων · μηδενὸς τὸ σύνολον ποιούμενοι λόγον, τῶν τυπούντων αὐτοὺς συμβόλων (2) · εἰ μή που βουληθῶσι σοφῶς αὐτοὺς τυπῶσαι σωματικῶς, τοῖς διὰ νηπιότητος νοῦ γενέσθαι μὴ δυναμένοις ὑπὲρ τὴν αἴσθησιν · ἵνα τοῖς τύποις πρότερον ἐγγυμνασθέντες [οἱ διδασκόμενοι δηλονότι] κατὰ τὴν αἴσθησιν, πρὸς τοὺς ἄνευ αἰσθήσεως ἀρχετύπους ἐλθεῖν ποθήσωσι λόγους. Τῷ δὲ στοχασμῷ τοῖς ψιλωτέροις ἐπιβάλλειν διὰ τὴν φυσικῶς ἐν ἡμῖν ἐφιεμένην τῆς τῶν θείων γνώσεως δύναμιν, οὐκ ἄτοπον · δύο καλῶν ἐκ τοῦ στοχασμοῦ τοῖς εἰλικρινὲς περὶ τὰ θεῖα κεκτημένοις τὸ σέβας ἀναδεικνυμένων. Ἢ γὰρ ἐπιτυγχάνει τῆς ἀληθείας τῶν νοουμένων, ὁ στοχαστικὴν τὴν ἔφοδον τῶν θείων ποιούμενος · καὶ προσφέρει χαίρων θυσίαν αἰνέσεως τὴν εὐχαριστίαν (3), τῷ

Digitized by Google

δεδῶκότι τοῦ ζητουμένου τὴν εἴδησιν · ἢ διαφεύγουσαν εὑρίσκει τῶν γεγραμμένων τὴν ἔννοιαν · καὶ τὰ θεῖα πλέον σεβάζεται, τὴν τῆς οἰκείας δυνάμεως ὑπερβαίνοντα μανθάνων κατάληψιν.

A laudis [18] (gratiarum scilicet actionem) ei, qui ejus quod dubium mentem exercebat, notitiam ipsi præbuerit : aut se fugientem invenit, eorum quæ scripta sunt, intelligentiam ; majorique cultu ac veneratione divina prosequitur, dum ea ejusmodi deprehendit, quæ suæ mentis comprehensionem excedant.

Τοίνυν κἀγὼ στοχαστικῶς ἐπιβάλλων τοῖς προκειμένοις, τὸν Θεὸν ἐπικαλοῦμαι γενέσθαι τῶν λεχθησομένων συλλήπτορα, κατὰ πάντα τρόπον πρὸς τὸ ὕψος τῶν Γραφικῶν αἰνιγμάτων ἀσθενοῦσαν εὑρίσκων τῆς ἐμαυτοῦ διανοίας τὴν δύναμιν. Κἂν τε γὰρ ἐπιτύχω, τοῦ Θεοῦ τὸ πᾶν ὑπάρχει κατόρθωμα, διὰ τῆς καταλήψεως ἐνάγοντός με πρὸς εὐχαριστίαν · κἂν τε γὰρ μή, καὶ οὕτως πάλιν τοῦ Θεοῦ τὸ τῆς ἀκαταληψίας ὑπάρχει καλὸν, τὸν, ὡς εἰκὸς, ἐκ τῆς γνώσεως (δ) τεχθησόμενόν μοι κατὰ πρόνοιαν τύφον προαναπόπτοντος, καὶ τὴν ἀκαταληψίαν ποιουμένου μοι μετριοφροσύνης ὑπόθεσιν.

Ipse itaque, ea quæ scripta sunt conjectando considerans atque commentans, Deum invoco, ut dicendorum mihi adsit adjutor, qui nimirum vim meæ mentis imbecilliorem quam pro Scripturæ ænigmatum altitudine, omnino inveniam. Sive enim rem attigero, Dei erit omne facinus; qui ea ratione, qua assequi tribuit, ad gratiarum actionem inducat : sive rursus non attigero, id etiam bonum, quod non assequar ac comprehendam, Deo auctore B exsistit; qui, ut par est, certis Providentiæ rationibus, ex scientia nasciturum mihi elationem occupato abscindat, mentisque illam imbecillitatem ut minime assequi possim ac comprehendere, in modestioris sensus argumentum vertat.

Οὐκοῦν στοχασμῷ, καθὼς εἴρηται, τὴν τῶν γεγραμμένων διάνοιαν ὑπερχόμενος, ἐντεῦθεν ἄρχομαι τῆς τῶν προκειμένων Γραφῆς. Ἐν τῷ πρὸ τούτου κεφαλαίῳ γέγραπται περὶ τοῦ Ζοροβάβελ · *Καὶ ὅτε ἐξῆλθεν ὁ νεανίσκος, ἆρας τὸ πρόσωπον αὐτοῦ εἰς τὸν οὐρανὸν ἐναντίον Ἰερουσαλὴμ, εὐλόγησε τῷ βασιλεῖ τοῦ οὐρανοῦ.* Δῆλόν ἐστιν ὅτι μετὰ τὴν τῶν προβλημάτων τῶν πρὸς Δαρεῖον τὸν βασιλέα γεγενημένων προσαγωγὴν, ἐξῆλθεν ἀπὸ προσώπου, δῆλον ὅτι Δαρείου τοῦ βασιλέως. Δαρεῖος μὲν οὖν (υ) ἐστιν, ὡς ἤδη φθάσας πρὸ τούτων ἔφην τῶν λόγων, ὁ κρατῶν τῆς φύσεως νόμος (5) · καὶ συνᾴδει γε σαφῶς οὕτω νοούμενος τῇ τοῦ οἰκείου ὀνόματος ἑρμηνείᾳ. Γενεὰ γὰρ, ἢ γενεαλογία, ἢ γενεαλογούμενος δηλοῖ τὸ τοῦ Δαρείου ὄνομα, καθώς φασιν οἱ τὴν ἀκρίβειαν τῆς τοιᾶσδε φωνῆς ἐπιστάμενοι. Φυσικοῦ δὲ νόμου καθέστηκεν ἴδιον, τὸ τῆς γενεᾶς, καὶ γενεαλογίας ὄνομα · τῶν γὰρ ὑπὸ φύσιν τὸ γένος (6), καὶ τὰ γενεαλογούμενα · καὶ τῶν περὶ φύσιν ἡ γενεαλογία.

Igitur conjectando, ut dictum est, eorum quæ scripta sunt, intelligentiam sensumque venans, inde propositum Scripturæ textum aggrediar. In superiori proxime capite, in hæc verba scriptum est de Zorobabele : *Et cum exisset adolescens, tollens vultum suum in cœlum contra Jerusalem, benedixit Regem cœli* [19] : post nimirum oblata problemata ac quæstiones ad Darium regem factas, **166** tum exiit, a facie nimirum Darii regis. Sane vero Darius est, C ut jam quoque in superioribus habitum est, quæ naturæ lex dominatur; palamque eo sensu acceptus, proprii nominis veræ rationi consentit. Darii namque nomen, *generatio* est, aut *generationum subducta series*, sive *cujus generationum series subducitur*, uti tradunt, qui ejus vim vocis accurate norunt. Ad legem autem naturæ proprie spectat generationis nomen, ac subductarum series generationum. Genus enim, atque ea quorum generis series per generationes subducitur, ex iis rebus sunt, quæ sub natura continentur ; generationumque illa subductio, ex iis est quæ circa naturam, illamque afficere intelliguntur.

Οὐκοῦν καλῶς ὁ Δαρεῖος εἰς τὸν τῆς φύσεως ἐλήφθη νόμον. Περιέχει γὰρ ὁ νόμος τῆς φύσεως, καὶ τὰ ὑπὸ τὴν φύσιν ἀναγόμενα γένη καὶ εἴδη · καὶ τὰ περὶ τὴν φύσιν θεωρούμενα · τὸν χρόνον φημὶ καὶ τὸν τόπον. Παντὸς γὰρ γενητοῦ, τὰ ὧν οὐκ ἄνευ φυσικῶς συνεπιθεωρεῖται.

Pulchre igitur Darius typo acceptus est legis naturæ. Complectitur enim lex naturæ, tum quæ sub D naturam reducuntur genera et species, tum quæ circa naturam, eamque afficere intelliguntur; tempus scilicet ac locum. Cum omni enim re quæ in ortum producatur, ea sine quibus non exsistat, naturaliter una intelliguntur.

Δαρεῖος οὖν, ὡς ἔφην, ὁ νόμος τῆς φύσεως · Ζοροβάβελ δὲ, ὁ θεωρητικὸς νοῦς, ὁ ἐξελθὼν ὡς ἀπὸ Δα-

Darius igitur, uti dicebam, lex naturæ est; Zorobabel autem, mens contemplationi studens, quæ

[18] Psal. xlix, 23. [19] III Esdr. iv, 58.

(υ) *Δαρεῖος μὲν οὖν.* Apte hic Darii positum etymum, ἀπὸ τοῦ ירע et Chal. דרע, quod est, *Ætas, generatio*, ac proinde *subducta generationum series*, ac quod Græci γενεαλογίαν vocant. Spectanda Maximi solertia cum pari modestia ac religiositate, ex qua discamus licet, ut nobis, qui rudiores simus, nec satis Spiritus illustrati fulgoribus, adeunda divina oracula, sive eorum intelligentiæ compotes efficiamur, sive illa longe captum nostrum superent, ut utrovis modo nobis utilem, nec extra divinum propositum in eis operam ponamus; vel agendo gratias pro intelligentia, vel modum ipsi nostrum pro obscuritate agnoscendo.

Digitized by Google

velut a Dario, a lege naturæ exit; rerumque oculis conspicuarum, tempori scilicet ac loco subjectarum, superato ornatu, sapientis virtute comite affectionis faciem in cœlum tollit; ad substantiarum scilicet intellectilium celsum verticem; contra Jerusalem quæ in cœlis intelligitur : illam, inquam, Jerusalem, quæ in manu Domini muros depictos habet [19]; in qua lætantium omnium habitatio est [20], ad quam veri captivi reditum parant; qui scilicet, auctore Apostolo [21], habitationem quæ ex cœlo est, exquirunt, possuntque dicere cum Davide : *Si oblitus fuero tui, Jerusalem, oblivioni detur dextera mea : adhæreat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui* [22]. Forte autem dexteram vocet spiritalem divinorum actionem, eorumque quæ laudem habent : linguam vero gutturi adhærentem, exsistentis in nobis rationis scientiæ operationem; adhærentem ex ignorantia gutturi (illi nimirum affectui, qui in gutture ac gula sedem habet) ac arcanorum bonorum cupiditate immotam manentem : quæque adeo Domini suavitatem gustare non possit [23].

167 Quod si temporis atque naturæ rationes Jerosolyma properans Zorobabel excedit, sive mens humana contemplationi studens, sive quod nobis superius Verbum conditor, ad nos nobis simile venit, atque adeo factum homo est, ut qua carnem assumpsit, in vitia ac carnis mortem a se sponte suaque voluntate ab imperturbatione vitaque prolapsos, ad se adduceret; merito, qui ei similes evaserint, quanta facultas est, una secum educit, ac ad cœlestem ducit Jerusalem : quorum virtutis ac scientiæ summam perfectionem, propositis rerum generibus atque numeris, symbolorum varietate Scriptura assimilavit. Quisquis enim pius ac recti tenax, spiritaliter ad supernam Jerusalem ut revertatur, iter contendit, propositos diversorum generum numeros implevit, cujusque generis atque numeri rationes eo colligens, ut una virtutis ac scientiæ plenitudo sit. Hocque plane significat quem excutiendum Scripturæ locum argumento assumpsimus, hæc habens.

Omnes autem erant ex Israel, a duodecimo anno, exceptis pueris et mulieribus, quadraginta tria millia trecenti sexaginta. Papæ! quam accurata ac diligenter conscripta Spiritus oracula; ita nimirum consignatis numeris, ut nemo eorum qui Babylone egressi (præsentis scilicet ævi confusione) in Jerusalem accensentur, duodenario numero subesse significetur : quo nempe Scriptura mystice innueret, eum duntaxat qui sensu ac tempore superior evaserit (hoc enim aperte duodenarius numerus significat, ex quinque ac septem, sensuumque temporisque ratione consurgens) quique animi ad hæc affectionem abruperit, ab eorum confusione exire ad supernam contendentem Jerusalem · nempe

ρείου, τοῦ νόμου τῆς φύσεως, καὶ τὴν ὑπὸ χρόνον καὶ τόπον τῶν φαινομένων ὑπερβὰς διακόσμησιν, καὶ ἄρας τὸ πρόσωπον τῆς κατ' ἀρετὴν γνωστικῆς διαθέσεως εἰς τὸν οὐρανόν · τουτέστι τὸ ὕψος τῶν νοητῶν οὐσιῶν · ἐναντίον τῆς ἐν οὐρανοῖς νοουμένης Ἱερουσαλήμ · ἐκείνης λέγω τῆς Ἱερουσαλήμ, τῆς ἐπὶ τῶν χειρῶν Κυρίου ἐχούσης ἐζωγραφημένα τείχη · ἐν ᾗ πάντων εὐφραινομένων ἐστὶν ἡ κατοικία · πρὸς ἣν ἡ ἀληθινὴ τῶν αἰχμαλώτων ἐπάνοδος γίνεται · τῶν ἐπιζητούντων τὸ ἐξ οὐρανοῦ κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον οἰκητήριον (7) · τῶν μετὰ τοῦ μεγάλου Δαβὶδ δυναμένων λέγειν · *Ἐὰν ἐπιλάθωμαί σου, Ἱερουσαλήμ, ἐπιλαθείη ἡ δεξιά μου · κολληθείη ἡ γλῶσσά μου τῷ λάρυγγί μου, ἐὰν μή σου, μνησθῶ* · δεξιὰν λέγοντος τυχὸν, τὴν πνευματικὴν τῶν θείων καὶ ἐπαινουμένων πρᾶξιν · γλῶσσαν δὲ κολλωμένην τῷ λάρυγγι (8), τὴν ἐν ἡμῖν τοῦ λόγου γνωστικὴν ἐνέργειαν, κολλωμένην ἐξ ἀγνοίας τῷ λαιμῷ · τουτέστι, τῷ περὶ τὸν λαιμὸν πηγνυμένῳ πάθει, καὶ ἀκίνητον μένουσαν περὶ τὴν ἔφεσιν τῶν ἀῤῥήτων ἀγαθῶν · καὶ διὰ τοῦτο γεύσασθαι μὴ δυναμένην τῆς τοῦ Κυρίου χρηστότητος.

Θ'. Εἰ δὲ χρόνου καὶ φύσεως πρὸς Ἱερουσαλὴμ ἐπειγόμενος ἐκβαίνει τοὺς λόγους ὁ Ζοροβάβελ (9) · εἴθ' ὁ καθ' ἡμᾶς θεωρητικὸς νοῦς · εἴθ' ὁ ὑπὲρ ἡμᾶς δημιουργὸς Λόγος, ἐν ἡμῖν καθ' ἡμᾶς γενόμενος · καὶ διὰ τοῦτο γενόμενος ἄνθρωπος, ἵνα πρὸς ἑαυτὸν ἀγάγῃ διὰ σαρκώσεως τοὺς πρὸς τὰ πάθη καὶ τὸν θάνατον τῆς σαρκὸς ἑαυτοὺς ἀπὸ τῆς ἀπαθείας καὶ τῆς ζωῆς ἐξώσαντας, εἰκότως τοὺς αὐτῷ γεγεννημένους κατὰ τὸ θεμιτὸν παραπλησίους, ἑαυτῷ συνεξάγει, καὶ πρὸς τὴν Ἱερουσαλὴμ ἄγει τὴν οὐράνιον · ὧν τῆς ἀρετῆς τὴν ἀκρότητα καὶ τῆς γνώσεως, τοῖς προκειμένοις εἴδεσί τε καὶ ἀριθμοῖς συμβολικῶς διὰ ποικιλίας ὁ λόγος παρείκασε. Πᾶς γὰρ θεοφιλὴς καὶ δίκαιος ἄνθρωπος, νοητῶς τὴν ἐπάνοδον πρὸς τὴν ἄνω ποιούμενος Ἱερουσαλὴμ, τοὺς προκειμένους διαφόρων εἰδῶν ἀριθμοὺς συμπληροῖ · τοὺς ἑκάστου εἴδους καὶ ἀριθμοῦ λόγους εἰς μίαν ἀρετῆς τε καὶ γνώσεως συνάγων ἐκπλήρωσιν · καὶ δηλοῖ τοῦτο σαφῶς, τῆς προκειμένης ἡμῖν εἰς ἐξέτασιν Γραφῆς ὁ λόγος ἔχων οὕτως·

Οἱ δὲ πάντες ἦσαν ἐξ Ἰσραὴλ, ἀπὸ δωδεκαετοῦς χωρὶς παίδων καὶ γυναικῶν, μυριάδες τέσσαρες τρισχίλιοι τριακόσιοι ἑξήκοντα. Εὖγε τῆς ἀκριβείας τῶν λογίων τοῦ Πνεύματος, ἐπισημηναμένου μηδένα τῶν ἀριθμουμένων ἐν Ἱερουσαλὴμ καὶ τῆς Βαβυλωνίας ἐκβεβηκότων · ταύτην δὲ λέγω τὴν παρόντος αἰῶνος τὴν σύγχυσιν, εἶναι παντελῶς ὑπὸ τὸν δωδεκαετῆ χρόνον · δηλοῦντος τοῦ λόγου μυστικῶς, ὅτι μόνος ὁ γεγεννημένος ὑπὲρ αἴσθησιν καὶ χρόνον (10) · τοῦτο γὰρ δώδεκα σημαίνει σαφῶς ἀριθμὸς, ἐκ πέντε διὰ τὰς αἰσθήσεις, καὶ ἑπτὰ διὰ τὸν χρόνον συναγόμενος · καὶ τὴν πρὸς ταῦτα τῆς ψυχῆς διακύψας σχέσιν, ἐκβαίνει τῆς αὐτῶν συγχύσεως, πρὸς τὴν ἄνω πόλιν ἐπειγόμενος · ἔχων χωρὶς

[19] Isa. XLIX, 16. [20] Psal. LXXXVI, 7. [21] II Cor. V, 2. [22] Psal. CXXXVI, 5, 6. [23] Psal. XXXIII, 9; I Petr. II, 3.

Digitized by Google

γυναικῶν καὶ παίδων, μυριάδας τέσσαρας τρισχιλίους τριακοσίους ἑξήκοντα.

Παῖδές εἰσι τυχὸν (11), οἱ περὶ τῶν φυσικῶν καὶ ἀπαθῶν καὶ οὐκ ἐφ' ἡμῖν παθῶν λογισμοί· γυναῖκες δέ, ἢ αἱ ἐνθυμήσεις. ἢ αἱ κατὰ φύσιν ὀρέξεις καὶ ἡδοναί, μὴ φέρουσαι τοῖς κεκτημένοις διαβολήν· ὡς ἀναγκαῖον παρακολούθημα καθεστῶσαι φυσικῆς ὀρέξεως. Ἡδονὴν γὰρ ποιεῖ κατὰ φύσιν καὶ μὴ βουλομένων ἡμῶν, καὶ ἡ τυχοῦσα τροφή, προλαβοῦσαν ἐνδειαν παραμυθουμένη· καὶ πόσις ἀποκρουομένη τοῦ διψους τὴν ὄχλησιν· καὶ ὕπνος τὴν ἐκ τῆς ἐγρηγόρσεως δαπανηθεῖσαν ἀνανεούμενος δύναμιν· καὶ ὅσα τῶν καθ' ἡμᾶς φυσικῶν ἕτερα τυγχάνει, πρὸς μὲν σύστασιν φύσεως ἀναγκαῖα· πρὸς δὲ κτῆσιν ἀρετῆς ὑπάρχοντα χρήσιμα τοῖς σπουδαίοις· ἂπερ κἂν μὴ συναριθμεῖται τοῖς ἀνδράσιν, ἀλλὰ συνεκβαίνει παντὶ νοῒ φεύγοντι τῆς ἁμαρτίας τὴν σύγχυσιν· ἵνα μὴ δι' αὐτὰ μείνῃ κρατούμενος εἰς δουλείαν τῶν ἐφ' ἡμῖν καὶ διαβεβλημένων καὶ παρὰ φύσιν παθῶν· οὐκ ἐχόντων ἄλλην ἀρχὴν ἐν ἡμῖν πλὴν τῆς κινήσεως τῶν κατὰ φύσιν παθῶν.

Οὐ συναριθμεῖται δὲ (12), ὅτι μὴ πέφυκε πρὸς τὴν ἀθάνατον καὶ μακραίωνα ζωὴν συμμεταβαίνειν ἡμῖν, τὰ τὴν φύσιν πρὸς τὴν παροῦσαν ζωὴν συνέχοντα μόνη. Τέσσαρες δὲ μυριάδες εἰσὶν, ἡ τετρὰς τῶν γενικῶν ἀρετῶν· μεθ' ὧν φύσιν καὶ χρόνον διαβὰς ὁ νοῦς, πρὸς τὴν μακαρίαν τῆς ἀπαθείας ἀποκαθίσταται λῆξιν. Ὡς γὰρ ἡ μυριὰς τῷ τῆς μονάδος σημείῳ μόνῃ γνωρίζεται (13)· παντελῶς δι' ἄλλου γράμματος σημανθῆναι μὴ δυναμένη, ὡς ταυτὸν αὐτὴ κατὰ τὸ ὑποκείμενον τῇ μονάδι, κἂν δέχεται μόνῃ τῇ ἐπινοίᾳ διαφοράν, ὡς πρὸς ἀρχὴν τέλος. Τέλος γὰρ μονάδος ἐστὶν ἡ μυριάς· καὶ ἀρχὴ μυριάδος ἐστὶν ἡ μονάς· ἢ, κυριώτερον εἰπεῖν, κινουμένη μονάς, ἐστὶν ἡ μυριάς· καὶ ἀκίνητος μυριὰς, ἐστὶν ἡ μονάς. Οὕτω καὶ πᾶσα τῶν γενικῶν ἀρετὴ, τὴν θείαν καὶ ἄῤῥητον μονάδα φημὶ τὸν Θεὸν, ἀρχὴν ἔχει καὶ τέλος, ὡς ἐξ αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν ἀρχομένη καὶ λήγουσα· καὶ ταυτὸν ὑπάρχουσα τῷ Θεῷ, κατὰ μόνον τῆς ἐπινοίας διαφέρουσα τὸν λόγον· παρ' οὗ, καὶ εἰς ὃν πᾶσα γένεσις ἀρετῆς προδήλως ὑφέστηκεν, μόνῃ τῇ ἐπινοίᾳ διαφορὰν, ὡς πρὸς ἀρχὴν τέλος.

Ἡ τυχὸν τὰς τέσσαρας προκοπὰς τῶν ἐν τῇ δεκάδι τῶν θείων ἐντολῶν, εἰς μῆκος θεωρίας καὶ γνώσεως προβαινόντων, φησὶν εἶναι τὰς τέσσαρας μυριάδας ὁ λόγος. Οἷον πρώτη προκοπή ἐστιν (14), ἡ ἁπλῶς ἐν τοῖς εἰσαγομένοις μετὰ τὴν ἀποφυγὴν τῆς κακίας πρᾶξις τῶν ἐντολῶν· πλήρη ποιοῦσα τὴν πρώτην δεκάδα, τὴν αὐτὴν καὶ μονάδα. Δευτέρα προκοπή ἐστιν, ἡ δι' ἑκάστης ἐντολῆς ἐνεργουμένη τῶν λοιπῶν συμπερίληψις, τὴν αὐτὴν δεκάδα ποιουμένη καὶ ἑκατοντάδα, τῇ δι' ἀλλήλων ἑκάστης ἐντολῆς ἐνεργείᾳ συμπληρουμένην· ἡ γὰρ δεκὰς δεκαπλῶς ἐνεργηθεῖσα, ποιεῖ τὴν ἑκατοντάδα. Τρίτη προκοπή ἐστιν, ἡ κατὰ τὸν νόμον τῆς φύσεως ταύτης τῆς ἑκατοντάδος δεκάπλωσις· δεκαδικὸς γὰρ καὶ ὁ τῆς φύσεως νόμος ἐστὶν (15), ὡς ἐκ δέκα συνεστη-

absque mulieribus et pueris, quadringinta tria millia trecentos sexaginta habentem.

Sunt forte pueri (id est, servi) naturalium ac culpa vacantium, nec arbitrio voluntatis obsequentium affectuum rationes : mulieres vero, aut cogitationes, aut naturales appetitiones ac voluptates, nullam habentibus criminis inferentes labem ; quæ scilicet naturale velut corollarium naturalis appetitionis exsistunt. Voluptatem enim, velit quis nolit, naturaliter vel ipse obvius simplexque cibus facit, antecedentem indigentiam levans ; potusque, sitis depellens **168** molestiam ; somnusque, longa vigilia exhaustas vires instaurans : ac si qua alia nostra naturalia sunt, ad vitæ incolumitatem necessaria, studiosisque ad virtutem comparandam oppido utilia : quæ quamvis una cum viris in censum non redigantur, una tamen semper educit mens omnis, si qua peccati confusionem fugiat : ne per illa iis affectibus obnoxia maneat, qui nostri arbitrii sunt, nec culpa vacant, suntque innaturales ; quorum nulla alia in nobis origo, præterquam naturalium motus ipsę affectuum exsistit.

Non autem una in censum referuntur, quod fieri non possit, ut ii affectus ad immortalem ac longævam vitam nobiscum transeant, quibus interim dum vitam hanc agimus, natura confovetur. Porro, quatuor myriades (id est, quadraginta millia) quatuor sicut virtutes generales ; cum quibus mens, superatis natura et tempore, ad beatam tranquillissimi status requiem postliminio revertitur. Quemadmodum enim myrias (id est, dena millia) sola unitatis elemento indicatur, nullaque alia prorsus littera denotari potest : ut quæ ut idem cum illa subjecto sit, etsi subtili duntaxat cogitatu distinctionem admittit, velut finis cum principio collatus. Myrias enim, unitatis finis est ; atque unitas, myriadis principium exsistit : sive (ut verius loquar) unitas in motu, myrias est ; immotaque myrias, unitas. Sic quoque universalis omnis virtus, divinam atque arcanam unitatem (Deum scilicet) principium finemque habet, ut quæ ex ipso incipiat, inque ipsum desinat, atque idem cum Deo exsistat ; nec ac in quo palam virtutis omnis substantia consi-

Aut forte, profectus quatuor divinorum in deno numero mandatorum, contemplationis ac scientiæ proceritate promoventium, quatuor Scriptura myriadas vocat. Ut sub exemplo loquar : primus profectus est, quæ simpliciter in his qui inducuntur, seu rudimentarii sunt, post vitiorum fugam, mandatorum exsecutio noscitur, primam implens decadem, quæ eadem ac unitas sit. Secundus profectus est, quæ in singulis mandatis, reliquorum exercita comprehensio exsistit, eumdemque centenarium cum decade facit, dum cujusque **169** vicissim mandati operatione, plenus ipse consurgit. Decas enim decies acta atque impleta, centenarium efficit. Tertius profectus est, hujusce centenarii ex legis naturæ rationibus, decem partibus facta multipli-

Digitized by Google

catio. Nam etiam lex naturæ ad decem spectat, ut ex denis partibus constituta; tribus scilicet animæ viribus, ac quinque sensibus, vocalique operatione ac naturali fecunditate. Utitur enim rationis facultate, ad auctorem exquirendum, eoque bona quæ circa illum exsistunt. Cupiditatis facultate utitur, ad amorem ac desiderium eorum, quæ illi exquiruntur; facultate iræ, ad ea servanda atque amore tuenda; sensibus, ad discretionem, quæ ipsa quinque partibus dividatur: ex qua oriri habet scientia seu peritia. Dividitur autem universim discretio, his, quæ cœpta, et non cœpta; quæ intelligenda, et non intelligenda; quæ dicenda, et nefanda; quæ facienda, et non facienda; quæ corruptioni obnoxia, et non obnoxia. Facultate vocali utitur, ad elocutionem seu enuntiationem; ac demum fecunditate, ad ea quæ exquisita, concupita, vindicata, cognita, sermone deprompta bona sunt, adaugenda. Centenarius itaque ex legis naturæ rationibus, decem partibus multiplex, millenarius efficitur. Quartus denique profectus est, qui per contemplationem ac scientiam, juxta eam quam tradidimus divisionem, legis naturæ ad principalissimam cujusque mandati rationem ascensus est; secundum quem collecta myrias intelligitur, quæ primo unitatis elemento noscitur. Qui enim simpliciter mandata exsecutus est; rursumque ex cujusque operationis ratione reliqua simul assumpsit; atque iterum horum summæ, naturalis legis discretionem copulavit: hancque rursus ad cujusque mandati rationem scientia extulit; quatuor myriades (id est, quadraginta millia) collegit; unitatis mysterio, in quam myriadis colligitur ratio, per singulos honestatas profectus.

Aut rursus quas vocant quatuor generales imperturbationes, myriades quatuor significant. Prima enim imperturbatio (ἀπάθεια) plena est ipso opere in iis qui indicuntur ac rudimentarii sunt, abstinentia a malis. Altera, plena perfectaque rationum in consensum 170 malorum trahentium mentis cogitatu abjectio, in iis qui ratione comite virtutem colunt: tertia itidem, plena perfectaque cupiditatis in libidines affectusque immota firmitas, in iis qui per figuras rerum oculis aspectabilium rationes mente contuentur. Quarta denique plena ipsa perfectaque, a nudo ipso libidinum cogitatu, puritas, in iis consistens, qui per scientiam et contemplationem, mundum lucidumque Dei speculum, mentem reddiderunt.

Qui igitur a vitiorum se actu opereque mundavit, ac, quo mentis assensu illis afficiatur, jugum excussit, motumque in ea cupiditatis exstinxit, a nudo denique ipsorum cogitatu mentem impollutam reddidit: is, quatuor myriadibus instructus (quadraginta scilicet millibus) a materia ac terrenis exit, atque ad divinas ac pacatas intellectilium sedes contendit.

In hunc quidem modum eoque sensu explicatæ nobis sunto quatuor myriades: tria autem millia, perfectam rectamque ac piam de sancta et consubstantiali Trinitate cum ratione doctrinam signifi-

A κώς· λέγω δὲ, τῶν τριῶν τῆς ψυχῆς δυνάμεων, καὶ τῶν πέντε αἰσθήσεων, καὶ τῆς φωνητικῆς ἐνεργείας, καὶ τῆς φυσικῆς γονιμότητος· κέχρηται γὰρ (16), τῷ μὲν λογιστικῷ πρὸς τὴν τῆς αἰτίας, καὶ τῶν περὶ τὴν αἰτίαν τῶν καλῶν ζήτησιν· τῷ ἐπιθυμητικῷ δὲ, πρὸς πόθον τῶν ζητουμένων· τῷ δὲ θυμικῷ, πρὸς φυλακὴν καὶ στοργήν· ταῖς αἰσθήσεσι δὲ, πρὸς διάκρισιν (17), πενταχῶς καὶ αὐτὴν διαιρουμένην, ἐξ ἧς ἐπιστήμη γενέσθαι πέφυκε. Διαιρεῖται γὰρ ἡ καθόλου διάκρισις (18), τοῖς ἠργμένοις (19), καὶ οὐχ ἠργμένοις· τοῖς νοητέοις, καὶ οὐ νοητέοις· τοῖς ῥητέοις, καὶ οὐ ῥητέοις· τοῖς ποιητέοις, καὶ οὐ ποιητέοις· τοῖς φθαρτοῖς, καὶ τοῖς ἀφθάρτοις. Τῷ δὲ φωνητικῷ πρὸς ἐκφώνησιν· καὶ τῇ γονιμότητι, πρὸς αὔξησιν τῶν ζητηθέντων καὶ ἐπιθυμηθέντων B καὶ στερχθέντων καὶ γνωσθέντων καὶ ἐκφανθέντων καλῶν. Γίνεται οὖν ἡ ἑκατοντὰς, κατὰ τὸν νόμον δεκαπλουμένη τῆς φύσεως, χιλιάς. Τετάρτη δὲ προκοπή ἐστιν, ἡ διὰ θεωρίας καὶ γνώσεως τοῦ φυσικοῦ νόμου κατὰ τὴν ἀποδοθεῖσαν διαίρεσιν, πρὸς τὸν ἑκάστης ἐντολῆς ἀρχικώτερον λόγον ἀνάβασις· καθ' ἣν ἡ μυριὰς συναγομένη θεωρεῖται, τῷ τῆς πρώτης μονάδος στοιχείῳ γνωριζομένη. Ὁ γὰρ ἁπλῶς ἐνεργήσας τὰς ἐντολὰς· καὶ πάλιν κατὰ τὴν ἑκάστης ἐνέργειαν τὰς ἄλλας συμπαραλαβών· καὶ αὖθις τῇ περιλήψει τούτων, τὴν τοῦ φυσικοῦ νόμου συζεύξας διάκρισιν· καὶ τοῦτον πάλιν πρὸς τὸν ἑκάστης ἐντολῆς λόγον γνωστικῶς ἀναβιβάσας, τὰς τέσσαρας μυριάδας συνήγαγε· καθ' ἑκάστην προκοπὴν τῷ τῆς C μονάδος τιμηθεῖσας μυστηρίῳ, πρὸς ἣν ὁ τῆς μυριάδος συνάγεται λόγος.

Ἢ πάλιν, τὰς λεγομένας τέσσαρας γενικὰς ἀπαθείας (20), αἱ τέσσαρες μυριάδες σημαίνουσι. Πρώτη γάρ ἐστιν ἀπάθεια (20), ἡ παντελὴς ἀποχὴ τῶν κατ' ἐνέργειαν κακῶν, ἐν τοῖς εἰσαγομένοις θεωρουμένη· δευτέρα δὲ (22), ἡ παντελὴς κατὰ διάνοιαν περὶ τὴν τῶν κακῶν συγκατάθεσιν ἀποβολὴ λογισμῶν, ἐν τοῖς μετὰ λόγου τὴν ἀρετὴν μετιοῦσι γινομένη· τρίτη (23), ἡ κατ' ἐπιθυμίαν περὶ τὰ πάθη παντελὴς ἀκινησία, ἐν τοῖς διὰ τῶν σχημάτων τοὺς λόγους νοητῶς θεωρουμένοις τῶν ὁρωμένων. Τετάρτη ἀπάθεια (24), ἡ καὶ αὐτὴ τῆς ψιλῆς τῶν παθῶν φαντασίας παντελὴς κάθαρσις, ἐν τοῖς διὰ γνώσεως καὶ θεωρίας καθαρὸν D καὶ διειδὲς ἔσοπτρον τοῦ Θεοῦ ποιησαμένοις τὸ ἡγεμονικὸν συνισταμένη.

Ὁ τοίνυν καθάρας ἑαυτὸν ἐνεργείας παθῶν, καὶ τῆς ἐπ' αὐτοῖς κατὰ διάνοιαν συγκαταθέσεως ἐλευθερώσας· καὶ τῆς περὶ αὐτὰ κατ' ἐπιθυμίαν κινήσεως στάσιν λαβών· καὶ τῆς αὐτῶν ψιλῆς φαντασίας τὸν νοῦν καταστήσας ἀμόλυντον, τὰς τέσσαρας μυριάδας ἔχων ἐξέρχεται τῆς ὕλης καὶ τῶν ὑλικῶν, καὶ πρὸς τὴν θείαν καὶ εἰρηνικὴν τῶν νοητῶν ἐπείγεται λῆξιν.

Οὕτω μὲν οὖν νοεσθωσαν ἡμῖν αἱ τέσσαρες μυριάδες· αἱ δὲ τρεῖς χιλιάδες (25), τὸν τέλειον καὶ ὀρθὸν καὶ εὐσεβῆ περὶ τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου Τριάδος λογικὸν σημαίνουσι λόγον· καθ' ὃν ἡ ἁγία τρια-

Digitized by Google

ὑπόστατος μονάς, εἷς παρ' ἡμῶν ὑμνεῖται Θεὸς καὶ πιστεύεται.

Οἱ δὲ τριακόσιοι, τὸν περὶ προνοίας ἐνταῦθα παραδηλοῦσι λόγον· οὐχ ὅτι μόνον τῷ σχήματι τοῦ γράμματος ἡ ἄνωθεν ἐπὶ τὰ κάτω διήκουσα, καὶ τῶν ἑκατέρωθεν πλαγίων τὰ ἄκρα περιλαμβάνουσα σημαίνεται δύναμις· ὅπερ τὴν τὸ πᾶν διασφίγγουσαν ἀῤῥήτως δηλοῖ πρόνοιαν· ἀλλ' ὅτι καὶ τῷ τοῦ σταυροῦ τύπῳ τετίμηται, ἐν ᾧ τὸ μέγα καὶ πρῶτον καὶ ἀπόκρυφον τῆς προνοίας ἀπετελέσθη μυστήριον. Προνοίας γὰρ καθέστηκε τρόπος ἀπόῤῥητος, τὸ μέγα τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Θεοῦ μυστήριον· ᾧ τύπῳ (26), μετὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ ἐπ' αὐτοῦ δι' ἡμᾶς προσηλωθέντος, τάχα θαῤῥήσας ὁ μέγας πατριάρχης Ἀβραὰμ, μετὰ τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτώ· τουτέστι, τύπου καὶ ὀνόματος Ἰησοῦ, τὰς δηλουμένας διὰ τῶν βασιλέων ἀντικειμένας ἐξελθὼν κατεπάλαισε δυνάμεις. Πολλάκις γὰρ οἶδεν ἡ Γραφὴ καὶ ἐκ τῶν ἐν τοῖς γράμμασι σχημάτων, τὸν ἴδιον φανερῶσαι σκοπὸν, τοῖς ἐπὶ τοῦτο καθαιρομένοις.

Εἰ δὲ καὶ ἐκ τοῦ ἀριθμοῦ (27) βούλεταί τις τὸ βούλημα σκοπῆσαι τῆς ἁγίας Γραφῆς, καὶ οὕτως τὴν πρόνοιαν δι' αὐτοῦ μηνυομένην εὑρήσει. Προνοίας γὰρ ἔργον, οὐ μόνον κατὰ τὸν ἑαυτῆς τοῦ εἶναι λόγον φυλάξαι τὴν φύσιν ἀμείωτον· ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν ἐπίκτητον τοῦ εὖ εἶναι χάριτι λόγον ἀνελλιπῶς ἐκτεῖσαι δεῖξαι. Οὐκοῦν τοῖς διακοσίοις τὰ ἑκατὸν συνάγας τις, ἀποτελεῖ τὸν τριακόσια· δηλοῦντα φύσιν καὶ ἀρετήν. Δηλοῖ γὰρ φύσιν ὁ διακόσια ὡς ἐξ ὕλης καὶ εἴδους ὑπάρχουσαν, εἴπερ ἡ ὕλη τετραδικὴ διὰ τὰ τέσσαρα στοιχεῖα· τὸ δὲ εἶδος, πενταδικὸν, διὰ τὴν αἴσθησιν τὴν τὸ ὑλικὸν πρὸς εἶδος σχηματίζουσαν φύραμα. Πεντάκις γὰρ συνθεὶς τὸν τεσσαράκοντα· ἡ τετράκις τὸν πεντήκοντα, ποιεῖ τὸν διακόσια. Ὁ δὲ ἑκατὸν ἀριθμὸς (28), τὴν τελείαν ἀρετὴν στρέφει, ὡς ἔχων δεκαπλουμένην τὴν θείαν δεκάδα τῶν ἐντολῶν· εἰς ἣν φθάσας Ἀβραὰμ, πατὴρ γίνεται τοῦ μεγάλου Ἰσαὰκ, νεκρὸς κατὰ φύσιν· ζωῆς καὶ χαρᾶς γεννήτωρ κατὰ πνεῦμα γενόμενος. Συνθεὶς οὖν τοῖς διακοσίοις τὰ ἑκατὸν, τὸν τριακόσια τελειώσας ἂν ἀριθμὸν, δηλοῦντα τὴν πρόνοιαν, κατὰ τὸν εὖ εἶναι λόγον τὴν φύσιν συνέχουσαν.

Trecentesimus autem numerus, hic loci Providentiæ rationem significat: non ea tantum ratione, quod litteræ ipsa figura, virtus superne ad ima pervadens, atque lateris utriusque extrema complectens, designetur; quod plane Providentiam arcanis rationibus cuncta astringentem significat, sed quod etiam crucis figura honestatus sit, in qua magnum primumque ac absconditum Providentiæ est peractum mysterium. Providentiæ enim arcanus modus est, magnum illud sacramentum [25], quo Deus homo factus est. Quo typo, cum ejus nomine qui propter nos in illo affixus est, fortean fretus magnus patriarcha Abraham [26], cum trecentis decem et octo (hoc est, figura et nomine Jesu) adversarias potestates regum symbolo designatas, educens profligavit. Moris enim Scripturæ est, ut ex elementorum quoque figuris, suum ipsa scopum, purgatis ut hoc consequantur, non raro manifestet.

Quin si etiam ex numero, sacræ quis Scripturæ mentem propositumque spectare velit, sic quoque inveniet illo Providentiam designari. Ad Providentiam **171** enim spectat, ut nedum naturam secundum suam essendi rationem, nullo ejus dispendio, servet; verum etiam ut secundum adventitiam beatitatis, gratiæ munere, rationem, cui nihil desit perfectamque efficiat. Igitur si ducentis centum adnectas, trecenos absolves: qui numerus naturam atque virtutem significat. Nimirum ducentenus numerus naturam significat, quippe ex materia exsistentem et forma: siquidem materia quaternaria est propter quatuor elementa; forma vero, quinaria, propter sensum concretam materiæ molem formantem ad speciem. Quinquies enim quis componens quadraginta, quaterve quinquaginta, ducenta facit. Centenarius autem numerus perfectam virtutem significat, ut qui decem partibus multiplicatam divinam mandatorum decadem habeat; ad quam Abraham cum pervenisset, magni Isaac pater effectus est [27]; ad naturam quidem quod attinet, emortuus: quod vero ad spiritum, vitæ genitor ac gaudii factus. Ducentis itaque si centum addas, trecentorum impleveris numerum, Providentiam significantem, ac qui naturam contineat, qua ratione beatitate donatur.

Ὁ δὲ ἑξήκοντα, τὴν κατὰ φύσιν ποιητικὴν τῶν ἐντολῶν σημαίνει δύναμιν τετελειωμένην τοῖς λόγοις τῶν ἀρετῶν. Εἰ γὰρ ὁ ἕξ τὴν ποιητικὴν σημαίνει τῆς φύσεως δύναμιν, ὡς τέλειος καὶ ἐκ τῶν ἰδίων μερῶν συνιστάμενος· διὸ καὶ ἐν ἕξ ἡμέραις πεποιηκέναι τὸν Θεὸν τὸν κόσμον γέγραπται· ὁ δὲ δέκα τὸ τέλειον τῆς ἐν ταῖς ἐντολαῖς ἀρετῆς δηλοῖ· ἄρα ὁ ἑξήκοντα (29). τὴν κατὰ τὴν φύσιν δεκτικὴν τῶν ἐν ταῖς ἐντολαῖς θείων λόγων σαφῶς παραδηλοῖ δύναμιν.

Οὐκοῦν αἱ τέσσαρες μυριάδες πρὸς τοῖς τρισχιλίαις τριακοσίοις ἑξήκοντα, δηλοῦσι τὸν τέλειον περὶ ἀρετῆς λόγον· καὶ τὸ σεπτὸν τῆς θεολογίας μυστή-

Sexagenarius autem perfectam virtutum rationibus naturalem mandatorum effectricem vim significat. Cum enim senarius effectricem naturæ vim significet, tanquam perfectus, ac qui ex propriis partibus constet (unde etiam scriptum est fecisse Deum sex diebus cœlum et terram [28]), denariusque numerus virtutis explendo mandata perfectionem designet; plane fit, ut sexagenarius naturalem vim, divinarum in mandatis rationum capacem perspicue denotet.

Quatuor igitur myriades (id est, quadraginta millia), adjunctis tribus millibus trecentis sexaginta, perfectam virtutis rationem significant; veneran-

[25] I Tim. III, 16. [26] Gen. XIV, 14. [27] Gen. XVII, 17; XXI, 3. [28] Gen. II, 2.

Digitized by Google

dumque theologiæ mysterium, ac verum Providentiæ propositum; necnon virtutibus imbutam effectricem naturæ vim: quibuscum, qui a carne sensuque ac mundo spiritu mentem sejunxerit, omnino egreditur, relicta quæ his invicem inest (velut antiqui Babylone) permista confusione; atque ad supernam contendit civitatem, ab omni in rem quamlibet affectione ac libidine mentem solutam habens.

A ριον· καὶ τὸν ἀληθῆ τῆς προνοίας σκοπὸν· καὶ τὴν ἀρεταῖς ποιωθεῖσαν πρακτικὴν τῆς φύσεως δύναμιν· μεθ' ὧν ὁ σαρκὸς, αἰσθήσεώς τε καὶ κόσμου τῷ πνεύματι διακρίνας τὸν νοῦν, πάντως ἐξέρχεται· τὴν ἐν ἀλλήλοις τούτων ἀφεὶς (30), ὡς τὴν Βαβυλωνίαν οἱ πάλαι, φύρσιν καὶ σύγχυσιν· καὶ πρὸς τὴν ἄνω πόλιν ἐπείγεται, πάσης τὸν νοῦν ἔχων τῆς πρὸς ὁτιοῦν σχέσεως ἀνετόν.

172 *Horum autem servi et ancillæ, septem millia trecenti et septem.* Lex, quo loco de servis et ancillis sancit, Hebræos servos et ancillas annos sex servire constituit[28], annoque septimo liberos dimitti; alienigenas autem servos et ancillas in sæculum servire, quinquagesimum, puto, remissionis annum sæculum vocans. Porro Hebræus servus ac Hebræa ancilla B sunt, quæ actionis cultori philosopho annos sex servientes, ratio mentisque cogitatio, eique ad moralem excogitandum decorem ac virtutis modos adinveniendos, operam navant. Cuivis enim actionem colenti servi in morem ac ancillæ laborant ratio mentisque cogitatio, qua studiosæ actionis modos excogitant ac fabricantur, suasque omnes vires velut acie instructa, propellendis nequissimis spiritibus actioni infestis, addictas habent. Expleta autem agente philosophia, quam designat senarius numerus (dictum namque est senarium numerum philosophiam designare, quæ in actione versatur) ad spiritalem libere patriam dimittuntur, ratio mentisque cogitatio, ut nimirum ad affinium in rebus rationum contemplationem revertantur; tum scilicet, cum annum septimum, id est, imperturbationis habitum, hactæ fuerint; quo, ingenti rationis labore, eique conjunctæ cogitationis mentis, edomitæ perturbationes vitiaque ab animo recedunt abeuntque.

Παῖδες δὲ τούτων καὶ παιδίσκαι ἑπτακισχίλιοι τριακόσιοι ἑπτά. Ὁ νόμος ἐν τῷ περὶ παίδων καὶ παιδισκῶν τόπῳ διαγορεύων φησὶ, Τοὺς Ἑβραίους παῖδας καὶ παιδίσκας ἓξ ἔτη δουλεύειν· καὶ τῷ ἑβδόμῳ ἀπολύεσθαι ἐλευθέρους· τοὺς δὲ ἀλλοφύλους παῖδας καὶ παιδίσκας δουλεύειν εἰς τὸν αἰῶνα· τὸ πεντηκοστὸν ἔτος οἶμαι τῆς ἀφέσεως αἰῶνα καλῶν. Ἑβραῖος δὲ παῖς καὶ Ἑβραία παιδίσκη εἰσὶν (31), οἱ τῷ πρακτικῷ φιλοσόφῳ δουλεύοντες ἓξ ἔτη, λόγος καὶ διάνοια, πρὸς ἐπίνοιαν τῆς ἠθικῆς εὐπρεπείας καὶ ἀρετῆς τρόπων ἐξεύρεσιν. Παντὶ γὰρ πρακτικῷ, παιδὸς καὶ παιδίσκης δίκην ὁ λόγος καὶ ἡ διάνοια μοχθοῦσι, τοὺς κατ' ἀρετὴν τῆς πράξεως τρόπους ἐπινοοῦντές τε καὶ δημιουργοῦντες· καὶ οἷον πᾶσαν ἑαυτῶν κατὰ τῶν ἀντικειμένων τῇ πρακτικῇ πνευμάτων τῆς πονηρίας τὴν δύναμιν ἔχοντες ἀντιτεταγμένην. Πληρώσαντες οὖν τὴν πρακτικὴν φιλοσοφίαν, ἣν ὁ ἐξ τῶν ἐτῶν παρεδήλωσεν ἀριθμός· εἴρηται γὰρ ὡς ὁ ἐξ ἀριθμὸς τὴν πρακτικὴν σημαίνει φιλοσοφίαν· ἐλεύθεροι πρὸς τὴν πνευματικὴν ἀπολύονται· δῆλον ὅτι τῶν ἐν τοῖς οὖσι συγγενῶν λόγων C θεωρίαν ἐπανερχόμενοι, ὅ τε λόγος καὶ ἡ διάνοια· ὀπηνίκα κατὰ τὸ ἑβδομον ἔτος γένωνται (32)· τουτέστι, τῆς ἀπαθείας τὴν ἕξιν· καθ' ἣν δαμασθέντα τῷ πολλῷ καμάτῳ τοῦ λόγου καὶ τῆς συνημμένης αὐτῷ διανοίας, ὑποχωρεῖ τῆς ψυχῆς τὰ πάθη καὶ ὑπίστασται.

Servus autem alienigena et ancilla ira sunt et cupiditas, quas in perpetuum rationis dominio ad virtutum ministerium perfortitudinem ac temperantiam animus contemplationi studens mancipat, nulla prorsus libertatis ergo dimissione donans, quousque naturæ lex ab spiritus lege perfecte absorpta fuerit, haud secus ac carnis miseræ mors ab infinita vita; totaque clare æterni regni imago eluxerit[29], quæ totam exemplaris formam imitatione expressam obtineat: quam adeptus animus, contemplationi studens, iram pariter ac cupiditatem manu mittit: hanc quidem in amoris divini incorruptam voluptatem intemeratamque illecebram transmutans; illam vero, in fervorem spiritalem, jugisque deflagrationem ac sobriam insaniam, transferens; qua, ut par est, incorruptæ lucis ingens radius magnus Paulus effectus, in Actis audivit ex Agrippa rege: *Insanis, Paule*[30]. **173** Ac rursus ipse de seipso ad Corinthios scribens: *Sive insanimus, Deo; sive sobrii sumus, vobis*[31]; nempe sobriam secundum Deum insaniam, ἔκστασιν (velut dicas, *excessum*)

Ἀλλόφυλος δὲ παῖς καὶ παιδίσκη (33), ὁ θυμὸς καὶ ἡ ἐπιθυμία, οὓς ὑποζεύγνυσι διαπαντὸς τῇ δεσποτείᾳ τοῦ λόγου πρὸς ὑπηρεσίαν τῶν ἀρετῶν δι' ἀνδρείας καὶ σωφροσύνης ὁ θεωρητικὸς νοῦς, οὐ διδοὺς αὐτοῖς παντελῶς τὴν πρὸς ἐλευθερίαν ἄφεσιν, ἕως ἂν καταποθῇ τῷ νόμῳ τοῦ πνεύματος τελείως ὁ τῆς φύσεως νόμος· καθάπερ ὑπὸ ζωῆς ἀπείρου, σαρκὸς δυστήνου θάνατος· καὶ πᾶσα δειχθῇ καθαρῶς ἡ τῆς ἀνάρχου βασιλείας εἰκὼν, πᾶσαν ἔχουσα τοῦ ἀρχετύπου διὰ μιμήσεως τὴν μορφήν· καθ' ἣν γενόμενος ὁ θεωρητικὸς νοῦς, ἐλευθέρους ποιεῖται τόν τε θυμὸν καὶ τὴν ἐπιθυμίαν· τὴν μὲν, πρὸς τὴν ἀκήρατον τοῦ θείου ἔρωτος ἡδονὴν, καὶ τὴν ἄχραντον θέλξιν μετασκευάζων· τὸν δὲ, πρὸς ζέσιν πνευματικὴν καὶ διάπυρον ἀεικινησίαν καὶ σώφρονα μανίαν μεταβιβάζων· καθ' ἣν, ὡς ἔοικεν, ἡ μεγάλη τοῦ ἀκηράτου φωτὸς ἀκτὶς ὁ μέγας ἀπόστολος Παῦλος γενόμενος, ἐν ταῖς Πράξεσιν ἤκουσε παρὰ τοῦ βασιλέως Ἀγρίππα, *Μαίνῃ, Παῦλε*. Καὶ πάλιν αὐτὸς περὶ ἑαυτοῦ πρὸς Κορινθίους γράφων, *Εἴτε ἐξέστημεν Θεῷ, εἴτε σωφρονοῦμεν ὑμῖν*· τὴν κατὰ Θεὸν

[28] Deut. xv, 12, 17, 28. [29] II Cor. v, 4. [30] Act. xxvi, 24. [31] II Cor. v, 15.

Digitized by Google

σώφρονα μανίαν ἐκστάσιν ὄηλον ὅτι καλέσας· ὡς ἔξω ποιουμένην τῶν ὄντων τὸν κατ' αὐτὴν σώφρονα νοῦν.

Τὸν δὲ τούτων ἀριθμὸν σημαίνειν ὑπονοῶ (54), τὴν κατὰ τὸν λόγον χρονικὴν μετὰ τῆς ἀπαθείας τῶν τρόπων πρόνοιαν καθ' ἣν καὶ λόγῳ καὶ διανοίᾳ καθάπερ Ἑβραίοις παισὶ καὶ παιδίσκαις κατὰ τὴν πρᾶξιν δουλεύουσιν ἐπικείμενος ὁ νοῦς, ὁρίζει τὰ μέτρα τῆς κατ' ἀρετὴν τούτων ὑπουργίας· μεταφέρων πρὸς θεωρίαν· καὶ θυμοῦ καὶ ἐπιθυμίας ὡς ἀλλοφύλων παίδων καὶ παιδισκῶν ἐπιμελούμενος, ὡς δούλων δεσπότης, πρὸς τὴν ἰσότιμον ἄγει κατὰ τὸ τέλος ἐλευθερίαν (55). Τὴν μὲν ἐπιθυμίαν, ποιῶν ἔφεσιν τῶν θείων ἀπολαυστικήν· τὸν δὲ θυμὸν, τόνον ἀπολαυστικῆς ἐφέσεως ἄληκτον· καὶ ἀποτελῶν Ἑβραίους ἀληθινοὺς κατὰ τὴν χάριν, τοὺς ἀλλοφύλους δούλους.

Ψάλται καὶ ψαλτῳδοὶ, ὀκτακόσιοι πεντήκοντα πέντε. Ψάλται εἰσὶν (56), οἱ τὸν θεῖον λόγον τοῖς τῶν ἀρετῶν τρόποις ἄνευ θεωρίας κατὰ τὴν πρᾶξιν ἀναγινώσκοντες. Ψαλτῳδοί εἰσιν (57), οἱ τὸν θεῖον λόγον τοῖς τῶν ἀρετῶν τρόποις μετὰ τῆς κατὰ τὴν θεωρίαν γνωστικῆς τερπνότητος τοῖς ἄλλοις μυσταγωγοῦντες, καὶ τὰ νοητὰ αὐτῶν ὦτα καθηδύνοντες.

Ὁ δὲ τούτων ἀριθμὸς δηλοῖ (58), τὴν ἐφικτὴν ἀνθρώποις ἐπιστήμην τῶν αἰωνίων· ὁ γοῦν ὀκτακόσια καὶ ὁ πεντήκοντα· ὁ μὲν, τοὺς τῆς γνώσεως· ὁ δὲ, τοὺς τῶν ἀρετῶν μέλλοντας λόγους ὑποφαίνει. Ὁ δὲ πέντε, τὴν ἐπὶ τούτοις ἐπιστήμην παρίστησι· καθὼς περὶ τοῦ πέντε μικρῷ πρόσθεν ἀποδεδώκαμεν ἀριθμοῦ.

Κάμηλοι τετρακόσιαι τριάκοντα πέντε. Κάμηλοι συνεξιοῦσαι τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ σὺν ἐλευθερίᾳ πολλῇ, τῆς πικρᾶς ἀπολυομένοις αἰχμαλωσίας εἰσὶν, αἱ φυσικαὶ τῶν ὁρωμένων διάφοροι θεωρίαι, κατὰ τὴν κάμηλον ἔχουσαι πρὸς μὲν αἴσθησιν, ὥσπερ πόδας ἀκαθάρτους, τὰς ἐπιφανείας τῶν ὁρατῶν· πρὸς δὲ νοῦν, ὥσπερ κεφαλὴν καθαροὺς, τοὺς ἐν αὐτοῖς ὑψηλοτέρους ἐν πνεύματι λόγους.

Καὶ τάχα περὶ τούτων τῶν καμήλων, τὴν δόξαν τῆς νοουμένης Ἱερουσαλὴμ προφητικῶς ὁ μέγας τρανικνὺς Ἡσαΐας, ἔφη· *Καὶ καλύψουσί σε κάμηλοι Μαδιὰν καὶ Γεφὰρ·* τουτέστιν (59), αἱ πνευματικαὶ θεωρίαι τῶν κατὰ φύσιν παθῶν. *Ἔκκρισις γὰρ* Μαδιὰν (*x*) ἑρμηνεύεται, ἢ *πηλὸς αἱματώδης·* ἢ *ἰδρῶτες ἀνθρώπινοι καὶ μητρός.* Γεφὰρ δὲ, *κτῆσις νώτου,* ὅπερ ἐστὶ θεωρία εἰς ὕψος αἰρομένη τῶν περὶ σάρκα παθῶν. Ψυχῆς δὲ νῶτον, ὡς ὀπίσθιον, ἡ σὰρξ· οἷς καθάπερ πόλιν ἁγίαν, τὴν πνευματικὴν τῆς εἰρηνικῆς καὶ ἀστασιάστου τῶν μυστικῶν θεα-

A vocans; ideirco, nimirum, quod mentem ea sobriam rebus avocet extraque illas constituat.

Horum vero numerum arbitror significare eam, quæ secundum rationem est, temporalem cum imperturbatione modorum morumque providentiam ac curam; qua, rationi mentisque cogitationi velut Hebræis servis atque ancillis, actionis cultu servientibus mens præsidens præstandæ virtuti operæ moras definit, ad contemplationem transferens; iræque ac cupiditati velut alienigenis servis et ancillis, herili benignitate curam habens, ad parem in fine libertatem ducit; cupiditatem quidem, desiderium bonorum fruitione felix, iramque, desiderii fruentis sempiternum vigorem (veros denique Hebræos, ser-
B vos alienigenas) gratiæ munere faciens.

Cantores et modulatores, octingenti quinquaginta quinque. Cantores sunt, qui divinum sermonem virtutum modis absque contemplatione ex actionis rationibus enuntiant: modulatores vero sunt, qui divinum sermonem virtutum modis cum doctæ contemplationis dulcedine alios docent, illorumque spiritales aures suaviter mulcent.

Horum autem numerus, quanta hominibus concessa est, divinorum scientiam designat: tum nempe octingentesimus, tum quinquagesimus; quorum alter, scientiæ, alter virtutum rationes indicat. Quinarius autem, quæ his accedit, scientiam repræsentat; sicut paulo ante de quinario numero exposuimus.
C

Cameli quadringenti triginta quinque. Cameli, magna libertate cum filiis Israel amara captivitate solutis egressæ, naturales sunt diversæ rerum aspectabilium contemplationes; camelorum more, ad sensum quidem quod attinet, velut pedes, immunda rerum aspectabilium extima corpora figurasque habentes; quod vero ad mentem, velut caput, mundas, quæ in eis relucent, sublimiores in spiritu rationes.

Forte vero de his camelis, spiritalis Jerusalem claritatem vaticinans atque præmonstrans, magnus Isaias ait: *Et operient te cameli Madian et Gefar*[13]; hoc est, **174** spiritales naturalium affectuum
D contemplationes. Madian namque, si nomen interpreteris, *ventris dejectionem* sonat, vel *lutum cruentum*, aut *humanos matrisque sudores*. Gefar autem, *dorsi possessionem*, quod est, in altum elata carnalium affectuum contemplatio. Animi porro dorsum caro est, veluti posticum: quibus, velut sanctam civitatem, spiritales pacificæ pacatissimæque mysticarum spe-

[13] Isa. LX, 6.

(*x*) *Ἔκκρισις γὰρ Μαδιάν.* Ita nimirum quos auctores sequitur Maximus hoc etymo, quasi ἀπὸ τοῦ מדה, *stercus, fimus*; litterarum μεταθέσει. Alii melius ἀπὸ τοῦ דין *judicavit, disceptavit*; quo modo auctor libelli expositionis nominum propriorum ad calcem bibliorum: *judicium, vel judicans, sive litigans aut objurgans.* Nec aliud videatur quærendum etymum. Hieron. tamen Isa. LX, 6; *Madian quippe in hoc loco interpretatur iniquitas.* Additque de Epha, *Ephas, resolutus sive effundens*, quod Maximus hic κτῆσις νώτου, *dorsi possessio*, cum עפה et plur. עפאים sit, *Rami, Frondes.* אפי aliud nomen est, quod *Lassus aut volans* in laudato libello redditur: vel Syriace *plicatus seu complicatus.*

Digitized by Google

culationum scientiæ sedes, quasi jumentis opertum iri, Scriptura sacra testatur.

Hujus, quam tradidi, expositionis vim declarat etiam ipse numerus ; qui nempe rationalem circa naturam tempusque versantem motum significet.

Et equi septem millia septingenta triginta sex. Equus est, qui in cursu, quem studiosi in vita instituunt, toto iræ vigore pollet. Aiunt enim iræ bilem pedum ungulas esse, quas illi natura concessit. Quamobrem etiam reliquis sicuris animantibus, atque hominum jugo mancipatis, longe expeditior ad cursum fortiorque habitus est. Ilis magnus propheta Habacum per Spiritum sanctos prophetas comparans, ait, *Immisisti in mare equos tuos, turbantes aquas multas*[33]; nimirum, equos vocans sanctos ac beatos apostolos, qui salutarem veritatis doctrinam coram gentibus et regibus toto orbe portent. Moraliter enim mundum mare appellavit; ac gentes aquis similes induxit, quæ videlicet ingenti vi doctrinæ Spiritus conturbentur ac concutiantur, salubrique agitatione ab incredulitate ad fidem, ab ignorantia ad agnitionem a vitio ad virtutem traducantur.

Porro ipse quoque equorum numerus id significat, qui philosophiæ ex virtutis rationibus agentis habitum designet. Septem millium enim septingentorumque numerus, qui tempus referat, velocem in virtutibus motum significat : triginta sex autem, concurrentem virtutibus naturæ actionem.

Muli vero octingenti quadraginta quinque. Mulus, qua ratione laudis argumento sumitur, vitii habitus est penitus infecundus. Idcirco, congrue admodum exque mente Scripturæ ingenue, qui in Israele rerum potiebatur, non equo sedere jussus est, sed mulo[34]; id nimirum significante Scriptura, operæ pretium esse, mentem contemplationi deditam, quæ velut regali jure existentibus in rebus notionibus ac speculabilibus, propriisque **175** adeo motibus dominetur, vitii infecundo habitu præditam esse; ejusmodi scilicet, qui nec vitium ac pravitatem prorsus concipiat, neque gignat; super quo ferri, cum contemplatione movetur, necesse est; ne forte, dum res spiritaliter despicit, imprudens in quem nequissimorum spirituum incidat, quorum scilicet moribus comparatum, ut rei cujusdam sensilis objectu castam cordis affectionem corrumpant.

Nec vero nos latet, etiam vituperio usurpari mulum in Scriptura, ut est illud, *Nolite fieri sicut equus et mulus, quibus non est intellectus*[34*]. Equum scilicet vocante Scriptura, habitum equi pene in feminam hinnientis more in libidines vitiaque effusum[35]; mulum vero, qui neque concipiat neque pariat, quod sit honestum : quos ambos pariter interdictos voluit, his, quos salutis desiderium incessit : alterum, uti vitii parentem; al-

μάτων γνώσεως λῆξιν, οἷα κτήνεσι καλύπτεσθαι φησὶν ὁ λόγος.

Δηλοῖ δὲ τὴν ἀποδοθεῖσαν δύναμιν (40), καὶ αὐτὸς ὁ ἀριθμὸς, τὴν περὶ φύσιν καὶ χρόνον λογικὴν σημαίνων κίνησιν.

Καὶ ἵπποι ἑπτακισχίλιοι ἑπτακόσιοι τριάκοντα ἕξ. Ἵππος ἐστὶν, ὁ ἐν τῷ δρόμῳ τῶν ἐναρέτων κατὰ τὸν βίον, ἔχων ὅλην τοῦ θυμοῦ τὴν εὐτονίαν. Φασὶ γὰρ τοῦ ἵππου τὴν χολὴν εἰς τὰς κατὰ φύσιν τῶν ποδῶν ὁπλὰς εἶναι. Διὸ καὶ πάντων τῶν λοιπῶν ἡμέρων ζώων, καὶ τῶν τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων ὑποζευγμένων, ἐκρίθη μᾶλλον πρὸς δρόμον ἐπιτηδειότερός τε καὶ δυνατώτερος· οἷς παρεικάσας τοὺς ἁγίους ἀποστόλους ὁ μέγας προφήτης Ἀμβακοὺμ διὰ τοῦ Πνεύματος, φησί· *Καὶ ἐπεβίβασας εἰς θάλασσαν τοὺς ἵππους σου, ταράσσοντας ὕδατα πολλά* ἵππους καλέσας τοὺς ἁγίους καὶ μακαρίους ἀποστόλους, τὸν σωτήριον τῆς ἀληθείας λόγον βαστάζοντας ἐνώπιον ἐθνῶν καὶ βασιλέων ἐν παντὶ τῷ κόσμῳ· ὃν τροπικῶς ὠνόμασε θάλασσαν· καὶ τὰ ἔθνη παρεικασεν ὕδασι, διὰ τῆς ἐν τῷ λόγῳ τοῦ Πνεύματος μεγάλης δυνάμεως ταρασσόμενά τε καὶ σειόμενα, καὶ τῷ σωτηρίῳ σεισμῷ μεταβιβαζόμενα πρὸς πίστιν ἐξ ἀπιστίας, καὶ πρὸς ἐπίγνωσιν ἐξ ἀγνωσίας· καὶ ἀπὸ κακίας εἰς ἀρετήν.

Δηλοῖ δὲ τοῦτο καὶ αὐτὸς τῶν ἵππων ὁ ἀριθμὸς (41), τὴν κατ' ἀρετὴν τῆς πρακτικῆς φιλοσοφίας ἕξιν τυπῶν. Ὁ γὰρ ἑπτακισχίλια ἑπτακόσια ἀριθμὸς, ὡς χρονικὸς σημαίνει τὴν ἐν ἀρεταῖς ὀξεῖαν κίνησιν· ὁ δὲ τριάκοντα ἕξ, τὴν ταῖς ἀρεταῖς συντρέχουσαν τῆς φύσεως πρᾶξιν.

Ἡμίονοι δὲ ὀκτακόσιοι τεσσαράκοντα πέντε. Ἡμίονός ἐστι κατὰ τὸν ἐπαινούμενον λόγον (42), ἡ παντελῶς κατὰ κακίαν ἄγονος ἕξις· δι' ὃ πάνυ τῷ πνεύματι τῆς Γραφῆς προσφυῶς τε καὶ πρεπόντως ὁ βασιλεύειν λαχὼν τοῦ Ἰσραὴλ, οὐχ ἵππῳ, ἀλλ' ἡμιόνῳ καθέζεσθαι προσετάγη· τοῦ λόγου δηλοῦντος, ὅτι δεῖ τὸν θεωρητικὸν νοῦν βασιλεύοντα τῶν ἐν τοῖς οὖσι νοημάτων τε καὶ θεαμάτων, καὶ τῶν οἰκείων κινημάτων, ἕξιν ἄγονον ἔχειν κακίας· τουτέστι, κακίαν μήτε συλλαμβάνουσαν παντελῶς μήτε τίκτουσαν· ἐφ' ᾗς αὐτὸν δεῖ περὶ θεωρίαν κινούμενον φέρεσθαι· μήπως πνευματικὴν ποιούμενος τὴν τῶν ὄντων διάσκεψιν, λαθὼν περιπέσῃ τινὶ τῶν παραζηλούντων δαίμονος τῶν αἰσθητῶν πεφυκότων πονηρῶν πνευμάτων τὴν ἀγνὴν τῆς καρδίας διάθεσιν.

Οἴδαμεν δὲ καὶ ἐπὶ ψόγῳ κειμένην τῇ Γραφῇ τὴν ἡμίονον, ὡς τὸ, *Μὴ γίνεσθε ὡς ἵππος καὶ ἡμίονος, οἷς οὐκ ἔστι σύνεσις*· ἵππον καλέσαντος τοῦ λόγου τὴν χρηματίζουσαν ἕξιν ταῖς τῶν παθῶν ἡδοναῖς (43)· καὶ ἡμίονον, τὴν τὸ καλὸν μήτε συλλαμβάνουσαν, μήτε τίκτουσαν ἕξιν· ἃς ἀπηγόρευσεν ὁ λόγος ἰσοτίμως τοῖς σωτηρίας ἐφιεμένοις· τὴν μὲν, ὡς ἐνεργητικὴν κακίας· τὴν δὲ, ὡς ἀρετῆς ἀπραξίαν ἔχουσαν. Καὶ ἡ Ἀβεσαλὼμ δὲ ἡμίονος ἐπὶ ψόγῳ λαμβάνεται,

[33] Habac. III, 15. [34] III Reg. I, 33. [34*] Psal. XXXI, 8. [35] Jerem. V, 8; Ezech. XXII, 11.

Digitized by Google

ἐφ' ᾗς καθήσας ἐξῆλθε τὸν θάνατον ἐπιζητῶν τοῦ γεννήσαντος· δηλοῦντος ἐν τούτοις τοῦ Πνεύματος, ὡς ὁ κενοδοξίᾳ τινὶ δι' ἀρετὴν ἢ γνῶσιν τρωθεὶς, τὴν κόμην ματαίως διατρέφει τοῖς οἰήσεως ἐπιτετεχνασμένην τε καὶ μικτὴν, ὥσπερ ἡμίονον πρὸς ἀπάτην τῶν θεωμένων τὴν ἠθικὴν ἐπιδείκνυται πολιτείαν· ἐφ' ᾗς αἰωρούμενος οἴεται τὸν γεννήσαντα διὰ τῆς διδασκαλίας τοῦ λόγου πατέρα χειρώσασθαι, πᾶσαν βουλόμενος τὴν τῷ πατρὶ πρσοῦσαν θεόθες δίξαν τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς γνώσεως, ὡς ὑπερήφανος εἰς ἑαυτὸν τυραννικῶς ἐφελκύσασθαι.

A terum, uti gerenda virtute ejusque cultu inertem. Quin Absalonis quoque mula vituperio sumitur, in qua sedens, exiit, parentem ad necem quærens [26]: insinuante nimirum Spiritu sancto, qui virtutis aut scientiæ opinione, inanis gloriæ jaculo quodam vulneratus sit, stulte ostentationis comam alere, fucatamque ac mistam mulæ in morem ad fraudem spectatoribus faciendam, moralem disciplinam prætendere: cui sublimis insidens, parentem, qui doctrinæ vi genuerit, subacturum se existimat; virtutis omnem ac scientiæ opinionem, quam ille divinitus consecutus sit, ad se vi ac injuria, tanquam superbus attrahere satagens.

Ἀλλ' ὁ τοιοῦτος ἐξελθὼν εἰς τὸ πλάτος τῆς ἐν πνεύματι φυσικῆς θεωρίας πρὸς τὸν ὑπὲρ ἀληθείας λογικὸν πόλεμον (44), διὰ τὴν ζῶσαν αἴσθησιν, τῷ B βάσει τῆς δρυὸς τῶν ὑλικῶν θεαμάτων, κρατεῖται τῆς κόμης, αὐτὴν ἔχων δεσμοῦσαν τὸν νοῦν πρὸς θάνατον τὴν διάκονον οἴησιν· τὴν κρεμνοῦσαν αὐτὸν ἀναμέσον τοῦ οὐρανοῦ καὶ ἀναμέσον τῆς γῆς. Οὐ γὰρ ἔχει γνῶσιν ὁ κενόδοξος καθάπερ οὐρανὸν ἀνέλκουσαν αὐτὸν τῆς κατασπώσης οἰήσεως· οὐδ' αὖ πάλιν γῆν· τὴν ἐν τῇ ταπεινώσει λέγω βάσιν τῆς πράξεως, καθέλκουσαν αὐτὸν τῆς ἀνασπώσης αὐτὸν φυσιώσεως· ὃν πενθεῖ καὶ θανόντα διὰ φιλανθρωπίαν ὡς φιλόθεος ὁ γεννήσας διδάσκαλος, μιμήσει Θεοῦ, μὴ βουλόμενος τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι καὶ ζῆν αὐτόν.

Enimvero, qui ejusmodi est, in latum egressus naturalis in spiritu speculationis campum ad rationale veritatis causa prælium, præ sensus vita eoque vegeto ac eluxuriante, e densa terrenorum speculabilium quercu coma tenetur, ipsam animum illigantem ostentationem, ad necem ministrum habens, cœlum inter ac terram medium suspendentem. Nam qui inani gloria laborat, neque scientiam velut cœlum habet, quæ a detrahente jactantia, sursum attrahat: nec vero rursus terram (actionis scilicet sensu modesto basim), quæ inani tumore sublatum deorsum trahat. Hunc vero etiam defunctum præ summa clementia ac humanitate, velut religiosus luget, qui genuit, doctor: **176** qua Deum imitatur, nolens mortem peccatoris, quantum ut convertatur et vivat [27].

Ἵνα δὲ καὶ κατ' ἄλλον τρόπον θεωρήσωμεν τὸν τύπον (45), Δαβὶδ τὸν πρακτικὸν νοῦν σαφῶς παραδείκνυσιν· Ἀβεσσαλὼμ δὲ, τὴν ἐκ τοῦ πρακτικοῦ κατὰ τὴν τοῦ νοῦ πρὸς αἴσθησιν συνουσίαν τικτομένην οἴησιν. Αἴσθησις γάρ ἐστιν ἡ θυγάτηρ τοῦ βασιλέως Γεσοὺρ, ἣν λαβὼν ὁ Δαβὶδ, τὸν Ἀβεσαλὼμ ἐγέννησεν. Ἑρμηνεύεται δὲ Γεσοὺρ, *δόγμα τοίχου* (g). Τοῖχος δὲ, τὸ σῶμα προδήλως καθέστηκεν. Ὑγιεία δὲ τοῦ σώματός ἐστιν, ὁ νόμος τοῦ σώματος, ἧγουν ἡ αἴσθησις· ἐξ ἧς γεννᾶται Ἀβεσαλὼμ, *πατρὸς εἰρήνη νομιζομένη* ἑρμηνευόμενος· ὅπερ ἐστὶ σαφῶς ἡ οἴησις. Νομίζοντες γὰρ εἰρηνεύειν παθῶν, συνιστῶμεν τὴν οἴησιν· ἣν ἐπαναστᾶσαν αὐτῷ γνοὺς ὁ μέγας Δαβὶδ, ἅτε γνώσει τὴν πρᾶξιν διατεμών, καὶ τὴν σκηνὴν καὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ καὶ τὴν Ἰουδαίαν ἀφεὶς, φεύγει πέραν τοῦ Ἰορδάνου πρὸς τὴν γῆν Γαλαάδ· τουτέστιν, εἰς τὴν μετοικίαν τῆς μαρτυρίας, ἢ τὴν ἀποκάλυψιν αὐτῶν, ἀνάξιον ἑαυτὸν κρίνας διὰ

Ut vero alia quoque ratione ac sensu locum exponamus, David, animum actionis cultorem perspicue designat. Absalom autem, quæ ex ejusmodi cultore per mentis cum sensu congressum inanis jactantia ac arrogantia nascitur. Sensus enim filia est regis Gesur, ex qua David Absalonem suscepit. Est autem Gesur, si nomen interpreteris, *ductio muri*. Murus autem, palam corpus est. Corporis vero ductio seu ducatus, lex corporis est, id est, sensus; ex quo nascitur Absalom, cujus nomen si interpreteris, *parentis existimatam pacem* dixeris: quod palam animi elatio est ac jactantia. Cum enim a vitiis nos pacatos existimamus, tum inanem jactantiam ac existimationem conflamus. Quam magnus David ubi in se rebellantem cognovit, quippe actione per scientiam illi dissecta, tabernaculoque et Jerosolymis Judæaque relictis, trans Jordanem in terram Galaad fugit, hoc est, in

[26] II Reg. XVIII, 9. [27] Ezech. XXXIII, 11.

(g) *Γεσοὺρ, δόγμα τοίχου.* In libello expositionis nominum propriorum ad calcem Bibliorum, dicitur: *Vallis aspectus, aut vallis bovis, sive vallis, murus aut pons;* ἀπὸ τοῦ גשר, quod est *vallis*, et גשור, quod illa omnia, pluraque redditur, cum derivatis, et ut alia aliaque puncta recipit, ut scilicet per *vau cholem* aut *vau schourek* scribitur. Est autem Gesur regio Syriæ, cujus reguli filiam David inter uxores habuit, Naacham nomine, et, ut Hebræorum traditio est, ad Judaismum non satis volentem compulit, quo factum ut sic rebellem ex ea natum, parricidam Absalonem pius ipse pater sustulerit: ad cujus etymum, quod addit Maximus νομιζομένη· non ad ipsam spectat nominis notationem, quæ solum est εἰρήνη πατρός, *patris pax*, ut liquet. Quod ergo dicitur *existimata*, sensus est, sic Davidem vocatum voluisse, quod illo jam tertio suscepto filio, tutum sibi in liberis præsidium putavit, et ut per eos consenescens pace gauderet, quod secus accidit, inditumque quasi per ἀντίφρασιν Absaloni nomen, eventus probavit. *Pater pacis* et *consummationis*, in dicto libello, quod nec a jam dictis abludit.

Digitized by Google

transmigrationem testimonii, aut *revelationem eorum;* indignum sese esse existimans ob rebellantem jactantiam, qui sancto tabernaculo potiatur (mystica scilicet theologia), et Jerusalem (pacata videlicet divinorumque inspectrice scientia) tandemque Judæa (nempe confessione) pro actionis gaudio.

Suas enim animus vires ad luctum transferens, et ad eorum quæ pridem gesta sint, testem con scientiam, delictorumque sigillatim memoriam (hoc enim sibi vult, *revelatio eorum*, seu *manifestatio*) : atque, ut verbo dicam, tempus quod gratiam antecessit, mente reputans (hoc enim est, ire trans Jordanem) , quando scilicet a virtutis et scientiæ gratia extorris erat, suamque agnoscens infirmitatem, ac robustam vanæque illi elationi contrariam adeptus sensus modestiam, quæ ad ipsum, suorum ipsius sensu, honesto in luctu versantem trajecerit, tyrannum (jactantiam) perimit : propriaque denuo recepta gloria, terræ Juda, Hierosolymorumque potitur imperio, ac sancto Dei servit tabernaculo, intemeratum ac immaculatum ei cultum adhibens.

Verum ad mulorum numerum, eorum, qui a captivitate dimissi sunt, Judæorum, revertamur ; spiritalem in eo, **177** quanta facultas, inspecturi rationem. *Muli*, inquit, *octingenti quadraginta quinque*. Significat autem hic numerus, perfectam mentis, infecundo vitii germine habitu (ejusmodi scilicet qui non pariat vitium ac pravitatem) quod ad sensilia sensumque spectat, imperturbationem. Octoginta enim numerus, ea ratione qua laudis argumento sumitur, imperturbationem summamque tranquillitatem significat, futuri ævi insigne : quadraginta autem, sensilia; quinque denique, sensus.

Jumenta quinque millia quingenta viginti quinque. Jumentum corpus est, quod animi jugo subest, ad ærumnarum laborumque virtutis causa actionis munere convehenda onera, id est, corporis habitus e virtutis ratione. Ac forte talibus instructi asinis magni Jacobi liberi, frumentum ex Ægypto annonæ causa in terram promissionis convehebant [38], velut scilicet frumentum ex Ægypto, ex naturali speculatione, mentium marsupiis inclusam spiritalem scientiam, corporibus imponentes, ac transferentes ad futuram vitam.

Horum porro asinorum numerus, qui totus rotundus sit, significat eodem se modo habentem corporalis habitus virtutis motum circa actionem, ac qui scientiæ immutabiliter rationem sequatur. Solum enim rotundum numerum immutabilem vocant, ut præ reliquis rerum motibus, æquabilitatis in omnibus tenacem, qui rei numerariæ longe periti sunt

Hæc quidem hoc modo nobis dicta sunto, pro nostra scilicet, quanta est, intelligendi ac eloquendi facultate. Sin autem quis rursus, diversos his Ec-

[38] Gen. XLII, 45.

A τὴν ἐπαναστᾶσαν οἴησιν, τῆς ἁγίας σκηνῆς· τουτέστι, τῆς μυστικῆς θεολογίας· καὶ τῆς Ἱερουσαλήμ, τουτέστι, τῆς εἰρηνικῆς καὶ τῶν θείων ἐποπτικῆς γνώσεως· καὶ τῆς Ἰουδαίας, τουτέστι, τῆς ἐπὶ χαρᾷ τῆς πράξεως ἐξομολογήσεως.

Πρὸς γὰρ τὸ πένθος μετοικίσας ὁ νοῦς τὰς οἰκείας δυνάμεις (46), καὶ τὴν τῶν πρώην πεπραγμένων καθάπερ μαρτυρίαν συνείδησιν· καὶ τὴν μνήμην τῶν κατ' εἶδος πλημμεληθέντων· τοῦτο γάρ ἐστιν ἀποκάλυψις αὐτῶν· καὶ, ἁπλῶς εἰπεῖν, εἰς τὸν πρὸ τῆς χάριτος χρόνον τῇ διανοίᾳ γενόμενος· τοῦτο γάρ ἐστι πέραν τοῦ Ἰορδάνου γενέσθαι· καθ' ὃν τῆς κατ' ἀρετὴν καὶ γνῶσιν ἠλλοτρίωτο χάριτος· καὶ τὴν ἰδίαν ἐπιγνοὺς ἀσθένειαν, καὶ τὴν ἰσχυρὰν καὶ ἀντίθετον τῆς οἰήσεως κτησάμενος ταπεινοφροσύνην, διὰ τῆς τῶν οἰκείων συναισθήσεως, διαπερῶσαν πρὸς αὐτὸν ὄντα ἐν πένθει καλῷ, τὸν τύραννον οἴησιν ἀποκτενεῖ, καὶ πρὸς τὴν οἰκίαν πάλιν ἐπανέρχεται δόξαν· καὶ τῆς γῆς κρατεῖ τοῦ Ἰούδα, καὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ βασιλεύει· καὶ τῇ ἁγίᾳ σκηνῇ τοῦ Θεοῦ λατρεύει, τὴν ἀκήρατον καὶ ἄμωμον λατρείαν.

Ἀλλ' ἐπανέλθωμεν πρὸς τὸν ἀριθμὸν τῶν ἡμιόνων, τῶν ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας ἀπολυθέντων Ἰουδαίων, τὸν ἐν αὐτῷ πνευματικὸν κατὰ δύναμιν ἐποψόμενοι λόγον. *Ἡμίονοι*, φησὶν, *ὀκτακόσιοι τεσσαράκοντα πέντε*. Δηλοῖ δὲ ὁ παρὼν ἀριθμὸς, τὴν τοῦ νοῦ κατὰ τὴν ἄγονον ἕξιν τῆς κακίας· τουτέστι, τὴν μὴ τίκτουσαν κακίαν ἕξιν, πρός τε τὰ αἰσθητὰ καὶ τὴν αἴσθησιν τελείαν ἀπάθειαν. Ὁ γὰρ ὀκτακόσια (47), σημαίνει τὴν χαρακτηριστικὴν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος ἀπάθειαν ἐπαινετῶς λαμβανόμενος· ὁ δὲ τεσσαράκοντα , τὰ αἰσθητά· καὶ ὁ πέντε, τὰς αἰσθήσεις.

Ὑποζύγια *πεντακισχίλια πεντακόσια εἰκοσιπέντε*, ὑποζύγιόν ἐστι (48), τὸ ὑπεζευγμένον τῇ ψυχῇ σῶμα πρὸς ἀχθοφορίαν τῶν ὑπὲρ ἀρετῆς κατὰ τὴν πρᾶξιν καμάτων τε καὶ πόνων · ἤγουν ἡ κατ' ἀρετὴν τοῦ σώματος ἕξις· καὶ τάχα τοιούτους ὄνους ἔχοντες οἱ τοῦ μεγάλου Ἰακὼβ υἱοὶ, πρὸς ἀποτροφὴν τὸν ἐξ Αἰγύπτου σῖτον μετέφερον πρὸς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας · τὴν ἐκ τῆς φυσικῆς θεωρίας, ὡς ἐξ Αἰγύπτου σῖτον τοῖς μαρσίποις τῶν διανοιῶν ἀποκλεισθεῖσαν πνευματικὴν γνῶσιν · εἶτα πράξεως ἐπιτιθέντες τοῖς σώμασι, καὶ πρὸς τὴν μέλλουσαν ζωὴν μεταχομίζοντες.

Ὁ δὲ τούτων ἀριθμὸς τῶν ὄνων σφαιρικὸς ὅλος ὑπάρχων (49), δηλοῖ τὴν ὡσαύτως ἔχουσαν κίνησιν τῆς κατ' ἀρετὴν περὶ πρᾶξιν σωματικῆς ἕξεως, καὶ ἀτρέπτως τῷ λόγῳ τῆς γνώσεως συμφερομένην. Μόνην γὰρ καλοῦσιν ἄτρεπτον τὴν σφαιρικὴν κίνησιν, ὡς ὁμαλότητα διὰ πάντων παρὰ τὰς λοιπὰς τῶν ὄντων κινήσεις ἔχουσαν, οἱ περὶ ταῦτα δεινοί.

Ταῦτα μὲν κατὰ τόνδε τὸν τρόπον ἡμῖν εἰρήσθω, τῆς ἡμῶν κατὰ τὸ νοεῖν τε καὶ λέγειν οὐκ ἀπολειπόμενα δυνάμεως· εἰ δέ τις βούλεται πάλιν τῆς

Digitized by Google

scilicet in se) manifestatio sit quæ vim omnem mentis excedit. Possit tamen ex communi divinorum ratione ingenita dici, quæ ut divina ac divini ordinis, Deique formalis participatio ac divini intelligere, creati rationem formaliter non includat, sed quasi materialiter, et ut in nobis in esse accidentis ac modo diminuto velutque accidentaliter, quod vere exsistens et substanti, ipse Deus est et increata natura; τὸ ἀγέννητον, sive ut alii malunt, ἀγένητον, quasi γίνομαι, quod creati rationem universalem dicit. Altior tamen hic Maximi sensus, sequenti scholio plenius illi explicatus, quod incomprehensa, quantavis participatione Dei vita, quod natura infinita ut ingenita, ipsaque adeo ejus κατ' ἐνέργειαν (formalis scilicet et in actu, quæ est beata visione) participatio. Naturæ ratio, quam in judicio trutinam fore ait, prout voluntas in beatitudinem aut ejus oppositum mota est, de natura instituta intelligendum, et qualis a Deo recta condita est, vel etiam per Christum ejusque gratiam restaurata; non de ægra, et quæ inolevit pro vitio, condistincta a gratia; cujus passim magnificus præco Maximus, ac cujus munere tanta celebris martyr et confessor, singularis fere veritatis pugil toto fere Oriente, revexit tropæa.

Digitized by Google

ὁ ἀμήχανος ἐνεργουμένην τὴν κατὰ τὸ εὖ εἶναι τοῦ Θεοῦ δέξασθαι παρουσίαν, ποῦ φανεῖται τῆς θείας ζωῆς τῆς ὑπὲρ αἰῶνα καὶ τόπον καὶ χρόνον, ὑπομείνας τὴν ἔκπτωσιν.

Οὐκοῦν εἴτε κατὰ τὴν πρώτην ἐπιβολὴν κατηγορικῶς, ὁ ἀσεβὴς καὶ ἁμαρτωλός που φανεῖται, περιγεγραμμένης οὐκ ἔσται ζωῆς τὸ παράπαν ἐλεύθερος (19)· τὴν πᾶσαν διαφεύγουσαν περιγραφὴν, καὶ παντὸς ἐπέκεινα τόπου ζωὴν οὐκ ἔχων. Εἴτε κατὰ τὴν δευτέραν ἀποφατικῶς, Ποῦ φανεῖται, τὸν Θεὸν οὐκ ἔχων πρὸς τὸ εὖ συνέχοντα τὴν ζωὴν, τὸν μέλλοντα πᾶσι γίνεσθαι τόπον τοῖς ἀξίοις. Πῶς ἔσται, τόπον αὐτὸν οὐκ ἔχων τὸν Θεὸν, κατὰ τὴν τοῦ εὖ εἶναι ἐν Θεῷ μονήν τε καὶ ἵδρυσιν. Καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, εἰ μετὰ πολλῆς δυσχερείας ὁ δίκαιος σώζεται, τί ἔσται, ἢ τί πείσεται ὁ μηδένα λόγον εὐσεβείας καὶ ἀρετῆς κατὰ τὴν παροῦσαν ζωὴν ποιησάμενος.

Igitur, sive priore sensu, affirmate, impius, et peccator ubicunque parebit, nusquam prorsus a vita circumscripta immunis erit; cui videlicet, quæ omnem circumscriptionem fugit, omnique loco superior exsistit, vita desit. Sive altero ac sequente, neganter : Ubi parebit, qui Deum non habeat vitam continentem, ut illi bene ac beate sit, qui cunctis benemeritis locus ipse futurus sit? Quonam modo erit, qui Deum locum non sit habiturus, per solam in Deo bene ac beate essendi firmam sedem ac perennitatem? Atque, ut verbo dicam, si ægre admodum justus salvabitur, quid erit, quidve illi eveniet, qui nullam pietatis atque virtutis rationem habuit, quoad illi vita superstes fuit?

ΣΧΟΛΙΑ.

α'. Ἡδονὴ καὶ ὀδύνη, τῇ φύσει φησὶ τῆς σαρκὸς οὐ συνεκτίσθησαν· ἀλλ' ἡ παράβασις, τὴν μὲν ἐπενόησεν εἰς φθορὰν τῆς προαιρέσεως· τὴν δὲ κατεδίκασεν εἰς λύσιν τῆς φύσεως· ἵνα ἡ μὲν ἡδονὴ, ψυχῆς ἑκούσιον ἐργάσηται θάνατον τῆς ἁμαρτίας· ἡ δὲ ὀδύνη διὰ τῆς λύσεως, τὴν κατ' εἶδος ποιήσηται τῆς σαρκὸς ἀπογένεσιν.

SCHOLIA.

1. Voluptas et dolor, non una cum natura carnis condita sunt; sed transgressio, alteram quidem ad voluntatis labem adinvenit; alterum, justo reatu ad naturæ interitum invexit : quo nimirum, voluptas quidem ac libido, spontaneam animæ mortem peccati noxa conciscerent; dolor vero per interitum, carnis ipsam formam aboleret.

β'. Ὅτι κατὰ πρόνοιαν πρὸς κόλασιν τῆς κατὰ προαίρεσιν ἡδονῆς, δέδωκεν ὁ Θεὸς τῇ φύσει τὴν παρὰ προαίρεσιν ὀδύνην, καὶ τὸν ἐπ' αὐτῇ θάνατον.

2. Deus, qua providentia res humanas disponit, ad castigandam voluntatis animi libidinem, ea invita naturæ dolorem constulit, ac cujus ille parens exsistit, mortem.

γ'. Ἡ τῶν ἑκουσίων πόνων ἐπίνοια, καὶ ἡ τῶν ἀκουσίων ἐπαγωγὴ, φησὶν, ἀφαιροῦνται μὲν τὴν ἡδονὴν, τὴν κατ' ἐνέργειαν αὐτῆς καταπαύουσαν κίνησιν· οὐκ ἀναιροῦσι δὲ τὴν ὥσπερ νόμον τῇ φύσει πρὸς γένεσιν ἐγκειμένην αὐτῆς δύναμιν. Ἡ γὰρ κατ' ἀρετὴν φιλοσοφία, γνώμης ἀπάθειαν, ἀλλ' οὐ φύσεως ἐργάζεσθαι πέφυκε· καθ' ἣν δηλαδὴ, τὴν γνωμικὴν ἀπάθειαν, ἡ κατὰ νοῦν τῆς θείας ἡδονῆς ἐπιγίνεται χάρις.

3. Quos sponte labores animus invenit, ac quos invito inductos suffert, voluptatem quidem auferunt, qui ejus reipsa motum cohibeant ac sistant; non tamen ejus vim legis instar naturæ insitam ad generationem interimunt atque abolent. Quæ enim philosophia virtutem colit, animi imperturbationem, non naturæ suopte genio facit; secundum quam animi imperturbationem, divinæ voluptatis, quæ in mente posita est, gratia accedit.

δ'. Ἄδικον ἡδονὴν λέγει, τὸν ἐκ τῆς παραβάσεως ἐμφυρέντα τῇ φύσει νόμον τῆς ἁμαρτίας.

4. Iniquam voluptatem vocat, quæ ex transgressione naturæ inolevit, peccati legem.

ε'. Μέσον ὀφείλοντα πρὸς τὴν τῶν ἄκρων ἀναίρεσιν ἀναδειχθῆναι λέγει, τὸν τοῦ Κυρίου πόνον καὶ θάνατον, ὡς ἡδονῆς ἐσχηκότος ἐλευθέραν τὴν γένεσιν, καὶ ζωῆς ἐμπαθοῦς καθαρὸν τὸν θάνατον τῆς δι' ἡμᾶς αὐτοῦ θείας σαρκός· καθ' ἣν γενέσίν τε καὶ γέννησιν καὶ θάνατον δι' ἡμᾶς ἑκουσίως ὑπέμεινεν· ἵνα τὴν ἡμῶν ἐξ ἡδονῆς γένεσιν, καὶ τὸν ἐξ ἐμπαθοῦς ζωῆς θάνατον, ἀφέλῃ μέσος ἀναφανεὶς, καὶ πρὸς ἑτέραν ἡμᾶς μετάγῃ ζωὴν, ἀρχῆς ἐλευθέραν χρονικῆς καὶ τέλους, ἣν οὐ φύσις ἀλλ' ἡ χάρις δημιουργεῖ.

5. Medium ad extrema abolenda exhibitum dicit, Domini laborem et mortem, ejus scilicet, qui immunem a voluptate ortum habuerit, ac ejus, quam nostri causa gestavit, divinæ carnis mortem a vita libidinosa mundam nactus sit; secundum quam, ortum pariter et nativitatem et mortem propter nos sponte sustinuit; id nostrum ex voluptate ortum, exque vita libidinosa mortem, auferret medius ipse elucens, nosque ad aliam ortus temporalis ac finis expertem vitam (cujus non natura, sed gratia opifex) transferret.

ς'. Ὅτι παντελῶς φησιν ἀμήχανον ἦν, τὴν φύσιν ὑποβληθεῖσαν τῇ τε κατὰ προαίρεσιν ἡδονῇ, καὶ τῇ παρὰ προαίρεσιν ὀδύνῃ, πάλιν πρὸς τὴν ἐξ ἀρχῆς ἀνακληθῆναι ζωὴν, εἰ μὴ γέγονεν ἄνθρωπος ὁ δημιουργὸς, προαιρέσει δεχόμενος τὴν πρὸς κόλασιν τῆς κατὰ προαίρεσιν τῆς φύσεως ἡδονῆς ἐπινοηθεῖσαν ὀδύνην, οὐκ ἔχουσαν προηγουμένην αὐτῆς τὴν

6. Nullo modo fieri poterat, ut natura, quæ tum voluntariæ voluptati ac libidini, tum violento dolori 223 subesset, ad pristinam a principio vitam revocaretur ac instauraretur, quin conditor homo fieret, voluntate dolorem assumens; adinventum scilicet ad castigandam voluntariam naturæ libidinem, nec quæ ex voluptate est ac libidine, præ-

Digitized by Google

euntem habens originem; quo scilicet naturam a nativitatis reatu absolveret, nativitatem suscipiens quæ ex voluptate ac libidine originem non haberet.

7. Domini scilicet per mortem finis.

8. Naturæ scilicet vi patiendi.

9. Quonam modo doloris pœnam naturæ invectam magis augeamus, dum voluptatis medicamine lenire studemus.

10. Dei sapientia in eo elucet, quod vere natura homo factus est. Justitia, quod simili nobis ratione naturæ vim patiendi assumpsit. Potentia, quod per cruciatus, ærumnas ac mortem, sempiternam naturæ vitam paravit ac immutabilem immunitatem.

11. Quæ ex peccati lege est, voluptate, ad destitutionem carnalis nativitatis, eorum qui dono gratiæ per Spiritum in ipso nascuntur, Domino sublata, quæ prius in naturæ damnationem cedebat, ad peccati condemnationem, mortem eis sumendam concedit.

12. Natura humana, suæ a transgressione generationis principium, voluptuariam ex semine nacta est conceptionem; finemque mortem, quæ dolore ac ærumna conflatur per interitus labem. Dominus autem, qui carnalis hoc nativitatis principio careret, ne fini quidem (naturali scilicet morti) obnoxius erat.

13. Diabolus, dum creatorum naturam in nihilum posse tandem cedere exspectat, omnem conatum adhibuit, ut hominem divini mandati transgressionis reum efficeret.

14. Qui Deo, nobisque invideat diabolus, homini dolo suadens ipsi Deum invidere, ut mandatum transgrederetur illi auctor fuit. Deo autem invidet, ne ejus reipsa laudatissima virtus diluceat, qua hominem deitate donat; palam autem homini ne divinæ in specie, pro virtutis merito, claritatis consors evadat.

15. Generalis condemnatio legis per transgressionem naturæ dominantis, Dei vera humanatio est: propria autem ejus legis condemnatio, cujusque est Christiano rita voluntate regeneratio.

16. Ingenitam deificationem vocavit, quæ secundum speciem vere exsistens deitatis illustratio est, ipsam ortum non habentem, sed in benemeritis omni majorem cogitatu manifestationem.

17. Illud, *ubi*, quo modo sit intelligendum.

18. Qui non puram suscepturus est divinam vitam, in qua nulla prorsus ratio circumscriptionis, is a dolore haud liber erit, qui nempe genitam jugiter vitam habeat, ejus circumscribentem (id est, continentem) substantiam, non ingenitam atque ab omni locali situ motuque temporali solutam, omnique comprehensione (atque adeo circumscriptione) vacantem. Divina enim vita, ut quæ omnem mentis cogitatum excedat, quanquam se ipsa fruendam præbet, his, qui per gratiam, illius exsistunt par-

A ἐξ ἡδονῆς γένεσιν· ἵνα τῆς ἐκ καταδίκης ἐλευθερώσῃ τὴν φύσιν γεννήσεως, ἐξ ἡδονῆς ἀρχὴν οὐκ ἔχουσαν καταδεχόμενος γέννησιν

ζ'. Τὸ διὰ θανάτου τέλος τοῦ Κυρίου.

η'. Τῷ παθητῷ δῆλον ὅτι τῆς φύσεως.

θ'. Πῶς τῆς ὀδύνης πλέον τὸ κατὰ φύσιν ἐπιτείνομεν πρόστιμον, διὰ τῆς ἡδονῆς αὐτὴν παραμυθεῖσθαι σπουδάζοντες.

ι'. Τὸ μὲν σοφὸν τοῦ Θεοῦ φησιν, ἐν τῷ γενέσθαι φύσει κατ' ἀλήθειαν ἄνθρωπον δείκνυται· τὸ δὲ δίκαιον, ἐν τῷ τὸ παθητὸν κατὰ τὴν γένεσιν ὁμοίως ἡμῖν ἀνειληφέναι τῆς φύσεως· τὸ δὲ δυνατὸν, ἐν τῷ διὰ παθημάτων καὶ θανάτου ζωὴν ἄϊδιον τῇ φύσει δημιουργῆσαι, καὶ ἀπάθειαν ἄτρεπτον.

B ια'. Ὅτι τὴν ἐκ τοῦ νόμου τῆς ἁμαρτίας ἡδονὴν εἰς ἀθέτησιν τῆς κατὰ σάρκα γεννήσεως τῶν ἐν αὐτῷ χάριτι διὰ Πνεύματος γεννωμένων ὁ Κύριος ἀφελόμενος, τὸν εἰς καταδίκην τὸ πρότερον ὄντα τῆς φύσεως, εἰς τὴν τῆς ἁμαρτίας κατάκρισιν αὐτοῖς συγχωρεῖ δέχεσθαι θάνατον.

ιβ'. Ἀρχὴν ἔσχεν μετὰ τὴν παράβασιν, φησὶν, ἡ τῶν ἀνθρώπων φύσις τῆς ἰδίας γενέσεως, τὴν καθ' ἡδονὴν ἐκ σποράς σύλληψιν, καὶ τέλος τὸν κατ' ὀδύνην διὰ φθορᾶς θάνατον. Ὁ δὲ Κύριος ταύτην οὐκ ἔχων ἀρχὴν τῆς κατὰ σάρκα γεννήσεως, οὔτε τῷ τέλει, τουτέστι τῷ θανάτῳ, κατὰ φύσιν ὑπῆρχεν ἀνωτός.

C ιγ'. Ὅτι τὴν εἰς τὸ μὴ ὂν ἀπογένεσιν δέξασθαι τὴν τῶν γεγονότων φύσιν προσδοκῶν ὁ διάβολος, ἠγωνίσατο τῆς θείας ἐντολῆς παραβάτην δεῖξαι τὸν ἄνθρωπον.

ιδ'. Ὅτι φθονῶν τῷ Θεῷ καὶ ἡμῖν ὁ διάβολος, δόλῳ τὸν ἄνθρωπον ὑπὸ Θεοῦ φθονεῖσθαι παραπείσας, παραβῆναι τὴν ἐντολὴν παρεσκεύασε· τῷ Θεῷ μὲν, ἵνα μὴ φανερὰ γένηται κατ' ἐνέργειαν ἡ πανύμνητος αὐτοῦ δύναμις θεουργοῦσα τὸν ἄνθρωπον· τῷ δὲ ἀνθρώπῳ προδήλως, ἵνα μὴ γένηται τῆς θείας ἐν εἴδει κατ' ἀρετὴν μέτοχος δόξης.

ιε'. Ὅτι γενικὴ κατάκρισίς ἐστι, φησὶ, τοῦ κατὰ τὴν παράβασιν κρατήσαντος νόμου τῆς φύσεως, ἡ τοῦ Θεοῦ κατ' ἀλήθειαν ἐνανθρώπησις· ἰδικὴ δὲ τούτου τοῦ νόμου κατάκρισίς ἐστιν, ἡ κατὰ Χριστὸν γνωμικὴ τοῦ καθ' ἕκαστον ἀναγέννησις.

D ις'. Ἀγέννητον εἶπε θέωσιν, τὴν κατ' εἶδος ἐνυπόστατον τῆς θεότητος ἔλλαμψιν, ἥτις οὐκ ἔχει γένεσιν, ἀλλ' ἀνεννόητον ἐν τοῖς ἀξίοις φανέρωσιν.

ιζ'. Πῶς τὸ *ποῦ* δεῖ θεωρεῖν.

ιη'. Ὁ μὴ καθαρὰν τὴν θείαν ληψόμενος ζωὴν, φησὶν, ἐν ᾗ περιγραφῆς λόγος τὸ παράπαν οὐκ ἔστιν, ὀδύνης ἐλεύθερος οὐκ ἔσται, τὴν γενητὴν ἔχων διηνεκῶς τὴν αὐτοῦ περιγράφουσαν ὕπαρξιν, ἥγουν συνέχουσαν, ἀλλ' οὐ τὴν ἀγέννητον, καὶ πάσης ἐλευθέραν θέσεως τοπικῆς καὶ κινήσεως χρονικῆς· καὶ μηδεμίαν κατάληψιν ἔχουσαν· καὶ διὰ τοῦτο, μηδὲ περιγραφήν. Ἡ γὰρ θεία ζωὴ καὶ ἀνεννόητος, κἂν ἀπόλαυσιν δίδωσιν ἑαυτῆς τοῖς κατὰ χάριν μεθέξουσιν, ἀλλ' οὐ κατάληψιν. Μένει γὰρ

Digitized by Google

ἀεί, κἂν τῇ μεθέξει τῶν ἀπολαυόντων αὐτῆς, ἀκατάληπτος, ὅτι κατὰ φύσιν ὡς ἀγέννητος ἔχει τὴν ἀπειρίαν.

ιθ'. Ὁ μὲν Θεός φησι, κατὰ μίαν ἀπειροδύναμον τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ βούλησιν πάντας συνέξει καὶ ἀγγέλους καὶ ἀνθρώπους· ἀγαθούς τε καὶ πονηρούς· οὗτοι δὲ πάντες, οὐκ ἴσως μεθέξουσι Θεοῦ, τοῦ διὰ πάντων ἀσχέτως χωρήσοντος· ἀλλ' ἀναλόγως ἑαυτοῖς. Οἱ μὲν τῇ φύσει φυλάξαντες ἰσονομοῦσαν διὰ πάντων τὴν γνώμην, καὶ τῶν τῆς φύσεως λόγων κατ' ἐνέργειαν δεκτικὴν αὐτὴν καταστήσαντες, καθ' ὅλον τὸν τοῦ ἀεὶ εὖ εἶναι λόγον, διὰ τὴν πρὸς τὴν θείαν βούλησιν τῆς γνώμης εὐπάθειαν, ὅλως μεθέξουσι τῆς ἀγαθότητος κατὰ τὴν αὐτοῖς ἐπιλάμπουσαν ὡς ἐν ἀγγέλοις, ἢ ὡς ἐν ἀνθρώποις, θείαν ζωήν. Οἱ δὲ τῇ φύσει ποιήσαντες ἀνισομοῦσαν διὰ πάντων τὴν γνώμην, καὶ τῶν τῆς φύσεως λόγων κατὰ τὴν ἐνέργειαν σκεδαστικὴν αὐτὴν ἀποδείξαντες, καθ' ὅλον τὸν τοῦ εὖ εἶναι λόγον, διὰ τὴν πρὸς τὴν θείαν βούλησιν τῆς γνώμης ἀντιπάθειαν, ὅλης ἐκπεσοῦνται τῆς ἀγαθότητος, κατὰ τὴν ἐμφαινομένην αὐτοῖς πρὸς τὸ φεῦ εἶναι τῆς γνώμης οἰκείωσιν· καθ' ἣν πρὸς τὸν Θεὸν ἔσται τῶν τοιούτων διάστασις, οὐκ ἐχόντων κατὰ τὴν πρόθεσιν τῆς γνώμης, ταῖς ἐνεργείαις τῶν ἀγαθῶν τὸν τοῦ εὖ εἶναι λόγον ζωογονούμενον, καθ' ὃν ἡ θεία ζωὴ διαφαίνεσθαι πέφυκε. Ζυγὸς οὖν τῆς ἑκάστου γνώμης ἔσται κατὰ τὴν κρίσιν, ὁ τῆς φύσεως λόγος, τὴν πρὸς τὸ φεῦ, ἢ εὖ αὐτῆς διελέγχων κίνησιν, καθ' ἣν ἡ τῆς θείας ζωῆς μέθεξις ἢ ἀμεθεξία γίνεσθαι πέφυκε. Κατὰ γὰρ τὸ εἶναι, καὶ ἀεὶ εἶναι πάντας συνέξει παρὼν ὁ Θεός· κατὰ δὲ τὸ ἀεὶ εὖ εἶναι, μόνους ἰδιοτρόπως τοὺς ἁγίους ἀγγέλους τε καὶ ἀνθρώπους· τὸ ἀεὶ φεῦ εἶναι τοῖς μὴ τοιούτοις ὡς γνώμης καρπὸν ἀφεὶς ἐπικρεμάμενον.

A ticipes, non tamen comprehendendam. Manet enim semper, in ipsa quoque fruentium participatione, incomprehensa, quod per naturam, velut ingenita, infinita exsistat.

19. Deus quidem secundum unam eamdemque infinitæ virtutis bonitatis suæ voluntatem, cunctos, angelosque et homines, bonosque et malos continebit: non tamen omnes perinde Dei, qui incommiste ipseque absolutus omnibus immeet, erunt participes, sed pro cujusque captu rataque ratione. Qui nimirum voluntatem per omnia servantes naturæ æquabilem, illius rationum reipsa reddiderunt capacem, secundum totam beatæ perennitatis rationem, ob suæ cum divina, propenso obsequendi nutu, voluntatis necessitudinem, divinam prorsus B bonitatem percipient, divina eis allucente vita, pro eo ac angelis aut hominibus comparatum est. Qui autem voluntatem per omnia naturæ inæquabilem reddiderunt, ac naturæ reipsa dissipantem rationes fecerunt, secundum totam beatæ perennitatis rationem, ob voluntatis animique sententiæ a divina voluntate obsequendi nutu dissidium pervicaciamque, quidquid bonitatis est, ob elucentem in eis cum nefasta miseraque perennitate necessitudinem, amittent: secundum quam talium erit a Deo sejunctio, qui mentis arbitrio bonis actibus incolumem beatitudinis rationem non servaverint, **224** qua ut effulgeat, divinæ vitæ comparatum est. Cujusque ergo voluntatis in judicio trutina, futura naturæ ratio est, ejus explorans motum, quo vel ut male C ac misere, vel ut bene fausteque esset ac beate, persecuta est: qua est, ut divina quis vita impartiatur, aut ejus commercio careat. Essendi enim ratione ejusque perennitate, omnes Deus præsentia continebit: beata autem perennitate, solos peculiariter sanctos angelos atque homines: his, qui tales non erunt, miseræ perennitatis relicto fructu ac contemperato.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΞΘ'.

* *Τί ἐστιν ὃ λέγει Ζαχαρίας ὁ ἅγιος Προφήτης, « Καὶ ἦρα τοὺς ὀφθαλμούς μου, καὶ ἴδον· καὶ ἰδοὺ δρέπανον πετόμενον, μῆκος πήχεων εἴκοσι, καὶ πλάτος πήχεων δέκα· καὶ εἶπε πρός με, Αὕτη ἐστὶν ἡ ἀρὰ ἡ ἐκπορευομένη ἐπὶ πρόσωπον πάσης τῆς γῆς. » Καὶ μετ' ὀλίγα, « Καὶ ἐξοίσω αὐτό, λέγει Κύριος παντοκράτωρ, καὶ εἰσελεύσεται εἰς τὸν οἶκον τοῦ κλέπτου, καὶ εἰς τὸν οἶκον τοῦ ὀμνύοντος ἐν τῷ ὀνόματί μου ψευδῶς· καὶ καταλύσει ἐν μέσῳ τοῦ οἴκου αὐτοῦ, καὶ συντελέσει αὐτόν, καὶ τὰ ξύλα αὐτοῦ, καὶ τοὺς λίθους αὐτοῦ. » Τί τὸ δρέπανόν ἐστι, καὶ τὸ μέτρον τοῦ τε μήκους καὶ τοῦ πλάτους· καὶ διὰ τί πετόμενον; καὶ τίς ὁ κλέπτης καὶ ἐπίορκος, καὶ τίς ὁ τούτου οἶκος· τίνα τὰ ξύλα, καὶ τίνες οἱ λίθοι;*

QUÆSTIO LXII.

Quid est quod sanctus propheta Zacharias ait: « Et levavi oculos meos, et vidi: et ecce falx volans, longitudinis cubitorum viginti, et latitudinis cubitorum decem; et dixit ad me: Hæc est maledictio, quæ D *egreditur super faciem universæ terræ* [23]. » *Et post pauca.* « *Et educam illam, dicit Dominus omnipotens, et ingredietur in domum furis et in domum jurantis in nomine meo falso; et habitabit in medio domus ejus, et consummabit eam, et ligna ejus et lapides ejus* [24]. » *Quidnam est falx, et mensura ejus tum longitudinis tum latitudinis; quamobrem volans; quisnam vero fur ac perjurus? quæ item ejus domus; quænam ligna ac qui lapides?*

[23] Zachar. v, 1-3. [24] ibid. 4.

* Sequentia ex Seguier. duplici cod., emendat. et collat. cum alio cl. v. Raph. Dufrenii, nunc Regio.

Digitized by Google

Responsio.

Qui dixerat Deus : *Visiones multiplicavi, et in manibus prophetarum assimilatus sum*[98] ; admirandi sui per carnem, humanæ salutis causa, adventus, varie symbolis effictas præmittebat informationes, alias aliis prophetis procul insinuans, quantum quisque capiebat. Igitur magnum quoque Zachariam mysteriorum suorum initiatione donans, velutque ob oculos producendo ad intelligendum, futuri sui per carnem adventus vim, falcem ei quam contemplaretur sapienter objecit; nimirum futurum docens, ut qui se multifariam prophetarum visionibus mystice effinxerat, nostram sponte reque ipsa natura formationem iniret, quo rei ipso eventu præviis figuris præsignatam veritatem præsentem ostenderet.

Falx igitur est Dominus noster Jesus Christus, Dei unigenitus Filius Verbumque ; ipse quidem a se per naturam simplex exsistens, ac semper idem perseverans; mei tamen causa, per assumptionem carnis intelligentium more animatæ secundum personam (qua novit **225** ipsi ratione) factus compositus, ut neque per summam cum carne in persona unionem, in unam confusionem naturam admittat, neque per summam naturalem a carne distinctionem, in duos filios scissus abeat. Ad unionem autem in persona quod spectat, summum voco seu extremum, plenam omnino indivisionem : quod vero ad naturalem distinctionem, plenam itidem modisque omnibus inconfusionem ac incolumitatem. Neque enim divinæ incarnationis mysterium, idcirco quod ea, ex quibus coalescit, natura diversa sunt, ullam prorsus personæ distinctionem importat; neque vero ob unionem in persona, eorum in unam naturam confusionem : alterum quidem, ne accessionem accipiat Trinitatis mysterium; alterum, ut nihil per naturam exsistat deitati congeneum ac consubstantiale. Duarum enim naturarum in personam, non in naturam unam facta coitio est : ut et personæ unitas, ex naturarum inter se concursu per unionem facta eluceat, et eorum quæ convenerunt ut indivulse unirentur, naturali proprietate extra omnem mutationem ac confusionem distinctio fidem habeat.

Siquidem enim idcirco naturæ coivissent, ut natura ederetur, ignotum prorsus nobis esset salutis nostræ mysterium : cum non esset unde, quave ratione, Dei in nos nostrumque usum, demissionem nosse possemus; carne scilicet per unionem in deitatis naturam mutata, aut deitate in carnis substantiam conversa : aut denique ambabus mistione quadam, ad aliam quamdam ab iis diversam procreandam, confusis, ac quæ neutrius earum ex quibus exsistat, illæsam naturarum rationem ferret. Sive enim caro in deitatis naturam, sive in carnem deitatis natura mutata est, sive denique ad aliam

[98] Osee XII, 10.

A

Ἀπόκρισις.

Ὁ φήσας Θεός· *Ὁράσεις ἐπλήθυνα, καὶ ἐν χερσὶ τῶν προφητῶν ὡμοιώθην·* τῇ ἐπὶ τῇ σωτηρίᾳ τῶν ἀνθρώπων διὰ σαρκὸς αὐτοῦ θαυμαστῇ ἐπιδημίας, τοῖς συμβόλοις διαποικίλας προκατεβάλετο ὑποτυπώσεις· ἄλλην δι' ἄλλου τῶν προφητῶν, ὧν ἕκαστος ἦν χωρητικός, προδεικνύμενος· σύκοῦν καὶ τῷ μεγάλῳ προφήτῃ Ζαχαρίᾳ, τῶν οἰκείων μυστηρίων δωρούμενος τὴν μύησιν, καὶ οἷον ἐπ' ὄψιν ἄγων αὐτῷ πρὸς κατανόησιν τῆς μελλούσης αὐτοῦ διὰ σαρκὸς παρουσίας τὴν δύναμιν, δρέπανον αὐτῷ κατὰ τὴν θεωρίαν σοφῶς διεσκεύασε· διδάσκων ὡς αὐτὸς ἔμελλεν, ὁ τοῖς τύποις ἑαυτὸν πολυειδῶς ταῖς τῶν προφητῶν ὁράσεσι μυστικῶς διαπλάσας, τὴν ἡμετέραν ἑκουσίως κατ' ἀλήθειαν ὑπελθεῖν φύσει διάπλασιν, ἵνα δείξῃ τοῖς πράγμασι παροῦσαν τὴν προμηνυθεῖσαν διὰ τῶν τύπων ἀλήθειαν.

B

Δρέπανον οὖν ἐστιν ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς (1), ὁ τοῦ Θεοῦ μονογενὴς Υἱὸς καὶ Λόγος· ὁ δι' ἑαυτὸν μὲν κατὰ φύσιν ἁπλοῦς καὶ ὢν, καὶ ἀεὶ διαμένων· δι' ἐμὲ δὲ κατὰ πρόσληψιν σαρκὸς νοερῶς ἐψυχωμένης, ὡς οἶδεν αὐτὸς, γινόμενος καθ' ὑπόστασιν σύνθετος· οὔτε τῇ κατ' ἄκρον πρὸς τὴν σάρκα καθ' ὑπόστασιν ἑνώσει τὴν εἰς μίαν φύσιν παραδεχόμενος σύγχυσιν, οὔτε τῇ κατ' ἄκρον πρὸς τὴν σάρκα κατὰ τὴν φύσιν διαφορᾷ, πρὸς υἱῶν δυάδα τεμνόμενος. Ἄκρον δέ φημι, τῆς μὲν καθ' ὑπόστασιν ἑνώσεως, τὸ παντελῶς ἀδιαίρετον· τῆς δὲ κατὰ φύσιν διαφορᾶς ἄκρον, τὸ παντελῶς ἀσύγχυτον καὶ ἀνελλοίωτον· ὅτι μηδὲ συνεπάγεται παντελῶς, τῇ κατὰ φύσιν τῶν ἐξ ὧν συνέστηκεν ἑτερότητι, καὶ τὴν καθ' ὑπόστασιν διαφοράν, τὸ μυστήριον τῆς θείας σαρκώσεως· οὔτε μὴν τῇ καθ' ὑπόστασιν ἑνώσει, τὴν εἰς μίαν φύσιν σύγχυσιν· τὸ μὲν, ἵνα μὴ προσθήκην λάβῃ τὸ τῆς Τριάδος μυστήριον (2)· τὸ δὲ, ἵνα μηδὲν ᾖ τῇ θεότητι ὁμογενὲς κατὰ φύσιν καὶ ὁμοούσιον. Δύο γὰρ φύσεων πρὸς ὑπόστασιν· ἀλλ' οὐ πρὸς φύσιν μίαν γέγονε σύνοδος· ἵνα καὶ τὸ καθ' ὑπόστασιν ἕν, ἐκ τῶν ἀλλήλαις συνδραμουσῶν φύσεων δειχθῇ κατὰ τὴν ἕνωσιν ἀποτελούμενον· καὶ τὸ διάφορον τῶν συνελθόντων πρὸς τὴν ἀδιάσπαστον ἕνωσιν, κατὰ τὴν φυσικὴν ἰδιότητα πιστευθῇ πάσης ἐκτὸς μένον τροπῆς καὶ συγχύσεως.

C

D

Εἰ γὰρ πρὸς φύσεως γένεσιν ἡ τῶν φύσεων γέγονε σύνοδος (3), ἀδιάγνωστον ἂν ἦν ἡμῖν παντελῶς τὸ τῆς ἡμῶν σωτηρίας μυστήριον· οὐκ ἔχουσιν πόθεν, ἢ πῶς δυνηθῆναι μαθεῖν τὴν πρὸς ἡμᾶς τοῦ Θεοῦ συγκατάβασιν· εἰς τὴν θείαν φύσιν διὰ τὴν θείαν ἕνωσιν τῆς σαρκὸς μεταβληθείσης, ἢ τῆς θείας εἰς τὴν σαρκὸς οὐσίαν μετατραπείσης· ἢ ἀμφοῖν πρὸς ἄλλης παρ' ἑαυτὰς γένεσιν κατά τινα μίξιν συμφυρεισῶν· καὶ μηδετέρας τῶν ἐξ ὧν ἐστι φύσεων, τὸν λόγον ἀλώβητον φερούσης. Εἴτε γὰρ εἰς θεότητος φύσιν ἡ σὰρξ, εἴτε πρὸς σάρκα ἡ τῆς θεότητος μετεβλήθη φύσις· εἴτε πρὸς ἄλλης γένεσιν φύσεως παρὰ ταύτας

Digitized by Google

ὁ τῆς πρὸς φύσιν μίαν ἑνώσεως τρόπος τὰς φύσεις συνώθησεν, ἐγὼ τὸ μυστήριον τῆς θείας σαρκώσεως οὐκ ἐπιγινώσκω, φυσικὴν οὐχ εὑρίσκων μετὰ τὴν ἕνωσιν ἐν τῷ μυστηρίῳ διαφορὰν σαρκὸς καὶ θεότητος. Εἰ δὲ σαρκὸς ἐν Χριστῷ καὶ θεότητος μετὰ τὴν ἕνωσιν ὑπάρχει κατὰ φύσιν διαφορά· οὐ γὰρ ταυτὸν κατ' οὐσίαν ποτὲ θεότης καὶ σάρξ· πρὸ; φύσεως μιᾶς γένεσιν ἡ τῶν συνελθόντων οὐδαμῶς γέγονεν ἕνωσις· ἀλλὰ πρὸς μίαν ὑπόστασιν· καθ' ἣν ὐδεμίαν ἐν Χριστῷ οἱονδήποτε τρόπον εὑρίσκομεν διαφοράν. Ταυτὸν γὰρ τῇ οἰκείᾳ σαρκὶ κατὰ τὴν ὑπόστασιν ὁ Λόγος. Καθ' ὃ γὰρ ὁ Χριστὸς τὴν οἱανδήποτε ἐπιδέχεται διαφοράν, ἓν εἶναι κατὰ πάντα τρόπον οὐ δύναται. Καθ' ὃ δὲ τὴν οἱανοῦν παντελῶς οὐκ ἐπιδέχεται διαφοράν, κατὰ πάντα τρόπον τὸ ἓν ἐπ' αὐτοῦ διὰ παντὸς εὐσεβῶς ἔχει καὶ ὂν καὶ λεγόμενον.

Οὐκοῦν ἐπειδὴ πᾶσα μὲν διαφορὰ καθ' ὃ διαφορὰ πάντως ὑποκείμενον ἔχει ποσὸν τῶν διαφερόντων· ποσοῦ γὰρ χωρὶς, οὐκ ἂν εἴη ποτὲ διαφορά· τὸ δὲ ποσὸν, ἀριθμοῦ χωρὶς οὐ δέχεται δήλωσιν· καλῶς ἂν πρὸς μόνην τὴν δήλωσιν τῆς διαφορᾶς τῶν ἐξ ὧν ἐστι φύσεων ὁ Χριστὸς μετὰ τὴν ἕνωσιν, τὸν ἀριθμὸν παραλαμβάνομεν, σημαίνοντες ἀτρέπτους σώζεσθαι τὰς φύσεις μετὰ τὴν ἕνωσιν· ἀλλ' οὐ διαιροῦντες τῷ ἀριθμῷ τῶν εἰς ὑπόστασιν μίαν συνδεδραμηκότων τὴν ἕνωσιν· καὶ δηλοῦμεν τοῦτο φρονοῦντες, τῷ τῆς ὑποστάσεως λόγῳ, καθοτιοῦν ἀριθμὸν οὐκ ἐπάγοντες. Ὃ γὰρ οὐκ ἐπιθεωρεῖται διαφορὰ παντελῶς, οὐδὲ ποσὸν συνεισάγεται. Τὸ δὲ ποσὸν οὐκ ἔχον συνεισαγόμενον, οὔτε τὸν δηλωτικὸν τῆς διαφορᾶς ἀριθμὸν ἐπιδέχεται. Σύνθετον οὖν κατὰ τὴν ὑπόστασιν, καθ' ἣν ἡ ταυτότης καὶ τὸ πάντῃ θεωρεῖται μοναδικόν· ἵνα καὶ τὸ ταυτὸν καὶ μοναδικὸν φυλάξωμεν τῆς ὑποστάσεως, καὶ τὴν διαφορὰν τῶν πρὸς ὑπόστασιν μίαν συνδεραμουσῶν ὁμολογήσωμεν φύσεων. Οὗτός ἐστιν ὃν ἐν σχήματι δρεπάνου πετόμενον ὁ θαυμαστὸς Ζαχαρίας. Ἐκθεριστικὸς γὰρ πάσης κακίας τε καὶ ἀγνωσίας ἐστὶν ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος.

Μῆκος αὐτοῦ, φησὶ, *πήχεων εἴκοσι· καὶ πλάτος αὐτοῦ, πήχεων δέκα.* Ὡς μὲν οὖν Θεὸς καὶ Λόγος ὁ Χριστὸς (ϛ), εἰς δέκα πήχεις, τὰς ἐμπράκτους λέγω καὶ θείας ἐντολὰς, τῷ τῆς Προνοίας τρόπῳ κατὰ πρόοδον πλατύνεσθαι πέφυκεν. Εἰς δεκάδα γὰρ ἐντολῶν ὁ τοῦ Θεοῦ πλατύνεται λόγος· δι' ὧν τήν τε τῶν δεόντων ἐνέργειαν, καὶ τῶν οὐ δεόντων τὴν ἀργίαν νομοθετήσας, πᾶσαν περιέσχεν τῶν προνοουμένων τῆς αὐθαιρέτου γνώμης τὴν κίνησιν. Ὡς δὲ γενόμενος σὰρξ ὁ αὐτὸς (ϛ), καὶ τελείως ἐνανθρωπήσας, εἰς εἴκοσι πήχεις μηκύνεται· διὰ τὴν ἐπ' αἰσθήσεσι τῶν στοιχείων πρὸς γένεσιν σώματος σύνθεσιν. Πέντε γὰρ αἰσθήσεις ὑπάρχουσι, καὶ τέσσαρα τυγχάνει τὰ στοιχεῖα· ἐξ ὧν κατὰ σύνοδον ἡ τῶν ἀνθρώπων συνέστηκε φύσις. Πέντε δὲ ἐπὶ τέσσαρα συντιθέμενα, ποιεῖ τὸν εἴκοσι σαφῶς ἀριθμόν. Μῆκος δὲ τὸν τῆς οἰκονομίας ἡ Γραφὴ προσηγόρευσε τρόπον,

præter has procreandam naturam, unionis modus naturas in unam compulit naturam, divinæ incarnationis mysterium nullus ipse agnosco, qui videlicet post unionem distinctionem carnis et deitatis in mysterio non inveniam. Sin autem carnis in Christo ac deitatis post unionem naturalis exsistit distinctio (neque enim idem unquam secundum substantiam deitas ac caro exstiterint), nequaquam eorum quæ convenerunt, eo facta unio est, ut una oriretur natura, sed ut una constaret persona, cujus ratione nullam prorsus **226** in Christo invenimus distinctionem. Verbum enim idem est cum sua carne secundum personam. Qua enim ratione ullam prorsus Christus admittit distinctionem, unum omni modo esse non potest. Qua vero ratione nullam prorsus admittit distinctionem, per omnem modum pie in illo semper unum tum exsistat, tum affirmetur.

Quia igitur omnis distinctio, ea ratione qua distinctio est, eorum omnino quæ distinguuntur subjectam quantitatem habet (sine enim quantitate nunquam distinctio exsistat : nec quantitas absque numero declarari potest), rite eo duntaxat fine, ut naturarum ex quibus Christus consistit, distinctionem post unionem significemus, numerum usurpamus, quo naturas post unionem nihil demutatas significemus; non ut eorum, quæ in unam personam concurrerunt, unionem numeri adjectione dividamus. Idque nos sentire declaramus, quod, cum de persona loquimur, nullo modo numerum adhibeamus. In quo enim nulla prorsus intelligitur distinctio, cum eo neque quantitas inferatur. Cum quo autem quantitas non infertur, neque numerum admittit, quo quantitas significetur. Compositus igitur est personæ ratione, secundum quam ipse unus idemque ac prorsus singularis intelligitur : quo nimirum et eamdem singularemque personam servemus, et naturarum, quæ ad unam personam concurrerunt, distinctionem profiteamur. Hic est, quem falcis volantis figura admirandus Zacharias conspexit. Vitii enim vim omnem ac ignorantiæ demetendi, Dei sermo habet.

Longitudo ejus cubitorum viginti, et latitudo ejus cubitorum decem. Ut quidem Deus ac Verbum Christus, in decem cubitos (quæ scilicet actione geruntur divinaque mandata) Providentiæ rationibus secundum processum ut multiplicetur, comparatum habet. Dei enim sermo in mandatorum decadem multiplicatur; quibus, et ea quæ officii sunt facienda sanciens, et ab eis cessandum quæ non sunt ejusmodi, eorum qui Providentia disponuntur, liberæ mentis motum omnem complexus est. Ut autem idem caro factus est, ac perfecte induit hominem, in viginti cubitos producitur, ob elementorum in sensibus corporis editione compositionem. **227** Sunt enim quinque sensus, ac quatuor exsistunt elementa : ex quibus una coeuntibus hominum consurgit natura. Quinque autem super quatuor si componas, vicesimum palam numerum feceris.

Digitized by Google

Longitudinem vero Scriptura dispensationis modum appellavit, ob celsitatem, ac quod divinæ incarnationis mysterium naturam omnem excedit.

διά τε τὸ ὕψος, καὶ τὸ ὑπὲρ πᾶσαν εἶναι φύσιν τὸ μυστήριον τῆς θείας ἐνανθρωπήσεως.

Volantem autem, et quod terrenum nihil habeat, et ob velocitatem motusque celeritatem, atque (ut verbo dicam) verbi abbreviationem, omnemque hominum salutem una salvandorum mente complectentem, sola fide ac bona conscientia consistentem. Nihil enim celerius interiori fide, nihilque proclivius, quam ut ejus gratiam, quod fide tenes, ore confitearis. Alterum enim animatam ejus qui credidit dilectionem erga auctorem ostendit; alterum, piam erga proximum animi affectionem. Dilectio autem seu charitas veraque affectio (id est, fides bonaque conscientia) opus palam sunt atque effectus interioris animi motus; qui suo ortu nulla prorsus exteriori materia indigeat. *Verbum enim breviatum*, inquit, *faciet Dominus super terram* [96].

Πετόμενον δὲ, διά τε τὸ μηδὲν ἔχειν ἐπίγειον (6), διά τε τὸ ταχὺ καὶ ὀξυκίνητον· καὶ, συνελόντα φάναι, συντετμημένον τοῦ λόγου, καὶ πᾶσαν τὴν τῶν ἀνθρώπων σωτηρίαν μόνῃ περιγράφον τῇ καρδίᾳ τῶν σωζομένων· κατὰ μόνην τὴν πίστιν καὶ τὴν ἀγαθὴν συνείδησιν συνεχομένην (7). Οὐδὲν γὰρ τοῦ πιστεύειν ταχύτερον· καὶ τοῦ, διὰ στόματος ὁμολογεῖν τοῦ πιστευθέντος τὴν χάριν, ἐστὶν εὐκολώτερον. Τὸ μὲν γὰρ δηλοῖ τὴν ἔμψυχον πρὸς τὸν πεποιηκότα τοῦ πεπιστευκότος ἀγάπην· τὸ δὲ, τὴν θεοφιλῆ πρὸς τὸν πλησίον διάθεσιν. Ἀγάπη δὲ, καὶ γνησία διάθεσις· ἤγουν πίστις, καὶ ἀγαθὴ συνείδησις· ἔργον προδήλως τοῦ κατὰ καρδίαν ἀφανοῦς ὑπάρχει κινήματος, τῆς ἐκτὸς ὕλης πρὸς γένεσιν παντελῶς οὐ δεόμενον. *Λόγον γὰρ συντετμημένον*, φησὶ, *ποιήσει Κύριος ἐπὶ τῆς γῆς.*

Hic est maledictio, quam emisit Deus et Pater super faciem universæ terræ. Vera maledictio veræ illius maledictionis. Quia enim per transgressionem, Adami inobedientia maledictio exstiterat, non sinens mandatum adolescere ad edendos fructus justitiæ, quorum proventu creatura benediceretur; Dei ac Patris naturalis benedictio in Adami maledictionem venit, maledictionis peccati facta maledictio, ad abolendam, quæ adoleverat, inobedientiam, ad edendos fructus injustitiæ, quo creatura adolescere peccato desisteret. Ut enim divinus Apostolus testis est, propter me maledictio ac peccatum factus est, qui meam solvit maledictionem, ac mundi peccatum tollit [97].

Οὗτός ἐστιν ἡ ἀρὰ, ἣν ἐξέπεμψεν ἐπὶ πρόσωπον πάσης τῆς γῆς ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ (8)· ἤ ὄντως ἀρὰ τῆς ἀληθινῆς. Ἐπειδὴ γὰρ γέγονεν ἀρὰ διὰ τῆς παραβάσεως, ἡ παρακοὴ τοῦ Ἀδὰμ, μὴ συγχωρήσασα πρὸς γένεσιν καρπῶν δικαιοσύνης αὐξηθῆναι τὴν ἐντολὴν, ἵνα λάβῃ τὴν εὐλογίαν ἡ κτίσις, ἐν τῇ ἀρᾷ γίνεται τοῦ Ἀδὰμ, ἡ κατὰ φύσιν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς εὐλογία· τῆς καθ' ἁμαρτίαν ἀρᾶς ἀρὰ γινομένη, πρὸς ἀναίρεσιν τῆς πρὸς γένεσιν καρπῶν ἀδικίας αὐξηθείσης παρακοῆς, ἵνα λάβῃ στέρησιν τῆς καθ' ἁμαρτίαν αὐξήσεως ἡ κτίσις. Κατάρα γὰρ δι' ἐμὲ, καὶ ἁμαρτία γέγονε, κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον, ὁ τὴν ἐμὴν λύων κατάραν, καὶ τοῦ κόσμου αἴρων τὴν ἁμαρτίαν.

Duplex enim mihi comes maledictio erat: altera, quæ meæ fructus voluntatis esset, id est peccatum, cujus merito virtutis animi semen in terram ceciderat; altera, cui juste ob meam voluntatem natura morti addicta erat; eo scilicet et invitam naturam cogens ac necessitate, ubi meæ voluntatis motus, animi sententia proseminatus fuerat. Cui ergo natura maledictioni addicta erat, eam, naturæ conditor Deus, **228** sponte sustinens (nempe mortem) vigentem in me voluntate peccati maledictionem, propria morte per crucem interemit; factaque est Dei mei maledictio atque mors, non sinens transgressionem ad fructus injustitiæ edendos procedere; divinæque mandato justitiæ benedictio, ac vita immortalis.

Δύο γὰρ κατάρας εἶχον ἐγώ· μίαν μὲν, καρπὸν οὖσαν τῆς ἐμῆς προαιρέσεως· τουτέστι τὴν ἁμαρτίαν· δι' ἧς εἰς τὴν γῆν τὸ κατ' ἀρετὴν τῆς ψυχῆς ἀπέπεσε γόνιμον· ἑτέραν δὲ, τὸν καταψηφισθέντα δικαίως διὰ τὴν ἐμὴν προαίρεσιν θάνατον τῆς φύσεως· ἐκεῖσε πρὸς ἀνάγκης καὶ μὴ βουλομένην τὴν φύσιν ὠθούμενον (9), ἔνθα τῆς ἐμῆς προαιρέσεως ἐνεσπάρη κατὰ γνώμην ἡ κίνησις. Τὴν οὖν κατακριθεῖσαν τῆς φύσεως, ὁ τῆς φύσεως ὑποστήσας τὴν γένεσιν Θεὸς, ἑκουσίως ὑπελθὼν κατάραν· φημὶ δὲ, τὸν θάνατον· τὴν ζῶσαν ἐν ἐμοὶ κατὰ προαίρεσιν τῆς ἁμαρτίας κατάραν, τῷ οἰκείῳ θανάτῳ διὰ σταυροῦ κατασφάξας ἀπέκτεινε· καὶ γέγονε ἡ τοῦ Θεοῦ μου κατάρα, τῆς ἐμῆς ἁμαρτίας κατάρα καὶ θάνατος, μὴ συγχωροῦσα πρὸς γένεσιν καρπῶν ἀδικίας ἐλθεῖν τὴν παράβασιν· τῆς δὲ κατ' ἐντολὴν θείας δικαιοσύνης εὐλογία, καὶ ζωὴ ἀτελεύτητος.

Falx ista (nempe Dominus noster ac Deus Jesus Christus) consummat furem et perjurum, atque ejus evertit domum. Fur autem ac perjurus vere nequam diabolus est; fur quidem, ea ratione quod dolo seductum hominem e paradiso, malus prædo sustulerit (nempe Dei opus et fabricam ac peculium) inque hunc traxerit ærumnarum locum; divinæ item majestatis simulacrum, multis peccatorum sordibus

Τοῦτο τὸ δρέπανον, ἤγουν ὁ Κύριος ἡμῶν καὶ Θεὸς Ἰησοῦς Χριστὸς, συντελεῖ τὸν κλέπτην καὶ ἐπίορκον· καὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ καταλύει. Κλέπτης δὲ κατ' ἀλήθειάν ἐστι καὶ ἐπίορκος (10), ὁ πονηρὸς διάβολος. Κλέπτης μὲν, ὡς συλήσας δι' ἀπάτης δῶλῳ τοῦ παραδείσου τὸν ἄνθρωπον· ἔργον καὶ κτίσμα Θεοῦ καὶ κτῆμα τίμιον ὑπάρχοντα, καὶ εἰς τόνδε τῆς κακώσεως ἀγαγὼν τὸν τόπον· καὶ τὸ τῆς θείας ἀπεικό-

[96] Isa. x, 12; Rom. ix, 28. [97] Joan. i, 26; II Cor. v, 21; Galat. iii, 13.

Digitized by Google

νισμα δόξης, πολλαῖς ἁμαρτημάτων κηλῖσιν κατα- A
ρυπώσας· ἰδίαν περιουσίαν ζητῶν ποιήσασθαι τὸν
ἀλλότριον πλοῦτον, τῶν ἀλλοτρίων κακῶς ἐφιέμενος
ἀγαθῶν· οὐχ ἵνα τηρήσῃ, ἀλλ' ἵνα κλέψῃ καὶ θύσῃ
καὶ ἀπολέσῃ (11). Ἐπίορκος δὲ, ὡς ψεύστης καὶ
παραλογιστής. Ὑποσχόμενος γὰρ τῷ Ἀδὰμ δώσειν
θειότητος δόξαν, πρὸς ἀτιμίαν κτηνῶν ἀλόγων καὶ
ὕβριν κατέβαλε· καὶ παντὸς κτήνους, ἵνα τὸ κυ-
ριώτερον εἴπω, πεποίηκεν ἀτιμώτερον· τοσοῦτον
πλέον ἔχοντα τῶν κτηνῶν κατὰ τὴν ὕβριν τῆς ἀλο-
γίας, ὅσον τῶν κατὰ φύσιν τὸ παρὰ φύσιν ἐστὶ βδε-
λυκτότερον· καὶ τῆς ἀθανασίας αὐτὸν ἀποξενώσας,
τῇ περιβολῇ τῆς φθορᾶς κατεμόλυνεν.

Οἶκος δὲ τούτου τοῦ κλέπτου καὶ ἐπιόρκου (12),
ὁ παρὼν τῆς φθορᾶς καὶ τῆς ἀλλεπαλλήλου συγχύ-
σεως καθέστηκε κόσμος· ὃν τυχὸν ἐσφετερίσατο B
ληστεύσας τὸν ἄνθρωπον· ἐν ᾧ καὶ ληστεύειν συν-
εχωρήθη, δι' ἃς οἶδεν αἰτίας (13), ὁ ληστεύειν αὐτὸν
συγχωρήσας Θεὸς, μέχρις ἂν ὁ κυκλικὸς τοῦ χρόνου
συνέστηκε δρόμος.

Ἐν τούτῳ τῷ κόσμῳ καταλύσας ὡς ἐν οἴκῳ διὰ
τῆς ἀῤῥάστου σαρκώσεως ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, τόν τε
διάβολον δήσας, κατήργησε, καὶ τὰ ξύλα καὶ τοὺς
λίθους τοῦ κόσμου τούτου (14), παντελῶς συνετέλεσε·
τὰ ξόανα καὶ τοὺς βωμοὺς, καὶ τὰ τῶν ἀγαλμάτων
ἰδρύματα διολέσας παντελῶς καὶ ἀφανίσας· δι' ὧν
θεός τις πολύμορφος καὶ ἀλλόκοτος, ὁ τῆς πλάνης
πατὴρ διάβολος προσκυνεῖσθαι παρὰ τῶν πλανηθέν-
των ὤφετο· τὴν ἐκείνων ἄνοιαν δόξης ἰδίας, ὡς πολὺ
τῶν πλανωμένων ἀνοητότερος, ὕλην ποιούμενος. C
Τί γὰρ τοῦ δοκεῖν, οὐκ ὄντος κατ' ἀλήθειαν φύσει
τοῦ πράγματος, ἀφρονέστερον; Ἐν τούτῳ τοῦ κλέ-
πτου καὶ ἐπιόρκου, τοῦ διάβολου, τῷ οἴκῳ· λέγω δὴ
τῷδε τῷ κόσμῳ· ὁ φιλάνθρωπος τῶν ψυχῶν ἡμῶν
λυτρωτὴς καὶ τῶν σωμάτων, διὰ σαρκὸς καταλύσας,
ὅλον κατέστρεψε κατὰ τὸν τῆς προτέρας πλάνης
τρόπον (15)· καὶ ὅλον πάλιν κατὰ τὸν τῆς ἀληθοῦς
ἐπιγνώσεως ἐπανωρθώσατο λόγον. Καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν,
τὸν λῃστὴν διωθήσας τῶν ἀλλοτρίων κτημάτων, αὐ-
τὸς πάλιν ὡς δεσπότης δι' ἀρετῆς τῶν οἰκείων κε-
κράτηκε· κατὰ πᾶσαν τὴν ὑπ' οὐρανὸν τὴν ἁγίαν
εὑτοῦ μεγαλοπρεπῶς Ἐκκλησίαν δειμάμενος.

Ἢ τυχὸν κλέπτης ἐστὶν ὁ διάβολος (16), ὡς δι'
ἐπάτης δόλῳ τὴν ἑκάστου πρὸς ἑαυτὸν μεταφέρειν
μέχρι καὶ νῦν μηχανώμενος ἔφεσιν. Ἐπίορκος δὲ D
καὶ ψεύστης, ὡς παραλογιστὴς ὁμοῦ, καὶ τῇ τῶν
ἀμεινόνων ἐλπίδι τοὺς κουφοτέρους τῶν τέως ἐν
χερσὶν ἀγαθῶν ἀφίστασθαι πείθων· καὶ διὰ τῶν νο-
μιζομένων ἡδέων, λανθανόντως τοῖς πειθομένοις
αὐτῷ, πόνους δημιουργῶν. Οἶκος δὲ τούτου τοῦ
κλέπτου καὶ ψεύστου καθέστηκεν, ἡ φιλαμαρτήμων
τῆς ἑκάστου καρδίας διάθεσις· ἔχουσα καθάπερ λί-
θους, τὴν περὶ τὰ καλὰ καρδίας πώρωσιν καὶ ἀναι-
σθησίαν· ξύλα δὲ, τὰ ἐξαπτικὰ ἐνθύμια τῆς τῶν
παθῶν ἀκαθάρτου πυρώσεως.

Ἢ μή ποτε ξύλα φησὶ τροπικῶς ἡ Γραφὴ (17),
τὴν ἐπιθυμίαν. Ξύλον γὰρ ταύτης [*marg.* Τῆς ἐπιθυ-

inquinaverit, alienas opes in suum quærens usur-
pare censum, alienorum male cupidus bonorum;
non servandi proposito atque animo, sed furandi et
mactandi atque perdendi [98]. Perjurus vero, ut
mendax et seductor. Pollicitus enim Adamo deitatis
gloriam, ad jumentorum ratione carentium probrum
dejecit ac injuriam; atque, ut verius loquar, omni
jumento majore probro affecit [99] : tanto scilicet
jumentis absentiæ rationis majore injuria, quanto
abominabilius quod contra naturam inolitum, quam
quod ex natura : ipsumque extra immortalitatis jura
faciens, corruptionis amictu fœdavit.

Domus autem hujusce furis ac perjuri, præsens
est corruptionis ac continuæ confusionis mundus;
quem sibi is, hominem forte deprædatus, addixit :
in quo et latrocinari permissus est, quibus novit de
causis, qui id illi Deus indulsit, quandiu circulo
vertens temporis motus exstiterit.

Hoc in mundo tanquam in domo per incarnatio-
nem nullis verbis explicabilem Dei Verbum diver-
tens, alligansque diabolum [1], profligavit, atque
mundi hujus ligna ac lapides omnino consummavit,
statuas, arasque ac fixa simulacra penitus perdens
atque abolens; quibus, ceu deus quidam multifor-
mis atque informis turpissimusque erroris pater
diabolus, errore seductis coli putabatur; eorum,
quos sic errore dementarat, dementiam (iis ipse
longe dementior) suæ gloriæ argumentum faciens
ac materiam. Quid enim opinione, **229** ut videare,
dementius, cum res ipsa vere natura non consistat?
In hac furis ac perjuri (diaboli scilicet) domo, id
est, mundo hoc, benignissimus animarum nostra-
rum ac corporum redemptor carne hospitatus,
totam evertit, quod attinet ad priorem erroris
modum; totamque rursus, quod ad veræ notitiæ
(id est, fidei) rationem spectat, instauravit. Atque,
ut verbo dicam, latrone alienis pulso prædiis, ipse
rursum heri potestate per virtutem suorum potitus
est; qui per omnem terrarum orbem sanctam suam
Ecclesiam magnifice ædificaverit.

Aut forte fur diabolus est, ut qui fraude dolum
faciens, cujusque etiamnum desiderium ad se
transferre moliatur; perjurus vero ac mendax, ut
seductor, et qui meliorum exspectatione levioris
genii ac ingenii homines, ad ea bona deserenda
inducat, quæ hactenus in manibus versentur; ac
per ea, quæ dulcis speciem habeant, occulte obse-
quentibus labores consciscat. Hujus autem furis ac
mendacis domus, cujusque animi, peccati libidine
prona affectio exsistit; cui lapidum vicem habeant,
erga ea quæ honesta sunt ac officii, obduratio sen-
sumque adimens stupor; lignorum vero, quibus de-
lectabilibus impura illi vitiorum pyra inardescit.

Num vero Scriptura moraliter ligna cupiditatem
vocavit? Scriptum enim est, lignum ejus primum

[98] Joan. x 10. [99] Psal. xlviii, 13. [1] Matth. xii, 29.

Digitized by Google

innaturalem vitiasse motum [1]; ac quod facultas hæc animi vitii omnis ac perturbationis, haud secus ac ignis materia lignea, capax exsistit : lapides vero, duros forsitan stupidosque, nec quidquam virtutis rationi cedentes, iracundiæ motus : quæ omnia, cum ea in qua exsistunt, domo (id est affectione) abolet conficitque adveniens Dei sermo : primum per fidem ea eliminans eum qui in ipsa quondam per errorem sedem nactus erat, nempe diabolum : eum qui fortis videbatur, insolubilibus alligans compedibus, ejusque diripiens domum, atque habitum vitia succendentem una cum obduratione erga ea quæ honesta sunt ac officii, animo propellens [2]

A μίας δηλονότι] πρῶτον ἀναγέγραπται παρὰ φύσιν διαφθεῖραν τὴν κίνησιν· καὶ διὰ τὸ παντὸς πάθους, ὡς τοῦ πυρὸς ἡ ξυλώδης ὕλη, ταύτην δεκτικὴν εἶναι τῆς ψυχῆς τὴν δύναμιν· λίθους δὲ, τὸ στερρὸν τυχὸν καὶ ἀναίσθητον, καὶ μὴ ὑπεῖκον τῷ λόγῳ τῆς ἀρετῆς, τῶν θυμικῶν κινημάτων· ἅπερ πάντα, μετὰ τῆς ἐν ᾗ ταῦτα τυγχάνουσιν οἰκίας, ἤγουν διαθέσεως, ἀφανίζει· τε καὶ συντελεῖ παραγινόμενος ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ἐκβάλλων αὐτῆς πρότερον διὰ τῆς πίστεως, τὸν διὰ τῆς πλάνης ἐν αὐτῇ ποτε κατοικήσαντα διάβολον· τὸν οἰόμενον ἰσχυρὸν εἶναι, πέδαις ἀλύτοις καταδήσας, καὶ τὴν οἰκίαν αὐτοῦ διαρπάσας· τήν τε τῶν παθῶν ἐξαπτικὴν ἕξιν, μετὰ τῆς περὶ τὰ καλὰ πωρώσεως ἀπελαύνων τῆς καρδίας.

Aut forte lapides quidem vocat animi ad ea quæ honesta sunt ac officii, segnitiem, ut cui stupor virtutum omnem sensum adimat : ligna vero, promptum animum ac incitatum in ea, quæ mala sunt : quæ omnia sermo, fidelium animis **230** ejiciens atque submovens, non cessat pacem facere, ac reconciliare in uno virtutum corpore, eos qui longe, et eos qui prope sunt, medium parietem maceriæ dissolvens (peccatum scilicet) ac mentis chirographum improbitatis cautione vitiique abrogans, necnon sensum carnis spiritus legi mancipans [3]. Eos enim qui longe, ut quidem existimo, vocavit, sentientis animi motus, per naturam longe exsistentes, ac a lege Dei procul extraneos; eos autem qui prope, intelligentis animi operationes atque virtutes, ut quæ non longe a sermonis necessitudine exsistant. Hæc nimirum ille post carnalis legis dissolutionem connectit, inter se spiritu secundum modum virtutis committens. Medium enim parietem, puto, naturalem corporis legem appellavit : maceriam vero, quæ in lege carnis cum vitiis et affectibus (id est, peccato) exsistit, necessitudinem. Sola enim cum vitiis probrosisque affectibus necessitudo, legis naturæ (ejus scilicet partis naturæ quæ affectibus, ærumnisque ac morti obnoxia est) maceries est, velut interjecto muro, corpus ab animo ac virtutum ratione sermoneque dispescens : nempe non sinens medio animo per actionem ejusque cultu ad carnem transire. Adveniens autem sermo, ac naturæ expugnata lege (ea scilicet naturæ portione quæ affectibus obnoxia est) innaturalium in illa affectuum necessitudinem profligavit.

Ἢ τυχὸν λίθους μὲν καλεῖ (18), τὴν περὶ τὰ καλὰ B τῆς ψυχῆς ῥᾳθυμίαν, ὡς ἀρετῶν ἀναισθητοῦσης· ξύλα δὲ, τὴν περὶ τὰ κακὰ προθυμίαν· ἅπερ πάντα ἔξω τῆς καρδίας τῶν πιστῶν διωθούμενος ὁ Λόγος, οὐ παύεται ποιῶν εἰρήνην, καὶ ἀποκαταλλάσσων ἐν ἑνὶ σώματι τῶν ἀρετῶν, τούς τε μακρὰν καὶ τοὺς ἐγγὺς, τὸ μεσότοιχον δῆλον ὅτι τοῦ φραγμοῦ καταλύων· λέγω δὴ τὴν ἁμαρτίαν· καὶ τῆς γνώμης ἀχυρῶν, τὸ περὶ κακίαν χειρόγραφον· καὶ τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς, καθυποτάσσων τῷ νόμῳ τοῦ πνεύματος. Τοὺς μακρὰν γὰρ ἐκάλεσεν, ὡς οἶμαι, τὰς κατ' αἴσθησιν κινήσεις· μακρὰν κατὰ φύσιν οὔσας, καὶ ξένας παντάπασι τοῦ νόμου τοῦ Θεοῦ· ἐγγὺς δὲ, τὰς νοερὰς τῆς ψυχῆς ἐνεργείας, ὡς τοῦ λόγου κατ' οἰκείωσιν οὐκ οὔσας μακράν· ὥσπερ συνάπτει μετὰ τὴν κατάλυσιν τοῦ σαρκικοῦ νόμου (19), κατὰ τὸν C τῆς ἀρετῆς τρόπον συνδέων αὐτὰς ἀλλήλαις τῷ πνεύματι. Μεσότοιχον γὰρ, ὡς οἶμαι, τὸν κατὰ φύσιν νόμον τοῦ σώματος κέκληκε· πρὸς τὰ πάθη σχέσιν, ἤγουν τὴν ἁμαρτίαν. Μόνη γὰρ ἡ πρὸς τὰ πάθη τῆς ἀτιμίας σχέσις, τοῦ νόμου τῆς φύσεως· τουτέστι, τοῦ παθητοῦ τῆς φύσεως μέρους, φραγμὸς γίνεται, τῆς ψυχῆς τὸ σῶμα διατειχίζων, καὶ τοῦ λόγου τῶν ἀρετῶν· τὴν πρὸς σάρκα διὰ μέσης ψυχῆς κατὰ τὴν πρᾶξιν μὴ συγχωρῶν γενέσθαι διάβασιν. Ὁ δὲ λόγος παραγενόμενος, καὶ τὸν τῆς φύσεως νόμον, ἤγουν τὸ τῆς φύσεως παθητὸν, καταπαλαίσας, τὴν ἐν αὐτῷ τῶν παρὰ φύσιν παθῶν σχέσιν κατήργησεν.

Hic est Dominus meus ac Deus meus Christus Jesus, quem falcis specie vidit propheta, viginti cubitorum longitudinis (ejusmodi scilicet, ut sentiendi omnem operationem sensilibus in rebus versantem complectatur) decemque cubitorum latitudinis; quippe quod Deus meus ac Salvator, rationalis omnis motus terminus ac finis exsistit. Aiunt enim, numerandi partes, solius per naturam esse rationis. Omnis autem numeri complexio finisque decas exsistit. Ergo Dei ratio ac sermo nedum sen-

D Οὗτός ἐστιν ὁ Κύριός μου καὶ ὁ Θεός μου Χριστὸς Ἰησοῦς, ὃν ὡς δρέπανον ἑώρακεν ὁ προφήτης, εἴκοσι πήχεων τὸ μῆκος· περιεκτικὸς γὰρ πάσης τῆς ἐπὶ τοῖς αἰσθητοῖς ἐστιν αἰσθητικῆς ἐνεργείας· καὶ δέκα πήχεων τὸ πλάτος· ὁριστικὸς γὰρ πάσης λογικῆς ὑπάρχει κινήσεως, ὁ ἐμὸς Θεὸς καὶ Σωτήρ. Φασὶ γὰρ τὸ ἀριθμεῖν μόνου κατὰ φύσιν εἶναι τοῦ λογικοῦ· παντὸς δὲ ἀριθμοῦ περιοχὴ καὶ τέλος ἐστὶν, ἡ δεκάς· ἄρα περιεκτικὸς οὐ μόνον αἰσθητικῶν δυνάμεων, ἀλλὰ καὶ νοερῶν ἐνεργειῶν ἐστιν ὁ τοῦ Θεοῦ

[1] Gen. III, 2. [2] Luc. XI, 22. [3] Ephes., II, 14,15; Coloss. II, 14.

Digitized by Google

Λόγος· ὡς μὴ μόνον σωμάτων, ἀλλὰ καὶ ἀσωμάτων δημιουργός. A

Δρέπανον δὲ προσηγορεύθη κατὰ τὴν ὅρασιν (20), οὐ μόνον ὡς θερίζων τῇ λογικῇ φύσει, ἣν αὐτὸς οὐκ ἔσπειρε, κακίαν· καὶ συνάγων, ἣν αὐτὸς οὐ διεσκόρπισε, φύσιν· ἀλλὰ καὶ ὡς δρεπόμενος, καὶ εἴσω τῶν θείων ἀποθηκῶν τοὺς σωζομένους ποιούμενος. Ἁρὸς δὲ, καὶ ὡς ταῖς ἐνεργείαις τῶν ἀρετῶν εὐσφῆς (21), ταῖς πρακτικαῖς δυνάμεσι τῆς ψυχῆς συμφυόμενος.

Εἰ δέ τινί πως δοκεῖ, προσώπων δύο καὶ οἴκων τοσούτων ὁ τῆς Γραφῆς ἔμφασιν ποιεῖσθαι λόγος, ὧν ἐργάζεται τὸ δρέπανον τὴν ἀναίρεσιν, φάσκων, *Καὶ εἰσελεύσεται εἰς τὸν οἶκον τοῦ κλέπτου, καὶ εἰς τὸν οἶκον τοῦ ὀμνύοντος ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου* B *ψευδῆ*· γνῶμεν ὅτι τὰς δύο γενικὰς, καὶ πασῶν περιεκτικὰς ἐνεργείας τῆς τοῦ διαβόλου πλάνης, ἀντὶ προσώπων δύο λαβὼν ἐσήμανεν· ἤγουν τοὺς τρόπους τῶν ἐνεργειῶν· καὶ τὰς δύο γενικὰς, καὶ τῶν λοιπῶν ὁριστικὰς περὶ τὴν πλάνην διαθέσεις τῆς ἀνθρωπότητος, οἴκους δύο προσηγόρευσεν ὁ λόγος. Οἷον, ἡνίκα μὲν δι' ἀπάτης δόλῳ συλῶν τὴν περὶ Θεὸν ἔμφυτον γνῶσιν τῆς φύσεως, ταύτην ὁ πονηρὸς εἰς ἑαυτὸν σφετερίζεται, κλέπτης ἐστὶν, εἰς ἑαυτὸν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ τὸ σέβας μεταφέρειν πειρώμενος· ἁπάντων δῆλον ὅτι τῶν ἐν τοῖς γεγονόσι πνευματικῶν λόγων τὴν κατὰ νοῦν τῆς ψυχῆς θεωρίαν, καὶ μόνῃ περιγράφων τὴν νοερὰν δύναμιν τῇ κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν προσόψει τῶν αἰσθητῶν· ὁπηνίκα C δὲ διὰ τῶν φυσικῶν ἀποχρώμενος κινημάτων, πρὸς τὰ παρὰ φύσιν σοφιστικῶς τῆς ψυχῆς κατασύρῃ τὴν πρακτικὴν δύναμιν, καὶ διὰ τῶν νομιζομένων καλῶν τοῖς χείροσι πιθανῶς δι' ἡδονῆς προσηλώσῃ τούτῃς τὴν ἔφεσιν, ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου ὀμνύει ψευδῶς. πρὸς ἄλλα παρ' ὑπόσχεσιν ἄγων τὴν πειθομένην ψυχήν. Καὶ ἔστι κλέπτης μὲν (22), ὡς πρὸς ἑαυτὸν συλῶν τὴν γνῶσιν τῆς φύσεως· οἰκίαν ἔχων, τὴν περὶ τὴν ἄγνοιαν τῶν πλανωμένων διάθεσιν. Ἐπίορκος δὲ, ὡς τὸ πρακτικὸν τῆς ψυχῆς μάτην διαπονεῖσθαι πείθων τοῖς παρὰ φύσιν· οἰκίαν ἔχων τὴν φιλαμαρτήμονα τῆς γνώμης τῶν ἀνεχομένων διάθεσιν.

Οὐκοῦν κλέπτης, ὡς ἔφην, ὁ διάβολος, τὴν γνῶσιν παρατρέπων τῆς φύσεως· ἐπίορκος δὲ, τὴν κατ' ἀρε- D τὴν ἐνέργειαν αὐτῆς παραμείβων τῆς πράξεως. Οἰκία δὲ κλέπτου καθέστηκεν, ἡ τῷ πταιστῷ λόγῳ τῆς γνώσεως ἐνισχημένη διάθεσις· οἰκία δὲ ἐπιόρκου, ἡ τῷ μύσει τῶν παθῶν τῆς ἀτιμίας πεποιωμένη διάθεσις· ἅσπερ ὁ τοῦ Θεοῦ σωτήριος Λόγος φιλανθρώπως εἰσδὺς, ποιεῖ κατοικητήριον Θεοῦ διὰ Πνεύματος· γνῶσιν ἀληθείας ἀντὶ πλάνης καὶ ἀγνωσίας· καὶ ἀρετὴν καὶ δικαιοσύνην ἀντὶ κακίας καὶ πονηρίας δημιουργῶν· δι' ὧν ἐν τοῖς ἀξίοις ποιεῖν πέφυκε τὴν οἰκείαν ἐμφάνειαν.

Τοιγαροῦν ἀντὶ τῶν προσώπων, τοὺς τρόπους τῆς διαφόρου κακουργίας τοῦ ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ πονηροῦ διαβόλου· καὶ ἀντὶ τῶν οἰκιῶν, τὰς προσφυεῖς

tiendi vires complectitur, sed et intelligendi operationes; ut qui non solum corporum conditor sit, verum etiam spirituum.

Falcis autem nomine in visione appellatus est, nedum ut metens naturæ utentis ratione, cujus ipse sator non est, improbitatem; ac naturam, quam non dispersit, colligens : verum etiam ut decerpens, intraque divina horrea, eos, **231** qui salutem consequantur, cogens; præterea vero etiam virtutum actibus tractabilis, animi viribus actioni deditis cohærescens.

Sin autem forte cui videatur, sacræ Scripturæ textum duas personas totidemque domos designare, quas sermo destruat, sive ratio, cum ait : *Et intrabit in domum furis, et in domum jurantis in nomine meo falso;* scimus duas generales, et quæ reliquas complectantur, erroris diaboli operationes, duarum personarum loco ipsum significasse : hoc est, genera duo operationum; duasque generales, ac quarum ambitu reliquæ contineantur, errori deditas naturæ humanæ affectiones, domos duas vocasse. Puta, cum seductionis dolo malus ille insitam de Deo naturæ notitiam deprædatus, sibi ipse asciscit atque vindicat, fur est, qui a Deo Numinis cultum in se transferre satagat; dum scilicet intelligentis animi speculationem ab spiritalibus, creatis in rebus rationibus, abducens, mentis vim omnem uni sensilium rerum externo conspectui addicit. Cum vero a naturalibus motibus auspicatus, ad innaturales fallendi solertia agendi vim animi traxerit, ejusque cupiditatem per ea quæ boni speciem habent atque honesti, suadendi potens voluptatis lenocinio deterioribus affixerit, in nomine Domini falso jurat, animum dicto audientem alio trahens, quam ei pollicitus erat. Ac quidem fur est, qua ratione sibi naturæ rapit cognitionem; domum habens eam animi affectionem, qua errantes ignorantiæ litant. Perjurus vero, qua animi agendi vim innaturalibus frustra laboribus impendi cogit; eorum qui sustinent, sceleratum pronumque peccati libidine animum, domum habens.

Igitur diabolus, uti dicebam, fur est, qui naturæ pervertat scientiam; perjurus vero, qui ejus, qua virtus præstetur, operationem, ab actionis ratione demutet. Porro domus furis animi affectio est incertæ ac fallaci implexa rationi : domus vero perjuri, passionum ignominiæ impuritate imbuta animi affectio : quas salutaris Dei sermo propensa humanitate subiens, Dei habitaculum per Spiritum facit, erroris loco ac ignorantiæ, veritatis inducens scientiam; proque malitia ac pravitate, virtutem condens ac justitiam : quibus illi comparatum, ut in iis qui digni sunt conspicuam **232** sui exhibeat præsentiam.

Igitur personarum loco, diversos unius ejusdemque nequissimi diaboli astutiæ ac fallendi dolos; domorumque loco, iis affines diabolicis modis,

Digitized by Google

e rum qui illis aguntur atque afflantur, animorum affectus Scriptura vocitavit.

Rursus vero fur est, qui ut auditoribus fucum faciat, divinos sermones ac doctrinam colit, quorum vim per opera nescit; qui scilicet nudam ore prolationem in gloriæ mercaturam vertat; his quæ loquitur, unam ab auditoribus justitiæ laudem venans. Atque, ut verbo dicam, qui vitam a sermone abhorrentem, animique affectum scientiæ adversantem habet, is fur est, qui ex alienis bonis non bene inclarescat; ad quem merito sermo dicat : *Peccatori autem dixit Deus : Quare tu enarras justitias meas, et assumis testamentum meum per os tuum* [5] ?

Ac rursus fur est, qui conspicua indole moribusque, non conspicuam obtegit fraudulenti animi nequitiam; ficta nimirum pietatis ac modestiæ specie, interiorem animique affectum celans; ac sicut ille, eruditorum sermonum prolatione, auditorum mentem; sic ipse quoque, simulata morum honestate contuentium sensum fallens; in quem similiter dicetur : *Erubescite, qui induimini vestes alienas* [6]. Itemque : *Et Dominus denudabit habitum eorum in die illa* [7]. Mihi enim ipse in abdito cordis sinu hæc Deum ad me quotidie loquentem audire videor, ut qui utriusque palam scelcris reus tenear.

θεον ὁμοῦ καὶ μισάνθρωπον πάθος· ἀποξηραίνει γὰρ A τὴν καρδίαν τῶν ἀπίστων, τοὺς περὶ θεότητος εὐσεβεῖς λογισμοὺς, καὶ τοὺς ὀρθοὺς περὶ φύσεως λόγους ἀπομαραίνων, κατὰ τὴν εἰκόνα τοῦ καύσωνος. Φασὶ γὰρ τοῦτον γίνεσθαι τὸν ἄνεμον κατὰ μίξιν ἀνατολικοῦ καὶ νοτίου πνεύματος· καὶ διὰ τοῦτο ξηραίνοντα τῆς γῆς τὴν παρεσπαρμένην ἰκμάδα. Καλεῖσθαι δέ φασιν αὐτὸν καὶ Εὐροκλύδωνα καὶ Τυφωνικόν· τὸ μὲν, ὡς ταραχὴν πανταχόθεν γῆς καὶ θαλάττης ἐγείροντα· τὸ δὲ, ὡς αὐχμώδους σκότους ποιητικόν· ἅπερ πέφυκε ποιεῖν καὶ ὁ τῦφος. Ἐπάγει γὰρ μεγάλην ταραχὴν τῇ ψυχῇ, καὶ σκότους ἀγνοίας πληροῖ τὴν διάνοιαν. Τοῦτον ἐξήγειρεν ὁ Θεὸς τὸν καύσωνα μετὰ τὴν εἰς Χριστὸν παροινίαν· τουτέστι, παρεχώρησεν ἐπελθεῖν τοῖς Ἰουδαίοις, πρόσφορον κεκτημένοις αὐτῷ τὴν διάθεσιν, ἵνα γένηται πᾶσι κατάδηλος αὐτῶν ἡ περὶ Θεὸν καὶ ἀνθρώπους προαίρεσις. Ὅθεν ἀγνοίας ζόφῳ καταπεισθέντες, εἰς τὴν ἀντίθετον [Fr. et Seg. ἀντίθεον] τῷ Θεῷ μοῖραν ἑαυτοὺς ἐκουσίως ἀπέωσαν· ἄλλο μὲν οὐδὲν τὸ σύνολον ἔχοντες, πλὴν τὸ διαπονεῖσθαι καὶ ἀδημονεῖν, ἐπί τε τῇ κατὰ τὴν πίστιν σωτηρίᾳ καὶ δόξῃ τῶν ἐθνῶν, ἐπί τε τῇ καθαιρέσει τῶν παρ' αὐτοῖς κατὰ σάρκα νομίμων, λέγοντες· *Νῦν, Κύριε, λάβε δὴ τὰς ψυχὰς ἀφ' ἡμῶν, ὅτι καλὸν ἡμῖν τὸ ἀποθανεῖν, ἢ ζῆν*, διὰ τὴν ξηρανθεῖσαν κολόκυνταν· λέγω δὲ, τὴν ἐν σκιαῖς τοῦ νόμου λατρείαν καταργηθεῖσαν· τὴν ὑπὸ νύκτα, καὶ γενομένην καὶ ἀπογενομένην (40)· ὡς μηδένα, τοῖς τῶν συμβόλων αἰνίγμασί τε καὶ τύποις μόνοις περιγραφομένην, φωτισμὸν ἔχουσαν νοητὸν C ψυχῆς διάνοιαν λαμπρύναι δυνάμενον.

fastus; affectus scilicet ejusmodi atque vitium, quod Dei pariter **265** hominumque odio tumeat: ardoris enim in morem æstusque flatu, incredulorum arefacit animos, qui pios de deitate cogitatus, rectasque de natura rationes contabescere faciat. Aiunt enim orientali australique vento commistis, hunc conflari ventum: quodque his conflatus est, exsiccare quidquid terræ humoris inest. Vocari autem aiunt Eurocłydonem [Euroaquilonem] ac Typhonicum; alterum quidem, quod undique terra marique elementa turbet; alterum vero, quod squalentes tenebras inducat: quod et animi tumor fastusque (τύφος nimirum) proclive præstat. Grandem enim animo ciet turbationem, mentemque opplet ignorantiæ tenebris. Hunc Deus ardorem B æstumque suscitavit, post Christum ludibrio habitum; nempe Judæos, qui pro illius ratione affecti essent, incessere permisit, ut eorum erga Deum et homines cunctis palam animus innotesceret. Idcirco ignorantiæ caligine oppressi, in partem Deo adversam se ipsi ultro impulere, quibus nihil prorsus aliud reliquum sit, quam ut ægre ferant animisque discrucientur, tum quod gentes fidei merito salutem consecutæ sunt atque gloriam, tum quod ipsorum destructa legitima carnalia, dicantque: *Nunc, Domine, tolle animas nostras a nobis, quia melius est nobis mori, quam vivere* [84]; idcirco nimirum quod arefacta cucurbita: quod scilicet destructus legis umbratilis cultus, qui sub noctem ac per eam, tum ortus est et adolevit, tum esse desiit: qui nimirum signorum duntaxat ænigmatis atque figuris definitus, spiritali omnino claritate careat, qua animus illustrari ac splendescere valeat.

Ἀλλ' ἡμεῖς πνευματικῶς διὰ πίστεως, καὶ τῆς παρομαρτούσης αὐτῇ δικαιοσύνης, τὴν πνευματικὴν ἀσπασώμεθα Νινευή· φημὶ δὲ τὴν ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίαν, τὴν ὡς ἀληθῶς *Πόλιν μεγάλην τῷ Θεῷ* καθεστῶσαν, ὡς γέγραπται· καὶ διὰ τῶν ὁρισθεισῶν αὐτῇ πρὸς ἐπιστροφὴν τριῶν ἡμερῶν τῇ μετανοίᾳ διασωθεῖσαν· καὶ πολῖται ταύτης τῆς πόλεως τῆς τῷ Θεῷ μεγάλης διὰ τῆς μετανοίας, καὶ τῆς ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταβολῆς γενέσθαι σπουδάσωμεν. Ἐπιτετηρημένως γάρ φησι *μεγάλην* εἶναι *τῷ Θεῷ τὴν πόλιν* ὁ λόγος οὗτος ὁ φάσκων, *Ἡ δὲ Νινευὴ, ἦν πόλις μεγάλη τῷ Θεῷ*. Ποῦ τῆς Γραφῆς ὁ Ἰουδαῖος D περὶ τῆς κάτω πόλεως Ἱερουσαλὴμ ἀληθείας φροντίζων τοῦτο κείμενον ἐπὶ λέξεως εὑρίσκει τὸ ῥητόν; Οὐδαμοῦ γὰρ ἔγωγε πᾶσαν πολλάκις ἀναγνοὺς τὴν ἁγίαν Γραφὴν, κείμενον ἤδυρον τὸ, *Καὶ Ἱερουσ-*

Nos enimvero spiritaliter per fidem, ac quæ illi comes est, justitiam, spiritalem Ninivem amplectamur; nempe quæ ex gentibus est, Ecclesiam, vere illam *magnam Deo civitatem*, uti scriptum est, triumque dierum illi ad conversionem constitutorum pœnitentia, salutem consecutam; hujusque magnæ Deo civitatis cives pœnitentiæ cultu fieri studeamus, ac meliori fruge emendando vitam. Signanter enim *magnam Deo civitatem* vocat Scriptura, cum ait: *Erat autem Ninive civitas magna Deo* [85]. Ubinam Judæus, quove Scripturæ loco, si modo illi veritas quidquam cordi est, de terrena hoc Jerusalem verbo tenus dictum invenerit? Equidem **266** cum totam non raro sacram Scripturam ipse pellegerim, nusquam in ea exstare inveni: *Et erat Jerusalem civitas magna Deo.* Quis vero dicendi

[84] Jonæ IV, 3. [85] Jonæ III, 3.

Eurus. Non frustra autem Lucas, non contentus dixisse *coortum ventum procellosum*, adjicere voluit unde is flaret, quod nullus esse posset *Euroaquilone* magis adversus Italiam petentibus. De vento Typhonico ejusque speciebus, *exnephia, turbine, presteie*, docte Erasm. ad eum Act. locum. Maximo Euronotus potius sit, et ad ejus intentum commodius, quod ventus ille ex Austri qualitate videatur ad exsiccandum ac adurendum proclivior; non forte ad ciendam procellam, de qua Lucæ sermo erat. Urentis ejus venti specimen vidi, dum in provincia Phocensi ante annos fere triginta ad Sancti Maximi theologiam docerem, unius diei paucis horis feré exusta messe, albis jam ad vesperam segetibus, quæ mane virides essent, velutque ex fornace æstuantibus hominibus, cum nihil typhonicum ventus ille haberet; sed continue, nec nimio impetu aut procella, perflaret. Proinde videtur hic copulasse Maximus, quæ longe diversa nec unius generis venti sunt.

Digitized by Google

facultate, conceptumque ubertate fretus, commetiri possit, ac statuere, quanta demum ejus civitatis magnitudo sit, quæ magna Deo exsistit et audit? Mihi sane rem expedire, omnino inconcessum; arbitror autem etiam, si quis animi sagax, divinæ tantis per magnificentiæ gustum fecit, ac per omnia Deum referre, quæ Deus sententia efferat ac proloquatur, non nescit. Quonam autem modo magna Deo civitas, Assyriorum urbs primaria, ubi erroris confusio? ubi insani idolorum cultus locata regia? quæ longe plurimis parasangis, a sancta (quam vocant) terra, et corporali promissa Israeli, esset dissita? nisi ita dicamus, conspecta scilicet Ecclesiæ gentium fidei magnitudine, rationis sermonisque modum omnem excedente, quod erat futurum, ac si præsens esset, Deum comprobasse; ac quod hactenus alienum erat proprium vindicasse : quodque aliquando impietatis labe vilissimum, Sermonis gratia divinum fecisse ac nobilissimum, ejusmodi scilicet, ut illius futura præstantia et magnitudo, nulla ratione atque sermone finiretur, ita diserte per prophetam loquendo : *Et erat Ninive civitas magna Deo* : ad quam missus gratiæ propheticæ sermo, eversionem beatam prædicavit dicens : *Adhuc tres dies, et Ninive subvertetur* [84]. Hunc in locum deducta nobis oratione, ac ubi concessa dierum indulgentia tangitur, alia mihi omittenda duxi, quanta subtilius spiritaliusque enarrantibus dici queant; id vero duntaxat sedulo annotandum atque dicendum, quod forte si dicatur, nihil ipsum veritatis metas excidere inveniatur.

Cum itaque certo præstituto spatio atque termino prophetam prædicantem audio : *Adhuc tres dies, et Ninive subvertetur*, incommutabilem adversum Ninivem sententiam exspecto : quinimo, ut verius magisque proprie loquar, pro Ninive, inque ejus gratiam inspectionem futuram, seu animadversionem, opperior. Intelligo enim, post tres dies, intra quos propheta in ventre ceti figurate agens, triduanam in se Domini sepulturam ac resurrectionem præsignavit, alios tres dies exspectare Scripturam, in quibus veritatis lumen exhibendum **267** esset, verusque mysteriorum, quæ erant prædicta, eventus futurus, ac prorsus civitas eruenda : qui nimirum, non jam futuram sepulturæ Christi ejusque

[84] Jonæ III, 4.

A *σαλίμ ἦν πόλις μεγάλη τῷ Θεῷ* (*n*). Τίς δὲ λόγου δυνάμει καὶ νοημάτων πλούτῳ θαῤῥῶν, περιγράψας μετρῆσαι δυνήσοιτο τὸ μέγεθος τῆς τῷ Θεῷ καὶ οὔσης καὶ λεγομένης μεγάλης πόλεως; Ἐμοὶ μὲν τοῦτο παντελῶς ἄπορον· οἶμαι δὲ, καὶ παντὶ συνετῷ τὴν διάνοιαν, καὶ μικρὸν γοῦν ἐπηυθημένῳ τῆς θείας μεγαλειότητος, καὶ τῷ Θεῷ τὰς θείας ψήφους ἐμφερεῖς εἶναι δεῖν οὐκ ἀγνοῶν. Πῶς δὲ τῷ Θεῷ μεγάλη πόλις ἐστὶν, ἡ πρώτη πόλις τῶν Ἀσσυρίων, ἔνθα τῆς πλάνης ὑπῆρχεν ἡ σύγχυσις· ἔνθα τῆς εἰδωλομανίας ἵδρυτο τὸ βασίλειον· ἡ πολὺ πόῤῥω τυγχάνουσα τῆς λεγομένης ἁγίας γῆς, καὶ τῷ σωματικῷ Ἰσραὴλ ἐπηγγελμένης, εἰ μὴ τὸ μέγεθος τῆς μηδενὶ λόγῳ περιγραφομένης πίστεως τῆς ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίας ἐνιδὼν ὁ Θεὸς (41), τὸ μέλλον ὥσπερ ὂν ἀπεδέ-

B ξατο, καὶ τὸ τέως ἀλλότριον εἰσψκήσατο· καὶ τό ποτε διὰ τὴν ἀθεΐαν φαυλότατον, ἔνθεον τῷ λόγῳ καθέστηκε καὶ τιμιώτατον, καὶ μηδενὶ λόγῳ τὸ μέλλον ὁριζόμενον ἔχον, διὰ τοῦ προφήτου φήσας διαῤῥήδην, *Καὶ Νινευὴ ἦν πόλις μεγάλη τῷ Θεῷ*· πρὸς ἣν ἀποσταλεὶς ὁ τῆς προφητικῆς χάριτος λόγος, τὴν μακαρίαν καταστροφὴν ἐκήρυξεν, εἰπών· *Ἔτι τρεῖς ἡμέραι, καὶ Νινευὴ καταστραφήσεται*. Κατὰ τοῦτον γενόμενος τῆς τῶν ἡμερῶν προθεσμίας τὸν τόπον, τὰ μὲν ἄλλα δοκῶ μοι παρήσειν, ὅσα δυνατὸν ῥηθῆναι τοῖς τὸν λόγον ἀνάγουσι· μονώτατον δὲ σκοπεῖν μετὰ τῆς ἀκριβοῦς σημειώσεως, καὶ εἰπεῖν ὅπερ τυχὸν οὐκ ἔξω βαῖνον εὑρεθήσεται τῆς ἀληθείας λεγόμενον.

C

Τοίνυν ἀκούων ὁριστικῶς, *Ἔτι τρεῖς ἡμέραι, καὶ Νινευὴ καταστραφήσεται*, τοῦ προφήτου κηρύττοντος, ἀπαράλλακτον ἐκδέχομαι κατὰ τῆς Νινευὴ τὴν ἀπόφασιν· μᾶλλον δὲ κυριώτερον εἰπεῖν, ὑπὲρ τῆς Νινευὴ τὴν ἐπίσκεψιν ἔσεσθαι. Νοῶ γὰρ, ὅτι μετὰ τρεῖς ἡμέρας, ἅσπερ τυπικῶς ἐν τῇ κοιλίᾳ τοῦ κήτους ὑπάρχων, ἐν αὐτῷ προλαβὼν τὴν τριήμερον ταφὴν τοῦ Κυρίου καὶ ἀνάστασιν προδιέγραψεν ὁ προφήτης, ἄλλας ἐξεδέχετο τρεῖς ἡμέρας ὁ λόγος (42), ἐν αἷς ἔμελλε τῆς ἀληθείας ἀποδειχθῆναι τὸ φῶς, καὶ ἡ τῶν προῤῥηθέντων ἀληθὴς τῶν μυστηρίων ἔκβασις, καὶ ἡ καταστροφὴ γενέσθαι πάντως τῆς πόλεως, οὐκέτι μέλλουσαν προτυπούσας τὴν ἀλήθειαν τῆς τοῦ Σωτῆρος ταφῆς (*o*) καὶ ἀναστά-

(*n*) *Μεγάλη τῷ Θεῷ*. לאלהים quod ita ut LXX Hebraismo retento reddiderunt : Latina ad sensum, *valde;* quasi *divine magna civitas;* quomodo *cedros Dei*, psal. LXXIX, 11, legimus ; et *montes Dei*, LXVII, 16. Græci quoque, Homerus et alii, itemque Latini non raro *divinum*, pro magno et eximio accipiunt : meritoque sic vocata Ninive fuit, præ Jerusalem, quod omnium maxima civitas erat, quæ unquam exstiterunt ; cum Jerusalem, etsi Judæorum regia, aliis etiam non paucis urbibus populi frequentia, cunctisque reliquis (si cultum religionis excipias) cederet. Quo etiam, magis quam reliquo splendore, cum et jam multis labefactata esset, et prope ruinam minaretur et excidium, quod ipsum non multo post illatum est, *civitas Dei* nominatur, Tob. XIII, 11 : *Jerusalem civitas Dei, castigavit te Dominus in operibus manuum tuarum*. Quem locum

D non ita legit Maximus, sed ut habent Græca, Ἱερουσάλυμα πόλις ἁγίου μαστιγώσει ἐπὶ τὰ ἔργα τῶν υἱῶν σου. Malim μαστιγώσῃ, vel add. σε, cum Compl. indeque emend. quod Vulg. facile obrepsit, *castigabit* quod, et temporum series poscit, et ipsa cantici humano more præsago spiritu ratio: nec necesse cum Estio, quasi præteritum pro futuro positum sit ad certitudinem prophetiæ, tanta commentari ; sic proclivi, non conjectura, sed ex certa editione detecto mendo.

(*o*) *Τῆς τοῦ Σωτῆρος ταφῆς*. Subtilis Maximi expositio, non de ipsis Jonæ diebus agi, qui figura præiverant, sed de Christi diebus, quorum triduo destruenda Ninive profana, et sancta instauranda ; quanquam ubi Græca, *tres dies*, Hebr. Syr. ac reliqui, *quadraginta* habent, nec aliter reddidisse τοὺς LXX, existimat Theodoretus : sed qui primi

Digitized by Google

σεως, ἀλλ' ἐπὶ τῶν πραγμάτων ἐνεργεθεῖσαν δεικνυούσας σαφῶς τὴν ἀλήθειαν· ἧς προδιατύπωσις ἦν, ἡ προλαβοῦσα κατὰ τὸν Ἰωνᾶν ἐν τῷ κήτει τριὰς τῶν ἡμερῶν. Εἰ γὰρ πᾶς τύπος προσδοκωμένης ἀληθείας ἐστί· κατὰ δὲ τὸν τύπον τρεῖς ἡμέρας πεποίηκεν ἐν τῇ κοιλίᾳ τοῦ κήτους Ἰωνᾶς, δῆλον ὡς τύπος πραγματειωδῶς ἐφεπομένην πάντως καινοπρεπῶς τὴν ἀλήθειαν δεικνύναι τὸ μυστήριον ἔμελλε· καὶ τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς πεποιηκέναι τὸν Κύριον, κατὰ τὴν αὐτοῦ τοῦ Κυρίου φωνὴν, φάσκοντος· *Ὥσπερ ἦν Ἰωνᾶς ἐν τῇ κοιλίᾳ τοῦ κήτους τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας, οὕτως ἔσται καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας.* Τὸ γὰρ εἰπεῖν, *Ἔτι τρεῖς ἡμέραι*, δηλοῖ κατ' ἐπίκρυψιν, ὡς παρῆλθον ἄλλαι τρεῖς ἡμέραι, ἐπεὶ οὐκ ἂν ἔκειτο τὸ, *Ἔτι*· τουτέστι, γενήσονται πάλιν τρεῖς ἡμέραι, καὶ Νινευὴ καταστραφήσεται. Οὐκοῦν ὁ τύπος οὐ κατέστρεψε τὴν Νινευὴ κατὰ τὴν θείαν ἀπόφασιν· ἀλλ' ἡ ἀλήθεια, περὶ ἧς εἶπεν, *Ἔτι τρεῖς ἡμέραι*· ὡσανεὶ ἔλεγεν· Ἔτι τρεῖς ἡμέραι, κατὰ τὸν [Fr. μετὰ τὸν] ἐμοὶ δειχθέντα τύπον, γενήσονται, μυστικωτέρας ταφῆς καὶ μείζονος ἀναστάσεως· καὶ Νινευὴ καταστραφήσεται.

resurrectionis veritatem figura commonstrarent, sed ipsis rebus in actu veritatem aperte ostenderent; cujus illa Jonæ in ceto tridui mora, præcurrens figura exstiterat. Siquidem enim omnis figura, exspectatæ veritatis figura exsistit, Jonasque figura triduum in ventre ceti egit; palam est, pro eo ac figura, comitem reipsa omnino nova ratione futuram veritatem, mysterium debuisse ostendere; tresque dies ac tres noctes, Dominum in corde terræ egisse, juxta ejus ipsius vocem, qua ait : *Sicut fuit Jonas in ventre ceti tribus diebus et tribus noctibus; sic erit et Filius hominis in corde terræ tribus diebus et tribus noctibus*[87]. Dicendo enim, *adhuc tres dies*, tacite significavit atque innuit, tres alios dies jam præteriisse; alioqui vox illa *adhuc*, posita non esset. Ac si dixisset : Erunt rursus tres dies, et Ninive subvertetur. Non igitur figura, juxta divinam sententiam, Ninivem evertit, sed veritas, de qua dixit, *adhuc tres dies*, juxta eam, quæ in me exhibita est, figuram, erunt, abstrusioris sensus sepulturæ majorisque resurrectionis : *Et Ninive subvertetur.*

Ἀλλ' ἐρεῖ τις τυχὸν διαπορῶν λόγος, Πῶς ἀληθεύει καταστροφῆς ψῆφον διδοὺς ὁ Θεὸς, καὶ μὴ καταστρέφων; πρὸς ὃν φαμεν, ὡς ἀληθεύει τὴν αὐτὴν καταστρέφων, καὶ σώζων· τὸ μὲν, τῇ ἀποθέσει τῆς πλάνης ποιῶν· τὸ δὲ, τῇ προσλήψει [*al.* προλήψει] κατορθῶν τῆς ἀληθοῦς ἐπιγνώσεως. Μᾶλλον δὲ, τὴν μὲν πλάνην ἀποκτένων διὰ τῆς πίστεως πάλιν ζωογονουμένης (43)· τὴν δὲ σωτηρίαν, τῷ θανάτῳ τῆς πλάνης πραγματευόμενος. Νινεὺη γὰρ (*p*) ἑρμηνεύεται *μελάνωσις αὐχμηρὰ*, *καὶ ὡραιότης λειοτάτη*. Οὐκοῦν συμφώνως τῇ δυνάμει τῆς ἑρμηνείας, τὴν μὲν ἐκ τῆς παραβάσεως τῇ φύσει προστενομένην αὐχμηρὰν τῆς πλάνης μελάνωσιν, μετὰ τὴν τριήμερον ταφὴν καὶ ἀνάστασιν ὁ Κύριος κατέστρεψε· τὴν δὲ ἐξ ὑπακοῆς πίστεως λειοτάτην ὡραιότητα τῆς φύσεως ἀνενεώσατο· πάλιν τὸ κάλλος ἐν τῇ φύσει κατὰ τὴν ἀνάστασιν δείξας τῆς ἀφθαρσίας ἄγαν λειότατον, καὶ μηδενὶ τὸ παράπαν ὑλικῷ τραχυνόμενον. Ἁρμόσει δὲ καὶ πρὸς τὴν κοινὴν φύσιν τοῦτο λεγόμενον, καὶ πρὸς τὴν ἁγίαν Ἐκκλησίαν, καὶ πρὸς τὴν τοῦ καθ' ἕκαστον ψυχὴν, ἀποθεμένην

Verum non desit forsitan, qui quærat ac dicat : Quanam vero ratione Deus verax exsistit, qui, eversionis lata sententia, haudquaquam everterit? Respondemus veracem esse, qui eamdem ipse evertat, et præstet incolumem; alterum faciens erroris abdicatione; alterum, vera assumpta agnitione, sive potius, fidei mucrone, quæ rursus vivificetur, errorem interimens, errorisque morte salutem conficiens. Ninive enim, si nomen interpreteris, *squalosa denigratio*, seu *macula*, sit, *ac pulchritudo lenissima*. Quantum igitur vis ipsa ratioque nominis poscit, squalentem erroris maculam ac denigrationem, quæ ex transgressione naturæ inoleverat, post triduanam sepulturam et resurrectionem Dominus subvertit; lenissimam autem ex obedientia fidei naturæ pulchritudinem instauravit; incorruptionis scilicet decus longe lenissimum, nullo prorsus terreno asperum scabrumque monstrans. Congruet autem quod ita dicitur, etiam communi naturæ, sanctæque Ecclesiæ, ac cuique singulorum animæ; **268** si qua per fidem bonamque conscientiam,

[87] Matth. XII, 40.

exscripserunt, sic aberrasse, unde propagatus error in omnia exemplaria : quo ruit Maximi hæc subtilitas. Exciderat hic unum folium insignis illius Dufrenii cod. ad cujus explendam lacunam ascripta ad marginem alia manu nec ita recente, quæ ex illo desiderabantur, præfixis his duobus iambis,

Τὸ λεῖπον ὧδε χεὶρ χαράττει Μαξίμου
Ἐξ ἀντιγράφων εἰς ἅπαν ἐσκεμμένων.

Non abludit hæc manus ab Antiquario regio, estque indicio quantæ fidei codex haberetur, cujus tantilla hæc lacuna, non nisi ex accuratissimis exemplaribus visa sit debere suppleri. Et certe regia dignus magnificentia, si ad membranarum amplitudinem ac paraturam, etiam scholia ex Maximi voto, pari elegantia, nec minus erudita manu, accessissent. Nec nisi providentia factum putem, quod nisi eo consulto, exque illo emendatis quæ mihi ejus pene congesseram omnia, Maximum vulgare non licuit.

(*p*) *Νινευὴ γάρ.* Hic quoque allata Ninives etyma paulo remotiora. Palam videtur dicta ex נין *Nino* נוה *habitaculum*, quasi *Nini urbs*. Unde et Ptolomæus in descriptione Assyriæ, urbem hanc vocat *Ninum*. נין autem Hebraice *filius* est, *Beli* scilicet. Sic passim urbes ex eorum qui condiderunt, vel in quorum honorem conditæ sunt, antiquo modernoque usu vocantur : nec tanta necesse in his etymis venari mysteria, cum plana ipsa narratio ac prophetia uberes satis sensus ad pie contemplandum possit sufficere. A נאה est et נוה *amœnus*, quod unum ex etymis Maximi est ipsum satis genuinum; nec forte desint etiam alia ipsa vero proxima, nec prorsus respuenda, in quibus aliorum judicium, et ex eo lucem, exspecto.

Digitized by Google

veteris Adæ atque terreni imagine posita, imaginem cœlestis induerit [68].

Aperte igitur ostensum est longe aliam aliamque sensus mystici intelligentiam, pro diversa vi ac notatione nominis, prophetam habere; quod nimirum hæc, ejus oraculis ac locis diversitas rite conveniat. Nam significat, ea ratione qua nomen *fuga decoris* exponitur, Adamum ac communem naturam; qua vero *requies* ac *medicina Dei*, *Deique labor* dicitur, Dominum nostrum ac Deum, juxta eam quæ tradita nobis est, expositionis vim, referat : ut autem *gratiam*, per Spiritus in ea divitias, designat, *columba* appellatur, *Deique donum*, ac *Dei labor*, ob eorum multa certamina, qui veræ vocationis ministri exstiterunt. Ut denique Judæorum adversum veritatem insanum furorem obscure significat, *eorum labor seu defatigatio tædiumque* exponitur, quod est invidia de alienis bonis, ea laborantibus dolorem ac mœstitiam creans : quod utique vitium, pro natura Judæis inolevit, qui Deum hominesque odisse in animum propense induxerint; eamque ob rem omni impudentia, per cruorem cædesque unum naturæ interitum labemque exquirunt.

Quod tamen festina cursu oratio, quæ ad trium dierum iter spectat, spiritalem intelligentiam reliquerit. Ait enim : *Erat autem Ninive civitas magna Deo, quasi itinere viæ trium dierum;* si libet, quod omissum est, paucis impleamus.

Trium itaque viæ dierum iter existimandum puto, diversas ejus cursus vitas, qui ex pietatis rationibus instituitur; hoc est, congruum cuique generali legi disciplinæ modum. Generales autem leges inpræsentiarum appello, naturalem, scriptam ac gratiæ. Harum enim singulæ, peculiare genus disciplinæ habent ac cursum convenientem; quippe cum etiam, eorum qui ex illarum rationibus instituuntur, diversam animo affectionem sensumque obtineant. Alia enim aliam cuique sub ea militantium propensam voluntatem affectumque ingenerant. Puta, lex naturalis, cum præ ratione vigentem sensum eique præscribentem non habuerit, nulla doctrina, ipsaque sponte, ut velut cognatos atque generis necessitudine conjunctos omnes amplectamur, **269** inducit; ipsa nimirum natura iis magistra præstandæ opis, quisquis egeat; atque ut omnes omnibus velint, quod sibi quisque ab aliis præstandum, jucundum exque animo habeat. Idque ut doceret Dominus, ait : *Quæcunque vultis ut faciant vobis homines, et vos similiter facite illis* [69]. In quibus enim natura ratione regitur, hoc comparatum, ut una animi affectio sit. Quorum autem una animi affectio est, morum quoque ratio ac vitæ cursus unus genio manifeste est. Quorum vero morum ratio ac vitæ cursus idem est, unum utique idemque eorum inter se animi sententia necessitu-

διὰ πίστεως καὶ ἀγαθῆς συνειδήσεως, τοῦ παλαιοῦ Ἀδὰμ καὶ χοϊκοῦ τὴν εἰκόνα, καὶ ἐνδυσαμένην τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου.

Τοιγαροῦν δέδεικται σαφῶς, ὅτι πολύτροπον ἔχει τὴν ἐπ' αὐτῷ θεωρίαν ὁ προφήτης, κατὰ τὴν δύναμιν τοῦ ὀνόματος· τοῖς τόποις δηλονότι τῆς αὐτοῦ Γραφῆς προσφόρως ἁρμοζούσης κατὰ τὴν ἑρμηνείαν ἐμφάσεως. Σημαίνει γὰρ ὡς μὲν *φυγὴ κάλλους* ἑρμηνευόμενος (44), τὸν Ἀδὰμ, καὶ τὴν κοινὴν φύσιν· ὡς δὲ *ἀνάπαυσις*, καὶ *ἴασις Θεοῦ* καὶ *πόνος Θεοῦ* λεγόμενος, τὸν Κύριον ἡμῶν καὶ Θεόν, κατὰ τὴν ἀποδοθεῖσαν τῆς ἐξηγήσεως δύναμιν· τὴν δὲ τοῦ κηρύγματος *χάριν*, διὰ τοῦ ἐν αὐτῇ πλούτου τοῦ Πνεύματος μηνύων, *περιστερὰ* λέγεται, καὶ *δόμα Θεοῦ*, καὶ *πόνος Θεοῦ* διὰ τοὺς πολλοὺς ἀγῶνας τῶν γενομένων ταύτης τῆς ἀληθοῦς κλήσεως λειτουργῶν. Τὴν δὲ τῶν Ἰουδαίων κατὰ τῆς ἀληθείας ὑπεμφαίνων μανίαν, ἑρμηνεύεται *διαπόνησις αὐτῶν*, ὅπερ ἐστὶ *φθόνος* ἐπ' ἀλλοτρίοις ἀγαθοῖς, τίκτων λύπην τοῖς ἔχουσιν· ὅπερ κακὸν εἰς φύσιν τοῖς Ἰουδαίοις μετέπεσε, τὸ πρὸς Θεὸν καὶ ἀνθρώπους μίσος ἀγελομένοις· καὶ διὰ τοῦτο, μόνην τὴν δι' αἵματος καὶ φόνων ἀναιδεῖς [Fr. ἀνέδην] φθορὰν ἐπιζητοῦσι τῆς φύσεως.

Ἀλλ' ἐπειδὴ τρέχων ὁ λόγος, τὴν περὶ τῆς πορείας τῶν τριῶν ἡμερῶν θεωρίαν παρέλειφε· φησὶ γάρ· *Ἡ δὲ Νινευὴ ἦν πόλις μεγάλη τῷ Θεῷ, ὡσεὶ πορείας ὁδοῦ ἡμερῶν τριῶν*, εἰ δοκεῖ, δι' ὀλίγων τὴν ἔλλειψιν ἀναπληρώσωμεν.

Τὴν τοίνυν πορείαν τῆς ὁδοῦ τῶν τριῶν ἡμερῶν, ὑποληπτέον εἶναι τοὺς διαφόρους βίους δρόμου τοῦ κατὰ Θεόν· ἡγοῦν τὴν ἑκάστῳ γενικῷ νόμῳ πρέπουσαν ἀγωγήν. Νόμους δὲ λέγω νῦν γενικοὺς, τὸν φυσικὸν καὶ τὸν γραπτὸν, καὶ τὸν τῆς χάριτος. Ἰδιάζουσαν γὰρ τούτων ἕκαστος ἀναστροφὴν ἔχει βίου καὶ δρόμον πρόσφορον, ὅτι καὶ τὴν ἐξ αὐτοῦ κατὰ τὴν γνώμην γενομένην [Fr. γενωμένην] τῶν ἀγομένων διάθεσιν ἔχει διάφορον. Ἄλλην γὰρ ἄλλος ἑκάστῳ τῶν ὑπ' αὐτὸν πέφυκε δημιουργεῖν τὴν διάθεσιν (45). Οἷον, ὁ μὲν φυσικὸς νόμος (46), ὅταν οὐκ ἔχῃ πλερωσεκτοῦσαν τὸν λόγον τὴν αἴσθησιν, ἀδιδάκτως ἀσπάζεσθαι πάντας πείθει τὸ συγγενὲς καὶ ὁμόφυλον, αὐτὴν ἔχοντας τὴν φύσιν, τῆς τῶν δεομένων ἐπικουρίας διδάσκαλον· κἀκεῖνο βούλεσθαι πᾶσιν ἅπαντας, ὅπερ ἕκαστος ἑαυτῷ παρὰ τῶν ἄλλων γινόμενον εἶναι δοκεῖ καταθύμιον· καὶ τοῦτο διδάσκων ὁ Κύριος, φησίν· *Ὅσα θέλετε ἵνα ποιῶσιν ὑμῖν οἱ ἄνθρωποι, ὁμοίως καὶ ὑμεῖς ποιεῖτε αὐτοῖς*. Ἐφ' ὧν γὰρ ἡ φύσις λόγῳ βραβεύεται (47), τούτων μία πέφυκεν εἶναι διάθεσις. Ὧν δὲ ἡ διάθεσις ἡ αὐτὴ, καὶ κατ' ἦθος τρόπος, καὶ ὁ τοῦ βίου δρόμος εἷς ὑπάρχειν προδήλως πέφυκεν. Ὧν δὲ τρόπος ἠθῶν καὶ βίου δρόμος ἐστὶν ὁ αὐτὸς, εἷς δηλονότι καὶ αὐτὸς κατὰ τὴν γνώμην τῆς πρὸς ἀλλήλους σχέσεως ὑπάρχει δεσμὸς, κατὰ μίαν τὴν γνώμην ἄγων τοὺς πάντας πρὸς τὸν ἕνα λόγον τῆς φύσεως· ἐν ᾧ

[68] I Cor. xv, 49. [69] Tob. iv, 16; Matth. vii, 12; Luc. vi, 31.

Digitized by Google

πανελῶς οὐκ ἔστιν ἡ νῦν κρατοῦσα τῆς φύσεως διὰ τὴν φιλαυτίαν διαίρεσις.

A dinis vinculum est; una voluntate ac sententia, in unam omnes cogens naturæ rationem· in qua nullo prorsus modo est, quæ nunc perversi amoris privati labe, naturæ divisio viget.

Ὁ δὲ γραπτὸς νόμος (48), φόβῳ τῶν ἐπιτιμίων ἐπέχων τὰς ἀτάκτους τῶν ἀφρονεστέρων ὁρμὰς, ἐθίζει διδάσκων πρὸς μόνην αὐτοὺς ὁρᾷν τὴν τοῦ ἴσου διανομὴν, καθ' ἣν τῆς δικαιοσύνης τὸ κράτος χρόνῳ βεβαιωθὲν, εἰς φύσιν μεθίσταται· ποιοῦν τὸν μὲν φόβον, διάθεσιν ἠρέμα κατὰ μικρὸν τῇ περὶ τὸ καλὸν γνώμῃ κρατουμένην· ἕξιν δὲ τὴν συνήθειαν τῇ λήθῃ τῶν προτέρων καθαιρομένην, καὶ τὸ φιλάλληλον ἑαυτῇ συναποτίκτουσαν, καθ' ὃ τοῦ νόμου γίνεσθαι τὸ πλήρωμα πέφυκε, πάντων ἀλλήλοις κατὰ τὴν ἀγάπην συναρμοσθέντων. Πλήρωμα γὰρ νόμου καθέστηκεν ἡ κατ' ἀγάπην διάλληλος συνοχὴ πάντων τῶν μετειληφότων τῆς φύσεως, φέρουσα τῷ κατ' ἀγάπην πόθῳ κατεστεμμένον τὸν λόγον τῆς φύσεως· καὶ τῇ προσθήκῃ τοῦ πόθου, τὸν τῆς φύσεως καταφαιδρύνουσα νόμον. Νόμος γὰρ φύσεώς ἐστι (49), λόγος φυσικὸς τοῖς τρόποις τὴν αἴσθησιν λαβὼν ὑποχείριον. Γραπτὸς δὲ νόμος ἐστὶν, ἤγουν γραπτοῦ νόμου πλήρωσις, λόγος φυσικὸς προσλαβὼν λόγον πνευματικὸν τῆς πρὸς τὸ συγγενὲς ἀλληλουχίας ἐπίκουρον. Διό φησιν, *Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς ἑαυτόν*· ἀλλ' οὐ, Σχοίης τὸν πλησίον σου ὡς ἑαυτόν. Τὸ μὲν γὰρ, τὴν πρὸς τὸ εἶναι μόνον δηλοῖ τοῦ συγγενοῦς συνοχήν (50)· τὸ δὲ, τὴν πρὸς τὸ εὖ εἶναι σημαίνει πρόνοιαν.

B Lex autem scripta pœnarum metu, eorum qui majori insipientia laborant, petulantes appetitionum motus compescens, ad solam æqui distributionem docet, attendere animum ut assuescant; qua scilicet, justitiæ vis tempore firmata, in naturam transit; ita nimirum ut paulatim sensimque metum, animi honestatem volentis sententia robustam affectionem efficiat; mundumque priorum oblivione habitum, consuetudinem, quæ utique una secum dilectionem pariat; qua legis plenitudo consistit, cunctis inter se charitatis vinculo consertis [60]. Plenitudo enim legis est, quæ per charitatem mutua omnium naturæ commercio gaudentium complexio est; charitatis desiderio atque amore, naturæ rationem ferens coronatam, ejusque accessione ac cumulo, naturæ legem honestans. Etenim naturæ lex naturalis ratio est, quæ sensum moribus subditum deditiliumque nacta est. Lex vero scripta, sive legis scriptæ plenitudo, ratio est naturalis, mutuæ cohæsionis cum iis, quos generis necessitudo sociat, spiritali ratione assumpta. Propterea ait: *Diliges proximum tuum sicut teipsum* [61]; non autem, Vide, habeas proximum tuum sicut teipsum. Alterum enim, ejusdem generis hominum conjunctionem significat, eo duntaxat spectantem, ut sint; alterum autem providentiam, ut bene illis sit ac beate vivant.

Ὁ δὲ τῆς χάριτος νόμος, αὐτὸν ἀμέσως διδάσκει τοὺς ἀγομένους μιμεῖσθαι τὸν Θεὸν, ὃς τοσοῦτον ὑπὲρ ἑαυτὸν ἡμᾶς, εἰ θέμις εἰπεῖν, καὶ ταῦτα διὰ C τὴν ἁμαρτίαν ὄντας ἐχθροὺς, ἠγάπησεν, ὥστε καὶ εἰς τὴν καθ' ἡμᾶς οὐσίαν ἐλθεῖν ἀτρέπτως, ὑπὲρ πᾶσαν οὐσίαν ὄντα καὶ φύσιν ὑπερουσίως καταδέξασθαι, καὶ ἄνθρωπον γενέσθαι, καὶ τῶν ἀνθρώπων ἵνα χρηματίσαι βούλεσθαι· καὶ τὴν ἡμετέραν κατάκρισιν οἰκείαν ποιῆσαι μὴ παραιτήσασθαι· καὶ τοσοῦτον ἡμᾶς θεῶσαι κατὰ χάριν, ὅσον κατ' οἰκονομίαν αὐτὸς φύσει γέγονεν ἄνθρωπος· ἵνα μὴ μόνον μάθωμεν ἀλλήλων ἀντέχεσθαι φυσικῶς, καὶ ὡς ἑαυτοὺς ἀλλήλους ἀγαπᾷν πνευματικῶς· ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ ἑαυτοὺς ἀλλήλων κήδεσθαι θεϊκῶς· καὶ ταύτην τῆς εἰς ἀλλήλους ἀγάπης ἀπόδειξιν ποιεῖσθαι, τὸ κατ' ἀρετὴν ὑπὲρ ἀλλήλων τὸν ἑκούσιον προθυμεῖσθαι θάνατον. *Οὐκ ἔστι γὰρ ταύτης μείζων ἀγάπη*, φησὶν, *ἵνα τις θῇ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ* D *ὑπὲρ τῶν φίλων αὐτοῦ.*

At lex gratiæ, ipsum immediate Deum imitari eos docet, qui instituuntur; **270** qui scilicet sic nos supra seipsum (si modo fas est dicere) atque id, cum ob peccatum inimici essemus, dilexerit, ut nostram quoque essentiam ac naturam, qui essentia omni naturaque superior est, superessentiali ratione immutabiliter adire annuerit, atque homo fieri, unusque hominum audire, voluerit; nec nostram condemnationem suam ipsius facere recusaverit; tantumque nos per gratiam deitate augere dignatus sit, quantum ipse dispensationis ergo homo natura exstitit: ut non solum alii alios naturaliter complecti, ac tanquam nos ipsos alter alterum spiritaliter diligere noverimus; verum etiam supra nos ipsos alii aliis divine curam impendere; hancque mutuæ dilectionis exhibitionem præstare, ut virtutis nutu alii aliorum causa mortem obire ambiamus. *Nulla* enim, inquit, *major ac dilectio est, ut quis ponat animam suam pro amicis suis* [62].

Οὐκοῦν ὁ μὲν τῆς φύσεως νόμος ἐστὶν (51), ἵνα συντελῶν εἴπω, λόγος φυσικὸς τὴν αἴσθησιν λαβὼν ὑποχείριον, πρὸς ἀφαίρεσιν τῆς ἀλογίας· καθ' ἣν [*marg.* ἀλογίαν δηλονότι], τῶν φυσικῶς συνημμένων ἐστὶν ἡ διαίρεσις. Ὁ δὲ γραπτὸς νόμος ἐστὶ, λόγος φυσικὸς μετὰ τὴν κατ' αἴσθησιν τῆς ἀλογίας ἀφαίρεσιν προσλαβὼν καὶ πόθον πνευματικὸν, τῆς πρὸς τὸ συγγενὲς ἀλληλουχίας συνεκτικόν. Ὁ δὲ τῆς χάριτος νόμος, ὑπὲρ φύσιν καθέστηκε λόγος,

Lex itaque naturæ, ut summa complectar, naturæ ratio est, sensum nacta subditum deditiliumque, quo ratione carens illique aversa, auferatur affectio; ex qua est, ut qui natura conjuncti sunt, partibus scindantur. Lex autem scripta, naturalis ratio est, posito sensus aversam a ratione sublatam affectionem, spiritale etiam desiderium amoremque assumens, quo mutua eorum qui generis necessitudine juncti sunt cohæsio consistat atque serve-

[60] Rom. XIII. 10. [61] Matth. V, 43. [62] Joan. XV, 13.

Digitized by Google

tur. Lex denique gratiæ, ratio est naturam excedens, eamque ut deitate imbuatur immutabiliter transformans, velutque in imagine ac simulacro, incomprehensa ratione, quod essentiæ omni ac naturæ eminet, primigenium exemplar humana in natura repræsentans, atque beatam semper essendi perennitatem præstans.

A πρὸς θέωσιν ἀτρέπτως τὴν φύσιν μεταπλάττων, καὶ ὡς ἐν εἰκόνι δεικνὺς ἀκαταλήπτως τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων τὸ ὑπὲρ οὐσίαν καὶ φύσιν ἀρχέτυπον· καὶ τὴν τοῦ ἀεὶ εὖ εἶναι διαμονὴν παρεχόμενος.

Sin autem in hunc se modum habet trinæ legis ratio, non injuria, magna Dei civitas (nempe Ecclesia, sive cujusque singulorum anima) itineris viæ trium dierum est; ut quæ ejus justitiæ capax exsistat, eamque complectatur, quæ ex naturæ, legis ac spiritus, rationibus constituto est. Hac enim trina lege continetur, quidquid Ecclesiæ ornatus est; quantum nimirum latitudine virtutis, scientiæ longitudine, ac sapientiæ profundo mysticæ theologiæ comprehensum est. Verum caveamus, ne velut Judæorum populus, animi affectu a civitate abscedamus, qui velut **271** tabernaculo, corpori amore impendamur; instarque cucurbitæ, temporaneam corporis voluptatem colamus; ne conscientiæ vermе percutiente, errore nitens voluptatis affectio inarescat; ac velut spiritu ardoris, quæ involuntariis tentationibus consistit, eorum quæ male in vita egimus, ultione grassante, vitam desperemus, adversumque divinum judicium indignatione feramus.

B

Quicunque enim terrenorum errore superati sumus, ac carnis voluptatibus delectamur, vermis instar, Dei sermonem suscipimus, qui penes conscientiam hactenus percutiat, ac velut cucurbitæ radicem, qua voluptati addicti sumus, libidinem exedat; atque in eum modum, perfecte exorta eloquiorum spiritus collustrante luce, peccati actum arefaciat; necnon spiritu ardoris, æternarum pœnarum memoria, veluti caput, affectuum libidinumque initium, sensus ipsa suggestione, percutiat; ut providentiæ judiciique rationes noverimus, quorum utrumque temporaneis, quorum absentia mortalium genus male habet ac contristat, æterna anteponit. Siquidem enim Scriptura hominem induxit tabernaculi causa ac cucurbitæ mœrore affectum (ob carnis scilicet ac carnalem libidinem) Deum autem Ninivæ studentem; plane liqueat, quod Deo charum visum sit, iis omnibus, quæ hominibus in pretio sint atque illis amori habeantur, quæcunque demum illa exsistant, longe præstantius esse atque nobilius; nedum iis, quæ ne exsistant quidem, solaque occupata opinione, errante judicio, esse existimentur, cum nulla prorsus eorum exsistentiæ ratio sit, sed sola mentem deludens cogitatio; ejusmodi scilicet, quæ non enti inanem figuram ac speciem, non affectui vitioque veram exsistentiam, præbeat.

C

D

Εἰ δὲ τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον ὁ περὶ τῶν τριῶν νόμων λόγος, εἰκότως ἡ μεγάλη τοῦ Θεοῦ πόλις Ἐκκλησία· ἤγουν ἡ τοῦ καθ' ἕκαστον ψυχή, πορείας ὁδοῦ τριῶν καθέστηκεν ἡμερῶν (52)· ὡς δεκτικὴ καὶ χωρητικὴ τῆς κατὰ φύσιν καὶ νόμον καὶ πνεῦμα δικαιοσύνης. Ἐν τούτοις γὰρ τοῖς τρισὶ νόμοις, ὁ πᾶς περιέχεται τῆς Ἐκκλησίας διάκοσμος· πλάτει τε τῷ κατ' ἀρετήν, [πλάτει] καὶ μήκει τῷ κατὰ γνῶσιν· καὶ τῷ κατὰ σοφίαν βάθει τῆς μυστικῆς θεολογίας περιγραφόμενος. Ἀλλὰ ταύτης κατὰ διάθεσιν, ὡς ὁ τῶν Ἰουδαίων λαὸς, μὴ χωρισθῶμεν τῆς πόλεως, τὸ σῶμα καθάπερ σκηνὴν στέργοντες, καὶ τὴν πρόσκαιρον τοῦ σώματος ὥσπερ κολόκυνθαν ἡδονὴν περιέποντες· ἵνα μὴ ἂν τῆς συνειδήσεως ὁ σκώληξ πλήξας, ἀποξηράνῃ τὴν καθ' ἡδονὴν ἡπατημένην διάθεσιν· καὶ ἡ διὰ τῶν ἀκουσίων πειρασμῶν ἐπελθοῦσα καθάπερ πνεῦμα καύσωνος τῶν κακῶς ἡμῖν βεβιωμένων ἔκτισις, ἀπειπώμεθα τὴν ζωὴν, καὶ πρὸς ἣν θείαν δυσανασχετήσωμεν κρίσιν

Ἕκαστος γὰρ ἡμῶν τῶν ἡττημένων τῇ ἀπάτῃ τῶν ὑλικῶν, καὶ ταῖς ἡδοναῖς χαιρόντων τοῦ σώματος (53), σκώληκος δίκην τοῦ Θεοῦ τὸν λόγον δέχεται, καὶ τὴν συνείδησιν αὐτὸν πλήττοντα τέως· καὶ ῥίζης δίκην κολοκύνθης τὴν πρὸς τὴν ἡδονὴν αὐτοῦ διεσθίοντα σχέσιν· καὶ οὕτως διὰ τῆς τελείας ἀνατολῆς τοῦ φωτισμοῦ τῶν λογίων τοῦ πνεύματος, ἀποξηραίνοντα τὴν καθ' ἁμαρτίαν ἐνέργειαν· καὶ πνεύματι καύσωνος, τῇ μνήμῃ τῶν αἰωνίων κολάσεων, καθάπερ κεφαλὴν τὴν κατ' αἴσθησιν ἐν ταῖς προσβολαῖς ἀρχὴν τῶν παθῶν τῆς κακίας πατάσσοντα· ἵνα μάθωμεν προνοίας λόγους καὶ κρίσεως (54), τῶν προσκαίρων, ὧν τῇ στερήσει λυπεῖσθαι τὸ γένος εἴωθεν τῶν ἀνθρώπων, τὰ αἰώνια προκρινούσης. Εἰ γὰρ τὸν ἄνθρωπον διὰ τὴν σκηνὴν καὶ τὴν κολόκυνθαν λυπούμενον· λέγω δὲ τὴν σάρκα, καὶ τὴν τῆς σαρκὸς ἡδονήν· τῆς δὲ Νινευὴ ἀντεχόμενον τὸν Θεὸν εἰσήγαγε τῆς Γραφῆς ὁ λόγος, δῆλον ὡς τῶν τοῖς ἀνθρώποις τιμίων καὶ ἐπεράστων, τὸ τῷ Θεῷ φανὲν προσφιλὲς, πάντων τῶν ὑπωσοῦν ὄντων πολλῷ κρεῖττόν ἐστι καὶ τιμιώτερον· ἥπου γε τῶν οὐκ ὄντων, καὶ μόνῃ προλήψει κατ' εἰσβαλμένην κρίσιν εἶναι δοκούντων, ὧν οὐδὲς τὸ παράπαν ἐστὶ κατὰ τὴν ὕπαρξιν λόγος· μόνη δὲ φαντασία τὸν νοῦν φενακίζουσα· καὶ σχῆμα τοῖς οὐκ οὖσι διάκενον, ἀλλ' οὐχ ὑπόστασιν τῷ πάθει παρεχομένη.

SCHOLIA.

1. Quot modis Jonas nominis interpretatione reddatur.

2. Joppe, quot modis interpretanda veniat

3. Quam multis Jonas spiritaliter consideratus similis est ac congruit,

ΣΧΟΛΙΑ.

α'. Ποσαχῶς ἑρμηνεύεται Ἰωνᾶς.

β'. Ποσαχῶς ἑρμηνεύεται Ἰόππη.

γ'. Πόσοις ἀναλογεῖ πνευματικῶς θεωρούμενος Ἰωνᾶς.

Digitized by Google

δ'. Τίνος ἀναλογίαν ἔχει νοουμένη πνευματικῶς ἡ Ἰόππη.

ε'. Κατ' ἄλλην ἐπιβολὴν τοῖς καθ' ἕκαστα πρόσφορος θεωρία περὶ τῆς Ἰόππης.

ς'. Πολυταράχου ζάλης.

ζ'. Κεφαλὴν λέγει τὸν πρῶτον περὶ μονάδος λόγον, ὡς ἀρχὴν πάσης ἀρετῆς· τὰς δὲ σχισμὰς τῶν ὀρέων, τὰς διανοίας τῶν πνευμάτων τῆς πονηρίας, ὑφ' ὧν κατεπόθη διὰ τῆς παραβάσεως ὁ ἡμέτερος νοῦς.

η'. Γῆν λέγει κατωτάτην, τὴν μηδαμῶς γνώσεως αἰσθανομένην θείας, ἢ τῆς κατ' ἀρετὴν ζωῆς τὴν οἱανοῦν κίνησιν ἔχουσαν, ἕξιν.

θ'. Ἄβυσσον καλεῖ τὴν ἄγνοιαν ἐπικειμένην τῇ ἕξει τῆς κακίας· ἐφ' ᾗ βέβηκεν καθάπερ γῇ, τὰ τῆς κακίας πελάγη.

ι'. Γῆν μὲν τὴν παγίαν τῆς κακίας ἕξιν εἶπεν· αἰωνίους δὲ μοχλοὺς, τὰς συγκρατούσας τὴν χειρίστην ἕξιν ἐμπαθεῖς προσπαθείας τῶν ὑλικῶν.

ια'. Φέγγος λέγει τὴν ἀληθῆ γνῶσιν· ζωὴν δὲ βροτῶν, τὴν πρέπουσαν λογικοῖς πολιτείαν, ἧς ὁ τὴν κακὴν ἕξιν ἔχων ἐστερῆται.

ιβ'. Ἐνταῦθα τὴν θάλασσαν, εἰς τὸν κόσμον τοῦτον ἔλαβεν· εἰς ὃν διὰ σαρκὸς ὁ Κύριος γέγονεν.

ιγ'. Ἀνάπαυσιν λέγει τὸν Κύριον, ὡς τῶν ἐπ' ἀρετῇ πόνων λυτήριον· ἴασιν δὲ Θεοῦ, ὡς ἰατρὸν τῆς ἐκ τοῦ θανάτου πληγῆς· Θεοῦ δὲ χάριν, ὡς ἀπολύτρωσιν· καὶ Θεοῦ πόνον, ὡς τῶν ἡμῶν ἀνασχέσεις παθῶν.

ιδ'. Fr. Πῶς ἐστι χάρις ὁ Κύριος ἡμῶν καὶ Θεός· Ἴδε, Νεῖλε, καὶ μὴ σαλεύου, τῷ· *Πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας*.

ιε'. Πῶς δηλοῖ τὴν προφητικὴν χάριν Ἰωνᾶς.

ις'. Ὅτι δαπανᾷ, φησὶ, προσβάλλουσαν τὴν πονηρὰν δύναμιν, ἡ τῶν ἁγίων ὑπομονή.

ιζ'. Ὅτι σωματικῶς οἱ ἅγιοι πάσχοντες, καὶ τὸν ὑπὲρ ἀληθείας ἑκουσίως ὑπερχόμενοι θάνατον τῆς σαρκὸς, τὴν κατὰ πίστιν ἐν πνεύματι ζωὴν ἐνήργουν τοῖς ἔθνεσι.

ιη'. Ὅτι τῆς καθ' ὑπερβολὴν θείας δυνάμεώς ἐστιν ὑπόθεσις, ἡ κατὰ φύσιν τῶν ἁγίων ἀσθένεια· ᾗς ἥττονα τὸν ὑπερήφανον διάβολον ὁ Κύριος ἔδειξεν.

ιθ'. Τὸν βασιλέα φησὶν εἶναι, τὸν φυσικὸν νόμον· τὸν δὲ θρόνον, τὴν ἐμπαθῆ κατ' αἴσθησιν ἕξιν· τὴν δὲ στολὴν, τὴν τῆς κενῆς δόξης περιβολήν· τὸν δὲ σάκκον, τὸ κατὰ τὴν μετάνοιαν πένθος· τὴν δὲ σποδὸν, τὴν ταπεινοφροσύνην.

κ'. Ἀνθρώπους λέγει, τοὺς περὶ τὸν λόγον· κτήνη δὲ, τοὺς περὶ τὴν ἐπιθυμίαν· βόας δὲ, τοὺς περὶ τὸν θυμόν· πρόβατα δὲ τοὺς περὶ τὴν θεωρίαν τῶν ὁρατῶν πταίοντας.

κα'. Ὅτι καὶ τὴν ἑκάστου ψυχὴν ἡ Νινευὴ σημαίνει.

4. Quocum Joppe spiritaliter considerata congruit.

5. Alio sensu singulis conveniens spiritalis de Joppe consideratio.

6. Turbulentæ procellæ.

7. Caput appellat primam unitatis rationem, quæ scilicet virtutis omnis principium exsistat. Montium autem scissuras, cogitationes ac consilia spirituum nequitiæ, quorum afflatu atque incursu, per transgressionem, mens nostra absorpta est.

272 8. Terram appellat infimam, ejusmodi habitum qui nullo divinæ scientiæ sensu afficiatur, omnique prorsus vitæ motu, quod spectat ad virtutem, careat.

9. Abyssum vocat, imminentem vitioso habitui ignorantiam; quam vitii ac pravitatis alto gurgite flumina, velut terram inscendant.

10. Terram appellavit, firmum vitii habitum. Æternos vectes, terrenorum libidinosos affectus, pessimum conflantes habitum.

11. Jubar vocat, veram scientiam: mortalium vero vitam, quæ utentes ratione deceat, vitæ institutionem, qua caret, qui malo habitu præditus est.

12. Hic loci mare in mundi hujus figuram accepit, in quem Dominus per carnem venit

13. Requiem Dominum appellat, ut quo virtutis palæstra labores solvantur. Dei autem medicinam dicit, ut qui mortis plagam medicetur. Dei vero gratiam, ut qui redemptio sit. Denique Dei laborem, ut qui ægrotationes nostras affectusque susceperit.

14. Quomodo Gratia Dominus noster ac Deus? Vide, Nile, et ne moveare, quod scriptum est: *Plenus gratiæ et veritatis* [63].

15. Qua tandem ratione Jonas significet propheticam gratiam.

16. Sanctorum patientia ipsis ingruentem absumit nequissimam potestatem.

17. Sancti corpore tormenta sustinentes, ac pro pietate carnis mortem obeuntes, vitam in spiritu, quæ per fidem est, in gentibus præstabant.

18. Divinæ excellentis potentiæ argumentum est, quæ ex natura sanctorum infirmitas est, qua fecit Dominus, ut superbus diabolus victoria caderet.

19. Regem esse dicit, naturæ legem: solium ejus, vitiosum sensus labe habitum · stolam, inanis gloriæ amictum: saccum, pœnitentiæ luctum; cinerem, sensus modestiam; id est humilitatem.

20. Homines vocat, qui ratione; pecora, qui cupiditate; boves, qui ira; oves, qui rerum in aspectum cadentium contemplatione offendunt.

21. Ninivem etiam cujusque singulorum animam significare.

[63] Joan. I, 14.

Digitized by Google

22. Ea sine quibus non, tempus sunt ac locus: sine quibus nihil in creatis exsistit.

23. Ecclesia, quæ virtutis ac scientiæ rationibus fulgeat, ac cujusque singulorum anima (quippe quæ tempus excedant et naturam) supra duodecim myriades (id est, centum viginti millia) habet. Virtutis enim ratio, uti sinistræ, carnis peccatum nescit; ac scientiæ ratio animæ vitium quasi dextram ignorat.

24. Virtutum auctor Deus est. Ejus reipsa actuque scientia, ipsius est qui Deum vere agnovit in spiritum habitu immutatio.

25. Lex naturæ, mediis virtutibus, incumbentem sedulo actioni, ad mentem propense evehit; mens autem per contemplationem, scientiæ desiderio cupidum, ad sapientiam inducit. Quæ autem extra rationem illique aversa affectio est, mandata negligentem ad sensum detrahi facit; cujus finis est, ut animus tanquam clavo defixus hæreat voluptati.

26. Diffidentiam seu incredulitatem vocat, negationem mandatorum; fidem vero, animum iis assentientem; tenebras, boni honestique ignorantiam; lucem, ejus agnitionem seu notitiam. Christum vero, horum essentiam nuncupavit ac substantiam; diabolum denique pessimum ejusmodi habitum, qui sit parens omnium malorum.

27. Virtutem appellat, tranquillissimum firmumque erga id quod honestum sit, habitum; cui nihil utrinque est gerenti Dei figuram ac characterem, cui nihil contrarium est.

28. Siquidem ratio, pro eo ac illi comparatum est, cuique rerum ortum definivit ac substantiam; nulla res natura seipsam aut superexcedit, aut se inferior est. Rerum igitur definitio terminusque, auctoris desiderio agnitio est; modus autem atque mensura, auctoris reipsa, quanta rebus concessa est, imitatio est.

29. Quod eorum qui moventur appetitio supra metam feratur modumque excedat, eorum motum reddit inutilem, quod Deum non assequantur, in quo omnium conquiescit appetitionis motus, per se verum ac vere exsistentem nactus finem, Dei nimirum fruitionem.

273 30. Quod supra regulam et mensuram est; quodque utique præter regulam atque mensuram.

31. Nimirum rationi.

32. Incorporeorum corporumque rationes dimittit, quæ per excessum mens cursum in Deum contendit: non enim comparatum est, ut eorum quæ a Deo secunda sunt, aliquid una cum Deo conspiciatur.

33. Quonam modo Jonas accipi possit, ut et Judaici populi figura sit.

34. Qua nominis interpretatione Jonas Judaicum populum figura olim reprehendit.

35. Vicisse magis Dominum tyranni potentiam, objecta carnis infirmitate, quam diabolus Adamum

κβ'. Οὐκ ἄνευ εἰσὶ, χρόνος καὶ τόπος· ὧν χωρὶς οὐδέν ἐστιν τῶν γενητῶν.

κγ'. Τοὺς περὶ ἀρετῆς καὶ γνώσεως λόγους ἔχουσα ἡ Ἐκκλησία, καὶ ἡ τοῦ καθ' ἕκαστον ψυχὴ, ὡς ὑπερβαίνοντας χρόνον καὶ φύσιν, πλέον ἔχει τῶν δώδεκα μυριάδων· ὁ γὰρ τῆς ἀρετῆς λόγος, τὴν σαρκὸς ὡς ἀριστερᾶς οὐκ οἶδεν ἁμαρτίαν· ὁ δὲ τῆς γνώσεως λόγος, τὴν ψυχῆς ὡς δεξιὰν οὐ γινώσκει κακίαν.

κδ'. Αἰτία τῶν ἀρετῶν ἐστιν ὁ Θεός· τούτου δὲ κατ' ἐνέργειαν γνῶσίς ἐστιν, ἡ τοῦ κατ' ἀλήθειαν ἐπεγνωκότος τὸν Θεὸν πρὸς τὸ πνεῦμα κατὰ τὴν ἕξιν ἀλλοίωσις.

κε'. Ὁ κατὰ φύσιν λόγος, φησὶ, διὰ μέσων τῶν ἀρετῶν πρὸς τὸν νοῦν ἀνάγειν πέφυκε τὸν ἐπιμελούμενον πράξεως· ὁ δὲ νοῦς, πρὸς τὴν σοφίαν εἰσάγει διὰ θεωρίας τὸν ἐφιέμενον γνώσεως· τὸ δὲ παράλογον πάθος, πρὸς τὴν αἴσθησιν πείθει κατασύρεσθαι τὸν ἀμελοῦντα τῶν ἐντολῶν· ἧς τέλος ἐστὶ, τὸ πρὸς τὴν ἡδονὴν καθηλωθῆναι τὸν νοῦν.

κς'. Ἀπιστίαν λέγει τὴν ἄρνησιν τῶν ἐντολῶν· πίστιν δὲ, τὴν αὐτῶν συγκατάθεσιν, τὸ δὲ σκότος, τοῦ καλοῦ τὴν ἄγνοιαν, τὸ δὲ φῶς, τὴν τούτου ἐπίγνωσιν. Χριστὸν δὲ κέκληκεν, τὴν οὐσίαν αὐτῶν καὶ τὴν ὑπόστασιν· τὸν διάβολον δὲ, τὴν πάντων γεννητικὴν τῶν κακῶν χειρίστην ἕξιν.

κζ'. Ἀρετὴν λέγει, ἀπαθεστάτην καὶ παγίαν περὶ τὸ καλὸν ἕξιν· ἧς ἐφ' ἑκάτερα καθέστηκεν οὐδὲν, Θεοῦ φερούσης χαρακτῆρα, ᾧ οὐδέν ἐστιν ἐναντίον.

κη'. Εἰ λόγος διώρισεν, ὡς πέφυκεν, ἑκάστου τῶν ὄντων τὴν γένεσιν· οὐδὲν τῶν ὄντων ἑαυτοῦ φυσικῶς ἢ ὑπερβέβηκεν, ἢ ὑποβέβηκεν. Οὐκοῦν ὅρος μὲν τῶν ὄντων ἐστὶν, ἡ κατ' ἔφεσιν τῆς αἰτίας ἐπίγνωσις· μέτρον δὲ, ἡ ἐφικτὴ τοῖς οὖσι κατ' ἐνέργειαν τῆς αἰτίας ἐκμίμησις.

κθ. Τὸ ὑπὲρ τὸν ὅρον φέρεσθαι, καὶ τὸ μέτρον, φησὶ, τῶν κινουμένων τὴν ἔφεσιν, ἀνόνητον ποιεῖ τὸν δρόμον, μὴ καταντῶντων εἰς Θεὸν, ἐν ᾧ ἡ κατ' ἔφεσιν πάντων ἵσταται κίνησις, ἀνυπόστατον δεχομένη τέλος Θεοῦ τὴν ἀπόλαυσιν.

λ'. Τὸ ὑπὲρ τὸν ὅρον καὶ τὸ μέτρον· καὶ παρὰ τὸν ὅρον καὶ τὸ μέτρον δηλονότι.

λα'. Τῷ λόγῳ δηλονότι.

λβ'. Ὅτι καὶ τοὺς τῶν ἀσωμάτων καὶ τοὺς τῶν σωμάτων ἀφῆσι λόγους, ὁ πρὸς τὸν Θεὸν ἀναδραμὼν κατ' ἔκστασιν νοῦς. Οὐ γὰρ πέφυκέ τι θεῷ τῶν μετὰ Θεὸν ἅμα συγκατοπτεύεσθαι.

λγ'. Πῶς καὶ εἰς τὸν Ἰουδαϊκὸν λαὸν δύναται λεχθῆναι τυπικῶς Ἰωνᾶς.

λδ'. Πῶς ἑρμηνευόμενος Ἰωνᾶς προδιελέγχει τυπικῶς τὸν Ἰουδαϊκὸν λαόν.

λε. Ὅτι νενίκηκε μᾶλλον ὁ Κύριος τὴν τυράννου δύναμιν σαρκὸς ἀσθένειαν προβαλλόμενος, ἣπερ

Digitized by Google

τὸν Ἀδὰμ ὁ διάβολος ἀξίαν θεότητος ὑποσχό- A vicerat eidem pollicitus divinam dignitatem.
μενος.

λς'. Σκώληξ ἐστὶν ὁ Κύριος διὰ τὴν ἄσπορον σάρκα· ἥλιος δὲ, καὶ ὡς διὰ τὴν δύσιν τῆς ταφῆς, καθ' ἣν ὑπὸ γῆν γέγονε ὡς ἄνθρωπος ὁ Λόγος, καὶ ὡς φύσει κατ' οὐσίαν ὢν ὡς ὑπάρχων καὶ θεός.

λζ'. Ὅτι τὸ πνεῦμα τοῦ καύσωνος, οὐ μόνον τοὺς πειρασμοὺς, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐγκατάλειψιν τοῦ Θεοῦ, τὴν ἀφαιρουμένην τῶν Ἰουδαίων τὴν τῶν θείων χαρισμάτων χορηγίαν δηλοῖ.

λη'. Ὑπερηφανίας ἴδιόν φησι, τὸ ἀρνεῖσθαι τὸν θεὸν ἀρετῆς εἶναι γενέτην καὶ φύσεως· κενοδοξίας δὲ, τὸ μερίζειν τὴν φύσιν πρὸς τὴν ὕφεσιν· ὧν ὁ τῦφος εἶναι γέννημα πέφυκεν, ἕξις κακίας ὑπάρχων σύνθετος, Θεοῦ μὲν ἄρνησιν ἑκούσιον ἔχουσα, καὶ B τῆς κατὰ τὴν φύσιν ἰσοτιμίας ἄγνοιαν.

λθ'. Ἡ διὰ πνεύματος κατὰ ψυχὴν ἀγχιστεία, σαρκὸς μὲν λύει τὴν σχέσιν τῆς προαιρέσεως· Θεῷ δὲ προσδεσμεῖ κατὰ πόθον προσηλωθεῖσαν.

μ'. Νύκτα φησὶ, τὰ νομικὰ σύμβολα, ὑφ' ἃ ὁ νόμος τελεῖ· ἐν οἷς οὐκ ἔστιν εὑρεῖν ψυχῆς φωτισμὸν μὴ νοουμένοις πνευματικῶς.

μα'. Ὅτι διὰ τὸ μέγα, καὶ μηδενὶ λόγῳ μετρούμενον τῆς θείας οἰκονομίας μυστήριον, ἡ τῶν ἐθνῶν Ἐκκλησία, φησὶ, πόλις μεγάλη τῷ Θεῷ προσηγορεύθη.

μβ'. Κατὰ μὲν τὴν οὐσίαν ἡ ἀλήθεια, φησὶ, προηγεῖται τῶν τύπων· κατὰ δὲ τὴν ἔκφασιν, οἱ τύποι χρονικῶς προηγοῦνται τῆς ἀληθείας. Οὐκοῦν ἐπειδὴ C προλαβὼν ἐν ἑαυτῷ τυπικῶς τὴν ἀλήθειαν προδιέγραψεν Ἰωνᾶς, μείνας ἐν τῇ κοιλίᾳ τοῦ κήτους τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας· Ἔτι τρεῖς ἡμέραι, φησὶ, τὰς τρεῖς ἡμέρας τῆς τοῦ Κυρίου ταφῆς καὶ ἀναστάσεως λέγων, μεθ' ἃς, ἡ τῶν ἐθνῶν καταστραφήσεται πλάνη καὶ ἀγνωσία.

μγ'. Δηλονότι τῆς πίστεως.

μδ'. Ἐπίτομος ἔκθεσις τῆς ἑρμηνείας τοῦ ὀνόματος Ἰωνᾶ, κατὰ τὴν ἐπικειμένην αὐτῷ περὶ ἑκάστου τῶν ἐκφερομένων προσώπων τε καὶ τρόπων δύναμιν.

με'. Νόμος δηλονότι.

μς'. Ἔργον εἶναι τοῦ φυσικοῦ νόμου φησὶ, τὴν γνωμικὴν πάντων πρὸς πάντας ὁμόγνωμον σχέσιν.

μζ'. Κανόνες ἀποδεικτικοὶ τῆς τοῦ φυσικοῦ νόμου χαρακτηριστικῆς ἰδιότητος. D

μη'. Ὁ γραπτὸς νόμος, φησὶ, κωλύων φόβῳ τὴν ἀδικίαν, ἐθίζει πρὸς τὸ δίκαιον· χρόνῳ δὲ, τὸ ἔθος ποιεῖ διάθεσιν φιλοδίκαιον· ὑφ' ἧς ἡ παγία πρὸς τὸ καλὸν ἕξις ἐπιγίνεται, λήθην προλαβούσης πονηρίας ἐπάγουσα.

μθ'. Ὅροι τῆς ἑκάστου τῶν προῤῥηθέντων νόμων ἐνεργείας ἀποδεικτικοί.

ν'. Ὅτι τὸ μὲν σχεῖν ὡς ἑαυτὸν τὸν πλησίον, μόνης ἐστὶ φροντίδος τῆς πρὸς τὸ εἶναι ζωῆς, ὅπερ φυσικοῦ νόμου καθέστηκε. Τὸ δὲ τὸν πλησίον ἀγαπᾷν ὡς ἑαυτὸν, καὶ τοῦ πρὸς τὸ εὖ εἶναι κατ' ἀρετὴν ἐστι προνοεῖσθαι τοῦ πέλας· ὅπερ ὁ γραπτὸς

36. Vermis est Dominus, propter carnem nullo ex semine editam. Sol vero, tum propter sepulturæ occasum, quo Verbum ut homo terram subiit, tum quod natura per essentiam lumen ac Deus exsistat.

37. Spiritus ardoris, nedum tentationes significat, verum etiam Dei derelictionem, qua a Judæis divinorum charismatum ablata subministratio est.

38. Superbiæ proprium est, ut Deum auctorem virtutis ac naturæ neget: inanis autem gloriæ, ut sequioribus naturam partiatur: quarum fastus tumorque jactantiæ proles est, vitii nempe compositus habitus; Deum quidem sponte abnegans, paremque naturæ dignitatem ignorans.

39. Animi per spiritum necessitudo ac affinitas, voluntatis a carne affectionem solvit; Deoque, desiderio affixam, devincit.

40. Noctem appellat, legalia symbola, sub quibus lex agit; in quibus animi illustratio inveniri non potest, nisi quis spiritaliter intellexerit.

41. Ob magnum omnemque rationis mensuram longe excedens divinæ dispensationis mysterium, Ecclesia gentium, *Magna Deo civitas* audivit.

42. Veritas, secundum essentiam figuras antecedit; secundum vero declarationem, figuræ veritati tempore præeunt: quod igitur Jonas in se figura veritatem occupato præsignarat, manens in ventre ceti tres dies ac tres noctes: *Adhuc tres dies*, dicit, tres dies significans Dominicæ sepulturæ ac resurrectionis post quos nationum error et ignorantia evertenda erat.

43. Nempe fide.

44. Brevi exposita nominis Jonæ interpretatio, pro ea quæ illi inest personarum morumque vi, quoad singula quæ de illo per allegoriam dicta ac conscripta sunt.

45. Nimirum lex.

46. Effectum ait legis naturalis, ut unam ad omnes animi affectionem ac voluntatem efficiat.

47. Regulæ demonstrantes proprietatem, quæ naturalem legem insigniat.

48. Lex scripta, timore quod sit injustum inhibens, justitiæ assuescere facit. Consuetudo autem tempore adulta, justi amantem affectum parit; qua firmus honesti tenax habitus accedens, superioris nequitiæ oblivionem inducit.

49. Definitiones, quibus singularum legum quarum facta mentio est, vis actusque demonstratur.

50. Ut proximum habeas sicut teipsum, ejus duntaxat curæ est, quæ ad vitam esseque spectat, quod est legis naturalis: ut autem proximum diligas sicut te ipsum, in eo positum est, ut ei quo bene beateque agat virtutis cultu prospicias; quod lex

Digitized by Google

scripta jubet. Ut denique proximum diligas supra teipsum, legis gratiæ propriissimum est.

51. Breves definitiones, trium dierum proprietatem præstandi quæ honesta sint ac officii, demonstrantes.

52. Trium dierum via, quæ trina lege præstatur, ejus qui servet, justitiæ perfectio est.

53. Subtilior alius spiritalis sensus, ad tabernaculum, ad cucurbitam, ad vermem, ad ardorem seu æstum, ad solem, quod attinet.

54. Qui a corporalium libidinum occasionibus arcetur, Providentiæ discit rationes, quæ videlicet materiam vitiorum fomitem inhibeat. Qui vero flagella corporis cruciatu sustinet, is judicii rationes docetur, quod nimirum a superioribus sordibus, laboribus involuntariis emundet.

A ἐπιτρέπει νόμος. Τὸ δὲ ὑπὲρ ἑαυτὸν ἀγαπῆσαι τὸν πλησίον, τοῦ νόμου τῆς χάριτός ἐστιν ἰδιώτατον.

να'. Ὅροι κατ' ἐπιτομὴν ἀποδεικτικοὶ τῆς τῶν τριῶν ἡμερῶν κατορθωτικῆς τῶν καλῶν ἰδιότητος.

νβ'. Ἡ ὁδὸς τῶν τριῶν ἡμερῶν ἐστὶ φησιν, ἡ διὰ τῶν τριῶν νόμων τοῦ φυλάττοντος αὐτοὺς κατὰ δικαιοσύνην τελείωσις.

νγ'. Ἄλλη θεωρία λεπτοτέρα περὶ τῆς σκηνῆς καὶ τῆς κολοκύνθης καὶ τοῦ σκώληκος καὶ τοῦ καύσωνος καὶ τοῦ ἡλίου.

νδ'. Ὁ κωλυόμενος τῶν πρὸς ἡδονὴν σώματος ἀφορμῶν, φησὶ, μανθάνει προνοίας λόγους ἐπεχούσης τὴν ἐξαπτικὴν ὕλην τῶν παθῶν. Ὁ δὲ τὰς πρὸς ὀδύνην σώματος δεχόμενος μάστιγας, διδάσκεται κρίσεως λόγους, προλαβόντων μολυσμῶν ἀκουσίοις πόνοις αὐτὸν καθαιρούσης.

B

274 QUÆSTIO LXV.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΞΕ'.

In secundo Regnorum libro scriptum est : « Facta est fames in diebus David, annos tres : annus anno continuus. Et quæsivit David faciem Domini. Et dixit Dominus : Super Saul, et super domum ejus injustitia ; pro eo quod morti tradidit Gabaonitas. Et vocavit David Gabaonitas, et dixit ad eos : Quid faciam vobis, et in quo placabo, et benedicetis hæreditatem Domini? Et dixerunt ad regem : Vir, qui consumpsit nos, et cogitavit internecione delere nos, deleamus ipsum, ut non stet in omni confinio Israel. Date nobis septem viros ex ejus filiis, et ad solem suspendemus eos Domino in colle Saulis. Et accepit rex duos filios Resphæ filiæ Aia pellicis Saul; et quinque filios Merob filiæ Saul, quos peperit Esdricli; et dedit eos in manu Gabaonitarum. Et ad solem suspenderunt eos in monte coram Domino. Et ceciderunt illic ii septem in idipsum; et occisi sunt in diebus messis, in principio messis hordeorum. Et accepit Rhespha filia Aia saccum, et stravit eum sibi super petram, quoadusque stillaverunt super eos aquæ de cælo. Et fecerunt omnia, quæcunque mandaverat rex. Et exaudivit Deus terram post hæc [66]. » *Quid causæ est, cur post Saulis mortem, David multatus sit, fame terram occupante, donec septem viros ex Saulis semine, nece afficiendos Gabaonitis tradidisset? Quænam vis horum verborum, ac quonam spiritali sensu ea considerabimus?*

C

Λευΐ. Καὶ ἐπήκουσεν ὁ Θεὸς τῇ γῇ μετὰ ταῦτα. » Διὰ τί μετὰ τὸν θάνατον Σαοὺλ ὁ Δαβὶδ ἐζητήθη δίκας, λιμοῦ κρατήσαντος τὴν γῆν, ἕως ἔδωκε τοὺς ἐκ τοῦ σπέρματος Σαοὺλ ἐπὶ ἀνδρας θανατωθῆναι τοῖς Γαβαωνίταις. Τίς ἡ τούτων δύναμις τῶν λόγων, καὶ πῶς πνευματικῶς αὐτοὺς θεωρήσομεν.

D

[66] II Reg. xxi, 1-14.

(η) *Μερὸβ θυγατρὸς Σαούλ.* Fulsit hæc Maximi littera conjecturam Grotii, sive quam ipse aliorum refert. *Alii vero*, inquit, *non incredibile putant scribam libri, unde multa exemplaria fluxere, scripsisse* מיכל *pro* מרב. Nec dubium Maximum ex codice Merobem habuisse, non Micholem, quam liquet nullos liberos suscepisse, II Reg. vi, 23. Unde Hebræi quidam et Chaldæus hic interpres censent improprie dici Micholis filios, quos ex Merobe sorore ipsa educavit, quale loquendi genus apparet, Ruth. iv, 17. Et I Paral. iv, 18, forte voluit Scriptura ostendere Davidis zelum placandæ divinæ justitiæ, qui nec iis pepercerit de domo Saul, quos ab uxore educatos et quasi adoptatos, cum ipsa prole careret, velut pene filios David ipse videbatur habere ; uni Misphiboseth Jonathæ filio facta vitæ gratia, ob liberandam juramenti religionem.

Digitized by Google

'Απόκρισις.

Ἡ μὲν ἀκριβὴς γνῶσις τῶν λογίων τοῦ Πνεύματος, μόνοις ἀποκαλύπτεσθαι πέφυκε τοῖς ἀξίοις Πνεύματος· οἳ διὰ πολλὴν τῶν ἀρετῶν ἐπιμέλειαν, τῆς τῶν παθῶν αἰθάλης τὸν νοῦν ἐκκαθάραντες (1), ἐσόπτρου δίκην καθαροῦ τε καὶ διαυγοῦς, ἅμα τῇ πρώτῃ προσβολῇ καθάπερ πρόσωπον ἐντυπουμένην αὐτοῖς καὶ ἐμπίπτουσαν, τὴν τῶν θείων ὑποδέχονται γνῶσιν. Οἷς δὲ κατ' ἐμὲ τὴν τῶν παθῶν κηλῖσιν ὁ βίος κατέστικται, μόλις κἂν ἐξ εἰκότων τινῶν στοχασμῶν τεκμηριῶσαι τὴν τῶν θείων γνῶσίν ἐστι δυνατόν· μὴ ὅτι γε νοῆσαί τε καὶ φράσαι ταύτην δι ἀκριβείας ἀπαυθαδιάζεσθαι. Καὶ οἶδα σαφῶς ἐγώ γε, ὅτι πάσχων αὐτὸς γινώσκεις τὰ θεῖα μᾶλλον, τίμιε πάτερ (2), καὶ πεῖρα λαβὼν ἔχεις τούτων τὴν ἐπιστήμην, ἥπερ ἐγὼ λέγειν ἐπίσταμαι, μηδὲν ἐκ τοῦ παθεῖν ἀποφήνασθαι περὶ τῶν θείων δυνάμενος. Πλὴν καὶ τὸ κατὰ δύναμιν οὐκ ἀπόβλητον, καὶ μάλισθ' ὑμῖν τοῖς ἐπιτάξασι, καὶ τόνδε μοι περὶ τῶν ὑπὲρ δύναμιν τοῦ λέγειν πόνον ἐπιθεμένοις.

Σαοὺλ τοίνυν ἐστὶ κατὰ τόνδε τῆς Γραφῆς τὸν τόπον (3), ὁ βασιλεύων κατὰ δύναμιν ἐντολῆς σαρκίνης τῶν σαρκικῶν Ἰουδαίων ἐν γράμματι νόμος· ἤγουν ὁ βασιλεύων τῶν ἀγομένων μόνῳ τῷ γράμματι τοῦ νόμου σωματικὸς τρόπος ἢ λογισμός. *Αἰτητὸς* γὰρ *ᾅδης* (r) κατὰ μίαν ἐπιβολὴν Σαοὺλ ἑρμηνεύεται. Τῆς γὰρ ἐν πνεύματι Θεοῦ κατ' ἀρετὴν διεξαγομένης ζωῆς τε καὶ βασιλείας, προτιμήσας τὴν φιλήδονον ζωὴν ὁ τῶν Ἰουδαίων λαὸς, ᾐτήσατο τὸν ᾅδην, ἤγουν τὴν ἄγνοιαν, ἀντὶ τῆς γνώσεως αὐτοῦ βασιλεύειν. Πᾶς γὰρ ὁ τῆς θείας ἐκπεπτωκὼς ἀγάπης, τὸν ἐν τῇ σαρκὶ νόμον ἔχει διὰ τῆς ἡδονῆς βασιλεύοντα· τὸν μηδεμίαν θείαν ἐντολὴν φυλάξαι δυνάμενον, ἢ μηδὲ βουλόμενον.

Κατ' ἄλλον δὲ τρόπον Σαοὺλ ἑρμηνεύεται, *δεδανεισμένος*, ἢ *δάνειον*. Οὐ γὰρ ἐδόθη ὁ γραπτὸς νόμος τοῖς λαβοῦσιν εἰς κτῆσιν περιουσίας, ἀλλ' εἰς παιδαγωγίαν προσδοκωμένης ἐπαγγελίας. Διὸ καὶ δοὺς τῷ Σαοὺλ τὴν βασιλείαν ὁ Θεὸς, ἐν τῇ πρὸς αὐτὸν διαθήκῃ, αἰώνιον οὐ καθυπέσχετο τὴν βασιλείαν. Πᾶν γὰρ δάνειον, οὐ γίνεται τῷ λαβόντι κτῆμα περιουσίας, ἀλλὰ πρόφασις καμάτου καὶ πόνου [Fr. καὶ πόνων], εἰς ἄλλης περιουσίας συλλογήν. Ἡ δὲ τοῦ Σαοὺλ παλλακὴ Ῥεσφὰ, *δρόμος* ἑρμηνεύεται *στόματος* (s). Δρόμος δὲ στόματός ἐστιν, ἡ κατὰ μόνην τὴν ἐν λόγῳ προφορὰν τοῦ νόμου μάθησις· ἣν εἰσοικίζεται παρανόμως, ὁ μὴ

Responsio.

Ita nimirum comparatum, ut eloquiorum Spiritus notitia, solummodo dignis Spiritu manifestetur; iis scilicet, qui virtutum diligenti cultu, emundato a vitiorum fuligine animo, velut mundum speculum ac pellucidum, primum statim conjecta acie, quasi vultum eis impressum, immissamque divinorum notitiam, accipiunt. Quibus autem mei more, vitiorum maculis vita compuncta est, ii, vix ex verisimilibus quibusdam conjecturis, **275** divinorum notitiam debili nisu attingant; tantum abest ut hæc accurate mente consequi voceque efferre præsumant. Exploratumque ipse habeo, nosse te magis, venerande pater, divina, qui illa ipse patiaris, majoremque experimento gustuque eorum nactus scientiam sis, quam noverim ipse dicere, qui ex ipso rei sensu, ac quod ea patiar, de divinis nihil pronuntiare valeam. Cæterum nec quod ex facultate, ipsum repudiandum, præsertim vobis, qui rem injunxistis, ac de iis loquendi ea, quæ facultatem superant, onus imposuistis.

Saul igitur est, hoc Scripturæ loco, quæ secundum virtutem mandati carnalis, carnalium Judæorum littera dominatur lex : hoc est, corporalis modus aut ratio, eorum dominans, qui sola legis littera ducuntur. *Petitus* enim *infernus* uno sensu Saul dicatur, si nomen interpreteris. Judæorum namque populus, illi vitæ quæ Spiritu Dei virtutis cultu agebatur, sicque instituto regno, præhabita luxuriosa vita, infernum expetiit; nempe, scientiæ loco ignorantiæ ejusque imperio mancipari elegit. Quisquis enim a divina dilectione excidit, carnalis legis ex voluptate obnoxius dominio fit, quæ eorum quæ præcepta a Deo sint, nihil servare possit, ac neque velit.

Alio autem intellectu, notatione nominis Saul *mutuo datus*, aut *mutuum* dicatur. Non enim lex Scripta, ut firma rataque ac propria possessio data est, sed ut rudis exspectatæ promissionis institutio. Quare nec concesso Sauli regno percussoque cum eo fœdere, fore illud perpetuum Deus pollicitus est. Quidquid enim mutuo et sub fenore acceptum sit, non certa propriaque possessio, sed laboris operisque occasio accipienti exsistit, unde aliam substantiam ac peculium paret. Ejus autem pellex Rhespha nominis notatione, *oris cursus* dicitur. Est autem oris cursus, legis disciplina, eo solum sermone constans, qui ore enuntiatur : quam illegiti-

(r) *Αἰτητὸς ᾅδης*. Duo etyma in unum conflat Maximus. A voce enim שָׁאַל *postulavit, commodavit*, etc. est nomen שְׁאוֹל, quod est *infernus, sepulcrum*; inde dictum quod insatiabile, omniumque cadavera petat; vel etiam animas, ut pro inferno sumitur, in quem sancti ipsi descendebant, ante cœlum nobis a Christo apertum.

(s) *Δρόμος στόματος*. Divisit Maximus dictionem, quasi a רָצָה quod est *placere*, et etiam *currere*. Psal. XLIX, 18. *Si videbas furem*, וַתָּרָץ עִמּוֹ, *currebas cum eo* : quanquam reddi potest, *illi complacebas* seu *assentabaris*. Hinc ergo Maximus δρόμον habuit, id est, *cursum*, et פִּה *oris*. At Hebraica integra vox est רִצּוּף *pruna, carbo ignitus, pavimentum, extensio* : quæ etiam ejus vocis etyma habet libellus expositionis nominum propriorum ad calcem Bibliorum. Quanquam vero Maximus in vituperii partem Resphan ἀλληγορεῖ, egregium tamen ejus virtutis specimen commendat Scriptura, quod suspensis filiis, ad eorum cadavera substrato sibi cilicio, vel etiam extenso tentorii in morem ad arcendum æstum, in oratione perseveraverit, donec Deus eorum nece placatus, imbrem dederit : cujus etiam facto ac pietate motus, qui in crucem egerat, David, tumulo mandari jussit.

Digitized by Google

timis improbisque nuptiis in domum inducit, qui unum corporalem legis cultum consectatur; ex qua nullum pium germen suscipit aut religiosum. Qui enim corporalem duntaxat legis disciplinam colit, prout oris sermone effertur, haudquaquam legitimum cum ratione (id est, legis disciplina) habet connubium. **276** Quapropter degeneres atque reprobæ sunt illius proles. Nascuntur enim illi ex Rhespha, illegitimo toro, Ermonthi et Memphibosthe, quod est, *eorum anathema*, et *pudor oris ipsorum*. Ermonthi enim uno sensu, *anathema* exponitur; Memphibosthe item, *pudor oris ipsorum*. Eorum autem anathema, vitiorum peccati usu exercita ore corruptio est; Memphibosthe autem, mentis in vitium motus invita ratione : mentis scilicet cogitatio malorum inventione prona, quæ ipsa mentis pudor exsistat pariter et dicatur.

Aut rursus eorum anathema, ejus, quæ nunc viget, multæ naturæ, locus : iste scilicet mundus, velut mortis ac interitus regio peccati reatu factus : in quem e paradiso, divini transgressione mandati primus homo delapsus est. Hunc nimirum libidinoso voluntatis affectu (mundana scilicet ac sæculari libidine) ex nuda, legis ore tenus prolatione, disciplina ut gignat, illi comparatum est, qui ad interiorem in spiritu legalis litteræ divinum decorem non transit. Pudor autem oris eorum est, sæculi corporisque amans, rationum mente meditatio. In quo enim ex conspicua litteræ tenus corporalis legis formatione, voluntatis libidine progigni mundus consuevit (mundi scilicet ac sæculi amans affectio), merito quoque una progignitur sæculi corporisque amans rationum mente meditatio.

φιλοῦσα διάθεσις· καὶ ἡ κατὰ νοῦν φιλόκοσμος μελέτη

Aut rursus, anathema eorum est, terrenus et invenustus atque informis affectuum motus : pudor vero oris, quæ affectibus speciem adhibet, exque sensus ratione voluptatis format pulchritudinem, mentis agitatio est. Absque enim excogitantis animi facultate, haudquaquam ad formam effingendam incitatur affectus. Igitur qui sola legis littera divinæ vim pollicitationis definit, pellicem, non legitimam uxorem, legis doctrinam ducit. Hincque necessario istiusmodi doctrina, non ipsa a se, sed propter eum qui corporali eam sensu accipit, sive illi congreditur, anathema ac pudorem gignit. Qui enim corporalis duntaxat voluptatis ac quietis seu remissionis causa, Deum victimas et festa, Sabbataque et neomenias in lege præcepisse existimat; is nimirum prorsus omninoque affectibus vitiisque

νην τὴν σωματικὴν τοῦ νόμου περιέπων λατρείαν· ἀφ' ἧς οὐδὲν εὐσεβὲς γεννᾷ καὶ φιλόθεον. Ὁ γὰρ μόνην τὴν σωματικὴν τοῦ νόμου κατὰ προφορὰν λόγου μάθησιν ἐξασκούμενος (δ), νόμιμον οὐκ ἔχει τὴν πρὸς τὸν λόγον, ἤγουν τὴν μάθησιν τοῦ νόμου, συμβίωσιν. Ὅθεν δυσγενῆ καὶ ἀπόβλητα καθέστηκεν αὐτοῦ τὰ γεννώμενα. Γεννᾶται γὰρ αὐτῷ διὰ τὴν παράνομον κοίτην ἐκ τῆς Ῥεσφᾶς ὁ Ἑρμονθὶ καὶ ὁ Μεμφιβοσθὲ. ὅπερ ἐστὶν *Ἀνάθεμα αὐτῶν*, καὶ *Αἰσχύνη στόματος αὐτῶν*. Ἑρμονθὶ γὰρ κατὰ μίαν ἐπιβολὴν, *Ἀνάθεμα* (ε) ἑρμηνεύεται· καὶ Μεμφιβοσθὲ, *αἰσχύνη στόματος* (ϛ) *αὐτῶν*. Ἀνάθεμα δὲ αὐτῶν ἐστιν, ἡ διὰ στόματος καθ' ἁμαρτίαν φθορὰ τῆς τῶν παθῶν ἐνεργείας (ζ). Μεμφιβοσθὲ δέ ἐστιν, ἡ παρὰ φύσιν τοῦ νοῦ πρὸς κακίαν κίνησις· ἤγουν ἡ κατὰ νοῦν ἐπινοητικὴ τῶν φαύλων ἐνθύμησις· αἰσχύνη νοῦ, καὶ οὖσα καὶ λεγομένη.

Ἢ πάλιν ἀνάθεμα αὐτῶν ἐστι (θ), τόπος τοῦ νῦν κρατοῦντος ἐπιτιμίου τῆς φύσεως· τουτέστιν ὁ κόσμος οὗτος, ὡς χωρίον θανάτου καὶ φθορᾶς διὰ τὴν ἁμαρτίαν γενόμενος· εἰς ὃν ἐκ τοῦ παραδείσου μετὰ τὴν παράβασιν τῆς θείας ἐντολῆς ὁ πρῶτος κατέπεσεν ἄνθρωπος· ὄντινα κόσμον κατὰ τὴν τῆς γνώμης φιλήδονον σχέσιν, ἤγουν τὴν κοσμικὴν προσπάθειαν, γενναῖν πέφυκεν ἐκ τῆς κατὰ μόνην τὴν ἐν λόγῳ τοῦ νόμου προφορὰν μαθήσεως, ὁ μὴ διαβαίνων κατὰ νοῦν πρὸς τὴν ἔνδον ἐν πνεύματι τοῦ νομικοῦ γράμματος θείαν εὐπρέπειαν. Αἰσχύνη δὲ στόματος αὐτῶν ἐστιν, ἡ κατὰ νοῦν φιλόκοσμος μελέτη τῶν λογισμῶν καὶ φιλοσώματος. Ἐν ᾧ γὰρ ὁ κόσμος ἐκ τῆς φαινομένης τῷ γράμματι τοῦ νόμου σωματικῆς διαπλάσεως (η), κατὰ τὴν γνωμικὴν σχέσιν γεννᾶσθαι πέφυκεν, ἤγουν ἡ τὸν κόσμον τῶν λογισμῶν εἰκότως συγγεννᾶται καὶ φιλοσώματος.

Ἢ πάλιν, ἀνάθεμα αὐτῶν ἐστιν (θ), ἡ πρόσκλισις καὶ ἀκαλλὴς τῶν παθῶν καὶ ἀδιατύπωτος κίνησις· αἰσχύνη δὲ στόματός ἐστιν, ἡ τοῖς πάθεσιν εἶδος ἐπάγουσα, καὶ τὸ καθ' ἡδονὴν πρὸς αἴσθησιν διαπλάττουσα κάλλος τοῦ νοῦ κίνησις. Χωρὶς γὰρ τῆς κατὰ νοῦν ἐπινοητικῆς δυνάμεως, πρὸς διάπλασιν μορφῆς οὐδαμῶς ἄγεται πάθος. Οὐκοῦν ὁ μόνῳ τῷ γράμματι τοῦ νόμου περιγράφων τῆς θείας ἐπαγγελίας τὴν δύναμιν, παλλακὴν, ἀλλ' οὐ γυναῖκα νόμιμον ἔχει τοῦ νόμου τὴν μάθησιν. Ὅθεν ἐξ ἀνάγκης ἡ τοιαύτη μάθησις, οὐ δι' ἑαυτὴν, ἀλλὰ διὰ τὸν αὐτὴν σωματικῶς ἐκδεχόμενον, ἤγουν συγγενόμενον γεννᾷ τὸ ἀνάθεμα καὶ τὴν αἰσχύνην. Ὁ γὰρ διὰ τροφὴν σωματικὴν καὶ ἀνάπαυσιν, τὰς θυσίας καὶ τὰς ἑορτάς· τά τε Σάββατα καὶ τὰς νεομηνίας κατὰ τὸν νόμον τὸν Θεὸν διατεταχέναι πιστεύων· πάντη τε

(ε) *Ἀνάθεμα*. Vox אראבוני *Palatium, altas ædes* significat. Unde et *Armenia* dicta, quasi excelsa, et quod orbis regionum videatur excelsior, in cujus montibus primum arca a diluvio quieverit. Qua metaphora potius scribendum esset ἀνάθημα, quasi *donarium*, quod e templorum tolis appendebatur. Sed videtur deduxisse a רמה, *projecit, fraudavit*. In laudato libello, *aula, sive palatium, aut maledictio numerationis*, etc.

(ϛ) *Αἰσχύνη στόματος*. Hebraica vox, nullo mutato, *De ore confusio*, id est, *oris ignominia* vel *pudor* aut *confusio* : nec liquet unde inditum hoc nomen. Saulis tum filio, tum nepoti Jonatha, quod sic probro affine videatur. Aut pudorem in boni parte acceperunt, qui sic vocaverunt, quasi vultu pudibundum utrumque dicerent, cujus rubor virtutis indicio est ac bonæ indolis in puero ingenuo et liberali; crebrius tamen illa vox in Scriptura in malam partem usurpatur.

Digitized by Google

καὶ πάντως ὑπὸ τὴν ἐνοχὴν γενήσεται τῆς τῶν παθῶν ἐνεργείας (9), καὶ τὴν αἰσχύνην τῆς τῶν ἐπ' αὐτοῖς αἰσχρῶν λογισμῶν ῥυπαρίας· ὑπό τε τὸν φθειρόμενον ἔσται κόσμον, καὶ τὴν ἐν λογισμοῖς φιλοσώματον μελέτην· ὑπό τε τὴν ὕλην τῶν παθῶν καὶ τὸ εἶδος, μηδὲν ἄλλο πλὴν τῶν φθειρομένων τίμιον ἔχειν δυνάμενος· καὶ διὰ τοῦτο τυχὸν κακῶς γεννῶν τὴν Μερὼβ, τὴν γεννῶσαν υἱοὺς πέντε τῷ Ἐσδριήλ. Μερὼβ δὲ, *πλησμονὴ φάρυγγος* (υ) ἑρμηνεύεται, ἤ τίς ἐστιν ἡ γαστριμαργία. Μόνη γὰρ αὕτη παρὰ τῆς ἐντολῆς Ἰουδαϊκῶς λαβοῦσα τὴν ἄδειαν, τοὺς κατὰ παράχρησιν τρόπους γεννᾷ τῶν αἰσθήσεων τῷ Ἐσδριήλ· ἤγουν τῷ θεωρητικῷ μέρει τῆς ψυχῆς. Ἐσδριὴλ γὰρ ἑρμηνεύεται *θεία δύναμις* (χ) ἢ *βοηθὸς ἰσχυρὸς*, ἢ *βλέψις δυνατή*· ὅπερ ἐστὶν, ὁ κατ' εἰκόνα μὲν Θεοῦ γενόμενος νοῦς· τὴν δὲ γαστριμαργίαν ὡς τοῦ κατ' ἐντολὴν σαρκὸς νόμου, τουτέστι τοῦ γράμματος, γέννημα, παραπεισθεὶς συνοικισάμενος. Πεισθεὶς γὰρ ὁ νοῦς θείας ἐντολῆς εἶναι διαταγὴν κατὰ τὸν ἐν γράμματι νόμον τὴν κατὰ σάρκα τρυφὴν (10), ἄλλην οὐ προσίεται πλὴν αὐτῆς πρὸς συμβίωσιν· ὡς θείαν, καὶ νόμου τοῦ βασιλεύοντος αὐτὴν ἡγησάμενος γέννημα, καὶ τοὺς κατὰ παράχρησιν ἐξ αὐτῆς τῶν αἰσθήσεων συνίστησι τρόπους. Ἐπειδὰν γὰρ τὸ θεωρητικὸν τῆς ψυχῆς, τὴν τρυφὴν κατὰ τὸν ἐν γράμματι νόμον ὡς θείαν διὰ τὴν ἐντολὴν ἀσπάσηται πρὸς συμβίωσιν, τὴν τῶν αἰσθήσεων παρὰ φύσιν μετέρχεται χρῆσιν· μηδεμιᾶς συγχωροῦν κατὰ φύσιν διαφαίνεσθαι τὴν χρῆσιν τῆς ἐνεργείας.

Ὁ τοίνυν σωματικῶς τοῦ νόμου τὴν μάθησιν ἐξασκούμενος (11), οἷα δὴ παλλακὴν, ἀλλ' οὐ νόμιμον ἔχων γυναῖκα τῶν θείων τὴν εἴδησιν· καὶ γεννῶν ἐξ αὐτῆς τὸ ἀνάθεμα τῆς τῶν παθῶν ἐνεργείας, καὶ τὴν αἰσχύνην τῆς τῶν ἐπ' αὐτοῖς λογισμῶν ἀηδίας [al. ἀειδίας]· καὶ ἐκ τῆς Μερὼβ, τουτέστι τῆς Σαοὺλ θυγατρὸς *γαστριμαργίας*, ἔκγονα λαμβάνων τοὺς κατὰ παράχρησιν τρόπους τῶν αἰσθήσεων· τοὺς ἐν τῇ φύσει τῶν ὄντων, ἤγουν τοὺς κατὰ φύσιν ὡς Γαβαωνίτας ἀποκτείνειν εἴωθε λόγους καὶ λογισμούς. Γαβαωνῖται γὰρ ἑρμηνεύονται, *ὀρεινοὶ* (ψ) ἢ *μετέωρα*. Δηλοῦσι δὲ σαφῶς οὗτοι, τοὺς κατὰ τὴν φυσικὴν θεωρίαν ὑψηλοτέρους λόγους, ἢ τοὺς ἐφ' ἡμῖν κατὰ φύσιν λογισμούς· οὓς ἀποκτείνειν Σαοὺλ, καὶ εἴ τις νῦν κατὰ διάθεσιν ἄλλος· ὑπάρχει Σαοὺλ, διὰ τὴν ἐν μόνῳ τῷ νομικῷ γράμματι πλάνην, τοὺς κατὰ φύσιν ἀποπέμπεσθαι καὶ παραχαράττειν οὐ παραι-

obnoxius erit, nec non pudori, quem turpium in eis cogitationum impura **277** illuvies facit; mundoque huic qui corrumpitur subditus erit, atque animo corporis voluptates versabit: passionum denique ac vitiorum materiæ formæque addictus, nihil aliud, quam quæ intereunt, in pretio habere poterit. Idque forsitan in causa sit, cur Merobem male gignat, quæ quinque Esdrieli liberos peperit. Porro Merobe, si nomen interpreteris, *affluens gutturis satietas* dicitur, quæ est gula. Hæc enim una e mandato Judaico accepta licentia, sensuum abusu constantes modos, Esdrieli (parti scilicet animæ speculatrici) progignit. Esdriel enim nominis notatione, *divina potentia* est, aut *adjutor fortis*, vel *aspectus potens**; quod est mens condita ad Dei imaginem, quæ tamen ipsa gulam, tanquam carnalis legis mandati (litteræ scilicet) prolem, falsa æstimatione sibi conjugio jungit. Hoc enim mens existimans, divini constitutione mandati legis littera præceptas esse carnales delicias, alias nullas in vitæ societatem admittit; quæ eas divinas, ac legis ipsis dominantis prolem putet, exque illis abusu constantes sensuum modos conflat. Ubi enim contemplans animi vis, voluptatem tanquam divinam ex litteræ legis ratione, præcepti ducta religione, vitæ sociam allegerit, contra naturam sensuum usum usurpat, nullius operationem ex naturæ rationibus elucere sinens.

Qui igitur corporali ratione legis doctrinam colit, velut qui pellicem, non legitimam conjugem, divinorum scientiam nactus sit; exque ea anathema (id est, exsecrationem) effectus vitiorum ac affectuum, nec non rationum in eis deformitatis pudorem gignat; atque ex Merobe (Saulis scilicet filia, *gula*) sensuum abususmodos, nepotes suscipiat, exsistentes in rerum natura (naturales scilicet) rationes ac cogitationes, velut Gabaonitas, necare solet. Gabaonitæ enim, si nomen interpreteris, *montani* sunt, sive *sublimes*; ac palam naturalis speculationis sublimores rationes, aut naturales in nobis cogitationes, significant; quas occidit Saul, ac si quis nunc animo alter exsistit Saul; qui videlicet, quo laborat errore, soli addictus legilitteræ, naturales repudiare ac adulterare rationes non veretur. Quisquis enim corporali legis cultui attendit animum, is nullo pacto naturalem **278**

* Forte tamen *præsidium*, vel etiam, *inspectio*.

(υ) *Πλησμονὴ φάρυγγος* Forte a רבה, quod est *augescere*, *magnum esse*, etc., ad quæ gutturis illa πλησμονὴ et gula facit. Hinc libellus explicationis propriorum nominum Biblicorum, *multiplicans*: cui etiam est, *pugnans*, *objurgans*; Syriace, *Magisterium*. Sicque מרר et מורר ejusdem significationis erunt, quod est *rebellavit*, *pugnavit*.

(χ) *Θεία δύναμις*. Non videntur hoc et sequentia Maximi etyma in Hadrielem Saulis generum satis quadrare: nisi forte qua aliis litteris ac scriptum habetur, sibi quis hoc nomen confinxit. Est igitur a verbo עזר, vel nomine sex punctorum earumdem litterarum. Proinde verum etymum erit, *grex Dei*, aut *Dei ordinatio* sive *acies*, aut *Dei privatio*. Videtur Maximus legisse עזריאל, quomodo ab עזר essent illa etyma quæ refert; fuitque id illi proclive, sive auctori quem sequitur, ex affini litterarum sono: ubi tamen pro βλέψις δυνατὴ, malim σκέπη δυνατὴ. *protectio fortis*, quod est ipsum *divinum auxilium*, non item *visio fortis* seu *aspectus*, sub illo nomine; nisi etiam Maximo scriptum σκέψις, *insvectio*, *cura*

(ψ) *Ὀρεινοὶ*. Clarum hoc Maximi etymum, ἀπὸ τοῦ גבעת, quod est *collis*, illique affini גבן, quod in montibus, eorum eminentiam sonat et quasi supercilium.

Digitized by Google

tionem admittat aut cogitationem, quod neque res ferat ut symbola ac signa idem sint ac natura. Quod si hæc non idem sint ac natura, nunquam fiat ut res quod sunt natura ac substantia, clare videat, qui legalibus symbolis, velut primis formis ac exemplaribus totus inhiat ; eamque ob rem alieno a ratione conatu mentisque absentia naturales rationes rejicit, non intelligens vindicandos esse qui a Jesu servati sint [66]: in quorum etiam gratiam adversus quinque reges in illos insurgentes, formidabile prælium illud commiserit : in quo ipsum quoque cœlum adversus Gabaonitarum hostes lapidum grandine Jesu suppetias ivit [67]; constituitque eos ut essent comportandis lignis et aqua in divino tabernaculo [68] (sancta nimirum Ecclesia, cujus olim tabernaculum figura exstitit) incarnatus Sermo. Is enim, is Jesus est, qui insurgentes in eos ex sensus ratione libidinosos modos ac cogitationes interimit. Semper enim Dei Sermo Jesus atque ratio naturalis contemplationis rationes asciscit servatque incolumes, hoc illis concredito munere, ut in divino ejus mysteriorum tabernaculo, ligna et aquam comportent : quippe quæ aptam fomento illustrationis divinæ scientiæ, eluendique vitiorum sordes, ac vitalis in spiritu augmenti materiam occasionemque sufficiant. Absque enim naturali speculatione in nullo, ullo prorsus modo comparatum, ut sit incolumis ac conservetur mysteriorum virtus.

Sin autem etiam Gabaonitæ eam gentium partem significant, quæ ea ratione, qua accessit ad divinarum promissionum distributorem Jesum, salutem nacta est, doctaque ligna et aquam comportare (nempe mysticam et salutarem reipsa de cruce, deque aqua divinæ regenerationis mysticum et salutarem virtutum humeris circumferre sermonem; nec non divinæ arcæ, per piam fidem, instar lignorum, actionis quidem cultu, membrorum quæ sunt super terram, mortificationem [69]; per contemplationem vero, velut aquam, spiritalis scientiæ irriguos latices subministrare), absurdum nihil fuerit, aut quod abhorrere a pietate putandum sit.

Sive igitur naturalis speculationis rationes, sive, quæ per fidem salute donatur, gentium partem Gabaonitæ figurent, **279** eum qui Judaice ex sola legis littera vitam instituere velit, hostem habent, eique infensum, cui salus dedita sit. Qui enim Deum ventrem ducit [69], eoque quod pudori probroque sit, velut inclyto decore gloriatur ac sibi placet, is solas passiones ignominiæ (turpes scilicet probrosque affectus) uti divinas propense sustinere novit. Quocirca etiam sola temporanea (materiam scilicet et formam, sensuumque pravam abusu quinis partibus scissam operationem) colit. Illa nimirum, velut Rhesphæ pellicis liberos ; hæc autem, ut contemptæ filiæ Merobes, nepotes. Sensus enim materiæ et formæ commistus implexusque, suopte

A τούμενος λόγους. Οὐδεὶς γὰρ μόνῃ προσανέχων τῇ σωματικῇ τοῦ νόμου λατρείᾳ, φυσικὴν τὸ παράπαν δύναιτ' ἂν παραδέξασθαι λόγον ἢ λογισμόν· ὅτι μηδὲ πέφυκε ταυτὸν εἶναι τῇ φύσει τὰ σύμβολα. Εἰ δὲ ταυτὸν οὐκ ἔστι τῇ φύσει τὰ σύμβολα, κατὰ φύσιν ὁρᾷν τῶν ὄντων τὴν γέννησιν οὐδέποτε δύναται σαφῶς, ὁ τοῖς τοῦ νόμου συμβόλοις ὡς πρωτοτύποις προστετηκώς· καὶ διὰ τοῦτο παραλόγως τοὺς κατὰ φύσιν ἀποπέμπεται λόγους· μὴ λογιζόμενος (12), ὅτι χρὴ περιποιεῖσθαι τοὺς ὑπὸ Ἰησοῦ διασωθέντας, ὑπὲρ ὧν καὶ πρὸς τοὺς ἐπαναστάντας αὐτοῖς πέντε βασιλεῖς, τὸν φοβερὸν ἐκεῖνον συνεκρότησε πόλεμον· ἐν ᾧ καὶ οὐρανὸς αὐτὸς κατὰ τῶν ἐπαναστάντων τοῖς Γαβαωνίταις διὰ λίθων χαλάζης τῷ Ἰησοῦ συνεμάχησεν· οὓς κατέστηκε ξυλοφόρους καὶ ὑδροφόρους τῆς θείας

B σκηνῆς (13), τουτέστι, τῆς διὰ τῆς σκηνῆς προδιατυπωθείσης ἁγίας Ἐκκλησίας, ὁ σαρκωθεὶς Λόγος. Οὗτος γάρ, οὗτός ἐστιν Ἰησοῦς ὁ ἀποκτείνας τοὺς κατ' αἴσθησιν αὐτοῖς ἐπανισταμένους ἐμπαθεῖς τρόπους καὶ λογισμούς. Ἀεὶ γὰρ τοὺς κατὰ φυσικὴν θεωρίαν λόγους, ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος Ἰησοῦς περιποιεῖται, προκαθιστῶν αὐτοῦ τῆς θείας τῶν μυστηρίων σκηνῆς ξυλοφόρους καὶ ὑδροφόρους· οἷα δὴ τῆς ἐξαπτικῆς τοῦ φωτισμοῦ θείας γνώσεως ὕλης, καὶ τῆς ῥυπτικῆς τῶν παθῶν καθάρσεως, καὶ τῆς ἐν πνεύματι ζωτικῆς διαδόσεως ἀφορμῆς χορηγός. Φυσικῆς γὰρ θεωρίας χωρὶς, ἐν οὐδενὶ κατ' οὐδένα τρόπον οὐδαμῶς συντηρεῖσθαι πέφυκε τῶν μυστηρίων ἡ δύναμις.

C Εἰ δὲ καὶ τὴν Ἐθνικὴν μοῖραν δηλοῦσιν οἱ Γαβαωνῖται (14), προσχωροῦσαν τῷ κληροδότῃ τῶν θείων ἐπαγγελιῶν Ἰησοῦ καὶ σωζομένην· διδασκομένην τε ξυλοφορεῖν καὶ ὑδροφορεῖν· τουτέστι, τὸν περὶ σταυροῦ καὶ τῆς δι' ὕδατος θείας ἀναγεννήσεως μυστικὸν καὶ σωτήριον λόγον πρακτικῶς τοῖς ὤμοις τῶν ἀρετῶν περιφέρειν, καὶ χορηγεῖν τῇ θείᾳ κιβωτῷ τῆς εὐσεβοῦς πίστεως, ξύλων δίκην, διὰ μὲν τῆς πρακτικῆς, τῶν ἐπὶ γῆς μελῶν τὴν νέκρωσιν· διὰ θεωρίας δὲ, καθάπερ ὕδωρ τὴν ἐπιῤῥοὴν τῆς ἐν πνεύματι γνώσεως, οὐκ ἄτοπον, οὐδὲ τῆς εὐσεβείας ἀλλότριον.

D Εἴτε γοῦν τοὺς κατὰ τὴν φυσικὴν θεωρίαν λόγους, εἴτε τὴν σωζομένην διὰ πίστεως μερίδα τῶν ἐθνῶν προτυποῦσιν οἱ Γαβαωνῖται, τὸν Ἰουδαϊκῶς ζῆν κατὰ τὸν ἐν μόνῳ τῷ γράμματι νόμον προῃρημένον, ἔχουσιν ἐχθρὸν, καὶ τοῦ σωζομένου πολέμιον. Ὁ γὰρ Θεὸν τὴν κοιλίαν ἡγούμενος, καὶ ὡς ἐπὶ δόξῃ τῇ αἰσχύνῃ καλλωπιζόμενος, μόνων οἶδεν ὡς θείων ἀνέχεσθαι διὰ σπουδῆς τῶν παθῶν τῆς ἀτιμίας· καὶ διὰ τοῦτο μόνα περιέπει τὰ χρονικά· τουτέστι, τὴν ὕλην καὶ τὸ εἶδος (15), καὶ τὴν κατὰ παρόχρησιν πενταπλῆν ἐνέργειαν τῶν αἰσθήσεων. Τὰ μὲν ὡς Ῥεσφᾶς τῆς παλλακῆς τέκνα· τὰ δὲ, ὡς γῆς ἀτίμου θυγατρὸς ἔκγονα Μερώδ. Τῇ γὰρ ὕλῃ καὶ τῷ εἴδει συμπλακεῖσα κατὰ μίξιν ἡ αἴσθησις, ἀποτελεῖν μὲν πάθος· ἀποκτενεῖν δὲ καὶ συντελεῖν τοὺς κατὰ φύσιν

[66] Josue IX, 3 seqq. [67] Josue X, 5 seqq. [68] Josue IX 27. [69] Coloss. III, 5. [69] Philipp. III, 19.

Digitized by Google

πέφυκε λογισμούς. Οὐ γὰρ πέφυκε πάθει συνεμφαίνεσθαι τὸ παράπαν φύσεως λόγος (16), ὥσπερ οὔτε φύσει συναπτοίκτεσθαι κατὰ τὴν γένεσιν πάθος.

Οὐκοῦν ὁ μόνου τοῦ γράμματος τῆς Γραφῆς ἀντεχόμενος κατὰ τὸν Σαοὺλ, καὶ τοὺς κατὰ φύσιν ἀποτέμπεται λόγους, καὶ τὴν μυστικῶς προκεκηρυγμένην τῶν ἐθνῶν οὐ προσδέχεται κλῆσιν, πρὸς μόνην κεχηνὼς κατὰ νόμον, ὡς οἴεται, τῆς σαρκὸς τὴν ἀπόλαυσιν. Ταύτης οὖν κρατούσης τῶν κατὰ μόνην τὴν αἴσθησιν ζώντων (17), τῆς κατὰ νόμον σωματικῆς διαθέσεως, ὁ λιμὸς οὐ διαδείκνυται τῆς θείας ἐν πνεύματι γνώσεως. Λιμὸς γάρ ἐστιν, ὡς ἀληθῶς, ἐκλειψις τῶν κατ' αὐτὴν τὴν πεῖραν ἐγνωσμένων ἀγαθῶν, καὶ ἀπορία καὶ σπάνις παντελὴς τῶν τὴν ψυχὴν συγκρατούντων πνευματικῶν βρωμάτων. Πῶς γὰρ λιμὸν ἡγήσεταί τις ἢ ζημίαν, τὴν τῶν καθάπαξ αὐτῷ μηδαμῶς ἐγνωσμένων ἀφαίρεσιν; Ὅθεν ζῶντος Σαοὺλ, οὐ γίνεται λιμός· ὅτι μηδὲ πέφυκε ζῶντος τοῦ κατὰ νόμον γράμματος, καὶ βασιλεύοντος τῶν ὑλικῶν τὴν διάνοιαν Ἰουδαίων, τῆς πνευματικῆς γνώσεως διαγνωσθῆναι τὴν ἔνδειαν· ὁπηνίκα δὲ τῆς εὐαγγελικῆς χάριτος διαλάμψῃ τὸ σέλας, καὶ λάβῃ τὴν βασιλείαν τῶν πνευματικῶν τὴν διάνοιαν Δαβὶδ ὁ πανεύφημος, ὃς ἐστιν ὁ κατὰ πνεῦμα νόμος, μετὰ τὸν θάνατον Σαοὺλ, ἤγουν μετὰ τὴν τοῦ γράμματος τελευτήν· ἑρμηνεύεται γὰρ ὁ Δαβὶδ, *ἐξουδένωσις*, καὶ *ἰσχυρὸς δράσει*· τὸ μὲν γὰρ λέγεται κατ' Ἰουδαίους πλεονεκτοῦντος τὸ πνεῦμα τοῦ γράμματος (18)· τὸ δὲ, κατὰ Χριστιανοὺς προσαγορεύεται, νικήσαντος τὸ γράμμα τοῦ πνεύματος· τηνικαῦτα διαγινώσκεται τῆς ἐν πνεύματι γνώσεως ὁ λιμός· κοινῶς μὲν ἐν τῷ πιστῷ λαῷ, καὶ τῇ ψυχῇ τοῦ καθ' ἕκαστον ἰδικῶς, ὅταν τῆς ἐν πνεύματι μυστικῆς θεωρίας τὴν ἐκτὸς προφαινομένην τοῦ γράμματος προκρίνει προβολήν· καὶ οἷον εἰπεῖν, τὴν ψυχὴν τῆς Γραφῆς ἀτιμοτέραν ποιεῖται τοῦ σώματος (19). Λιμώττει γὰρ ἐπ' ἀληθείας τῶν πιστῶν καὶ ἐπεγνωκότων τὴν ἀλήθειαν ὁ λαὸς, καὶ ἡ ψυχὴ τοῦ καθ' ἕκαστον ἀφεμένη τῆς ἐν τῇ χάριτι πνευματικῆς θεωρίας, καὶ γενομένη τῆς τυπικῆς ἐν τῷ γράμματι δουλείας, μὴ διατρέφουσα τὸν νοῦν ταῖς τῶν νοημάτων μεγαλονοίαις· ἀλλὰ πληροῦσα τὴν αἴσθησιν ἐμπαθοῦς φαντασίας ταῖς σωματικαῖς τῶν γραφικῶν συμβόλων διατυπώσεσι. Διὸ θείας γνώσεως μάλιστα γίνεται *λιμὸς*, *τρία ἔτη*, *ἐνιαυτὸς ἐχόμενος ἐνιαυτοῦ*. Πᾶς γὰρ τὴν πνευματικὴν τῆς θείας Γραφῆς θεωρίαν μὴ προσιέμενος, τόν τε φυσικὸν ταύτῃ κατὰ τοὺς Ἰουδαίους συναπώσατο νόμον· καὶ τὸν ἐν τῇ χάριτι νόμον ἠγνόησε, καθ' ὃν δίδοται τοῖς κατ' αὐτὸν ἀγομένοις ἡ θέωσις.

Οὐκοῦν ὁ λιμὸς τῶν τριῶν ἐτῶν (20) δηλοῖ τὸν ἐν τοῖς τρισὶ νόμοις, τῷ τε φυσικῷ λέγω, καὶ τῷ γραπτῷ, καὶ τῷ τῆς χάριτος, ἀναλόγως ἑκάστῳ γενομένην τῆς γνώσεως ἔνδειαν, τοῖς οὐκ ἐπιμελουμένοις τῆς αὐτῶν κατὰ τὴν θεωρίαν ἀναγωγῆς. Ἐπιμελεῖσθαι γὰρ παντελῶς οὐ δύναται τῆς τῶν Γραφῶν ἐπιστήμης, ὁ τοὺς μὲν φυσικοὺς τῶν ὄντων κατὰ τὴν θεωρίαν ἀποθυόμενος λόγους· ἀντεχόμενος δὲ μόνων τῶν ὑλικῶν συμβόλων, καὶ μηδεμίαν αὐτοῖς ἐπινοῶν ὑφηγορίαν πνευματικήν. Κρατούσης γὰρ μόνης τῆς

genio et vitium habet parere, et naturales rationes perimere et consumere. Haud enim comparatum, ut una cum vitio, naturæ ratio splendescat; uti neque ut una cum natura, vitium ortum habeat.

Qui igitur Saulis more, soli Scripturæ litteræ adhæret, tum naturales respuit rationes, tum olim mystice prædicatam gentium vocationem non admittit; soli (ut existimat) ex legis ratione inhians carnis voluptati. Hac igitur illis imperante, qui ex sola sensus ratione vivunt, divinæ in spiritu scientiæ fames non proditur. Revera enim fames est, eorum bonorum defectus, quæ ipsa experientia cognita sunt, egestasque undique ac penuria spiritalium escarum, quæ consistentiam ac robur animæ tribuunt. Quo enim quis modo famem ullamve jacturam existimaverit, quod iis careat bonis, quæ nec prorsus noverit? Quamobrem vivente Saule non contingit fames; quod neque comparatum sit ut, vivente legis littera, ac Judæorum animo terrenorum dominante, spiritalis scientiæ penuria dignoscatur. Ubi autem evangelicæ gratiæ jubar diluxit; ac olarissimus David, spiritalium mente regnum capessivit (lex scilicet spiritalis) Saule exstincto; post mortem scilicet litteræ (David enim, si nomen interpreteris, *spretio est*, et *visu-fortis*: quod alterum, Judæorum sensu dicitur, littera spiritum opprimente; alterum, Christiano more nuncupatur, spiritu litteram vincente) tunc scientiæ in spiritu fames dignoscitur: communiter quidem, in fideli ipso populo; privatim autem, in cujusque singulorum anima, cum mysticæ in spiritu contemplationi, exterius observantem, **280** primisque radiis lucem, objectam litteram anteponit, et, ut sic loquar, Scripturæ animam corpore ignobiliorem ducit. Plane enim fidelium populus, ac qui agnovit veritatem, esurit; cujusque item singulorum anima, spiritali gratiæ contemplatione dimissa, ac figurali litteræ servituti addicta, quæ magnificis animi conceptuum sensis mentem non nutriat, sed libidinosa cogitatione, corporalibus symbolorum Scripturæ informationibus, sensum repleat. Divinæ itaque scientiæ comprimis conflatur *fames*, *annos tres*, *annus anno continuus*. Quisquis enim spiritalem Scripturæ contemplationem non admittit, tum naturalem Judæorum more legem una respuit, tum gratiæ legem, qua illis qui ea aguntur, deificatio præstatur, nescivit.

Trium ergo annorum fames, scientiæ penuriam in tertia quaque lege (naturali, scripta et gratiæ) pro cujusque ratione iis conflatam significat, qui earum institutionis contemplandi munere sensuque spiritali curam non egerunt. Nec enim ullo penitus modo Scripturarum peritiam curare potest, qui naturales rerum rationes contemplari respuit, solisque terrenis symbolis animum addicit, nec ullam in eis spiritalis sensus sublimitatem intelligit. Quandiu enim sola Scripturarum historica viget

Digitized by Google

narratio, necdum caducarum temporancarumque rerum potestas ac imperium animo decessit ; sed adhuc defuncti Saulis liberi atque nepotes, omnes numero septem, in vivis agunt ; corporalis scilicet et temporaneus legis cultus, ex quo voluptariis hominibus, pro ejus quam reddidi causæ ratione, libidinosa conflari affectio solet, erroris fomentum habens, apertam in symbolis præcepti jussionem. Hanc existimo causam, cur in diebus Saulis fames non fuerit ; hoc est, scientiæ spiritalis penuria non in tempore legalis carnali ratione cultus, sed in tempore gratiæ, innotuerit : per quod, nisi omnem spiritali sensu Scripturam acceperimus, postquam litteræ dominatus transivit, omnino esurientes fames conficimur, qui mystico spiritali cultu Christianis congruo atque dedito, minime potiamur. Ubi autem Davidis more assumpto sensu, exquisierimus faciem Domini, palam discimus ; idcirco scientiæ gratiam nos amisisse, quod naturales **281** rationes, quibus nobis ad mysticam in spiritu contemplationem gradum faciamus, non recepimus, sed adhuc corporales legis litteræ cogitationes amplectimur.

Et quæsivit David, inquit, *faciem Domini. Et dixit Dominus : Super domum Saulis injustitia, eo quod interfecerit Gabaonitas.* David est, mens omnis in Christo perspicax, quæ semper faciem Domini quærat. Domini facies est, vera divinorum virtutis munere contemplatio scientiaque, quam qui quærit, causam docetur ejus indigentiæ ac penuriæ ; jubeturque duos Saulis filios ex Rhespha pellice sublatos, neci tradere, et quinque filios Merobes, ejus filiæ. Saul est, uti dicebam, *expetibilis infernus*, sive *ignorantia desiderabilis*. Palam enim desiderata ignorantia est, legis littera, nempe corporalis legalis cultus dominatus, quod scilicet legis corporeum est ; sive mens, quæ solam sensu litteræ materiam corporaliter amplectatur ac colat. Rhespha autem, pro ejus nominis notatione, *oris cursus* est ; ipsa nimirum legis doctrina, secundum quod nudo sermone profertur. Vere etenim oris cursum, at non mentis, habet, qui a spiritali legis contemplatione alienus est. Porro Rhesphæ filii, Ermonthi sunt et Memphibosthe. Est autem Ermonthi, *eorum anathema*, quod est peccato inolita corporis labe vitiorum effectu corruptio ; vel locus (mundus scilicet) in quo inflicta transgressionis multa, reus punitus est ; sive libidinosa animi erga mundum affectio ac necessitudo : aut forsitan terrenus deformisque atque informis vitiorum motus. Memphibosthe autem, *pudor corporis eorum*, quod est innaturalis animi circa libidinem vitiumque motus ; cogitatio nimirum libidinosos affectus vitiaque adinveniens : aut forte sæculi ac corporis amans rationum meditatio. Aut rursum, quæ affectibus formam inducit, libidinosamque pulchritudinem sensui comparatam, mentis agitatio effingit. Hos enim Heros, ex doctrina quæ sola sermonis prolatione

A ἱστοριῶδους τῶν Γραφῶν ἀφηγήσεως (21), προσκαίρων καὶ χρονικῶν τῆς διανοίας ὁρ νετο κράτος· ἀλλ' ἔτι ζῶσι τὰ τέκνα τοῦ ἀπο Σαοὺλ, καὶ τὰ ἔκγονα, ἑπτά ὄντα τὸν ἀριθμὸν ἐστιν ἡ σωματικὴ τοῦ νόμου λατρεία καὶ πρό ἐξ ἧς ἡ ἐμπαθὴς εἴωθεν ἀπογεννᾶσθαι τοῖς μάτοις κατὰ τὴν ἀποδοθεῖσαν αἰτίαν διάθε κουρον ἔχουσα τῆς πλάνης τὴν πρόδηλον ἐν τα βόλοις διαταγήν. Διὰ ταύτην οἶμαι τὴν ἀ γίνεσθαι λιμὸν ἐν ταῖς ἡμέραις Σαοὺλ· τ ἐν τῷ χρόνῳ τῆς νομικῆς κατὰ σάρκα λ τὴν ἔνδειαν μὴ διαγνωσθῆναι τῆς ἐν πνεύμ σεως· ἀλλ' ἐν τῷ χρόνῳ τῆς εὐαγγελικῆς καθ' ὃν, ὅταν μὴ πᾶσαν πνευματικῶς τὴν ἐκλαμβάνωμεν, μετὰ τὴν πάροδον τῆς τοῦ

B τος δυναστείας, λιμώττομεν πάντως, τῆς νοῖς πρεπούσης μυστικῆς κατὰ πνεῦμα λατρ ἀπολαύοντες. Ἐπὰν δὲ λαβόντες αἴσθησιν Δαβὶδ, ζητήσωμεν τὸ πρόσωπον Κυρίου (22) σκόμεθα σαφῶς, ὅτι διὰ τὸ μὴ παραδέξασθ κατὰ φύσιν λόγους πρὸς ἐπίβασιν τῆς ἐν πν μυστικῆς θεωρίας, ἀλλ' ἔτι τῶν ἐν τῷ γράμ νόμου σωματικῶν ἀντέχεσθαι λογισμῶν, ἀφῃρέθη τῆς γνώσεως.

Καὶ ἐζήτησε, φησὶ, *Δαβὶδ τὸ πρόσωπον κ Καὶ εἶπε Κύριος· Ἐπὶ τὸν οἶκον Σαοὺλ ἡ περὶ οὗ ἐθανάτωσε τοὺς Γαβαωνίτας.* Δαβὶ πᾶς νοῦς κατὰ Χριστὸν διορατικὸς (23), ἐπ τὸ πρόσωπον Κυρίου. Πρόσωπον δὲ Κυρίου

C κεν ἡ κατὰ τὴν ἀρετὴν τῶν θείων ἀληθῶ καὶ γνῶσις, ἣν ζητῶν διδάσκεται τὴν αἰτί κατ' αὐτὴν ἐνδείας καὶ ἀπορίας· καὶ κελεύετ ναι πρὸς θάνατον τοὺς δύο υἱοὺς Σαοὺλ, τοὺς παλλακίδος Ῥεσφᾶς, καὶ τοὺς πέντε τῆς αὐτ γατρὸς Μερὼβ υἱούς. Σαοὺλ ἐστι, καθὼς ἔφη τὸς ᾅδης, ἤγουν *ἄγνοια ποθητή*. Ποθουμένη φῶς ἐστιν ἄγνοια (24), τὸ γράμμα τὸ νομικὸν τὸ σωματικὸν τῆς ἐν νόμῳ λατρείας κράτ ἐστὶ τὸ τοῦ νόμου σωματικόν· ἡ νοῦς μόνης σθησιν ἀντεχόμενος σωματικῶς τῆς ὕλης τ ματος. Ῥεσφὰ δέ ἐστι, κατὰ τὴν αὐτῆς ἑρμ *δρόμος στόματος*, ὅπερ ἐστὶν ἡ τοῦ νόμου κατ νην τὴν ἐν λόγῳ προφορὰν ἐκμάθησις. Δρόμ ἀληθῶς ἔχει στόματος, ἀλλ' οὐ διανοίας, ὁ τῆς

D ματικῆς τοῦ νόμου θεωρίας ἀλλότριος. Υἱοὶ δὲ Ῥεσφᾶς ὑπάρχουσιν, Ἐρμονθὶ καὶ Μεμφιβ Ἐρμονθὶ δέ ἐστιν, *ἀνάθεμα αὐτῶν*, ὅπερ ἐστὶ καθ' ἁμαρτίαν διὰ σώματος φθορὰ τῆς τῶν ἐνεργείας· ἢ ὁ τόπος, τουτέστιν ὁ κόσμος, ἐν ᾧ παραβάσεως ἐδόθη τὸ ἐπιτίμιον· ἤγουν ἡ κατ νην πρὸς τὸν κόσμον ἐνδιάθετος σχέσις· ἢ πρόσυλος καὶ ἀκαλλὴς τῶν παθῶν καὶ κίνησις. Μεμφιβοσθὲ δὲ, *αἰσχύνη σώματος* ὅπερ ἐστὶν ἡ παρὰ φύσιν τοῦ νοῦ περὶ σις· ἤγουν ἡ ἐπινοητικὴ τῶν παθῶν ἐνθυμ τυχὸν, ἡ φιλόκοσμος μελέτη τῶν λογισμῶν σώματος. Ἢ πάλιν, ἡ τοῖς πάθεσιν εἴδος καὶ τὸ καθ' ἡδονὴν πρὸς αἴσθησιν διαπλάττουσα λος τοῦ νοῦ κίνησις. Τούτους γὰρ γεννᾷ τοὺς

Digitized by Google

φυκεν ἐκ τῆς κατὰ μόνην τὴν ἐν λόγῳ προφορὰν μαθήσεως, ὅ τε γραπτὸς νόμος, καὶ ὁ μόνῳ προσθήμενος τῷ γράμματι τοῦ νόμου νοῦς. Μερὼβ δὲ, τὰ τὴν αὐτῆς ἑρμηνείαν ἐστὶν (ἡ τοῦ Σαοὺλ θυγάτηρ, ἡ *πλησμονὴ τοῦ φάρυγγος* · ὅπερ δηλοῖ τὸ γαστριμαργίας πάθος. Μόνην γὰρ οἶδε γεννᾷν ματος τρυφὴν, καὶ τὴν τῶν ὑλικῶν ἀπολαυστικὴν θεσιν, ὅ τε νόμος κατὰ τὸ γράμμα, τοῖς συμβόλοις ς κατ' αὐτὸν λατρεύοντας περιγράφων · ὅ τε νοῦς, τὴν φιλόσαρκον ζωὴν, κατὰ τὸ γράμμα τὸν νόμου τοῖς τύποις περιορίζων. Πέντε δὲ τῆς Μερὼβ θυγατρὸς Σαοὺλ υἱοὶ καθεστήκασιν, οἱ κατὰ παράχρησιν ἐμπαθεῖς πέντε τρόποι τῶν πέντε αἰσθήσεων · τίκτειν πάντως εἴωθε τῷ Ἐσδριὴλ, ἤγουν τῷ ωρητικῷ μέρει, ἡ μόνου τοῦ σώματος κατὰ νόμον τρυφῆς ἐπιμελουμένη διάθεσις.

Τούτους τοὺς δύο τοῦ Σαοὺλ υἱοὺς (25) (ἤγουν τὴν ην καὶ τὸ εἶδος), καὶ τοὺς πέντε τοῦ Σαοὺλ υἱωνοὺς, ουν τοὺς περὶ τὴν ὕλην καὶ τὸ εἶδος κατὰ παράησιν πέντε τρόπους τῶν αἰσθήσεων (λέγω δὴ τὴν παθῆ τε καὶ παρὰ φύσιν πρὸς τὰ αἰσθητὰ τῶν θήσεων συμπλοκὴν, ἤγουν τὰ ὑπὸ χρόνον καὶ ῥεῦν), μετὰ τὴν τελευτὴν Σαοὺλ (τουτέστι, μετὰ τὴν ροδον τῆς ἐν νόμῳ κατὰ τὸ γράμμα σωματικῆς πρείας, καὶ τὴν τῆς ἀγνοίας διάβασιν), παραδίδωσι ανατωθῆναι κατὰ τὸν θεῖον χρηματισμὸν, Δαβὶδ ὁ ωμάσιος τοῖς Γαβαωνίταις (τουτέστι, τοῖς κατὰ ν φυσικὴν θεωρίαν ὑψηλοτέροις λόγοις καὶ λογικοῖς, ὁ πνευματικὸς νόμος, ἢ νοῦς, τὴν ἐν τοῖς μβόλοις πρὸς αἴσθησιν καὶ σῶμα καθολικωτάτην ν ὑπὸ χρόνον σχέσιν ἀφανίσαι καὶ θανατῶσαι), κατὰ τὸ ὕψος γινομένοις τοῦ βουνοῦ Σαούλ · λέγω δὴ, οῦ νόμου τῆς πνευματικῆς θεωρίας. Εἰ γὰρ μὴ φυικῶς πρότερόν τις τὴν ἐν τοῖς συμβόλοις τῶν θείων καὶ νοητῶν διασκοπήσας ἀπέμφασιν (26), ἐλθεῖν ποήσῃ κατὰ νοῦν, ἔξω παντελῶς τῶν θείων ἀδύτων τὴν αἴσθησιν θέμενος, πρὸς τὴν τῶν νοητῶν εὐπρέπειαν, τῆς ἐν τοῖς τύποις ἀπολυθῆναι καθάπαξ οὐ ύναται σωματικῆς ποικιλίας · καθ' ἣν ἕως βέβηκε οῦ γράμματος ἀντεχόμενος, τὴν ἐκ τοῦ λιμοῦ τῆς γνώσεως εἰκότως ἀπορίαν οὐ παραμυθεῖται · τῆς Γραφῆς τὴν γῆν, ἤγουν τὸ σῶμα, κατὰ τὸν ἀπατηλὸν ὄφιν ἐσθίειν ἑαυτὸν καταδικάσας · ἀλλ' οὐ κατὰ Χριστὸν τὸν νοῦν, ἤγουν τῆς Γραφῆς τὸ πνεῦμα καὶ τὴν ψυχὴν, τουτέστι τὸν οὐράνιον καὶ ἀγγελικὸν ἄρτον (λέγω δὴ, τὴν ἐν Χριστῷ τῶν Γραφῶν πνευματικὴν θεωρίαν καὶ γνῶσιν) [ἀλλ. βρῶσιν] βρωματιζόμενος · ἣν δίδωσι δαψιλῶς ἐπιχορηγουμένην τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν ὁ Θεὸς, κατὰ τὸ γεγραμμένον · *Ἄρτον οὐρανοῦ ἔδωκεν αὐτοῖς · ἄρτον ἀγγέλων ἔφαγεν ἄνθρωπος.*

Χρὴ τοιγαροῦν τὴν κατ' αἴσθησιν πρὸς σῶμα τῆς Γραφῆς ἐκζοχὴν, ὡς παθῶν προδήλως καὶ τῆς πρὸς τὰ χρονικὰ καὶ ῥέοντα σχετικῆς διαθέσεως οὖσαν γεννητικὴν (ἤγουν τῆς πρὸς τὰ αἰσθητὰ τῶν αἰσθήσεων ἐμπαθοῦς ἐνεργείας), ὡς Σαοὺλ τέκνα καὶ ἔκγονα, διὰ τῆς φυσικῆς, ὡς ἐν ὄρει τῇ τῶν θείων ἀναγωγῇ λογίων [ἀλλ. λόγων], ἀφανίσας θεωρίας, εἴπερ ἐμποδισθῆναι θείας ἐφιέμεθα χάριτος. Εἰ γὰρ ἐπὶ

consistat, proclive gignant, tum lex scripta, tum quæ soli legis litteræ mens adhæret. Merobe autem, ita ut ejus nomen sonat (Saulis nimirum filia) *abundans gutturis satietas* est : quod gulæ vitium significat. Sic enim comparatum, ut tum lex juxta litteram, ex ejus ratione **282** servientes, unis symbolis definiens, tum mens ob carnalem ac libidinosam vitam, ex litteræ ratione legem figuris concludens, solam gignant corporis voluptatem, fruendisque terrenis impensum animum faciant. Sunt autem quinque Merobes, Saulis filiæ, liberi ; nempe libidinosi quinque, abusu constantes, quinque sensuum modi : quos prorsus Esdrieli parere consuevit (parti scilicet contemplanti) quæ soli corpori ex legis ratione per voluptatem mens dedita sit.

Hosce duos Saulis filios (materiam scilicet et formam) Saulisque quinque nepotes, nempe qui circa materiam et formam quinque sensuum modi abusu versantur (libidinosam nimirum ac innaturalem sensuum cum sensilibus, cum temporaneis scilicet fluxisque rebus congressionem) post Saulis mortem (ubi scilicet corporalis legis ex litteræ ratione cultus, ignorantiaque transierat) interficiendos tradit Gabaonitis admirabilis David, pro eo ac divino fuerat admonitus oraculo (nempe naturalis speculationis sublimioribus rationibus ac cogitationibus, lex spiritalis, sive mens, ad universalissimam in symbolis cum sensu ac corpore temporanearum rerum abolendam ac interimendam necessitudinem) his qui sunt in sublimitate collis Saulis (spiritalis scilicet legis contemplationis). Nam nisi quis naturaliter prius dispecta quæ in symbolis est divinorum ac spiritalium dissimilitudine, sensu prorsus extra adyta relicto, mente sola ad spiritalium decorem pervenire percupiat, ut a corporali figurarum varietate liberetur nequaquam prorsus fieri potest ; ex cujus ratione quandiu incedit litteram colens, quam sustinet ex scientiæ fame penuriam merito non solatur, qui se ipse ad Scripturæ terram comedendam (id est, corpus) seductoris more serpentis addixerit ; non ut secundum Christum intelligentia sensuque (Scripturæ scilicet spiritu et anima, pane nimirum cœlesti et angelico) vescatur ; spiritali scilicet in Christo Scripturarum contemplatione ac scientia ; quam larga subministratione tradit Deus, his, qui ipsum diligunt, juxta illud : *Panem cœli dedit eis ; panem angelorum manducavit homo*[76].

Operæ pretium igitur sit, ut Scripturæ ex sensus corpori addicta ratione **283** expositionem sensumque ceu vitiorum prorsus ac perturbationum, affectusque ad temporanea fluxaque libidinosi (vitiosæ scilicet sensuum erga sensilia operationis) parentem, velut Saulis liberos ac nepotes, quasi in monte (divinorum scilicet eloquiorum celsitudine per naturalem speculationem aboleamus ; siquidem

[76] Psal. LXXVII, 24.

Digitized by Google

hoc animis expetimus, ut gratia satiemur. Nam si injustitia super Saulem est ejusque domum, juxta divinum oraculum, eo quod interfecerit Gabaonitas: liquet injuria violare veritatem, tum legem, quæ ex litteræ solum ratione intelligatur, tum Judæorum populum, ac si quis Judæorum animum imitatur (hunc enim Scriptura Saulis domum esse novit) ut qui sola littera vim legis definiat, nec naturalem speculationem, ad scientiam quæ in littera abdita latet, mystice manifestandam assumat, quæ inter figuras et veritatem media exsistat; atque ab illis, eos qui formantur, abducat, ad hanc autem reducat; sed quasi omnino ipsam negans ac respuens, a divinorum eam institutione arceat.

Hanc igitur operæ pretium, corporalem ac temporancam legis expositionem acceptionemque, uti tempori subjectam fluxamque, per naturalem speculationem, velut in monte (in sublimitate scientiæ) ut interimant, quibus curæ sint divinæ considerationes: *Et vocavit* enim, *David Gabaonitas, et dixit ad eos: Quid faciam vobis, et in quo placabo, et benedicetis hæreditatem Domini? Et dixerunt ad regem: Vir qui consumpsit nos, et persecutus est nos, et cogitavit internecione delere nos, delebimus eum, ut non stet in omni confinio Israel. Date nobis septem viros ex ejus filiis, et ad solem suspendemus eos Domino in colle Saulis. Et accepit rex duos filios Rhesphæ filiæ Aia pellicis Saulis, Ermonthi et Memphiboste, et quinque filios Merobes filiæ Saulis, quos peperit Esdrieli, et dedit eos in manu Gabaonitarum. Et ad solem suspenderunt eos in monte coram Domino. Et ceciderunt illic hi septem in idipsum; et occisi sunt in diebus messis, in principio messis hordeorum* [71]. Ubinam juxta fidem historicam invenimus, delevisse Gabaonitas Saulem, ut non staret in omni confinio Israelis; cum Maribaal filius Jonathæ filii Saulis, apud Davidem, ejusque servatus clementia sit [72], aliique plures illius affinium, ut **284** habetur in libro Paralipomenon [73]? Quonam autem modo, prehensis septem viris illius ortis, prosapia, dixerunt, *ipsum delebimus, ut non stet in omni*

A Σαοὺλ ἡ ἀδικία, κατὰ τὸν θεῖον χρησμὸν, καὶ ἐπὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ, ὑπὲρ οὗ ἐθανάτωσε τοὺς Γαβαωνίτας, δῆλον ὡς ἀδικεῖ τὴν ἀλήθειαν, ὅ τε νόμος κατὰ μόνον τὸ γράμμα νοούμενος, καὶ ὁ τῶν Ἰουδαίων λαὸς, καὶ εἴ τις ἐκείνων μιμητὴς ὑπάρχει κατὰ διάνοιαν (τοῦτον γὰρ οἶδεν ὁ λόγος οἶκον Σαοὺλ εἶναι), μόνῳ τῷ γράμματι περιγράφων τοῦ νόμου τὴν δύναμιν, καὶ μὴ δεχόμενος πρὸς τὴν φανέρωσιν τῆς μυστικῶς ἐγκεκρυμμένης τῷ γράμματι γνώσεως, τὴν φυτικὴν θεωρίαν, μέσην ὑπάρχουσαν τύπων καὶ ἀληθείας· τῶν μὲν τοὺς ἀγομένους ἀπάγουσαν· πρὸς δὲ τὴν, ἐπανάγουσαν· ἀλλ' οἷον ταύτην πάμπαν ἀρνούμενος, καὶ τῆς τῶν θείων αὐτὴν ἔξω ποιούμενος μυσταγωγίας.

B Ταύτην τοιγαροῦν χρὴ τὴν σωματικὴν τοῦ νόμου καὶ πρόσκαιρον ἐκδοχὴν, ὡς ὑπὸ χρόνον καὶ ῥέουσαν ἀποκτένειν διὰ τῆς φυσικῆς θεωρίας, ὡς ἐν ὄρει τῷ ὕψει τῆς γνώσεως, τοὺς τῶν θείων ἐπιμελητὰς θεαμάτων. *Καὶ ἐκάλεσε γὰρ, φησὶ, Δαβὶδ τοὺς Γαβαωνίτας, καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Τί ποιήσω ὑμῖν, καὶ ἐν τίνι ἐξιλάσομαι, καὶ εὐλογήσετε τὴν κληρονομίαν Κυρίου; Καὶ εἶπον πρὸς τὸν βασιλέα· Ὁ ἀνὴρ ὃς συνετέλεσεν ἡμᾶς, καὶ ἐδίωξεν ἡμᾶς, καὶ ἐλογίσατο ἐξολοθρεῦσαι ἡμᾶς, ἀφανίσομεν αὐτὸν τοῦ μὴ ἑστάναι αὐτὸν ἐν παντὶ ὁρίῳ Ἰσραήλ. Δότε ἡμῖν ἑπτὰ ἄνδρας, ἐκ τῶν υἱῶν αὐτοῦ, καὶ ἐξηλιάσομεν αὐτοὺς τῷ Κυρίῳ ἐν τῷ βουνῷ Σαούλ. Καὶ ἔλαβεν ὁ βασιλεὺς τοὺς δύο υἱοὺς Ῥεσφᾶς θυγατρὸς Ἀΐᾶ, παλλακῆς Σαοὺλ, τὸν Ἐρμονθὶ, καὶ τὸν Μεμφιβοσθὲ, καὶ τοὺς πέντε υἱοὺς Μερὼβ θυγατρὸς Σαοὺλ, οὓς ἔτεκε τῷ Ἐσδριήλ. Καὶ ἔδωκεν αὐτοὺς ἐν χειρὶ τῶν Γαβαωνιτῶν, καὶ ἐξηλίασαν αὐτοὺς ἐν τῷ ὄρει ἔναντι Κυρίου. Καὶ ἔπεσον ἐκεῖ οἱ ἑπτὰ ἐπιτοαυτὸ, καὶ ἐθανατώθησαν ἐν ἡμέραις θερισμοῦ, ἐν ἀρχῇ θερισμοῦ κριθῶν.* Ποῦ κατὰ τὴν ἱστορίαν εὑρίσκομεν, ὡς ἠφάνισαν τὸν Σαοὺλ οἱ Γαβαωνῖται, τοῦ μὴ ἑστάναι αὐτὸν ἐν παντὶ ὁρίῳ Ἰσραήλ· τοῦ υἱοῦ Ἰωνάθαν υἱοῦ Σαοὺλ Μαριβαὰλ (*z*) παρὰ τῷ βασιλεῖ Δαβὶδ διασωθέντος, καὶ ἄλλων πολλῶν τῆς συγγενείας Σαοὺλ, ὡς ἐν τῇ βίβλῳ φέρεται τῶν Παραλειπομέ-

C

D

[71] II Reg. xxi, 2-9. [72] ibid. 7. Ubi tamen Μεμφιβοσθὲ dicitur. Vulg. *Miphiboseth*. [73] I Paral. xii, 2.

(*z*) *Τοῦ υἱοῦ τοῦ Ἰωνάθαν Μαριβαάλ.* Ita sibi Maximus habere putavit ex I Paral. viii, 33, ubi Hebr. Græca et Vulg. istum Maribbaalem Jonathæ filium assignant, cum in libris Regum non nisi Misphiboseth, eo ipso nomine, quo Saulis filius ex Rhespha pellice, vocatus legatur. Maximus proclive ex genio novum nomen arripit, quasi utile ad sensus suos spiritales. Estius communi solutione, binomium cum fuisse affirmat, seu magis conjicit; supponitque Cornelius, sive qui ejus nomine libros Regum et Paral. levi satis opera exposuit. Hier. in Tradit. Hebræos affert dantes causam novi hujus nominis, quo *rebellans domino* seu *pugnans contra dominum*, dicitur, quod murmuraverit, justus dividere hæreditatem cum servo suo Siba, ab eo calumniam passus apud Davidem: sed id valde incertum. Forte potius, quod contra Baal pugnaturus esset, ac quasi rectæ fidei omine ejusque zelo; quo fere modo Gedeon ex eadem radice Jerobaal appellatus est, Jud. vi, 32. Verum Syriac. et Arab. longe aliter, alioque natum parente Maribaalem dicunt, nempe ex tertio filiorum Saulis, quem *Jasui* vocant (Hebr. Græca, Latin. *Abinadab*) mutilumque Hebraicum codicem, et qui ex eo fluxerunt, indicant. Ac certe proclivius est, illos integriorem nactos codicem, quam sibi indulsisse, ut a se novum aliquid sacro textui adderent; cum alioqui libros Paralipomenon non satis integros aut emendatos, etiam Hieron. agnoverit. Sic ergo Syriacus cui per omnia consentit Arab. *Cis genuit Saulem: Saul genuit Jonathanem, Malchisuem, Jasui et Esbasalem. Filius autem Jonathanis* (*Misphiboseth* Arab.) *claudus erat pedibus. Jasui filium habuit Merabaalem*, etc. Certe videatur Misphiboseth pene inutile pondus terræ fuisse, qua sic laborabat pedibus nec forte satis firma mente erat, indignus propterea judicatus qui pro Jonathane patre suo majore natu filiorum Saulis, regno succederet, ac patruo illi prælato, quarto scilicet filiorum Saulis, qui forte solus e fratribus superstes paternæ cladi ac Jonathanis fuit. Quidquid dicatur, manet difficultas Maximi, quomodo exterminatus Saul ejusque familia

Digitized by Google

νων ; Πῶς δὲ τοὺς ἐκ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ λαβόντες ἑπτὰ ἄνδρας, *Αὐτὸν*, εἶπον, *ἀφαιρήσομεν, τοῦ μὴ ἑστάναι αὐτὸν ἐν παντὶ ὁρίῳ Ἰσραήλ*, πρὸ τούτου πολλοὺς ἀποθανόντα χρόνους ; Ἀλλ', ὡς ἔοικε, παρεμίγη τῷ ῥητῷ τῆς ἱστορίας τὸ παράλογον, ἵνα τὸ τῆς διανοίας ἀληθὲς τῶν γεγραμμένων ζητήσωμεν. Οὐκοῦν τὸν σωματικὸν νοῦν τῆς Γραφῆς, τουτέστι τὸν Σαοὺλ, ἀφανίζει παντελῶς ἐκ παντὸς ὁρίου Ἰσραὴλ, ὁ πράξει διὰ τῆς φυσικῆς θεωρίας, ὡς διά τινων Γαβαωνιτῶν, ἀποκτένων τὴν γεννωμένην ἐκ τοῦ γραπτοῦ νόμου πρὸς τὴν ἄστατον ὕλην, καὶ ῥέουσαν τῇ ψυχῇ, φιλήδονον σχέσιν καὶ φιλοσώματον· κατασφάττων ὡς τέκνα τοῦ Σαοὺλ καὶ ἔκγονα, τὴν χαμαίζηλον τοῦ νόμου διάνοιαν, διὰ μέσης τῆς φυσικῆς θεωρίας, ὡς ἐν ὄρει τῷ ὕψει τῆς γνώσεως, καὶ φανερὰν ποιούμενος ἐνώπιον Κυρίου, δι' ἐξομολογήσεως δηλαδὴ, τὴν πρὸς σῶμα τοῦ νόμου προτέραν ἐκδοχήν. Τοῦτο γὰρ ἐξηλιάσαι νοεῖσθαι δύναται τοῖς φιλομαθέσιν *ἔναντι Κυρίου*· εἰς φῶς ἀγαγόντες, διὰ τῆς γνώσεως δηλαδὴ (27), τὴν κατὰ τὸ γράμμα πεπλανημένην τοῦ νόμου πρόληψιν. Πᾶς γὰρ ἀποκτείνας τὴν σωματικὴν τοῦ νόμου διάνοιαν, τὸ γράμμα τοῦ νόμου σαφῶς ἀπέκτεινε καὶ ἠφάνισε, *τοῦ μὴ ἑστάναι ἐν παντὶ ὁρίῳ Ἰσραὴλ* (28)· τουτέστιν, ἐν παντὶ λόγῳ πνευματικῆς θεωρίας. Εἰ γὰρ Ἰσραὴλ *νοῦς ὁρῶν Θεόν* (*a*) ἑρμηνεύεται, δῆλον ὡς τὸ σωματικὸν τοῦ νόμου καθάπαξ ἐν οὐδενὶ τρόπῳ πνευματικῆς θεωρίας ὑφέστηκε, τοῖς τὸ πνεῦμα προτιμῶσι τοῦ γράμματος· εἴπερ *Πνεῦμα*, κατὰ τὸ γεγραμμένον, *ἐστὶν ὁ Θεός, καὶ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτὸν, ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ δεῖ προσκυνεῖν*, ἀλλ' οὐ γράμματι. *Τὸ γράμμα γὰρ ἀποκτέννει· τὸ δὲ πνεῦμα ζωοποιεῖ*. Διὸ χρὴ τὸ ἀποκτένειν περιχωὸς, ἀποκτένεσθαι πνεύματι ζωοποιῷ. Συνυπάρχειν γὰρ κατ' ἐνέργειαν ἀλλήλοις ἅμα κατὰ τὸ αὐτὸ τὸ σωματικὸν τοῦ νόμου καὶ τὸ θεῖον (29), ἤγουν τὸ γράμμα καὶ τὸ πνεῦμα, παντελῶς ἀμήχανον· ὅτι μηδὲ συμφωνεῖν πέφυκε τῷ παρεχομένῳ κατὰ φύσιν ζωὴν, τὸ ταύτην ἀφαιρεῖσθαι δυνάμενον.

A *confinio Israelis*, cum ante plures annos ille mortuus esset? Sed, ut videtur, contextui historiæ commistum est, quod abhorreat, ut eorum quæ scripta sunt, verum sensum quæreremus. Itaque, quod Scripturæ corporeum est (nempe Saulem) abolet prorsus ab omni confinio Israelis, qui actionis cultu per naturalem speculationem, velut Gabaonitarum opera, quæ ex lege scripta animæ nascitur, erga instabilem fluxamque materiam, libidinosam ac corporis amantem affectionem occidit; interimens ut Saulis filios atque nepotes (humilem legis sensum) naturalis speculationis ope; velut in monte (celso scientiæ vertice) manifestamque in conspectu Domini faciens (palam scilicet confitendo) priorem corpori addictiorem legis intelligentiam. Hoc enim B studiosi intelligant, quod dicitur, *ad solem suspendere in conspectu Domini;* ac si diceret, in lucem producentes (nimirum per scientiam) errantem legis ex litteræ ratione occupatam opinionem. Quisquis enim corporalem legis intelligentiam peremit, legis litteram palam interfecit, abolevitque, *ut non stet in omni confinio Israelis;* hoc est, in omni ratione spiritalis contemplationis. Siquidem enim Israel ex nominis ipsa ratione *Videns Deum* dicitur, planum est, quod legis corporeum est, in nullo prorsus modo spiritalis contemplationis, his, qui spiritum litteræ anteponant, consistere; siquidem juxta quod scriptum est : *Spiritus est Deus; et eos qui adorant ipsum, in* C *spiritu et veritate adorare oportet* [76]; non vero in littera. *Littera enim occidit, spiritus autem vivificat* [78]. Quamobrem necesse est, ut quæ sic comparata est ut occidat, littera, ipsa vivifico spiritu occidatur. Una enim secundum idem exsistere ac simul vigere omnino non possunt, quod legis corporeum est et quod divinum (nempe littera et spiritus) quod neque comparatum sit ut consentiant, quod sua ipsum indole vitam præbet, et cui eam auferre proclive est.

[76] Joan. IV, 24. [78] II Cor. III, 7.

ex omnibus finibus Israel, cum tot ex illa superfuisse memorentur dicto I Par. VIII et in gentem magnam excrevisse, cujus defugiendæ causa, necessarium sibi putat τὸ ἀλληγορεῖν, et ut ad sensus spiritales recurrat. Quæ mihi evasio non admodum probatur, qui eatenus sensus ejusmodi admittendos putem, et in eis pie ludendum, quatenus permittit litteræ veritas et historia. Nec enim falsa narrat Spiritus sanctus, ut hæc ad morum informationem trahamus, sive anagogicum aut allegoricum omnino que spiritalem eis sensum demus, ubi non tropice eum loqui liquet et parabolice, sed historice; gesta narrando, quæ ulteriorem sensum spiritalem possint habere, velut ea quæ Paulus in suis Epistolis de Jacob et Esau, de Siua et Jerusalem, aliisque ἀλληγορεῖ, similiumque expositionum pia sedulitate nobis auctor exsistit. Dicam igitur, ita quidem voluisse Gabaonitas, Davidem tamen septem duntaxat eis viros tradidisse, quos sic quasi piaculari hostia, et ut Deum Israeli placarent, e patibulo suspensos strangularent, ut sonant Hebræa, sive alias cruci affigerent et necarent, facto interim vitæ venia, ob jusjurandum Jonathani præstitum, ejus filio Misphiboseth, aliis

que de stirpe Saulis juxta Syrum et Arab. posteaquam concessa pluvia David cognovit placatum D jam esse Deum, nece illorum septem, quos forte in manu habens præ aliis, in illam tradiderat; aliis forsitan saluti fuga consulentibus, eisque adnitentibus, quos tantos Saulis fratres Davidi adhæsisse, cum etiam Saul eum persequeretur, viros scilicet in aula potentes, per quos mitissimi Davidis animus leniri potuit, si quid in Saulis domum exasperatus fuerat, non privato ullo odio, sed quasi exsequendo divinam ultionem, eaque propitiando Deum populo, qui unus illi finis erat, ac quem adeptus, nihil opus fuit, ut in afflictam amplius domum sæviret. Nihil etiam abhorret a communi usu loquendi, ut id factum dicatur Sauli a Gabaonitis, quod ejus factum liberis ac nepotibus, in quibus ipse vivere ac superstes esse intelligebatur.

(*a*) *Νοῦς ὁρῶν Θεόν*. Sic passim Græci, quasi a ראה *vidit*, et אל, *Deus*, cum sacer textus hinc dictum Israelem notet, quod fortis in Deum, et quasi ejus victor in lucta fuisset. Alii ergo melius a שר, *princeps* cum, formativo, ac si *princeps*, seu *victor Dei*.

Digitized by Google

Igitur, si hunc locum, ex historica fide sumamus, Scripturam veritate niti haud inveniemus. Ubinam enim exterminaverunt Gabaonitæ Saulem ex **285** omni confinio Israelis; cum multi postea Saulis affines in populo exsisterent. Sin autem spiritali sensu intelligamus, clare inveniemus, naturalis speculationis ope, in celso scientiæ vertice, scriptam legem (corporalem scilicet in symbolis cultus ritum) prorsus desinere. Ubi enim etiamnum stabit carnalis circumcisio, cum lex spiritaliter intelligatur? ubi Sabbata, mensiumque initia? ubi festorum universi populi conventu solemnia? ubi victimarum, terræque otii et quietis, ac reliquæ legis corporali cultu institutionis traditio? Scimus enim, qui naturæ ipso ductu animum rebus attendamus, non in eo positam perfectionem esse, ut quam Deus natura integritatem indidit, auferatur. Non enim natura arte mutilata perfectionem facit, subtilique invento id amittens, quod illi ex creationis ratione inest; ne ad præstandum justitiæ robur, fortiorem Deo artem inducamus, ac naturæ excogitatum defectum, defectus justitiæ, qui ex creatione inolevit, supplementum faciamus : sed ex typico ejus membri situ, quod circumciditur, circumcidendam spiritali ac scientiæ munere libidinosam animi affectionem docemur; cujus amputatione animus componitur, ut naturam potius assectetur, libidinosam adventitii ortus legem emendans. Spiritalis enim circumcisio est, plena et absoluta libidinosæ mentis affectionis ascititio ortu amputatio : Sabbatum autem, perfecta perturbationum sedatio, universalisque erga res creatas motus mentis quies ac cessatio, atque in Deum perfecta commigratio; in quem, qui virtute et scientia concessit, pro facultatis modulo, caveat necesse est, ne velut ligna [16], materiam ullam vitiis fomentum præbentem animo meditetur; ut neque omnino naturæ rationes colligat, ne Græcorum more, Deum, vel affectibus ac libidine delectari statuamus, aut naturæ terminis commensum eum asseramus; quem solum perfectum silentium clamat, ac plena secundum excellentiam ignorantia repræsentat. Neomenias vero esse dicimus, diversas virtutis ac scientiæ cursu illustrationes, in quibus sæcula omnia repente contuentes, annum Domini acceptabilem implemus [17], cui ornatum *corona benignitatis* [18] præstet. Est autem corona benignitatis, **286** fides munda, quæ scilicet instar lapillorum gemmarumque sublimibus dogmatis, spiritalibusque sermonibus ac sensis interstincta, Dei amantem ac religiosam mentem velut caput astringat. Sive potius rursum corona benignitatis, ipse Dei Sermo est, qui variis providentiæ ac judicii modis (abstinentia scilicet affectuum et malorum, quæ ex animo sunt, eorumque patientia, quæ invitos afficiunt) velut caput, mentem circumdat, ac, qua Deitatis gratia impartit, ipsam seipsa formosiorem reddit.

Οὐκοῦν κατὰ μὲν τὴν ἱστορίαν τοῦτον λαμβάνοντες τὸν τόπον, οὐχ εὑρίσκομεν τὴν Γραφὴν ἀληθεύουσαν. Ποῦ γὰρ ἠφάνισαν οἱ Γαβαωνῖται τὸν Σαοὺλ παντὸς ὁρίου Ἰσραὴλ, πολλῆς μετὰ τοῦτο συγγενείας εὑρισκομένης ἐν τῷ λαῷ; Κατὰ δὲ τὴν θεωρίαν νοοῦντες, σαφῶς εὑρίσκομεν, ὅτι διὰ μέσης τῆς φυσικῆς θεωρίας, ἐν τῷ ὕψει τῆς γνώσεως, ὁ γραπτὸς παντελῶς ἀπογίνεται νόμος, ἤγουν ὁ σωματικὸς ἐν τοῖς συμβόλοις κατὰ τὴν λατρείαν θεσμός. Ποῦ γὰρ ἔτι στήσεται περιτομὴ σαρκὸς, νοουμένου τοῦ νόμου πνευματικῶς; ποῦ τὰ Σάββατα, καὶ τῶν μηνῶν αἱ ἀρχαί; ποῦ τῶν ἑορτῶν αἱ πανηγύρεις; ποῦ τῶν θυσιῶν, καὶ τῆς ἀργίας τῆς γῆς, καὶ τῆς λοιπῆς τοῦ νόμου κατὰ τὴν σωματικὴν λατρείαν [*forte add.* καταστάσεως] ἡ παράδοσις; Οἴδαμεν γὰρ φυσικῶς ἐπιβάλλοντες τοῖς πράγμασιν (30), ὡς οὐκ ἔστι τελειότης ἡ τῆς ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν ἀρτιότητος περιαίρεσις. Οὐ γὰρ ποιεῖ τελειότητα φύσις διὰ τέχνης κολοβουμένη, καὶ διὰ περινοίας ἀποτιθεμένη τὸ προσὸν αὐτῇ θεόθεν κατὰ λόγον δημιουργίας· ἵνα μὴ τὴν τέχνην Θεοῦ πρὸς βεβαίωσιν δικαιοσύνης ἰσχυροτέραν εἰσαγάγωμεν, καὶ τὴν περινενοημένην τῆς φύσεως ἔλλειψιν ἀναπληρωτικὴν ποιώμεθα, τῆς ἐν δικαιοσύνῃ κατὰ τὴν δημιουργίαν ἐλλείψεως· ἀλλ' ἐκ τῆς τυπικῆς τοῦ περιτεμνομένου μυρίου θέσεως, διδασκόμεθα ποιεῖσθαι γνωστικῶς τὴν περιτομὴν τῆς κατὰ ψυχὴν ἐμπαθοῦς διαθέσεως· καθ' ἣν μᾶλλον τῇ φύσει συντρέχειν ἡ γνώμη ῥυθμίζεται, τὸν ἐμπαθῆ τῆς ἐπικτήτου γενέσεως νόμον διορθουμένη. Περιτομὴ γάρ ἐστι μυστικὴ (31), τῆς ἐμπαθοῦς κατὰ νοῦν περὶ τὴν ἐπείσακτον γένεσιν σχέσεως παντελὴς περιαίρεσις. Τὸ δὲ Σάββατον (32) τελεία παθῶν ἐστιν ἀπραξία, καὶ τῆς περὶ τὰ πεπιημένα καθολικὴ τοῦ νοῦ παῦλα κινήσεως, καὶ πρὸς τὸ Θεῖον τελεία διάβασις· ἐν ᾧ τὸν δι' ἀρετῆς καὶ γνώσεως κατὰ τὸ θεμιτὸν ἀφικόμενον, οὐ δεῖ καθάπερ ξύλα τὴν οἱανοῦν παντελῶς ὕλην ἐξαπτικὴν ἐνθυμεῖσθαι παθῶν· οὔτε μὴν φύσεως τὸ παράπαν ἀναλέγεσθαι λόγους, ἵνα μὴ πάθεσιν ἡδόμενον, ἢ φύσεως ὅροις μετρούμενον, κατὰ τοὺς Ἕλληνας τὸν Θεὸν δογματίζωμεν· ὅπερ ἡ τελεία μόνη κέκραγε σιγὴ (33), καὶ ἡ παντελὴς καθ' ὑπεροχὴν ἀγνωσία παρίστησι. Τὰς δὲ νεομηνίας εἶναί φαμεν (34), τοὺς ἐν τῷ δρόμῳ τῶν κατ' ἀρετὴν καὶ γνῶσιν ἡμερῶν διαφόρους φωτισμούς, οἷς προτροπάδην ἅπαντας ἐνθέοντες τοὺς αἰῶνας, τὸν δεκτὸν ἐνιαυτὸν τοῦ Κυρίου πληροῦμεν, τῷ τῆς χρηστότητος *στεφάνῳ* κοσμούμενον. Στέφανος δὲ χρηστότητός ἐστι (35) πίστις καθαρὰ λίθων τιμίων δίκην, ταῖς τῶν δογμάτων ὑψηγορίαις καὶ λόγοις διηνθισμένη πνευματικοῖς καὶ νοήμασι, τὸν θεοφιλῆ καθάπερ κεφαλὴν διασφίγγουσα νοῦν. Ἢ μᾶλλον στέφανος πάλιν χρηστότητός ἐστιν (36) αὐτὸς ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, ὁ τῇ ποικιλίᾳ τῶν κατὰ πρόνοιαν καὶ κρίσιν τρόπων, ἤγουν ἐγκρατείᾳ τῶν ἑκουσίων (37) καὶ ὑπομονῇ τῶν ἀκουσίων παθῶν, ὡς κεφαλὴν τὸν νοῦν περιγράφων, καὶ τῇ μετοχῇ τῆς κατὰ τὴν θέωσιν χάριτος, αὐτὸς ἑαυτοῦ τὸν νοῦν ποιῶν ὡραιότερον.

[16] Num. xv, 32. [17] Isa. lviii, 5. [18] Psal. lxiv, 2.

Digitized by Google

Τῶν ἑορτῶν δὲ, τὴν μὲν πρώτην (38), πρακτικῆς A εἶναι φιλοσοφίας σύμβολον, πρὸς ἀρετὴν ὡς ἀπ' Αἰγύπτου τῆς ἁμαρτίας τοὺς ὑπ' αὐτῆς κρατουμένους διαβιβάζουσαν· τὴν δὲ δευτέραν (39), τῆς ἐν πνεύματι φυσικῆς τύπον ὑπάρχειν θεωρίας, τὴν περὶ τῶν ὄντων εὐσεβῆ δόξαν, ὡς ἀπαρχὴν θέρους τῷ Θεῷ προσκομίζουσαν· τὴν δὲ τρίτην, θεολογίας εἶναι μυστήριον (40), τὴν πάντων τῶν ἐν τοῖς γεγονόσι πνευματικῶν λόγων γνωστικὴν ἕξιν, καὶ τὴν κατ' οἰκονομίαν τοῦ σαρκωθέντος Λόγου παντελῆ διὰ τῆς χάριτος ἀναμαρτησίαν, καὶ τὴν ἐπ' αὐταῖς ἐν τῷ ἀγαθῷ τελείαν καὶ ἀθάνατον ἀτρεψίαν περιέχουσαν, ὡς σαλπίγγων καὶ ἱλασμοῦ καὶ σκηνοπηγίας ποιητικήν.

Ταύτην ἔχω τέως κατὰ μίαν ἐπιβολὴν ἐκ τῆς τῶν B ἡμερῶν τιμῆς τὴν ὑπόνοιαν. Οὐ γὰρ δὴ τιμᾶσθαι θέλων ὁ Θεὸς ἡμέρας ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, προσέταξε τιμηθῆναι τό τε Σάββατον, καὶ τὰς νεομηνίας, καὶ τὰς ἑορτάς. Οὕτω γὰρ ἂν λατρεύειν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα κατὰ νόμον ἐντολῆς ἐξεδίδαξεν (41), οἰομένους σεπτὰς εἶναι φύσει τὰς ἡμέρας, καὶ διὰ τοῦτο προσκυνητάς· ἀλλ' ἑαυτὸν τιμᾶσθαι συμβολικῶς διὰ τῶν ἡμερῶν παρεδήλωσεν. Αὐτὸς γάρ ἐστι Σάββατον μὲν (42), ὡς τῶν ἐν σαρκὶ τῆς ψυχῆς μόχθων ἀνάπαυσις, καὶ τῶν κατὰ δικαιοσύνην πόνων κατάπαυσις· Πάσχα δὲ (43), ὡς ἐλευθερωτὴς τῶν τῇ πικρᾷ δουλείᾳ κεκρατημένων τῆς ἁμαρτίας. Πεντηκοστὴ δὲ (44), ὡς ἀρχὴ καὶ τέλος τῶν ὄντων, καὶ λόγος, ᾧ τὰ πάντα φύσει συνέστηκεν. Εἰ γὰρ μετὰ C τὴν εἰς ἑαυτὴν ἑβδοματικὴν τῆς ἑβδομάδος περίοδόν ἐστιν ἡ Πεντηκοστὴ, πενταδικὴ δὲ σαφῶς ὑπάρχει δεκὰς ἡ Πεντηκοστή· προδήλως ἄρα τῶν ὄντων ἡ φύσις κατὰ τὸν ἑαυτῆς λόγον ὑπάρχουσα πενταδικὴ διὰ τὰς αἰσθήσεις, μετὰ τὴν φυσικὴν τοῦ χρόνου καὶ τῶν αἰώνων διάβασιν, ἐν τῷ Θεῷ ἔσται, τῷ κατὰ φύσιν ἑνὶ, μὴ δεχομένῃ πέρας· ἐν ᾧ παντελῶς οὐκ ἔστι διάστασις. Φασὶ γάρ τινες εἶναι μονάδα [Fr. δεκάδα] τὸν λόγον, ὡς πρόνοιαν κατὰ πρόοδον τῇ δεκάδι τῶν ἐντολῶν πλατυνόμενον. Ὁπηνίκα δὲ συναφθῇ τῷ λόγῳ κατὰ χάριν ἡ φύσις, οὐκ ἔσται τὰ ὧν οὐκ ἄνευ, τῆς τῶν φύσει κινουμένων ἀλλοιωτικῆς ἀπογενομένης κινήσεως. Δεῖ γὰρ τὴν πεπερασμένην στάσιν, ἐν ᾗ γίνεσθαι πέφυκεν ἐξ ἀνάγκης κατ' ἀλλοίωσιν τῶν κινουμένων ἡ κίνησις, δέξασθαι τέλος D τῇ παρουσίᾳ τῆς ἀπεράντου στάσεως, ἐν ᾗ παύεσθαι πέφυκε τῶν κινουμένων ἡ κίνησις. Ἐν ᾧ γὰρ πέρας κατὰ φύσιν ἐστὶ, καὶ ἀλλοιωτικὴ πάντως ἡ τῶν ἐν αὐτῷ καθέστηκε κίνησις· ἐν ᾧ δὲ πέρας κατὰ φύσιν οὐκ ἔστιν, οὐδεμία παντελῶς ἀλλοιωτικὴ τῶν ἐν αὐτῷ γνωσθήσεται κίνησις. Οὐκοῦν ὁ μὲν κόσμος τόπος ἐστὶ πεπερασμένος, καὶ στάσις περιγεγραμμένη· ὁ δὲ χρόνος, περιγραφομένη καθέστηκε κίνησις· ὅθεν καὶ ἀλλοιωτικὴ τῶν ἐν αὐτῷ καθέστηκεν ἡ κατὰ τὴν ζωὴν κίνησις. Ὁπηνίκα δὲ τὸν τόπον διελθοῦσα, καὶ τὸν χρόνον κατ' ἐνέργειάν τε καὶ ἔννοιαν, ἡ φύσις (ἤγουν τὰ ὧν οὐκ ἄνευ, τουτέστι τὴν

Ad festa autem quod attinet ac solemnitates, prima quidem ejus philosophiæ symbolum est, quæ in actione versatur; quæ scilicet velut ex Ægypto, a peccato ad virtutem eos traducat, quorum dominatur. Altera vero, naturalis in spiritu speculationis typum gerit; quæ nimirum pietati hærentem de rebus sententiam tanquam messis primitias Deo offerat. Tertia denique theologiæ mysterium est; quæ videlicet omnium in rebus creatis spiritalium rationum scientiæ habitum, plenamque Verbi secundum dispensationem incarnati gratiæ munere a peccato immunitatem; ac postremo, velut quæ ipsa tubarum et propitiationis ac scenopegiæ effectrix exsistat, perfectam ac immortalem in bono immutabilitatem, horum cumulo complectatur.

Sic mihi hactenus uno sensu, ex honore qui diebus habetur, opinandum succurrit. Non enim idcirco, quod Deus honore coli ab hominibus dies vellet, Sabbatum pariter et neomenias, festaque solemnia colenda præcepit. Sic enim servire creaturæ [79], magis quam Creatori (ad mandati legem quod attinet) illos docuisset; cum scilicet ii, dies natura venerabiles, ac propterea eis cultum adhibendum arbitrarentur; sed ipse sibi ex dierum ratione honorem habendum, symbolo declaravit. Ipse enim et Sabbatum est, velut animi in carne ærumnarum amolitio, ac justitiæ laborum quies. Pascha autem, ut eorum liberator, qui amara peccati servitute tenentur. Pentecoste vero, ut rerum principium et finis, Verbumque et ratio, in qua cuncta natura consistunt. Cum enim post septenam septimanæ in seipsam periodum sit Pentecoste, sitque palam Pentecoste **287** quinaria decas; perspicue sequitur rerum naturam, quæ ipsa a se sensuum ratione quinaria sit, post superatum natura tempus atque sæcula, in Deo fore, qui unus est per naturam, nullum habituram finem: in quo scilicet nulla prorsus distantia seu mutatio sit. Sunt enim qui dicant esse monadem λόγον (*sermonem* scilicet ac *rationem*) tanquam providentiam, quæ progressione mandatorum decade multiplicetur. Ubi autem natura rationi (Verbo nimirum ac Sermoni) per gratiam copulata fuerit, non erunt ea, sine quibus non, quod nempe eorum, quæ natura moventur, motus varie sensum afficiens deterensque (alterationis vocant) desierit. Necesse enim est, ut finita quies (in qua necessario per demutationem alia ex alia qualitate, eorum, quæ moventur, motui ut fiat comparatum est) finem accipiat, præsente jam interminabili quiete, in qua eorum quæ moventur, motus cessare habet. In quo enim natura terminus est, omnino etiam motus ejusmodi, qui ex alia in aliam transfert qualitatem, illi inest. In quo autem natura terminus non est, in eo nullus omnino ejusmodi motus occurret. Igitur, mundus quidem locus est terminativus ac finita quies; tempus autem, motus est definitus; ex quo etiam fit ut

[79] Rom. I, 25.

Digitized by Google

eorum quæ in illo versantur, vitæ motus, ejusmodi sit, qui per eas qualitates, quæ varie sensum afficiunt, immutet. Ubi autem natura, re pariter ac cogitatione locum supergressa et tempus (ea scilicet sine quibus non, ut vocant, nempe finitam quietem ac motum) nullo medio Providentiæ cohæserit, rationem natura simplicem et stabilem, omni omnino circumscriptione (ac proinde omni prorsus motu) carentem, offendit. Quamobrem natura, quandiu quidem in mundo temporanea ratione versatur, motum habet varia sensum qualitate mutantem, ob mundi finitam quietem, temporisque in diversum trahentem corruptionem, ac labe deterentem. In Deo autem constituta eumque nacta, sempiterni motus quietem habitura est, ejusdemque motus circa idem, unumque ac solum, in sempiternum fixam stabilitatem : quam divina eloquia, perennem firmamque adhæsionem, velutque æmulo, firmitas, ac ejusmodi vinculum, quod ea contineat ac conservet.

A πεπερασμένην στάσιν καὶ κίνησιν), ἀμέσως συναφθῇ τῇ Προνοίᾳ, λόγον εὑρίσκει τὴν Πρόνοιαν κατὰ φύσιν ἁπλοῦν καὶ στάσιμον, καὶ μηδεμίαν ἔχοντα πάντη περιγραφὴν, καὶ διὰ τοῦτο παντελῶς οὔτε κίνησιν. Διόπερ ἐν μὲν τῷ κόσμῳ ὑπάρχουσα χρονικῶς ἡ φύσις, ἀλλοιωτικὴν ἔχει τὴν κίνησιν, διὰ τὴν τοῦ κόσμου πεπερασμένην στάσιν, καὶ τὴν καθ' ἑτεροίωσιν τοῦ χρόνου φθοράν· ἐν δὲ τῷ Θεῷ γινομένη, διὰ τὴν φυσικὴν τοῦ ἐν ᾧ γέγονε μονάδα, στάσιν ἀσικίνητον ἕξει, καὶ στάσιμον ταυτοκινησίαν, περὶ τὸ ταυτὸν καὶ ἓν καὶ μόνον ἀϊδίως γινομένην· ἣν οἶδεν ὁ λόγος ἄμεσον εἶναι περὶ τὸ πρῶτον αἴτιον τῶν ἐξ αὐτοῦ πεποιημένων μόνιμον ἕδρυσιν.

288 Est ergo Pentecostes mysterium, immediata eorum, qui Providentia reguntur, cum Providentia unio; hoc est, naturæ cum ratione divino Providentiæ afflatu, copulatio; secundum quam, nulla prorsus temporis ortusque generationis imago exstat ac repræsentatio. Rursum autem tuba, nostra ratio est, ac sermo; qui scilicet divinas, omnemque vim eloquii superantes nobis insonet notitias. Propitiatio vero, ut qui in seipso similis nobis effectus est, ad nostra dissolvenda crimina, et dono gratiæ in spiritu, naturam peccati reatu obnoxiam, deitate imbuat. Scenopegia autem, ut nostræ honesti cultu immutabilitatis, habitu Dei ratione qua ad immortalitatem transmutamur,

B Πεντηκοστῆς οὖν ἐστι τὸ μυστήριον, ἡ πρὸς τὴν Πρόνοιαν ἄμεσος τῶν προνοουμένων ἕνωσις, ἤγουν ἡ πρὸς τὸν λόγον κατὰ τὴν τῆς Προνοίας ἐπίπνοιαν φύσεως ἕνωσις, καθ' ἣν οὐδεμία τὸ παράπαν ἐστὶν χρόνου καὶ γενέσεως ἔμφασις. Σάλπιγξ δὲ πάλιν (45) ἡμῶν ἐστι ὁ λόγος, ὡς τὰς θείας καὶ ἀῤῥήτους ἡμῖν ἐνηχούμενος γνώσεις· ἱλασμὸς δὲ, ὡς ἐν ἑαυτῷ τὰ ἡμέτερα, καθ' ἡμᾶς γενόμενος, διαλύων ἐγκλήματα, καὶ τῇ δωρεᾷ τῆς χάριτος ἐν πνεύματι, τὴν ἁμαρτήσασαν φύσιν θεοποιῶν· σκηνοπηγία δὲ, ὡς τῆς ἡμῶν κατὰ τὴν θεομίμητον ἕξιν περὶ τὸ καλὸν ἀτρεψίας πῆξις, καὶ τῆς πρὸς ἀθανασίαν μεταποιήσεως συνεκτικὸς ὑπάρχων δεσμός.

Brutarum autem animantium victimis, aspersoque cruore delectari Deum, ac velut obsequii præmio, offerentibus delictorum veniam præbere ut existimemus, ex natura Scripturis animum attendentes, nulli adducimur, ne imprudentes Deum affectibus ac libidini mancipatum colamus; velut qui acrius cupidinis œstro depereat, quæ vel hominem pariter depereuntem videntes, luxuriæ damnamus ac incontinentiæ. Spiritales enim hostias novimus, nedum quod perturbatos affectus mortificamus, jugulando spiritus gladio, quod est verbum Dei [46], omnique vita carnali, tanquam sanguine animi sententia evacuamus; sed quod etiam excultos philosophia mores, cunctasque naturales facultates Deo consecratas offerimus, atque ut in ejus partem cedant, igni Spiritus holocausto absumimus. In eum modum singula quæque in Scripturis exstantia symbola ex naturæ rationibus contuentes, velut in monte (in celso mysticæ speculationis vertice) quasi viros septem ex Saulis liberis (temporaneam scilicet fluxamque legis traditionem) necamus; Saulemque exterminamus (terrenum nimirum legis sensum in solo Scripturæ cortice textuque litteræ positum) nec stare sinimus in omni confinio Israelis; spiritalis scilicet contemplationis. Hic enim revera vitæ superstes, consu-

C Σφαγαῖς δὲ ζώων ἀλόγων (46), καὶ ῥαντισμοῖς αἱμάτων ἡδόμενον τὸν Θεὸν, καὶ οἷον τῆς θεραπείας μισθὸν, τὴν τῶν ἁμαρτημάτων παρεχόμενον τοῖς προσφέρουσιν ἄφεσιν, τῇ Γραφῇ φυσικῶς ἐπιβάλλοντες, οὐ πιστεύομεν, ἵνα μὴ Θεὸν ἐμπαθῆ λάθωμεν σέβοντες, ὡς ἐμπαθῶς ἐκείνων διὰ πολλῆς ἐφιέμενον τῆς σπουδῆς, περὶ ἃ καὶ ἀνθρώπους περιπαθῶς ἔχοντας ἂν θεωρήσωμεν, ὡς ἀκολάστους καὶ ἀκρατεῖς διαβάλλομεν. Θυσίας γὰρ πνευματικὰς εἶναι γινώσκομεν (47), οὐ μόνον τὴν τῶν παθῶν νέκρωσιν, σφαττομένων τῇ μαχαίρᾳ τοῦ πνεύματος, ὅπερ ἐστὶ ῥῆμα Θεοῦ, καὶ πάσης τῆς ἐν σαρκὶ ζωῆς ὡς αἵματος τὴν κατὰ πρόθεσιν κίνησιν [κένωσιν]· ἀλλὰ καὶ τῶν κατὰ φιλοσοφίαν ἠθῶν, καὶ πασῶν τῶν κατὰ φύσιν δυνάμεων, προσαγωγὴν, ἀφιερουμένων Θεῷ, καὶ τῷ D πυρὶ τῆς ἐν πνεύματι χάριτος πρὸς τὴν θείαν λῆξιν ὁλοκαυτουμένων. Οὕτως ἕκαστον τῶν ἐμφερομένων τῇ Γραφῇ συμβόλων φυσικῶς ἐποπτεύοντες, ὡς ἐν ὄρει τῷ ὕψει τῆς μυστικῆς θεωρίας, καθάπερ ἄνδρας ἑπτὰ τῶν υἱῶν Σαοὺλ, τὴν χρονικὴν ἀποκτέινομεν καὶ πρόσκαιρον τοῦ νόμου παράδοσιν· καὶ ἀφανίζομεν τὸν Σαοὺλ, τουτέστι τὸν ἐν μόνῳ τῷ ῥητῷ τῆς Γραφῆς χοϊκὸν νοῦν, *τοῦ μὴ ἑστάναι αὐτὸν ἐν παντὶ ὁρίῳ Ἰσραήλ*· τουτέστι, τρόπῳ θεωρίας πνευματικῆς. Οὗτος γὰρ ζῶν ἐπ' ἀληθείας, συνειλεῖ, καὶ διώκει (48), καὶ ἀπόλλυσι, σαρκὶ μόνῃ τὸν

[46] Ephes. VI, 17.

Digitized by Google

νόμου περιγράφων, τοὺς κατὰ φύσιν λόγους καὶ λογισμούς· τιμῶν ὡς θεῖα τὰ πάθη τῆς ἀτιμίας, ἅπερ οἱ κατὰ φύσιν λογισμοὶ, λαμβάνοντες ἄδειαν ὑπὸ τοῦ νόμου τοῦ πνεύματος, ἀποκτένουσιν ἐπιτοαυτὸ καὶ θανατοῦσιν ἐν ἀρχῇ θερισμοῦ κριθῶν. Ἀρχὴ δὲ θερισμοῦ κριθῶν ἐστιν, ἡ κατὰ τὴν πρακτικὴν φιλοσοφίαν μετά τινος συμμέτρου λόγου τῶν ἀρετῶν συλλογή· καθ' ἣν τὸ γεῶδες τῶν Γραφῶν ἀποκτένεσθαι πέφυκε, καὶ πᾶν χοϊκὸν παντελῶς ἀφανίζεσθαι κίνημα. Ἅμα γάρ τις τὴν τῶν ἀρετῶν λογικῶς μετέλθοι φιλοσοφίαν [49], ἅμα καὶ τὴν τῶν Γραφῶν πρὸς τὸ πνεῦμα φυσικῶς μετήνεγκεν ἐκδοχὴν, ἐν καινότητι πνεύματος πρακτικῶς διὰ τῶν ὑψηλῶν θεωρημάτων τῷ Θεῷ λατρεύων, καὶ οὐ παλαιότητι γράμματος, διὰ τῆς κατ' αἴσθησιν πρὸς σῶμα ταπεινοτέρας τοῦ νόμου παραδοχῆς, τροφεὺς παθῶν κατὰ τοὺς Ἰουδαίους γινόμενος, καὶ ἁμαρτίας θεραπευτής. Πράξει γὰρ χρὴ, διὰ τῶν κατὰ φύσιν λογισμῶν, τὴν ἐμπαθῆ καὶ σωματικὴν τοῦ νόμου διάνοιαν διαχειρίζεσθαι, καθὼς ὁ τῆς Γραφῆς ὑφηγεῖται λόγος, φάσκων· *Καὶ ἔλαβεν ὁ βασιλεὺς τοὺς δύο υἱοὺς Ῥεσφᾶς θυγατρὸς Ἀΐα παλλακῆς τοῦ Σαοὺλ, τὸν Ἑρμονθὶ καὶ τὸν Μεμφιβοσθέ· καὶ τοὺς πέντε υἱοὺς τῆς Μερὼβ τῆς θυγατρὸς Σαοὺλ, οὓς ἔτεκε τῷ Ἐσδριήλ· καὶ ἔδωκεν αὐτοὺς ἐν χειρὶ τῶν Γαβαωνιτῶν.* Χεὶρ ἐστι τῶν Γαβαωνιτῶν (50), ἡ κατ' ἀρετὴν πρᾶξις τῶν φυσικῶν λογισμῶν, δι' ἧς οἱ υἱοὶ Ῥεσφᾶς Ἑρμονθὶ καὶ Μεμφιβοσθὲ, τουτέστιν, ἡ ἐκ τῆς ἐν μόνῃ τῇ προφορᾷ τοῦ λόγου σωματικῆς τοῦ νόμου διδαχῆς γενωμένη τῶν παθῶν ἐνέργεια, καὶ ἡ τῶν λογισμῶν ἀκόλαστος κίνησις, ἀποκτένονται. Πρὸς δὲ καὶ οἱ πέντε υἱοὶ τῆς Μερὼβ, τουτέστιν, οἱ ἐκ τῆς τρυφῆς γεννώμενοι κατὰ τὴν παρὰ φύσιν τῆς ἐνεργείας χρῆσιν ἀκόλαστοι πέντε τρόποι τῶν πέντε αἰσθήσεων· οὓς ἀποκτένειν ἐπιτοαυτὸ πέφυκεν ὡς ἐν ὄρει τῷ ὕψει τῆς πνευματικῆς θεωρίας, ἐν ἀρχῇ θερισμοῦ κριθῶν, ὅπερ ἐστὶν ἐν προοιμίοις τῆς κατ' ἀρετὴν πράξεως, ἡ τῆς κατὰ φύσιν εὐσεβοῦς θεωρίας, πᾶς νοῦς κατὰ Θεὸν ὑψηλὸς καὶ μετέωρος· κατὰ τὸ αὐτὸ, τήν τε τῶν παθῶν κατασφάττων ἐνέργειαν, καὶ τὴν τῶν λογισμῶν ἄσχημον κίνησιν. Πρὸς δὲ καὶ τοὺς κατὰ παράχρησιν τῆς τῶν αἰσθήσεων ἐνεργείας ἀκολάστους τρόπους.

Καὶ ἔπεσον, φησὶν, *ἐπὶ τὸ αὐτὸ οἱ ἑπτὰ, καὶ ἐθανατώθησαν ἐν ἀρχῇ θερισμοῦ κριθῶν. Καὶ ἔλαβε Ῥεσφὰ θυγάτηρ Ἀΐα τὸν σάκκον, καὶ διέστρωσεν αὐτὸν ἑαυτῇ ἐπὶ τὴν πέτραν, ἕως ἔστιξεν ἐπ' αὐτοὺς ὕδατα Θεοῦ ἐξ οὐρανοῦ.* Ῥεσφὰ, καθὼς ἔφην, ἐστὶν ἑρμηνευομένη, *δρόμος στόματος*, ὅπερ ἐστὶν ἡ κατὰ μόνην τοῦ λόγου προφορὰν σωματικὴ τοῦ νόμου διδαχὴ, ἡ μετὰ τὸν θάνατον τῶν ἐξ αὐτῆς γεννωμένων παθῶν, καὶ τὴν φανέρωσιν τὴν ἐν ὄρει τῷ ὕψει γενομένην τῆς φυσικῆς θεωρίας (51) ἐν τῇ τοῦ καθ' ἕκαστον καρδίᾳ τῶν αἰσθῇ προκατειλημμένων, καθάπερ σάκκον τὴν μετάνοιαν στρώννυσιν ἐπὶ τὴν πέτραν (λέγω δὴ τὸν λόγον τῆς κατὰ Κύριον πίστεως), τὸν ἐν πνεύματι διὰ τῆς

[49] Rom. I, 26, 27. [50] Rom. VII, 6.

mit et persequitur, perditque (sola nimirum carne legem defiuiens) naturales rationes et cogitationes : velut divinos, probrosos affectus colens [51] : quos videlicet assumentes **289** naturales rationes, accepta licentia a lege spiritali, in unum simul contrucidant ac interimunt, in initio messis hordeorum. Est autem initium messis hordeorum, virtutum cum moderata quadam ratione per philosophiam studentem actioni collectio : qua comparatum ut internecioni detur quidquid Scripturarum terrenum est, ac terrenus omnis motus aboleatur. Mox enim ac aliquis virtutum philosophiam ex ratione inierit, una quoque Scripturarum sensum natura in spiritum transfert, in novitate spiritus actionis cultu per sublimia sensa atque objecta Deo serviens, et non in vetustate litteræ [52], per humiliorem legis pronam corpori ex sensus ratione acceptionem, Judæorum more affectuum pastor ac libidinum, nec non peccati curæ impensus, exsistens. Necesse enim est ut, naturalium rationum ope, hærentem libidini ac corporalem legis intelligentiam perimamus, uti Scripturæ textus enarrat : *Et accepit rex duos filios Rhesphæ filiæ Aia pellicis Saulis, Ermonthi et Memphibosthe; et quinque filios Merobes filiæ Saulis, quos peperit Esdrieli; et dedit eos in manu Gabaonitarum.* Gabaonitarum manus, naturalium rationum actio est, per quam Rhesphæ filii Ermonthi et Memphibosthe (quæ nimirum ex sola sermonis prolatione, corporali legis doctrina, libidinosa operatio nascitur, lascivaque ac luxuriosa cogitationum incitatio) perimuntur. Ad hæc vera etiam quinque Merobes filii (qui scilicet ex voluptate per innaturalem operationis usum, intemperantes quinque, quinque sensuum nascuntur modi) quos in unum simul, velut in monte (in celso spiritalis speculationis vertice) occidere habet, in initio messis hordeorum (id est, primo statim actionis ex virtutis ratione exordio, sive, piæ ex naturæ rationibus speculationis) mens omnis secundum Deum excelsa ac sublimis; in unum simul necans, tum affectuum vim ac libidinum, tum turpem cogitationum motum. Ad hæc etiam, sensuum operationis abusu constantes lascivos modos atque indolem.

Et ceciderunt, inquit, *hi septem in idipsum, et neci traditi sunt, in principio messis hordeorum. Et tulit Rhespha filia Aia saccum, et stravit eum sibi super petram quoadusque distillaverunt super eos* **290** *aquæ Dei e cælo.* Rhespha, uti dicebam, si nomen interpreteris, *cursus oris*, est; quod est corporalis legis doctrina, ex sola prolatitii sermonis ratione ; quæ nimirum post affectuum ex ipsa prognatorum mortem, factamque in monte (celso vertice naturalis speculationis) in singulorum, quos ante complexa erat, corde manifestationem ; velut saccum, pœnitentiam sternit ; super petram (doctrinam scilicet Idei Dominicæ, spiritalibus in Christo legibus ac scitis per pœnitentiam navans

[51] Rom. I, 26, 27. [52] Rom. VII, 6.

Digitized by Google

operam) quæ diu noctuque, tanquam filios per memoriam ob oculos habeat, priorem in carne legis institutionem ; quoadusque stillaverint aquæ Dei de cœlo (donec scilicet missæ fuerint divinæ Scripturarum notitiæ, e spiritalis speculationis celso vertice) quarum utique ea vis, ut affectus vitiaque exstinguant, ac virtutes instaurent. Si namque comparata legis disciplina, ut ad Christum (veram firmamque petram) per pœnitentiam accedens, divinum spiritalis Scripturarum scientiæ imbrem, juxta Davidis regis (mentis scilicet *fortis aspectu*) præceptum, suscipiat. Ait enim : *Et fecit omnia quæcunque mandaverat rex : Et audivit Deus terram postea* [83]. Divinarum ergo Scripturarum disciplina, juxta præceptum Davidis regis (legis scilicet spiritalis, aut mentis fortis aspectu) pœnitentiæ opes (cujus saccus signum exsistit) navando virtutibus operam, ad petram (scilicet Christum) sese transferens, divinum scientiæ imbrem excire solet; novitque impetrare ut Deus terram cordis audiat, tribuatque divinos gratiarum imbres, ac justitiæ uberes fructus subministret, velutque famem, superiorem solvat divinorum ignorantiam, ac spiritalibus bonis regionem adimpleat; nempe animam tritico, vino atque oleo affluentem reddat: illo quidem, ut quæ scientiæ practicæ sermone confirmetur [84] ; hoc autem, ut quæ divino desiderio, fervorisque animi Deo unientis instauratore, splendescat; isto vero, ut quæ leni planoque ac pellucido, lucemque afferenti, ac terreno omni motu libero, tranquillissimæ mentis modo pariter ac ratione, virtutum vultu præniteat.

μετανοίας κατὰ Χριστὸν ἐπιμελουμένη θεσμῶν· ἔχουσα κατ' ὀφθαλμοὺς ἡμέρας καὶ νυκτὸς διὰ τῆς μνήμης, ὡς τέκνα, τὴν ἐν σαρκὶ τοῦ νόμου προτέραν ἀναγωγήν, ἕως στάξουσιν ὕδατα Θεοῦ ἐξ οὐρανοῦ· τουτέστιν, ἕως καταπεμφθῶσιν αἱ θεῖαι τῶν Γραφῶν γνώσεις ἐκ τοῦ ὕψους τῆς πνευματικῆς θεωρίας (52), αἱ σβεστικαὶ μὲν τῶν παθῶν, ἀνανεωτικαὶ δὲ τῶν ἀρετῶν. Πέφυκε γὰρ ἡ τοῦ νόμου μάθησις, πρὸς Χριστὸν τὴν ἀληθῆ καὶ στερρὰν πέτραν διὰ τῆς μετανοίας προσχωροῦσα, τὸν θεῖον τῆς πνευματικῆς τῶν Γραφῶν γνώσεως ὑετὸν ὑποδέχεσθαι, κατὰ τὸ *πρόσταγμα τοῦ βασιλέως Δαβίδ· τουτέστι, τοῦ ἰσχυροῦ τὴν ὅρασιν* νοῦ. Φησὶ γάρ· *Καὶ ἐποίησε* [ἀλλ. ἐποίησαν] *πάντα ὅσα ἐνετείλατο ὁ βασιλεύς. Καὶ ἐπήκουσεν ὁ Θεὸς τῇ γῇ μετὰ ταῦτα.* Οὐκοῦν ἡ τῶν θείων Γραφῶν μάθησις, κατὰ τὴν ἐντολὴν Δαβὶδ τοῦ βασιλέως (τουτέστι τοῦ πνευματικοῦ νόμου, ἢ τοῦ ἰσχυροῦ τὴν ὅρασιν νοῦ), διὰ μέσης τῆς μετανοίας, ἧς ὁ σάκκος ὑπάρχει σύμβολον, κατὰ τὴν πρᾶξιν τῶν ἀρετῶν, ἐπὶ τὴν πέτραν, ἤγουν Χριστὸν, μεταφερομένη, τὸν θεῖον ἐκκαλεῖσθαι τῆς γνώσεως πέφυκεν ὑετόν· ἐπακοῦσαί τε τὸν Θεὸν τῇ γῇ τῆς καρδίας εἴωθε δυσωπεῖν, καὶ δοῦναι θείους χαρισμάτων ὄμβρους, καὶ τῶν ἐν δικαιοσύνῃ καρπῶν χορηγῆσαι τὴν ἀφθονίαν, καὶ λῦσαι τὴν καθάπερ λιμὸν τὴν προλαβοῦσαν τῶν θείων ἀγνωσίαν, καὶ ποιῆσαι χώραν πλήρη τῶν πνευματικῶν ἀγαθῶν· τὴν ψυχὴν σίτῳ βρίθουσαν, καὶ οἴνῳ, καὶ ἐλαίῳ· τῷ μὲν, ὡς λόγῳ πρακτικῆς γνώσεως στηριζομένην (53)· τῷ δὲ, ὡς θείῳ πόθῳ, καὶ ἀνανεωτικῷ τῆς κατ' ἔφεσιν πρὸς Θεὸν ἑνωτικῆς ζέσεως, εὐφραινομένην (55)· τῷ δὲ, ὡς λείῳ καὶ ὁμαλῷ (55), καὶ διαυγεῖ καὶ φωτιστικῷ, καὶ παντὸς γεώδους ἐλευθέρῳ κινήματος, τῆς ἀπαθείας τρόπῳ τε καὶ λόγῳ, τὸ πρόσωπον ἱλαρυνομένην τῶν ἀρετῶν (56).

Verum nos quoque, magni Davidis more, ex omni confinio Israelis, Saulem deleamus; terrenum scilicet ac corporalem **291** legis ritum; hoc est Judaicum cultus modum, sensumque in solo Scripturæ omnis contextu primo obvium crassioremque, ex omni modo theoreticæ institutionis; atque ad spiritalem eorum quæ intelliguntur deificam vim, transeamus; nobisque Gabaonitas conciliemus (naturales scilicet rationes) quos incolumes verus divinarum promissionum distributor atque arbiter Jesus esse voluit [85] ; ob quorum Saulis injuria necem, divinum Deus scientiæ imbrem inhibuit; occidamusque per eosdem Gabaonitas (naturales scilicet speculationes) velut viros septem ex filiis Saulis (nimirum libidinosam legis, terrenamque et temporaneam intelligentiam) quam Rhespha (*oris* scilicet *cursus*) parere habet (corporalis nimirum legis disciplina) et Merobe, quam *gutturis affluentem satietatem* interpreteris; id est, ventris voluptatem. Prior, Memphibosthe parens atque Ermonthi (quorum alter, *oris pudor;* alter, *eorum anathema* sit, si nomen interpreteris; nempe vitiorum habitus ac operatio) sequens, quinque Esdrieli suscipit filios (contemplanti scilicet parti animi, libidinosos quin-

Ἀλλὰ καὶ ἡμεῖς, κατὰ τὸν μέγαν Δαβὶδ, ἀφανίσωμεν τὸν Σαοὺλ ἐκ παντὸς ὁρίου Ἰσραήλ· τουτέστι, τὸν γεώδη καὶ σωματικὸν τοῦ νόμου θεσμὸν· ἤτουν τὸν Ἰουδαϊκὸν τῆς λατρείας τρόπον, καὶ τὸν ἐν μόνῳ τῷ ῥητῷ πρόχειρον τῆς ὅλης Γραφῆς καὶ σωματικώτερον νοῦν, ἐκ παντὸς τρόπου θεωρητικῆς μυσταγωγίας· καὶ μετέλθωμεν πρὸς τὴν πνευματικὴν τῶν νοουμένων ἐκθέωσιν· καὶ περιποιησώμεθα τοὺς Γαβαωνίτας, τουτέστι, τοὺς κατὰ φύσιν τῶν ὄντων λόγους· οὓς ἀπαθεῖς διετήρησεν ὁ ἀληθινὸς κληροδότης τῶν θείων ἐπαγγελιῶν Ἰησοῦς· δι' οὓς ἀναιρουμένους ὑπὸ Σαοὺλ, τὸν θεῖον ἀνέσχε τῆς μυστικῆς γνώσεως ὑετὸν ὁ Θεός· καὶ ἀποκτείνωμεν δι' αὐτῶν τῶν Γαβαωνιτῶν, τῆς φυσικῆς δηλαδὴ θεωρίας, ὥσπερ ἄνδρας ἑπτὰ τῶν υἱῶν Σαοὺλ, τὴν ἐμπαθῆ τοῦ νόμου, πρόσυλόν τε καὶ χρονικὴν ἐκδοχὴν, ἣν τίκτειν πέφυκεν ἡ Ῥεσφὰ, *στόματος* ὑπάρχουσα *δρόμος* (ὅπερ ἐστὶν ἡ σωματικὴ τοῦ νόμου μάθησις)· καὶ ἡ Μερὼβ, *πλησμονὴ φάρυγγος* ἑρμηνευομένη, τουτέστιν, ἡ τρυφὴ τῆς γαστρός. Ἡ μὲν τὸν Μεμφιβοσθὲ τίκτουσα καὶ τὸν Ἑρμονθὶ (τὸν μὲν *αἰσχύνη στόματος* ἑρμηνευόμενον· τὸν δὲ, *ἀνάθεμα αὐτῶν*), ἤγουν τὴν ἕξιν τῶν παθῶν καὶ τὴν ἐνέργειαν· ἡ δὲ, τοὺς πέντε υἱοὺς τῷ Ἐσδριὴλ, τῷ θεωρη-

[83] I Cor. x, 4. [84] Psal. cm, 15. [85] Josue ix, 20.

Digitized by Google

τικῷ δηλαδὴ τῆς ψυχῆς μέρει, τοὺς κατὰ παραχρῆσιν ἐμπαθεῖς πέντε τρόπους τῶν ἐν ἡμῖν αἰσθήσεων· οὓς διὰ τῆς φυσικῆς ἀναιροῦντες θεωρίας, ὠργισμένον τὸν Θεὸν ἱλεούμεθα, πρὸς τὸ πνεῦμα μετενεχθέντες ἀπὸ τοῦ γράμματος· καὶ τοὺς θείους ἐκκαλούμεθα τῆς γνώσεως ὄμβρους· καὶ τῶν ἐξ αὐτῆς δαψιλῶς τῆς δικαιοσύνης καρπῶν ἀπολαύομεν. Τὸ γὰρ γράμμα τοῦ νόμου, καθάπερ τινὰ Σαοὺλ, ἢ τὴν ἐκ τοῦ γράμματος γεννωμένην πρόσυλον ἐκδοχὴν τοῖς χοϊκοῖς τὴν διάνοιαν, ὡς τέκνα Σαοὺλ καὶ ἔκγονα, διὰ μέσης τῆς φυσικῆς θεωρίας πρὸς τὸ ὕψος τῆς πνευματικῆς μυσταγωγίας ἀναγαγόντες, πᾶν σωματικὸν τοῦ νόμου καὶ πρόσκαιρον νόημα, καὶ κυριώτερον εἰπεῖν, χοϊκὸν ἀποκτείνομεν, εἴπερ καὶ ἡμεῖς μετὰ τοῦ Θεοῦ τὸν Σαοὺλ μεμισήκαμεν, καὶ ἐξουδενώκαμεν αὐτὸν, τοῦ μὴ βασιλεύειν ἐπὶ Ἰσραήλ· ἤγουν τὸν κατὰ σάρκα προφανῆ τῆς Γραφῆς τρόπον, τουτέστι τὸν Ἰουδαϊσμὸν, ἀπωσάμεθα, τοῦ μὴ βασιλεύειν πρὸς σαρκὸς δουλείαν τῆς ἐν ἡμῖν νοερᾶς δυνάμεως.

A quo abusu constantes in nobis sensuum modos) quos naturalis ope speculationis necantes, Dei iram placamus, ad spiritum a littera translati; divinosque excimus scientiæ imbres, ac quorum illa parens, justitiæ fructus ubertim percipimus. Legis namque litteram, velut Saulem, seu quæ ex littera, animo terrenis terrena intelligentia nascitur, haud secus ac Saulis filios atque nepotes, interjecta naturali speculatione, ad spiritalis doctrinæ celsitatem quidquid corporalis ac temporanei legis sensus est, sive, ut verius loquar terreni, provehentes, interficimus; si modo nos quoque, haud secus ac Deus, Saulem odimus, eumque, ne regnet super Israelem sprevimus [86]: id est, carnalem ultro conspicuum Scripturæ modum (nempe Judaismum) repulimus, ne intelligentis in nobis animæ facultatis, quam carnis servituti addicat, dominetur.

Δεῖ γὰρ τὸν Σαοὺλ (ἤγουν τὸν σωματικὸν τοῦ νόμου θεσμὸν) μισηθῆναι (56) καὶ ἀπωσθῆναι τῆς βασιλείας, ὡς τὸν Ἀγὰγ βασιλέα Ἀμαλὴκ, καὶ τὰ πίονα τῶν ποιμνίων καὶ βουκολίων, καὶ τὴν ἄμπελον καὶ τὴν ἐλαίαν (τὰ τοῦ θυμοῦ λέγω καὶ τῆς ἐπιθυμίας ὑπεκκαύματα, καὶ τὰ περιποιητικὰ τῆς τρυφῆς αἴτια) περιποιούμενον, καὶ αὐτὸν ζῶντα τὸν Ἀγὰγ πρὸς τὴν γῆν μεταφέροντα τῆς ἐπαγγελίας (τουτέστι τὸν *μόσχον*, ἤγουν τὸ χοϊκὸν φρόνημα τῆς σαρκὸς), εἰς τὸν τῆς θείας ἐπιγνώσεως τόπον· λέγω δὴ τὴν καρδίαν· *μόσχος* γὰρ ὁ Ἀγὰγ (*b*) ἑρμηνεύεται· μόσχος ἐκεῖνος τυχὸν, ὃν ὁ μωρὸς καὶ ἀσύνετος Ἰσραὴλ (57) κατὰ τὴν ἔρημον χωνεύσας ἐθεοποίησε, καὶ τῆς θείας θεραπείας τὴν ἡδονὴν τῆς γαστρὸς προετίμησεν· ὄντινα μόσχον Μωϋσῆς ἀφανίζει, καὶ Σαμουὴλ· ὁ μὲν λεαίνων καὶ διασπείρων ὑπὸ τὸ ὕδωρ, ὁ δὲ μαχαίρᾳ πνευματικῇ κατασφάττων· τουτέστιν, ἡ ζῶσα καὶ ἐνεργὴς τοῦ ἁγίου Πνεύματος χάρις (τοῦτο γὰρ Μωϋσῆς), καὶ ἡ διὰ τῶν ἐντολῶν ὑπακοὴ τοῦ Θεοῦ· τοῦτο γὰρ Σαμουὴλ. Μωϋσῆς γὰρ *ὕδωρ* ἑρμηνεύεται *σπαίρων* (*c*)· καὶ Σαμουὴλ *ὑπακοὴ Θεοῦ* (*d*), ὅπερ ἐστὶ πίστις ἀληθὴς, καὶ βίος ἔνθεος.

B

C

Necesse enim est Saulem (id est, corporalem legis ritum) odio haberi ac regno expelli, velut qui Agag regem Amalec pinguesque greges et armenta, necnon vitem atque olivam (iræ scilicet ac cupiditatis incentiva, ac quæ libidini fomento exsistant, argumenta) servet [87]; **292** atque in terram promissionis (divinæ scilicet cognitionis atque fidei locum, nempe animum) vivum ipsum Agag (*vitulum* scilicet, id est, terrenum carnis sensum) transferat. Agag enim, si nomen interpreteris, *vitulum* sonat; quem forte vitulum stultus et insipiens Israel, in deserto conflatum, deum consecravit, ventrisque libidinem divino cultui anteposuit [88]. Hunc vitulum abolent Moyses atque Samuel; alter quidem, comminuendo et seminando sub aqua; alter, spiritali gladio jugulando [89]: nempe viva et efficax Spiritus sancti gratia (id enim Moyses significat), mandatorumque Dei obauditio (quod sibi vult Samuel). Moyses enim, si nomen interpreteris, *aqua saliens* est; Samuel vero, *obauditio Dei*; quod est vera fides, atque divina vita.

[86] I Reg. xvi, 1. [87] I Reg. xv, 8. [88] Exod. xxxii, 4. [89] ibid. 20; I Reg. xv, 32.

(*b*) *Μόσχος γὰρ ὁ Ἀγάγ.* In libello expositionis nominum propriorum biblicorum, exponitur *tectum, solarium.* Videtur tum Maximus, tum ejus libelli auctor ad eamdem referre radicem, nempe גבה sive גאה, quod est *superbia, excellentia*; quod sic dicatur, vel domus fastigium, vel taurus in grege princeps et calentissimi sanguinis; ex qua ejus qualitate quæst. 64, idem Maximus bovem iræ typo accepit, et quod ejus sanguis epotus præsentissimum venenum sit: inde scilicet quod cito indurescit. Gesn. relato Pall. *Est sane multhis aptus bubulus sanguis, quod quam cæterorum animalium crassior, et cito coeat dureturque; præcipue taurinas, qui eo nomine etiam inter venena est.* Est autem *maltha* materia durissima ex calce viva, ac ipe suillo, etc., subacta. Calidus, ossa confracta ferruminat: *Si sanguis rejiciatur, efficacem tradunt bubulum sanguinem, modice et cum aceto sumptum: nam de taurino credere, temerarium est*, Plin. aceto salmurum coagulo obstante. Coagulatum jam fixumque ac frictum bubulum sanguinem impune Notrates comedunt, quanquam nec delicatior videatur cibus nec sanior.

D

(*c*) *Ὕδωρ σπαίρων.* Accipio ac si καθ' ὕδωρ, quæ eclipsis

(*d*) *Ὑπακοὴ Θεοῦ, exauditio Dei.* Melius Maximus hoc etymo, quam auctor expositionis nominum propriorum biblicorum, qui duplex etymum ponit, alterum a verbo שׂום, quasi *positus a Deo*, alterum a nomine שׁם, quasi *Dei nomen*, sive *vocatus a Deo*. Palam enim sacer textus suffragatur Maximo, verumque ipse etymum ponit, velut in Israele et in Mose. Est itaque Samuel a radice שׁמע, in forma paul. eliso ע euphoniæ causa I Reg. i, 20: *Et vocavit nomen ejus Samuel: quia a Domino* שׁאלתיו *petivi eum*; ubi hæc verba intelliguntur, *Et exaudivit me*; quamvis Maximus, active potius, quam passive videtur accipere; non satis ad mentem Scripturæ. Alii volunt dictum quasi מאל שׁאול *petitus a Deo*, Græce θεαίτητος, qualem etiam Plato in Dialogis suis introducit philosophantem cum Cratylo et aliis.

Digitized by Google

Igitur peccati imperium, sive carnis prudentiam sensumque ut aboleat, sancti baptismatis gratiæ comparatum; itemque obedientiæ, qua reipsa divina impleantur mandata, ut gladio spiritus (verbo scilicet divinæ in Spiritu scientiæ) interimat; clamans mystice ad peccati libidinem pronamque passionem, haud secus ac magnus Samuel ad Agag: *Sicut liberis orbavit mulieres gladius tuus, filiis hodie orbabitur mater tua ex mulieribus*[90]. Multas enim ut in gladio gulæ vitium, voluptatis lenocinio, virtutes liberis orbavit. Temperantiæ enim et castitatis, per incontinentiam ac vitæ luxuriam, semina extinguit: justitiæ vero, per insatiabilem modumque nescientem habendi cupiditatem, æquabilitatem corrumpit: humanitatis, per privatum vitioque hærentem indulgentiorem illum sui amorem, quæ ex naturæ rationibus exsistit conjunctionem scindit ac necessitudinem. Atque, ut summa dicam, gulæ vitium virtutis omnia germina perimit. Hoc autem vitium, uti dicebam, sola tollit, tum baptismatis gratia, tum Dei mandatorum obedientia instituta vitæ ratio. Quæ igitur in littera legem posita est, hocce vitium foventem atque servantem, Deum pœnitet in Israelis regem inunxisse, translatisque sceptris, Davidi (legi scilicet evangelicæ ac spiritali) imperium tradit; nempe filio Jesse. Est autem Jesse, si nomen interpreteris, *Dei effectio*. Sanctum ergo Evangelium germen est factionis Dei; id est, ejus per carnem propriæ effectionis, quæ **293** in sæcula infinita regno potitur; cujus auspiciis atque munere, indissolubilem exsultationem ac lætitiam, velut diem occasus nesciam ac immortalem, habemus. Ait enim: *Hæc est dies quam fecit Deus; exsultemus, et lætemur in ea*[91]; nempe diem vocans evangelicam gratiam, in qua vult, ut juxta quod monet Apostolus: *Sicut in die* (scientiæ ac veritatis) *honeste ambulemus*[92]. Est enim Christus lucis sempiternæ dies, in quo operæ pretium, ut ejus omnes fideles virtutum honestate et cultu rite vitam instituant. Hic namque solus a Deo (carnis scilicet ratione)

A Οὐκοῦν τὸ κράτος τῆς ἁμαρτίας, ἤγουν τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς, ἡ χάρις ἀφανίζειν πέφυκε τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, καὶ ἡ κατ' ἐνέργειαν ὑπακοὴ τῶν θείων ἐντολῶν, ἀποκτένειν τῇ μαχαίρᾳ τοῦ πνεύματος (ἤγουν τῷ ῥήματι τῆς θείας ἐν πνεύματι γνώσεως)· βοῶσα μυστικῶς πρὸς τὸ πάθος τῆς ἁμαρτίας, ὡς ὁ μέγας πρὸς τὸν Ἀγὰγ Σαμουήλ· *Καθὼς ἠτέκνωσε γυναῖκας ἡ μάχαιρά σου, ἀτεκνωθήσεται σήμερον ἐκ γυναικῶν ἡ μήτηρ σου.* Πολλὰς γὰρ τὸ πάθος τῆς γαστριμαργίας, ὡς ἐν μαχαίρᾳ, τῷ λείῳ τῆς ἡδονῆς λογισμῷ ἠτέκνωσεν ἀρετάς. Τῆς μὲν γὰρ σωφροσύνης διὰ τῆς ἀκρασίας ἀποκτένει τὰ σπέρματα· τῆς δικαιοσύνης δὲ διὰ τῆς πλεονεξίας διαφθείρει τὴν ἰσονομίαν· τῆς φιλανθρωπίας δὲ διὰ τῆς φιλαυτίας τὴν ἐκ φύσεως διατέμνει συνέχειαν· καὶ συντόμως εἰπεῖν (38), πάντων τῶν κατ' ἀρετὴν γεννημάτων ἀναιρετικόν ἐστι τῆς γαστριμαργίας τὸ πάθος. Τοῦτο δὲ μόνη, καθὼς ἔφην, ἀναιρεῖ τὸ πάθος, ἥ τε τοῦ βαπτίσματος χάρις, καὶ ἡ καθ' ὑπακοὴν Θεοῦ τῶν ἐντολῶν ἀγωγή. Τὸν οὖν τούτου τοῦ πάθους περιποιητικὸν ἐν γράμματι νόμον μεταμελεῖται χρίσας εἰς βασιλέα τοῦ Ἰσραὴλ ὁ Θεὸς, καὶ μεταφέρει τὸ κράτος τῆς βασιλείας, καὶ δίδωσι τῷ Δαβὶδ (τῷ εὐαγγελικῷ δηλαδὴ καὶ πνευματικῷ νόμῳ), τουτέστι, τῷ υἱῷ Ἰεσσαί. Ἑρμηνεύεται δὲ Ἰεσσαὶ, *Θεοῦ ποίησις* (*e*). Οὐκοῦν τὸ ἅγιον Εὐαγγέλιον, γέννημα τυγχάνει τῆς ποιήσεως, ἤγουν τῆς τοῦ Θεοῦ διὰ σαρκὸς αὐτουργίας, τῆς ἐχούσης εἰς τοὺς ἀπείρους αἰῶνας τὴν βασιλείαν· καθ' ἣν ἔχομεν ἀγαλλίασιν ἀκατάλυτον, καὶ τὴν εὐB φροσύνην ὡς ἡμέραν οὖσαν ἀνέσπερον καὶ ἀτελεύτητον. Φησὶ γάρ· *Αὕτη ἡ ἡμέρα ἣν ἐποίησεν ὁ Θεός· ἀγαλλιασώμεθα καὶ εὐφρανθῶμεν ἐν αὐτῇ*· ἡμέραν λέγων, τὴν εὐαγγελικὴν χάριν, ἢ τὸ μυστήριον αὐτοῦ τοῦ ταύτην ποιησαμένου τὴν χάριν, ἐν ᾧ βούλεται πάντας ἡμᾶς, κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον, ὡς ἐν ἡμέρᾳ γνώσεως καὶ ἀληθείας εὐσχημόνως περιπατεῖν. Ἡμέρα γὰρ ἀΐδιου φωτός ἐστιν ὁ Χριστὸς, ἐν ᾧ δεῖ πάντας τοὺς αὐτῷ πεπιστευκότας, διὰ τῆς τῶν ἀρετῶν εὐσχημοσύνης καλῶς πολι-

[90] I Reg. xv, 33. [91] Psal. cxvii, 24. [92] Rom. xiii, 13.

quæ eclipsis Græcis familiaris est: sed difficultas est explicanda voce σπαίρων, et componendo Maximi etymum, cum eo quod ipse sacer textus habet, Exod. II, 10, ubi dicitur, *Et vocavit nomen ejus Mose*, משה; *et dixit, quia de aqua extraxi eum*, מן יהוה משׁיתהו. Ab eventu itaque dictus Moses, quasi ex aqua extractus, et ut grati animi monumento, etiam nomine beneficium continue proderet. Voluit forte Maximus, sive qui illi hujus etymi auctor fuit, ad Homericam vocem alludere, qua usus est in bove, qui renitentia quadam trahitur, ut sic quasi obnitentibus fluctibus et ipso in fiscella illis obsequente, et dum illorum impetu trahitur, significetur Moses quasi majore vi inde extractus. Ita refert Varin. Ὅρα δὲ ὅτι τὸ σπαίρειν ἐπὶ βοὸς εἶπε σπωμένου Ὅμηρος, καὶ οὐκ ἐθέλοντος ἕπεσθαι τοῖς ἄγουσι. Ἰλιάδ. γ. 293. Quasi metaphora ab illis quæ palpitant, motuque ac gestu contra mortem velut obluctantum. Ait quoque significare inconditum quemdam motum. ὡς ὁρῶμεν ἐν ἰχθύσι, *qualem fere videmus in piscibus*, tum D nimirum cum ex aqua extrahuntur, et in suum elementum resilire contendunt. Alioqui non videtur ἄμουσος piscium in aquis motus, sed ipse satis compositus, et qui ea compositione terrestrium animalium nihil cedat motui, sed fere vincat, sive subsiliant, sive aquis fidant, sive etiam longo tramite, vel gregatim, vel singulares maria sulcent et adnavigent, ut sui copiam cunctis subinde præstent.

(*e*) *Θεοῦ ποίησις*. Voluit forte qui auctor Maximus etymi fuit scribere κτῆσις, quasi a קנה, quod unum est ex nominibus Dei, et מקנה, quod est *pecus*, et quasi possessio. Nam et Græcis κτῆνος est a κτῶμαι. Vel forte, hebemanticum exsistat ei formativum nominis proprii, quasi a עשׂה, quod est *munus*. Vel denique a ישׁע, quasi *senex decrepitus*, ישׁעיה *Isai* dictus sit.

Digitized by Google

τεύεσθαι. Οὗτος γάρ ἐστιν ὁ πεποιημένος ἄνευ σπορᾶς ὑπὸ Θεοῦ μόνος τὸ κατὰ σάρκα, καὶ τῶν κατὰ φύσιν θεσμῶν καινοτομήσας τοὺς νόμους, καὶ κατὰ πρόσωπον πάντων τῶν λαῶν ἡτοιμασμένος, καὶ φῶς εἰς ἀποκάλυψιν ἐθνῶν καὶ δόξαν λαοῦ Ἰσραήλ. Φῶς γάρ ἐστιν ἀληθῶς ἐθνῶν ὁ Κύριος ἡμῶν (60), ἀποκαλύπτων αὐτοῖς, διὰ τῆς ἀληθοῦς ἐπιγνώσεως, τοὺς τῷ ζόφῳ τῆς ἀγνοίας ἐπιμεμυκότας ὀφθαλμοὺς τῆς διανοίας· καὶ θείας ἀγωγῆς πάλιν ἑαυτὸν ἑτοιμάσας (61) τοῖς πιστοῖς λαοῖς ἀγαθὸν ἀρετῆς ἐξεμπλάριον· προσώπου τοῦ κατ' ἀρετὴν ὑπογραμμὸς αὐτοῖς γενόμενος καὶ ὑποτύπωσις· πρὸς ὃν ἀφορῶντες, ὡς ἀρχηγὸν τῆς σωτηρίας ἡμῶν, τὰς ἀρετὰς κατὰ μίμησιν, ὡς ἡμῖν ἐστι δυνατὸν, κατορθοῦμεν διὰ τῆς πράξεως. Ἀλλὰ καὶ δόξα λαοῦ Ἰσραὴλ αὐτός ἐστιν ὁ Θεὸς καὶ Λόγος (62), ὡς τῷ θείῳ τῆς γνώσεως φωτὶ διὰ τῆς μυστικῆς θεωρίας καταφαιδρύνων τὸν νοῦν. Ἡ τυχὸν λαούς φησιν ὁ λόγος (63), τοὺς κατὰ φύσιν λόγους· πρόσωπον δὲ τούτων, τὴν ἄπταιστον δόξαν, ἧς ἑτοιμασία, φῶς πρὸς ἐπίγνωσιν αὐτὸς καθέστηκεν ὁ Λόγος, ὡς κτίστης τῆς φύσεως· ἔθνη δὲ, τὰ παρὰ φύσιν πάθη (64), ἅπερ ἀποκαλύπτει λανθάνοντα, φῶς δωρούμενος γνώσεως, καὶ παντελῶς ἐξωθεῖται τῆς φύσεως. Δόξα δὲ γίνεται τοῦ Ἰσραὴλ ὁ Λόγος (65), ὡς τῶν παρὰ φύσιν παθῶν ἀποκαθαίρων τὸν νοῦν, καὶ τοῖς κατὰ φύσιν λόγοις κατακοσμῶν· πρὸς δὲ, καὶ τῷ διαδήματι τῆς κατὰ τὴν θέωσιν ἀτρεψίας ἐπισφίγγων. Δόξα γὰρ ἀληθῶς ὑπάρχει τοῦ Ἰσραὴλ, ἥ τε τῶν παρὰ φύσιν ἀπαλλαγὴ παθῶν, καὶ τῶν κατὰ φύσιν λόγων κατόρθωσις, καὶ τῶν ὑπὲρ φύσιν ἐπίκτησις ἀγαθῶν. Ὁ τοῦτον τὸν νηπιὸν Δαβὶδ προσδεχόμενος, κἂν φθονῆται ὑπὸ τοῦ Σαοὺλ, ἀλλ' οὐχ ἁλίσκεται· ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον, διὰ πολλὴν φιλανθρωπίαν ὡς ἀπαθὴς, καὶ μισούμενος θεραπεύει τῇ κιθάρᾳ τοῦ πνεύματος, τὸν ἐχθρὸν πονηρῷ καταπνιγόμενον πνεύματι· καὶ ποιεῖ σώφρονα, λύων αὐτὸν, καθάπερ δαίμονος πονηροῦ, τῆς κακῆς τοῦ χοϊκοῦ φρονήματος ἐπιληψίας. Πᾶς γὰρ διὰ φθόνον μισῶν, καὶ κακῶς διαθρυλλῶν ταῖς διαβολαῖς τὸν ἐν τοῖς ἀγῶσι τῶν ἀρετῶν, καὶ τῇ περισσίᾳ τοῦ λόγου τῆς πνευματικῆς γνώσεως δυνατώτερον, Σαοὺλ ἐστι πονηρῷ καταπνιγόμενος πνεύματι, μὴ φέρων τὸ κλέος τῆς κατ' ἀρετὴν καὶ γνῶσιν εὐδαιμονίας τοῦ κρείττονος· καὶ διὰ τοῦτο πλέον μαινόμενος, ὅτι μὴ δύναται τὸν εὐεργέτην διαχειρίσασθαι. Πολλάκις δὲ καὶ αὐτὸν ἀποπέμπεται πικρῶς τὸν φιλτατον Ἰωνάθαν· τὸν ἔμφυτον λέγω κατὰ συνείδησιν λογισμὸν, τὸν ἄδικον μῖσος ἐλέγχοντα, καὶ τοῦ μισουμένου φιλαλήθως ἀφηγούμενον τὰ κατορθώματα, κατὰ τὸν πάλαι καὶ μάταιον ὄντως Σαούλ· πρὸς ὃν φησι Σαμουὴλ, ὡς παραβάτην τῶν θείων ἐντολῶν· *Μεματαίωταί σοι, ὅτι παρέβης τὴν ἐντολήν μου, ἣν ἐνετείλατό σοι ὁ Θεός.* Σαοὺλ, ὡς προεῖπεν, ἐστὶν, ἢ ὁ γραπτὸς νόμος, ἢ ὁ κατὰ τὸν γραπτὸν νόμον πολιτευόμενος λαὸς τῶν Ἰουδαίων. Ἀμφοτέρων γὰρ οὕτω χοϊκῶς ἀλλήλοις συμπεπλεγ-

absque ullo semine factus ac conditus est, innovitque naturalis ac consueti partus leges; paratis scilicet ante faciem omnium populorum, lumenque ad revelationem gentium, et gloriam plebis Israeliticæ[93]. Verum etenim gentium lumen est Dominus noster, qui ignorantiæ caligine clausos mentis oculos vere in eis agnitionis luce detergat ac aperiat; rursusque etiam divinæ disciplinæ ipse se fidelibus populis probum, virtutis æmulatione, paravit exemplum: faciei scilicet virtutis luce radiantis exemplar exsistens, in quem contuentes, velut nostræ auctorem salutis ac ducem, actionis cultu, quoad nobis concessum est, ejus imitatione seduli virtutes præstamus. Sed et gloria populi Israelitici ipse Deus ac Sermo est, velut scilicet qui divina scientiæ luce, per mysticam contemplationem, mentem illustret. Aut forte populos vocat Scriptura naturales rationes: harum autem faciem, inoffensam omnique errore vacantem claritatem; cujus præparatio (lumen scilicet agnitionis) ipse, velut naturæ conditor, Sermo exsistit. Gentes autem, a naturæ rationibus abhorrentes affectus, quos latentes detegit, donans scientiæ luce, ac ex natura prorsus profligat. Fit autem Sermo Israelis gloria atque claritas, quod scilicet ab innaturalibus animum affectibus emundet, exque natura comparatis rationibus perornet. Ad hæc vero etiam, quod immobilis arrogatæ deitatis diademate astringat. Vere etenim Israelis gloria est, tum ab innaturalibus affectibus absolvi, tum naturales complere rationes, tum denique bona, quæ naturam superant, adipisci. Qui spiritalem hunc Davidem recipit, etsi in eum Saulis inardescat invidia, non tamen capitur atque vincitur; **294** quin e contra, quæ ejus summa clementia est ac humanitas, velut tranquillissimæ mentis, qui etiam odio habeatur, Spiritus cithara hostem recreat ac molestia levat, quem spiritus nequam opprimat[94]; sanæque mentis eum efficit, velut a dæmone, a mala terreni sensus, quasi morbi sontici labe, propensius liberans. Quisquis enim præ invidia odio habet, maleque sugillat ac detrahit ei qui, virtutum certaminibus clarus, etiam abundantia sermonis spiritalis scientiæ potentior est, Saul est, quem spiritus nequam opprimat, ejus qui majore præstantia excellat virtutis decus ac scientiæ felicitatem ferre non valens; hæcque illi ratio ut majori feratur insania, quod eum demerenti necem importare non potest[95]. Sæpius vero ipsum quoque charissimum Jonathanem acerbius repellit, naturalem scilicet conscientiæ rationem; quæ videlicet iniquum odium reprehendat, ejusque qui odio habetur animi candore facinora atque virtutes referat[96]; velut etiam ille demens vetusque Saul, ad quem Samuel velut divina transgressum mandata: *Stulte*, inquit, *egisti, qui transgressus es mandatum meum, quod mandavit tibi Deus*[97]. Saul, uti in superioribus dicebam, aut

[93] Luc. II, 31. [94] I Reg. XVI, 18; XVIII, 9. [95] I Reg. XX, 30 seqq. [96] I Reg. XIX, 5 seqq. [97] I Reg. XV, 19.

Digitized by Google

hoc animis expetimus, ut gratia satiemur. Nam si injustitia super Saulem est ejusque domum, juxta divinum oraculum, eo quod interfecerit Gabaonitas: liquet injuria violare veritatem, tum legem, quæ ex litteræ solum ratione intelligatur, tum Judæorum populum, ac si quis Judæorum animum imitatur (hunc enim Scriptura Saulis domum esse novit) ut qui sola littera vim legis definiat, nec naturalem speculationem, ad scientiam quæ in littera abdita latet, mystice manifestandam assumat, quæ inter figuras et veritatem media exsistat; atque ab illis, eos qui formantur, abducat, ad hanc autem reducat; sed quasi omnino ipsam negans ac respuens, a divinorum eam institutione arceat.

Hanc igitur operæ pretium, corporalem ac temporaneam legis expositionem acceptionemque, uti tempori subjectam fluxamque, per naturalem speculationem, velut in monte (in sublimitate scientiæ) ut interimant, quibus curæ sint divinæ considerationes: *Et vocavit* enim, *David Gabaonitas, et dixit ad eos: Quid faciam vobis, et in quo placabo, et benedicetis hæreditatem Domini? Et dixerunt ad regem: Vir qui consumpsit nos, et persecutus est nos, et cogitavit internecione delere nos, delebimus eum, ut non stet in omni confinio Israel. Date nobis septem viros ex ejus filiis, et ad solem suspendemus eos Domino in colle Saulis. Et accepit rex duos filios Rhesphæ filiæ Aia pellicis Saulis, Ermonthi et Memphiboste, et quinque filios Merobes filiæ Saulis, quos peperit Esdrielî, et dedit eos in manu Gabaonitarum. Et ad solem suspenderunt eos in monte coram Domino. Et ceciderunt illic hi septem in idipsum; et occisi sunt in diebus messis, in principio messis hordeorum* [71]. Ubinam juxta fidem historicam invenimus, delevisse Gabaonitas Saulem, ut non staret in omni confinio Israelis; cum Maribaal filius Jonathæ filii Saulis, apud Davidem, ejusque servatus clementia sit [72], aliique plures illius affinium, ut **284** habetur in libro Paralipomenon [73]? Quonam autem modo, prehensis septem viris illius ortis, prosapia, dixerunt, *ipsum delebimus, ut non stet in omni*

A Σαοὺλ ἡ ἀδικία, κατὰ τὸν θεῖον χρησμὸν, καὶ ἐπὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ, ὑπὲρ οὗ ἐθανάτωσε τοὺς Γαβαωνίτας, δῆλον ὡς ἀδικεῖ τὴν ἀλήθειαν, ὅτε νόμος κατὰ μόνον τὸ γράμμα νοούμενος, καὶ ὁ τῶν Ἰουδαίων λαὸς, καὶ εἴ τις ἐκείνων μιμητὴς ὑπάρχει κατὰ διάνοιαν (τοῦτον γὰρ οἶδεν ὁ λόγος οἶκον Σαοὺλ εἶναι), μόνῳ τῷ γράμματι περιγράφων τοῦ νόμου τὴν δύναμιν, καὶ μὴ δεχόμενος πρὸς τὴν φανέρωσιν τῆς μυστικῶς ἐγκεκρυμμένης τῷ γράμματι γνώσεως, τὴν φυτικὴν θεωρίαν, μέσην ὑπάρχουσαν τύπων καὶ ἀληθείας· τῶν μὲν τοὺς ἀγομένους ἀπάγουσαν· πρὸς δὲ τὴν, ἐπανάγουσαν· ἀλλ' οἷον ταύτην πάμπαν ἀρνούμενος, καὶ τῆς τῶν θείων αὐτὴν ἔξω ποιούμενος μυσταγωγίας.

Ταύτην τοιγαροῦν χρὴ τὴν σωματικὴν τοῦ νόμου B καὶ πρόσκαιρον ἐκδοχὴν, ὡς ὑπὸ χρόνον καὶ ῥέουσαν ἀποκτένειν διὰ τῆς φυσικῆς θεωρίας, ὡς ἐν ὄρει τῷ ὕψει τῆς γνώσεως, τοὺς τῶν θείων ἐπιμελητὰς θεαμάτων. *Καὶ ἐκάλεσε* γὰρ, φησὶ, *Δαβὶδ τοὺς Γαβαωνίτας, καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Τί ποιήσω ὑμῖν, καὶ ἐν τίνι ἐξιλάσομαι, καὶ εὐλογήσετε τὴν κληρονομίαν Κυρίου; Καὶ εἶπον πρὸς τὸν βασιλέα· Ὁ ἀνὴρ ὃς συνετέλεσεν ἡμᾶς, καὶ ἐδίωξεν ἡμᾶς, καὶ ἐλογίσατο ἐξολοθρεῦσαι ἡμᾶς, ἀφανίσομεν αὐτὸν τοῦ μὴ ἑστάναι αὐτὸν ἐν παντὶ ὁρίῳ Ἰσραήλ. Δότε ἡμῖν ἑπτὰ ἄνδρας, ἐκ τῶν υἱῶν αὐτοῦ, καὶ ἐξηλιάσομεν αὐτοὺς τῷ Κυρίῳ ἐν τῷ βουνῷ Σαούλ. Καὶ ἔλαβεν ὁ βασιλεὺς τοὺς δύο υἱοὺς Ῥεσφᾶς θυγατρὸς Ἀΐᾶ, παλλακῆς Σαούλ, τὸν Ἐρμονθὶ, καὶ τὸν Μεμφιβοσθὲ, καὶ τοὺς πέντε υἱοὺς Μερὼβ θυγατρὸς Σαοὺλ, οὓς ἔτεκε τῷ Ἐσδριήλ. Καὶ ἔδωκεν αὐτοὺς ἐν χειρὶ τῶν Γαβαωνιτῶν, καὶ ἐξηλίασαν αὐτοὺς ἐν τῷ ὄρει ἔναντι Κυρίου. Καὶ ἔπεσον ἐκεῖ οἱ ἑπτὰ ἐπὶ τὸ αὐτὸ, καὶ ἐθανατώθησαν ἐν ἡμέραις θερισμοῦ, ἐν ἀρχῇ θερισμοῦ κριθῶν.* Ποῦ κατὰ τὴν ἱστορίαν εὑρίσκομεν, ὡς ἠφάνισαν τὸν Σαοὺλ οἱ Γαβαωνῖται, τοῦ μὴ ἑστάναι αὐτὸν ἐν παντὶ ὁρίῳ Ἰσραήλ· τοῦ υἱοῦ Ἰωνάθαν υἱοῦ Σαοὺλ Μαριβαὰλ (z) *παρὰ τῷ βασιλεῖ Δαβὶδ* διασωθέντος, καὶ ἄλλων πολλῶν τῆς συγγενείας Σαοὺλ, ὡς ἐν τῇ βίβλῳ φέρεται τῶν Παραλειπομέ-

[71] II Reg. xxi, 2-9. [72] ibid. 7. Ubi tamen Μεμφιβοσθὲ dicitur. Vulg. *Miphiboseth.* [73] I Paral. xii, 2.

(z) *Τοῦ υἱοῦ τοῦ Ἰωνάθαν Μαριβαάλ.* Ita sibi Maximus habere putavit ex I Paral. viii, 33, ubi Hebr. Græca et Vulg. istum Maribbaalem Jonathæ filium assignant, cum in libris Regum non nisi Misphiboseth, eo ipso nomine, quo Saulis filius ex Rhespha pellice, vocatus legatur. Maximus proclive ex genio novum nomen arripit, quasi utile ad sensus suos spiritales. Estius communi solutione, binomium eum fuisse affirmat, seu magis conjicit; supponitque Cornelius, sive qui ejus nomine libros Regum et Paral. levi satis opera exposuit. Hier. in Tradit. Hebræos affert dantes causam novi hujus nominis, quo *rebellans domino* seu *pugnans contra dominum*, dicitur, quod murmuraverit, justus dividere hæreditatem cum servo suo Siba, ab eo calumniam passus apud Davidem: sed id valde incertum. Forte potius, quod contra Baal pugnaturus esset, ac quasi rectæ fidei omine ejusque zelo; quo fere modo Gedeon ex eadem radice Jerobaal appellatus est, Jud. vi, 32. Verum Syriac. et Arab. longe aliter, alioque natum parente Maribaalem dicunt, nempe ex tertio filiorum Saulis, quem *Jasui* vocant (Hebr. Græca, Latin. *Abinadab*) mutilumque Hebraicum codicem, et qui ex eo fluxerunt, indicant. Ac certe proclivius est, illos integriorem nactos codicem, quam sibi indulsisse, ut a se novum aliquid sacro textui adderent; cum alioqui libros Paralipomenon non satis integros aut emendatos, etiam Hieron. agnoverit. Sic ergo Syriacus cui per omnia consentit Arab. *Cis genuit Saulem: Saul genuit Jonathanem, Malchisuem, Jasui et Esbasalem. Filius autem Jonathanis* (*Misphiboseth* Arab.) *claudus erat pedibus. Jasui filium habuit Merabaalem*, etc. Certe videatur Misphiboseth pene inutile pondus terræ fuisse, qua sic laborabat pedibus nec forte satis firma mente erat, indignus propterea judicatus qui pro Jonathane patre suo majore natu filiorum Saulis, regno succederet, ac patruo illi prælato, quarto scilicet filiorum Saulis, qui forte solus e fratribus superstes paternæ cladi ac Jonathanis fuit. Quidquid dicatur, manet difficultas Maximi, quomodo exterminatus Saul ejusque familia

Digitized by Google

νων; Πῶς δὲ τοὺς ἐκ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ λαβόντες ἑπτὰ ἄνδρας, *Αὐτὸν*, εἶπον, *ἀφανίσομεν, τοῦ μὴ ἑστάναι αὐτὸν ἐν παντὶ ὄρει Ἰσραὴλ*, πρὸ τούτου πολλοὺς ἀποθανόντα χρόνους; Ἀλλ', ὡς ἔοικε, παρεμίγη τῷ ῥητῷ τῆς ἱστορίας τὸ παράλογον, ἵνα τὸ τῆς διανοίας ἀληθὲς τῶν γεγραμμένων ζητήσωμεν. Ὑύκοῦν τὸν σωματικὸν νοῦν τῆς Γραφῆς, τουτέστι τὸν Σαοὺλ, ἀφανίζει παντελῶς ἐκ παντὸς ὄρους Ἰσραὴλ, ὁ πράξει διὰ τῆς φυσικῆς θεωρίας, ὡς διά τινων Γαβαωνιτῶν, ἀποκτένων τὴν γεννωμένην ἐκ τοῦ γραπτοῦ νόμου πρὸς τὴν ἄστατον ὕλην, καὶ ῥέουσαν τῇ ψυχῇ, φιλήδονον σχέσιν καὶ φιλοσώματον· κατασφάττων ὡς τέκνα τοῦ Σαοὺλ καὶ ἔκγονα, τὴν χαμαίζηλον τοῦ νόμου διάνοιαν, διὰ μέσης τῆς φυσικῆς θεωρίας, ὡς ἐν ὄρει τῷ ὕψει τῆς γνώσεως, καὶ φανερὰν ποιούμενος ἐνώπιον Κυρίου, δι' ἐξομολογήσεως δηλαδὴ, τὴν πρὸς σῶμα τοῦ νόμου προτέραν ἐκδοχήν. Τοῦτο γὰρ *ἐξηλιάσαι* νοεῖσθαι δύναται τοῖς φιλομαθέσιν *ἔναντι Κυρίου*· εἰς φῶς ἀγαγόντες, διὰ τῆς γνώσεως δηλαδὴ (27), τὴν κατὰ τὸ γράμμα πεπλανημένην τοῦ νόμου πρόληψιν. Πᾶς γὰρ ἀποκτείνας τὴν σωματικὴν τοῦ νόμου διάνοιαν, τὸ γράμμα τοῦ νόμου σαφῶς ἀπέκτεινε καὶ ἠφάνισε, *τοῦ μὴ ἑστάναι ἐν παντὶ ὄρει Ἰσραὴλ* (28)· τουτέστιν, ἐν παντὶ λόγῳ πνευματικῆς θεωρίας. Εἰ γὰρ Ἰσραὴλ *νοῦς ὁρῶν Θεόν* (*a*) ἑρμηνεύεται, δῆλον ὡς τὸ σωματικὸν τοῦ νόμου καθάπαξ ἐν οὐδενὶ τρόπῳ πνευματικῆς θεωρίας ὑφέστηκε, τοῖς τὸ πνεῦμα προτιμῶσι τοῦ γράμματος· εἴπερ *Πνεῦμα*, κατὰ τὸ γεγραμμένον, *ἐστὶν ὁ Θεὸς, καὶ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτὸν, ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ δεῖ προσκυνεῖν*, ἀλλ' οὐ γράμματι. *Τὸ γράμμα γὰρ ἀποκτέννει· τὸ δὲ πνεῦμα ζωοποιεῖ*. Διὸ χρὴ τὸ ἀποκτένειν περιχυδὸς, ἀποκτένεσθαι πνεύματι ζωοποιῷ. Συνυπάρχειν γὰρ κατ' ἐνέργειαν ἀλλήλοις ἅμα κατὰ τὸ αὐτὸ τὸ σωματικὸν τοῦ νόμου καὶ τὸ θεῖον (29), ἤγουν τὸ γράμμα καὶ τὸ πνεῦμα, παντελῶς ἀμήχανον· ὅτι μηδὲ συμφωνεῖν πέφυκε τῷ παρεχομένῳ κατὰ φύσιν ζωὴν, τὸ ταύτην ἀφαιρεῖσθαι δυνάμενον.

A *confinio Israelis*, cum ante plures annos ille mortuus esset? Sed, ut videtur, contextui historiæ commistum est, quod abhorreat, ut eorum quæ scripta sunt, verum sensum quæreremus. Itaque, quod Scripturæ corporeum est (nempe Saulem) abolet prorsus ab omni confinio Israelis, qui actionis cultu per naturalem speculationem, velut Gabaonitarum opera, quæ ex lege scripta animæ nascitur, erga instabilem fluxamque materiam, libidinosam ac corporis amantem affectionem occidit; interimens ut Saulis filios atque nepotes (humilem legis sensum) naturalis speculationis ope; velut in monte (celso scientiæ vertice) manifestamque in conspectu Domini faciens (palam scilicet confitendo) priorem corpori addictiorem legis intelligentiam. Hoc enim B studiosi intelligant, quod dicitur, *ad solem suspendere in conspectu Domini;* ac si diceret, in lucem producentes (nimirum per scientiam) errantem legis ex litteræ ratione occupatam opinionem. Quisquis enim corporalem legis intelligentiam peremit, legis litteram palam interfecit, abolevitque, *ut non stet in omni confinio Israelis;* hoc est, in omni ratione spiritalis contemplationis. Siquidem enim Israel ex nominis ipsa ratione *Videns Deum* dicitur, planum est, quod legis corporeum est, in nullo prorsus modo spiritalis contemplationis, his, qui spiritum litteræ anteponant, consistere; siquidem juxta quod scriptum est: *Spiritus est Deus; et eos qui adorant ipsum, in* C *spiritu et veritate adorare oportet* [17]; non vero in littera. *Littera enim occidit, spiritus autem vivificat* [18]. Quamobrem necesse est, ut quæ sic comparata est ut occidat, littera, ipsa vivifico spiritu occidatur. Una enim secundum idem exsistere ac simul vigere omnino non possunt, quod legis corporeum est et quod divinum (nempe littera et spiritus) quod neque comparatum sit ut consentiant, quod sua ipsum indole vitam præbet, et cui eam auferre proclive est.

[17] Joan. IV, 24. [18] II Cor. III, 7.

ex omnibus finibus Israel, cum tot ex illa superfuisse memorentur dicto I Par. VIII et in gentem magnam excrevisse, cujus defugiendæ causa, necessarium sibi putat τὸ ἀλληγορεῖν, et ut ad sensus spiritales recurrat. Quæ mihi evasio non admodum probatur, qui eatenus sensus ejusmodi admittendos putem, et in eis pie ludendum, quatenus permittit litteræ veritas et historia. Nec enim falsa narrat Spiritus sanctus, ut hæc ad morum informationem trahamus, sive anagogicum aut allegoricum omnino que spiritalem eis sensum demus, ubi non tropice eum loqui liquet et parabolice, sed historice; gesta narrando, quæ ulteriorem sensum spiritalem possint habere, velut ea quæ Paulus in suis Epistolis de Jacob et Esau, de Siua et Jerusalem, aliisque ἀλληγορεῖ, similiumque expositionum pia sedulitate nobis auctor exsistit. Dicam igitur, ita quidem voluisse Gabaonitas, Davidem tamen septem duntaxat eis viros tradidisse, quos sic quasi piaculari hostia, et ut Deum Israeli placarent, e patibulo suspensos strangularent, ut sonant Hebræa, sive alias cruci affigerent et necarent, facto interim vitæ venia, ob jusjurandum Jonathani præstitum, ejus filio Misphiboseth, aliis D que de stirpe Saulis juxta Syrum et Arab. posteaquam concessa pluvia David cognovit placatum jam esse Deum, nece illorum septem, quos forte in manu habens præ aliis, in illam tradiderat; aliis forsitan saluti fuga consulentibus, eisque adnitentibus, quos tantos Saulis fratres Davidi adhæsisse, cum etiam Saul eum persequeretur, viros scilicet in aula potentes, per quos mitissimi Davidis animus leniri potuit, si quid in Saulis domum exasperatus fuerat, non privato ullo odio, sed quasi exsequendo divinam ultionem, eaque propitiando Deum populo, qui unus illi finis erat, ac quem adeptus, nihil opus fuit, ut in afflictam amplius domum sæviret. Nihil etiam abhorret a communi usu loquendi, ut id factum dicatur Sauli a Gabaonitis, quod ejus factum liberis ac nepotibus, in quibus ipse vivere ac superstes esse intelligebatur.

(*a*) *Νοῦς ὁρῶν Θεόν*. Sic passim Græci, quasi a ראה *vidit*, et אל, *Deus*, cum sacer textus hinc dictum Israelem notet, quod fortis in Deum, et quasi ejus victor in lucta fuisset. Alii ergo melius a שר, *princeps* cum, formativo, ac si *princeps*, seu *victor Dei*.

Digitized by Google

Igitur, si hunc locum, ex historica fide sumamus, Scripturam veritate niti haud inveniemus. Ubinam enim exterminaverunt Gabaonitæ Saulem ex **285** omni confinio Israelis; cum multi postea Saulis affines in populo exsisterent. Sin autem spiritali sensu intelligamus, clare inveniemus, naturalis speculationis ope, in celso scientiæ vertice, scriptam legem (corporalem scilicet in symbolis cultus ritum) prorsus desinere. Ubi enim etiamnum stabit carnalis circumcisio, cum lex spiritaliter intelligatur? ubi Sabbata, mensiumque initia? ubi festorum universi populi conventu solemnia? ubi victimarum, terræque otii et quietis, ac reliquæ legis corporali cultu institutionis traditio? Scimus enim, qui naturæ ipso ductu animum rebus attendamus, non in eo positam perfectionem esse, ut quam Deus natura integritatem indidit, auferatur. Non enim natura arte mutilata perfectionem facit, subtilique invento id amittens, quod illi ex creationis ratione inest; ne ad præstandum justitiæ robur, fortiorem Deo artem inducamus, ac naturæ excogitatum defectum, defectus justitiæ, qui ex creatione inolevit, supplementum faciamus : sed ex typico ejus membri situ, quod circumciditur, circumcidendam spiritali ac scientiæ munere libidinosam animi affectionem docemur; cujus amputatione animus componitur, ut naturam potius assectetur, libidinosam adventitii ortus legem emendans. Spiritalis enim circumcisio est, plena et absoluta libidinosæ mentis affectionis ascititio ortu amputatio : Sabbatum autem, perfecta perturbationum sedatio, universalisque erga res creatas motus mentis quies ac cessatio, atque in Deum perfecta commigratio; in quem, qui virtute et scientia concessit, pro facultatis modulo, caveat necesse est, ne velut ligna [16], materiam ullam vitiis fomentum præbentem animo meditetur; ut neque omnino naturæ rationes colligat, ne Græcorum more, Deum, vel affectibus ac libidine delectari statuamus, aut naturæ terminis commensum eum asseramus; quem solum perfectum silentium clamat, ac plena secundum excellentiam ignorantia repræsentat. Neomenias vero esse dicimus, diversas virtutis ac scientiæ cursu illustrationes, in quibus sæcula omnia repente contuentes, annum Domini acceptabilem implemus [17], cui ornatum *corona benignitatis* [18] præstet. Est autem corona benignitatis, **286** fides munda, quæ scilicet instar lapillorum gemmarumque sublimibus dogmatis, spiritalibusque sermonibus ac sensis interstincta, Dei amantem ac religiosam mentem velut caput astringat. Sive potius rursum corona benignitatis, ipse Dei Sermo est, qui variis providentiæ ac judicii modis (abstinentia scilicet affectuum et malorum, quæ ex animo sunt, eorumque patientia, quæ invitos afficiunt) velut caput, mentem circumdat, ac, qua Deitatis gratia impartit, ipsam seipsa formosiorem reddit.

Οὐκοῦν κατὰ μὲν τὴν ἱστορίαν τοῦτον λαμβάνοντες τὸν τόπον, οὐχ εὑρίσκομεν τὴν Γραφὴν ἀληθεύουσαν. Ποῦ γὰρ ἠφάνισαν οἱ Γαβαωνῖται τὸν Σαοὺλ παντὸς ὁρίου Ἰσραὴλ, πολλῆς μετὰ τοῦτο συγγενείας εὑρισκομένης ἐν τῷ λαῷ; Κατὰ δὲ τὴν θεωρίαν νοοῦντες, σαφῶς εὑρίσκομεν, ὅτι διὰ μέσης τῆς φυσικῆς θεωρίας, ἐν τῷ ὕψει τῆς γνώσεως, ὁ γραπτὸς παντελῶς ἀπογίνεται νόμος, ἤγουν ὁ σωματικὸς ἐν τοῖς συμβόλοις κατὰ τὴν λατρείαν θεσμός. Ποῦ γὰρ ἔτι στήσεται περιτομὴ σαρκὸς, νοουμένου τοῦ νόμου πνευματικῶς; ποῦ τὰ Σάββατα, καὶ τῶν μηνῶν αἱ ἀρχαί; ποῦ τῶν ἑορτῶν αἱ πανηγύρεις; ποῦ τῶν θυσιῶν, καὶ τῆς ἀργίας τῆς γῆς, καὶ τῆς λοιπῆς τοῦ νόμου κατὰ τὴν σωματικὴν λατρείαν [*fort. add.* καταστάσεως] ἡ παράδοσις; Οἴδαμεν γὰρ φυσικῶς ἐπιβάλλοντες τοῖς πράγμασιν (30), ὡς οὐκ ἔστι τελειότης ἡ τῆς ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν ἀρτιότητος περιαίρεσις. Οὐ γὰρ ποιεῖ τελειότητα φύσις διὰ τέχνης κολοβουμένη, καὶ διὰ περιτοίας ἀποτιθεμένη τὸ πρόσθεν αὐτῇ θεόθεν κατὰ λόγον δημιουργίας· ἵνα μὴ τὴν τέχνην Θεοῦ πρὸς βεβαίωσιν δικαιοσύνης ἰσχυροτέραν εἰσαγάγωμεν, καὶ τὴν περινενοημένην τῆς φύσεως ἔλλειψιν ἀναπληρωτικὴν ποιώμεθα τῆς ἐν δικαιοσύνῃ κατὰ τὴν δημιουργίαν ἐλλείψεως· ἀλλ' ἐκ τῆς τυπικῆς τοῦ περιτεμνομένου μυρίου θέσεως, διδασκόμεθα ποιεῖσθαι γνωστικῶς τὴν περιτομὴν τῆς κατὰ ψυχὴν ἐμπαθοῦς διαθέσεως· καθ' ἣν μᾶλλον τῇ φύσει συντρέχειν ἡ γνώμη ῥυθμίζεται, τὸν ἐμπαθῆ τῆς ἐπικτήτου γενέσεως νόμον διορθουμένη. Περιτομὴ γάρ ἐστι μυστικὴ (31), τῆς ἐμπαθοῦς κατὰ νοῦν περὶ τὴν ἐπείσακτον γένεσιν σχέσεως παντελὴς περιαίρεσις. Τὸ δὲ Σάββατον (32) τελεία παθῶν ἐστιν ἀπραξία, καὶ τῆς περὶ τὰ πεποιημένα καθολικὴ τοῦ νοῦ παῦλα κινήσεως, καὶ πρὸς τὸ Θεῖον τελεία διάβασις· ἐν ᾧ τὸν δι' ἀρετῆς καὶ γνώσεως κατὰ τὸ θεμιτὸν ἀφικόμενον, οὐ δεῖ καθάπερ ξύλα τὴν διανοῦν παντελῶς ὕλην ἐξαπτικὴν ἐνθυμεῖσθαι παθῶν· οὔτε μὴν φύσεως τὸ παράπαν ἀναλέγεσθαι λόγους, ἵνα μὴ πάθεσιν ἡδόμενοι, ἢ φύσεως ὅροις μετρούμενον, κατὰ τοὺς Ἕλληνας τὸν Θεὸν δογματίζωμεν· ὅπερ ἡ τελεία μόνη κέκραγε σιγὴ (33), καὶ ἡ παντελὴς καθ' ὑπεροχὴν ἀγνωσία παρίστησι. Τὰς δὲ νεομηνίας εἶναί φαμεν (34), τοὺς ἐν τῷ δρόμῳ τῶν κατ' ἀρετὴν καὶ γνῶσιν ἡμερῶν διαφόρους φωτισμούς, οἷς πρὸ τροπάδην ἅπαντας ἐνθέοντες τοὺς αἰῶνας, τὸν δεκὼν ἐνιαυτὸν τοῦ Κυρίου πληροῦμεν, τῷ τῆς χρηστότητος στεφάνῳ κοσμούμενον. Στέφανος δὲ χρηστότητός ἐστι (35) πίστις καθαρὰ λίθων τιμίων δίκην, ταῖς τῶν δογμάτων ὑψηγορίαις καὶ λόγοις διηνθισμένη πνευματικοῖς καὶ νοήμασι, τὸν θεοφιλῆ καθάπερ κεφαλὴν διασφίγγουσα νοῦν. Ἢ μᾶλλον στέφανος πάλιν χρηστότητός ἐστιν (36) αὐτὸς ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, ὁ τῇ ποικιλίᾳ τῶν κατὰ πρόνοιαν καὶ κρίσιν τρόπων, ἤγουν ἐγκρατείᾳ τῶν ἑκουσίων (37) καὶ ὑπομονῇ τῶν ἀκουσίων παθῶν, ὡς κεφαλὴν τὸν νοῦν περιγράφων, καὶ τῇ μετοχῇ τῆς κατὰ τὴν θέωσιν χάριτος, αὐτὸς ἑαυτοῦ τὸν νοῦν ποιῶν ὡραιότερον.

[16] Num. xv, 32. [17] Isa. lviii, 5. [18] Psal. lxiv, 2.

Digitized by Google

Τῶν ἑορτῶν δὲ, τὴν μὲν πρώτην (38), πρακτικῆς A εἶναι φιλοσοφίας σύμβολον, πρὸς ἀρετὴν ὡς ἀπ' Αἰγύπτου τῆς ἁμαρτίας τοὺς ὑπ' αὐτῆς κρατουμένους διαβιβάζουσαν· τὴν δὲ δευτέραν (39), τῆς ἐν πνεύματι φυσικῆς τύπον ὑπάρχειν θεωρίας, τὴν περὶ τῶν ὄντων εὐσεβῆ δόξαν, ὡς ἀπαρχὴν θέρους τῷ Θεῷ προσκομίζουσαν· τὴν δὲ τρίτην, θεολογίας εἶναι μυστήριον (40), τὴν πάντων τῶν ἐν τοῖς γεγονόσι πνευματικῶν λόγων γνωστικὴν ἕξιν, καὶ τὴν κατ' οἰκονομίαν τοῦ σαρκωθέντος Λόγου παντελῆ διὰ τῆς χάριτος ἀναμαρτησίαν, καὶ τὴν ἐπ' αὐταῖς ἐν τῷ ἀγαθῷ τελείαν καὶ ἀθάνατον ἀτρεψίαν περιέχουσαν, ὡς σαλπίγγων καὶ ἱλασμοῦ καὶ σκηνοπηγίας ποιητικήν.

Ταύτην ἔχω τέως κατὰ μίαν ἐπιβολὴν ἐκ τῆς τῶν B ἡμερῶν τιμῆς τὴν ὑπόνοιαν. Οὐ γὰρ δὴ τιμᾶσθαι θέλων ὁ Θεὸς ἡμέρας ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, προσέταξε τιμηθῆναι τό τε Σάββατον, καὶ τὰς νεομηνίας, καὶ τὰς ἑορτάς. Οὕτω γὰρ ἂν λατρεύειν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα κατὰ νόμον ἐντολῆς ἐξεδίδαξεν (41), οἰομένους σεπτὰς εἶναι φύσει τὰς ἡμέρας, καὶ διὰ τοῦτο προσκυνητάς· ἀλλ' ἑαυτὸν τιμᾶσθαι συμβολικῶς διὰ τῶν ἡμερῶν παρεδήλωσεν. Αὐτὸς γάρ ἐστι Σάββατον μὲν (42), ὡς τῶν ἐν σαρκὶ τῆς ψυχῆς μόχθων ἀνάπαυσις, καὶ τῶν κατὰ δικαιοσύνην πόνων κατάπαυσις· Πάσχα δὲ (43), ὡς ἐλευθερωτὴς τῶν τῇ πικρᾷ δουλείᾳ κεκρατημένων τῆς ἁμαρτίας. Πεντηκοστὴ δὲ (44), ὡς ἀρχὴ καὶ τέλος τῶν ὄντων, καὶ λόγος, ᾧ τὰ πάντα φύσει συνέστηκεν. Εἰ γὰρ μετὰ C τὴν εἰς ἑαυτὴν ἑβδοματικὴν τῆς ἑβδομάδος περίοδόν ἐστιν ἡ Πεντηκοστὴ, πενταδικὴ δὲ σαφῶς ὑπάρχει δεκὰς ἡ Πεντηκοστή· προδήλως ἄρα τῶν ὄντων ἡ φύσις κατὰ τὸν ἑαυτῆς λόγον ὑπάρχουσα πενταδικὴ διὰ τὰς αἰσθήσεις, μετὰ τὴν φυσικὴν τοῦ χρόνου καὶ τῶν αἰώνων διάβασιν, ἐν τῷ Θεῷ ἔσται, τῷ κατὰ φύσιν ἑνὶ, μὴ δεχομένῃ πέρας· ἐν ᾧ παντελῶς οὐκ ἔστι διάστασις. Φασὶ γάρ τινες εἶναι μονάδα [Fr. δεκάδα] τὸν λόγον, ὡς πρόνοιαν κατὰ πρόοδον τῇ δεκάδι τῶν ἐντολῶν πλατυνόμενον. Ὁπηνίκα δὲ συναφθῇ τῷ λόγῳ κατὰ χάριν ἡ φύσις, οὐκ ἔσται τὰ ὧν οὐκ ἄνευ, τῆς τῶν φύσει κινουμένων ἀλλοιωτικῆς ἀπογενομένης κινήσεως. Δεῖ γὰρ τὴν πεπερασμένην στάσιν, ἐν ᾗ γίνεσθαι πέφυκεν ἐξ ἀνάγκης κατ' ἀλλοίωσιν τῶν κινουμένων ἡ κίνησις, δέξασθαι τέλος D τῇ παρουσίᾳ τῆς ἀπεράντου στάσεως, ἐν ᾗ παύεσθαι πέφυκε τῶν κινουμένων ἡ κίνησις. Ἐν ᾧ γὰρ πέρας κατὰ φύσιν ἐστὶ, καὶ ἀλλοιωτικὴ πάντως ἡ τῶν ἐν αὐτῷ καθέστηκε κίνησις· ἐν ᾧ δὲ πέρας κατὰ φύσιν οὐκ ἔστιν, οὐδεμία παντελῶς ἀλλοιωτικὴ τῶν ἐν αὐτῷ γνωσθήσεται κίνησις. Οὐκοῦν ὁ μὲν κόσμος τόπος ἐστὶ πεπερασμένος, καὶ στάσις περιγεγραμμένη· ὁ δὲ χρόνος, περιγραφομένη καθέστηκε κίνησις· ὅθεν καὶ ἀλλοιωτικὴ τῶν ἐν αὐτῷ καθέστηκεν ἡ κατὰ τὴν ζωὴν κίνησις. Ὁπηνίκα δὲ τὸν τόπον διελθοῦσα, καὶ τὸν χρόνον κατ' ἐνέργειάν τε καὶ ἔννοιαν, ἡ φύσις (ἤγουν τὰ ὧν οὐκ ἄνευ, τουτέστι τὴν

Ad festa autem quod attinet ac solemnitates, prima quidem ejus philosophiæ symbolum est, quæ in actione versatur; quæ scilicet velut ex Ægypto, a peccato ad virtutem eos traducat, quorum dominatur. Altera vero, naturalis in spiritu speculationis typum gerit; quæ nimirum pietati hærentem de rebus sententiam tanquam messis primitias Deo offerat. Tertia denique theologiæ mysterium est; quæ videlicet omnium in rebus creatis spiritalium rationum scientiæ habitum, plenamque Verbi secundum dispensationem incarnati gratiæ munere a peccato immunitatem; ac postremo, velut quæ ipsa tubarum et propitiationis ac scenopegiæ effectrix exsistat, perfectam ac immortalem in bono immutabilitatem, horum cumulo complectatur.

Sic mihi hactenus uno sensu, ex honore qui diebus habetur, opinandum succurrit. Non enim idcirco, quod Deus honore coli ab hominibus dies vellet, Sabbatum pariter et neomenias, festaque solemnia colenda præcepit. Sic enim servire creaturæ [19], magis quam Creatori (ad mandati legem quod attinet) illos docuisset; cum scilicet ii, dies natura venerabiles, ac propterea eis cultum adhibendum arbitrarentur; sed ipse sibi ex dierum ratione honorem habendum, symbolo declaravit. Ipse enim et Sabbatum est, velut animi in carne ærumnarum amolitio, ac justitiæ laborum quies. Pascha autem, ut eorum liberator, qui amara peccati servitute tenentur. Pentecoste vero, ut rerum principium et finis, Verbumque et ratio, in qua cuncta natura consistunt. Cum enim post septenam septimanæ in seipsam periodum sit Pentecoste, sitque palam Pentecoste **287** quinaria decas; perspicue sequitur rerum naturam, quæ ipsa a se sensuum ratione quinaria sit, post superatum natura tempus atque sæcula, in Deo fore, qui unus est per naturam, nullum habituram finem: in quo scilicet nulla prorsus distantia seu mutatio sit. Sunt enim qui dicant esse monadem λόγον (*sermonem* scilicet ac *rationem*) tanquam providentiam, quæ progressione mandatorum decade multiplicetur. Ubi autem natura rationi (Verbo nimirum ac Sermoni) per gratiam copulata fuerit, non erunt ea, sine quibus non, quod nempe eorum, quæ natura moventur, motus varie sensum afficiens deterensque (alterationis vocant) desierit. Necesse enim est, ut finita quies (in qua necessario per demutationem alia ex alia qualitate, eorum, quæ moventur, motui ut fiat comparatum est) finem accipiat, præsente jam interminabili quiete, in qua eorum quæ moventur, motus cessare habet. In quo enim natura terminus est, omnino etiam motus ejusmodi, qui ex alia in aliam transfert qualitatem, illi inest. In quo autem natura terminus non est, in eo nullus omnino ejusmodi motus occurret. Igitur, mundus quidem locus est terminativus ac finita quies; tempus autem, motus est definitus; ex quo etiam fit ut

[19] Rom. I, 25.

Digitized by Google

eorum quæ in illo versantur, vitæ motus, ejusmodi sit, qui per eas qualitates, quæ varie sensum afficiunt, immutet. Ubi autem natura, re pariter ac cogitatione locum supergressa et tempus (ea scilicet sine quibus non, ut vocant, nempe finitam quietem ac motum) nullo medio Providentiæ cohæserit, rationem natura simplicem et stabilem, omni omnino circumscriptione (ac proinde omni prorsus motu) carentem, offendit. Quamobrem natura, quandiu quidem in mundo temporanea ratione versatur, motum habet varia sensum qualitate mutantem, ob mundi finitam quietem, temporisque in diversum trahentem corruptionem, ac labe deterentem. In Deo autem constituta eumque nacta, sempiterni motus quietem habitura est, ejusdemque motus circa idem, unumque ac solum, in sempiternum fixam stabilitatem : quam divina eloquia, perennem firmamque adhæsionem, velutque ærnulo, firmitas, ac ejusmodi vinculum, quod ea contineat ac conservet.

A πεπερασμένην στάσιν καὶ κίνησιν), ἀμέσως συναφθῇ τῇ Προνοίᾳ, λόγον εὑρίσκει τὴν Πρόνοιαν κατὰ φύσιν ἁπλοῦν καὶ στάσιμον, καὶ μηδεμίαν ἔχοντα πάντῃ περιγραφὴν, καὶ διὰ τοῦτο παντελῶς οὔτε κίνησιν. Διόπερ ἐν μὲν τῷ κόσμῳ ὑπάρχουσα χρονικῶς ἡ φύσις, ἀλλοιωτικὴν ἔχει τὴν κίνησιν, διὰ τὴν τοῦ κόσμου πεπερασμένην στάσιν, καὶ τὴν καθ' ἑτεροίωσιν τοῦ χρόνου φθοράν· ἐν δὲ τῷ Θεῷ γινομένη, διὰ τὴν φυσικὴν τοῦ ἐν ᾧ γέγονε μονάδα, στάσιν ἀεικίνητον ἕξει, καὶ στάσιμον ταυτοκινησίαν, περὶ τὸ ταυτὸν καὶ ἓν καὶ μόνον ἀϊδίως γινομένην· ἣν οἶδεν ὁ λόγος ἄμεσον εἶναι περὶ τὸ πρῶτον αἴτιον τῶν ἐξ αὐτοῦ πεποιημένων μόνιμον ἵδρυσιν.

288 Est ergo Pentecostes mysterium, immediata eorum, qui Providentia reguntur, cum Providentia unio; hoc est, naturæ cum ratione divino Providentiæ afflatu, copulatio; secundum quam, nulla prorsus temporis ortusque generationis imago exstat ac repræsentatio. Rursum autem tuba, nostra ratio est, ac sermo; qui scilicet divinas, omnemque vim eloquii superantes nobis insonet notitias. Propitiatio vero, ut qui in seipso similis nobis effectus est, ad nostra dissolvenda crimina, et dono gratiæ in spiritu, naturam peccati reatu obnoxiam, deitate imbuat. Scenopegia autem, ut nostræ honesti cultu immutabilitatis, habitu Dei

B Πεντηκοστὴς οὖν ἐστι τὸ μυστήριον, ἡ πρὸς τὴν Πρόνοιαν ἄμεσος τῶν προνοουμένων ἕνωσις, ἤγουν ἡ πρὸς τὸν λόγον κατὰ τὴν τῆς Προνοίας ἐπίπνοιαν φύσεως ἕνωσις, καθ' ἣν οὐδεμία τὸ παράπαν ἐστὶν χρόνου καὶ γενέσεως ἔμφασις. Σάλπιγξ δὲ πάλιν (45) ἡμῶν ἐστι ὁ λόγος, ὡς τὰς θείας καὶ ἀῤῥήτους ἡμῖν ἐνηχούμενος γνώσεις· ἵλασμὸς δὲ, ὡς ἐν ἑαυτῷ τὰ ἡμέτερα, καθ' ἡμᾶς γενόμενος, διαλύων ἐγκλήματα, καὶ τῇ δωρεᾷ τῆς χάριτος ἐν πνεύματι, τὴν ἁμαρτήσασαν φύσιν θεοποιῶν· σκηνοπηγία δὲ, ὡς τῆς ἡμῶν κατὰ τὴν θεομίμητον ἕξιν περὶ τὸ καλὸν ἀτρεψίας πῆξις, καὶ τῆς πρὸς ἀθανασίαν μεταποιήσεως συνεκτικὸς ὑπάρχων δεσμός.

æmulo, firmitas, ac ejusmodi vinculum, quod ea ratione qua ad immortalitatem transmutamur, contineat ac conservet.

Brutarum autem animantium victimis, aspersoque cruore delectari Deum, ac velut obsequii præmio, offerentibus delictorum veniam præbere ut existimemus, ex natura Scripturis animum attendentes, nulli adducimur, nec imprudentes Deum affectibus ac libidini mancipatum colamus; velut qui acrius cupidinis œstro depereat, quæ vel hominem pariter depereuntem videntes, luxuriæ damnamus ac incontinentiæ. Spiritales enim hostias novimus, nedum quod perturbatos affectus mortificamus, jugulando spiritus gladio, quod est verbum Dei [46], omnique vita carnali, tanquam sanguine animi sententia evacuamus; sed quod etiam excultos philosophia mores, cunctasque naturales facultates Deo consecratas offerimus, atque ut in ejus partem cedant, igni Spiritus holocausto absumimus. In eum modum singula quæque in Scripturis exstantia symbola ex naturæ rationibus contuentes, velut in monte (in celso mysticæ speculationis vertice) quasi viros septem ex Saulis liberis (temporaneam scilicet fluxamque legis traditionem) necamus; Saulemque exterminamus (terrenum nimirum legis sensum in solo Scripturæ cortice textuque litteræ positum) nec stare sinimus in omni confinio Israelis; spiritalis scilicet contemplationis. Hic enim revera vitæ superstes, consu-

C Σφαγαῖς δὲ ζώων ἀλόγων (46), καὶ ῥαντισμοῖς αἱμάτων ἡδόμενον τὸν Θεὸν, καὶ οἷον τῆς θεραπείας μισθὸν, τὴν τῶν ἁμαρτημάτων παρεχόμενον τοῖς προσφέρουσιν ἄφεσιν, τῇ Γραφῇ φυσικῶς ἐπιβάλλοντες, οὐ πιστεύομεν, ἵνα μὴ Θεὸν ἐμπαθῆ λάθωμεν σέβοντες, ὡς ἐμπαθῶς ἐκείνων διὰ πολλῆς ἐφιέμενον τῆς σπουδῆς, περὶ ἃ καὶ ἀνθρώπους περιπαθῶς ἔχοντας ἂν θεωρήσωμεν, ὡς ἀκολάστους καὶ ἀκρατεῖς διαβάλλομεν. Θυσίας γὰρ πνευματικὰς εἶναι γινώσκομεν (47), οὐ μόνον τὴν τῶν παθῶν νέκρωσιν, σφαττομένων τῇ μαχαίρᾳ τοῦ πνεύματος, ὅπερ ἐστὶ ῥῆμα Θεοῦ, καὶ πάσης τῆς ἐν σαρκὶ ζωῆς ὡς αἵματος τὴν κατὰ πρόθεσιν κίνησιν [κένωσιν]· ἀλλὰ καὶ τῶν κατὰ φιλοσοφίαν ἠθῶν, καὶ πασῶν τῶν κατὰ φύσιν

D δυνάμεων, προσαγωγὴν, ἀφιερουμένων Θεῷ, καὶ τῷ πυρὶ τῆς ἐν πνεύματι χάριτος πρὸς τὴν θείαν λῆξιν ὁλοκαυτουμένων. Οὕτως ἕκαστον τῶν ἐμφερομένων τῇ Γραφῇ συμβόλων φυσικῶς ἐποπτεύοντες, ὡς ἐν ὄρει τῷ ὕψει τῆς μυστικῆς θεωρίας, καθάπερ ἄνδρας ἑπτὰ τῶν υἱῶν Σαοὺλ, τὴν χρονικὴν ἀποκτένομεν καὶ πρόσκαιρον τοῦ νόμου παράδοσιν· καὶ ἀφανίζομεν τὸν Σαοὺλ, τουτέστι τὸν ἐν μόνῳ τῷ ῥητῷ τῆς Γραφῆς χοϊκὸν νοῦν, *τοῦ μὴ ἑστάναι αὐτὸν ἐν παντὶ ὁρίῳ Ἰσραήλ*· τουτέστι, τρόπῳ θεωρίας πνευματικῆς. Οὗτος γὰρ ζῶν ἐπ' ἀληθείας, συντελεῖ, καὶ διώκει (48), καὶ ἀπόλλυσι, σαρκὶ μόνῃ τὸν

[46] Ephes. VI, 17.

Digitized by Google

νόμου παραγράφων, τοὺς κατὰ φύσιν λόγους καὶ λογισμούς· τιμῶν ὡς θεῖα τὰ πάθη τῆς ἀτιμίας, ἅπερ οἱ κατὰ φύσιν λογισμοὶ, λαμβάνοντες ἄδειαν ὑπὸ τοῦ νόμου τοῦ πνεύματος, ἀποκτείνουσιν ἐπιτοαυτὸ καὶ θανατοῦσιν ἐν ἀρχῇ θερισμοῦ κριθῶν. Ἀρχὴ δὲ θερισμοῦ κριθῶν ἐστιν, ἡ κατὰ τὴν πρακτικὴν φιλοσοφίαν μετά τινος συμμέτρου λόγου τῶν ἀρετῶν συλλογή· καθ' ἣν τὸ γεῶδες τῶν Γραφῶν ἀποκτίνεσθαι πέφυκε, καὶ πᾶν χοϊκὸν παντελῶς ἀφανίζεσθαι κίνημα. Ἅμα γάρ τις τὴν τῶν ἀρετῶν λογικῶς μετέλθοι φιλοσοφίαν [49], ἅμα καὶ τὴν τῶν Γραφῶν πρὸς τὸ πνεῦμα φυσικῶς μετήνεγκεν ἐκδοχὴν, ἐν καινότητι πνεύματος πρακτικῶς διὰ τῶν ὑψηλῶν θεωρημάτων τῷ Θεῷ λατρεύων, καὶ οὐ παλαιότητι γράμματος, διὰ τῆς κατ' αἴσθησιν πρὸς σῶμα ταπεινοτέρας τοῦ νόμου παραδοχῆς, τροφεὺς παθῶν κατὰ τοὺς Ἰουδαίους γενόμενος, καὶ ἁμαρτίας θεραπευτής. Πράξει γὰρ χρὴ, διὰ τῶν κατὰ φύσιν λογισμῶν, τὴν ἐμπαθῆ καὶ σωματικὴν τοῦ νόμου διάνοιαν διαχειρίζεσθαι, καθὼς ὁ τῆς Γραφῆς ὑφηγεῖται λόγος, φάσκων· *Καὶ ἔλαβεν ὁ βασιλεὺς τοὺς δύο υἱοὺς Ῥεσφᾶς θυγατρὸς Ἀΐα παλλακῆς τοῦ Σαοὺλ, τὸν Ἑρμονθὶ καὶ τὸν Μεμφιβοσθέ· καὶ τοὺς πέντε υἱοὺς τῆς Μερὼβ τῆς θυγατρὸς Σαοὺλ, οὓς ἔτεκε τῷ Ἐσδριήλ· καὶ ἔδωκεν αὐτοὺς ἐν χειρὶ τῶν Γαβαωνιτῶν.* Χεὶρ ἐστι τῶν Γαβαωνιτῶν (50), ἡ κατ' ἀρετὴν πρᾶξις τῶν φυσικῶν λογισμῶν, δι' ἧς οἱ υἱοὶ Ῥεσφᾶς Ἑρμονθὶ καὶ Μεμφιβοσθὲ, τουτέστιν, ἡ ἐκ τῆς ἐν μόνῃ τῇ προφορᾷ τοῦ λόγου σωματικῆς τοῦ νόμου διδαχῆς γενομένη τῶν παθῶν ἐνέργεια, καὶ ἡ τῶν λογισμῶν ἀκόλαστος κίνησις, ἀποκτένονται. Πρὸς δὲ καὶ οἱ πέντε υἱοὶ τῆς Μερὼβ, τουτέστιν, οἱ ἐκ τῆς τρυφῆς γεννώμενοι κατὰ τὴν παρὰ φύσιν τῆς ἐνεργείας χρῆσιν ἀκόλαστοι πέντε τρόποι τῶν πέντε αἰσθήσεων· οὓς ἀποκτένειν ἐπιτοαυτὸ πέφυκεν ὡς ἐν ὄρει τῷ ὄρει τῆς πνευματικῆς θεωρίας, ἐν ἀρχῇ θερισμοῦ κριθῶν, ὅπερ ἐστὶν ἐν προοιμίοις τῆς κατ' ἀρετὴν πράξεως, ἢ τῆς κατὰ φύσιν εὐσεβοῦς θεωρίας, πᾶς νοῦς κατὰ Θεὸν ὑψηλὸς καὶ μετέωρος· κατὰ τὸ αὐτὸ, τήν τε τῶν παθῶν κατασφάττων ἐνέργειαν, καὶ τὴν τῶν λογισμῶν ἄσχημον κίνησιν. Πρὸς δὲ καὶ τοὺς κατὰ παράχρησιν τῆς τῶν αἰσθήσεων ἐνεργείας ἀκολάστους τρόπους.

Καὶ ἔπεσον, φησὶν, *ἐπὶ τὸ αὐτὸ οἱ ἑπτὰ, καὶ ἐθανατώθησαν ἐν ἀρχῇ θερισμοῦ κριθῶν. Καὶ ἔλαβε Ῥεσφὰ θυγάτηρ Ἀΐα τὸν σάκκον, καὶ διέστρωσεν αὐτὸν ἑαυτῇ ἐπὶ τὴν πέτραν, ἕως ἔσταξεν ἐπ' αὐτοὺς ὕδατι Θεοῦ ἐξ οὐρανοῦ.* Ῥεσφὰ, καθὼς ἔφην, ἐστὶν ἑρμηνευομένη, *δρόμος στόματος*, ὅπερ ἐστὶν ἡ κατὰ μόνην τοῦ λόγου προφορὰν σωματικὴ τοῦ νόμου διδαχὴ, ἡ μετὰ τὸν θάνατον τῶν ἐξ αὐτῆς γεννωμένων παθῶν, καὶ τὴν φανέρωσιν τὴν ἐν ὄρει τῷ ὕψει γενομένην τῆς φυσικῆς θεωρίας (51) ἐν τῇ τοῦ καθ' ἕκαστον καρδίᾳ τῶν σίκλῳ προκατειλημμένων, καθάπερ σάκκον τὴν μετάνοιαν στρώννυσιν ἐπὶ τὴν πέτραν (λέγω δὴ τὸν λόγον τῆς κατὰ Κύριον πίστεως), τὸν ἐν πνεύματι διὰ τῆς

mit et persequitur, perditque (sola nimirum carne legem definiens) naturales rationes et cogitationes : velut divinos, probrosos affectus colens [81] : quos videlicet assumentes **289** naturales rationes, accepta licentia a lege spiritali, in unum simul contrucidant ac interimunt, in initio messis hordeorum. Est autem initium messis hordeorum, virtutum cum moderata quadam ratione per philosophiam studentem actioni collectio : qua comparatum ut internecioni detur quidquid Scripturarum terrenum est, ac terrenus omnis motus aboleatur. Mox enim ac aliquis virtutum philosophiam ex ratione inierit, una quoque Scripturarum sensum natura in spiritum transfert, in novitate spiritus actionis cultu per sublimia sensa atque objecta Deo serviens, et non in vetustate litteræ [82], per humiliorem legis pronam corpori ex sensus ratione acceptionem, Judæorum more affectuum pastor ac libidinum, nec non peccati curæ impensus, exsistens. Necesse enim est ut, naturalium rationum ope, hærentem libidini ac corporalem legis intelligentiam perimamus, uti Scripturæ textus enarrat : *Et accepit rex duos filios Rhesphæ filiæ Aia pellicis Saulis, Ermonthi et Memphibosthe; et quinque filios Merobes filiæ Saulis, quos peperit Esdrieli; et dedit eos in manu Gabaonitarum.* Gabaonitarum manus, naturalium rationum actio est, per quam Rhesphæ filii Ermonthi et Memphibosthe (quæ nimirum ex sola sermonis prolatione, corporali legis doctrina, libidinosa operatio nascitur, lascivaque ac luxuriosa cogitationum incitatio) perimuntur. Ad hæc vera etiam quinque Merobes filii (qui scilicet ex voluptate per innaturalem operationis usum, intemperantes quinque, quinque sensuum nascuntur modi) quos in unum simul, velut in monte (in celso spiritalis speculationis vertice) occidere habet, in initio messis hordeorum (id est, primo statim actionis ex virtutis ratione exordio, sive, piæ ex naturæ rationibus speculationis) mens omnis secundum Deum excelsa ac sublimis; in unum simul necans, tum affectuum vim ac libidinum, tum turpem cogitationum motum. Ad hæc etiam, sensuum operationis abusu constantes lascivos modos atque indolem.

Et ceciderunt, inquit, *hi septem in idipsum, et neci traditi sunt, in principio messis hordeorum. Et tulit Rhespha filia Aia saccum, et stravit eum sibi super petram quoadusque distillaverunt super eos* **290** *aquæ Dei e cælo.* Rhespha, uti dicebam, si nomen interpreteris, *cursus oris*, est; quod est corporalis legis doctrina, ex sola prolatitii sermonis ratione; quæ nimirum post affectuum ex ipsa prognatorum mortem, factamque in monte (celso vertice naturalis speculationis) in singulorum, quos ante complexa erat, corde manifestationem; velut saccum, pœnitentiam sternit; super petram (doctrinam scilicet fidei Dominicæ, spiritalibus in Christo legibus ac scitis per pœnitentiam navans

[81] Rom. I, 26, 27. [82] Rom. VII, 6.

Digitized by Google

operam) quæ diu noctuque, tanquam filios per memoriam ob oculos habeat, priorem in carne legis institutionem ; quoadusque stillaverint aquæ Dei de cœlo (donec scilicet missæ fuerint divinæ Scripturarum notitiæ, e spiritalis speculationis celso vertice) quarum utique ea vis, ut affectus vitiaque exstinguant, ac virtutes instaurent. Si namque comparata legis disciplina, ut ad Christum (veram firmamque petram) per pœnitentiam accedens, divinum spiritalis Scripturarum scientiæ imbrem, juxta Davidis regis (mentis scilicet *fortis aspectu*) præceptum, suscipiat. Ait enim : *Et fecit omnia quæcunque mandaverat rex : Et audivit Deus terram postea* [88]. Divinarum ergo Scripturarum disciplina, juxta præceptum Davidis regis (legis scilicet spiritalis, aut mentis fortis aspectu) pœnitentiæ opes (cujus saccus signum exsistit) navando virtutibus operam, ad petram (scilicet Christum) sese transferens, divinum scientiæ imbrem excire solet; novitque impetrare ut Deus terram cordis audiat, tribuatque divinos gratiarum imbres, ac justitiæ uberes fructus subministret, velutque famem, superiorem solvat divinorum ignorantiam, ac spiritalibus bonis regionem adimpleat; nempe animam tritico, vino atque oleo affluentem reddat: illo quidem, ut quæ scientiæ practicæ sermone confirmetur [89] ; hoc autem, ut quæ divino desiderio, fervorisque animi Deo unientis instauratore, splendescat; isto vero, ut quæ leni planoque ac pellucido, lucemque afferenti, ac terreno omni motu libero, tranquillissimæ mentis modo pariter ac ratione, virtutum vultu præniteat.

A μετανοίας κατὰ Χριστὸν ἐπιμελουμένη θεσμῶν· ἔχουσα κατ' ὀφθαλμοὺς ἡμέρας καὶ νυκτὸς διὰ τῆς μνήμης, ὡς τέκνα, τὴν ἐν σαρκὶ τοῦ νόμου προτέραν ἀναγωγήν, ἕως στάξουσιν ὕδατα Θεοῦ ἐξ οὐρανοῦ· τουτέστιν, ἕως καταπεμφθῶσιν αἱ θεῖαι τῶν Γραφῶν γνώσεις ἐκ τοῦ ὕψους τῆς πνευματικῆς θεωρίας (52), αἱ σβεστικαὶ μὲν τῶν παθῶν, ἀνανεωτικαὶ δὲ τῶν ἀρετῶν. Πέφυκε γὰρ ἡ τοῦ νόμου μάθησις, πρὸς Χριστὸν τὴν ἀληθῆ καὶ στερρὰν πέτραν διὰ τῆς μετανοίας προσχωροῦσα, τὸν θεῖον τῆς πνευματικῆς τῶν Γραφῶν γνώσεως ὑετὸν ὑποδέχεσθαι, κατὰ τὸ πρόσταγμα τοῦ βασιλέως Δαβίδ· τουτέστι, *τοῦ ἰσχυροῦ τὴν ὅρασιν* νοῦ. Φησὶ γάρ· *Καὶ ἐποίησε* [ἀλλ. ἐποίησαν] *πάντα ὅσα ἐνετείλατο ὁ βασιλεύς. Καὶ ἐπήκουσεν ὁ Θεὸς τῇ γῇ μετὰ ταῦτα.* Οὐκοῦν ἡ B τῶν θείων Γραφῶν μάθησις, κατὰ τὴν ἐντολὴν Δαβὶδ τοῦ βασιλέως (τουτέστι τοῦ πνευματικοῦ νόμου, ἢ τοῦ ἰσχυροῦ τὴν ὅρασιν νοῦ), διὰ μέσης τῆς μετανοίας, ἧς ὁ σάκκος ὑπάρχει σύμβολον, κατὰ τὴν πρᾶξιν τῶν ἀρετῶν, ἐπὶ τὴν πέτραν, ἡγουν Χριστὸν, μεταφερομένη, τὸν θεῖον ἐκκαλεῖσθαι τῆς γνώσεως πέφυκεν ὑετόν· ἐπακοῦσαί τε τὸν Θεὸν τῇ γῇ τῆς καρδίας εἴωθε δυσωπεῖν, καὶ δοῦναι θείους χαρισμάτων ὄμβρους, καὶ τῶν ἐν δικαιοσύνῃ καρπῶν χορηγῆσαι τὴν ἀφθονίαν, καὶ λῦσαι τὴν καθάπερ λιμὸν τὴν προλαβοῦσαν τῶν θείων ἀγνωσίαν, καὶ ποιῆσαι χώραν πλήρη τῶν πνευματικῶν ἀγαθῶν· τὴν ψυχὴν σίτῳ βρίθουσαν, καὶ οἴνῳ, καὶ ἐλαίῳ· τῷ μὲν, ὡς λόγῳ πρακτικῆς γνώσεως στηριζομένην (53)· τῷ δὲ, ὡς θείῳ πόθῳ, καὶ ἀνανεωτικῷ C τῆς κατ' ἔφεσιν πρὸς Θεὸν ἑνωτικῆς ζέσεως, εὐφραινομένην (55)· τῷ δὲ, ὡς λείῳ καὶ ὁμαλῷ (55), καὶ διαυγεῖ καὶ φωτιστικῷ, καὶ παντὸς γεώδους ἐλευθέρῳ κινήματος, τῆς ἀπαθείας τρόπῳ τε καὶ λόγῳ, τὸ πρόσωπον ἱλαρυνομένην τῶν ἀρετῶν (56).

Verum nos quoque, magni Davidis more, ex omni confinio Israelis, Saulem deleamus; terrenum scilicet ac corporalem **291** legis ritum ; hoc est Judaicum cultus modum, sensumque in solo Scripturæ omnis contextu primo obvium crassioremque, ex omni modo theoreticæ institutionis; atque ad spiritalem eorum quæ intelliguntur deificam vim, transeamus; nobisque Gabaonitas conciliemus (naturales scilicet rationes) quos incolumes verus divinarum promissionum distributor atque arbiter Jesus esse voluit [90] ; ob quorum Saulis injuria necem, divinum Deus scientiæ imbrem inhibuit; occidamusque per eosdem Gabaonitas (naturales scilicet speculationes) velut viros septem ex filiis Saulis (nimirum libidinosam legis, terrenamque et temporaneam intelligentiam) quam Rhespha (*oris* scilicet *cursus*) parere habet (corporalis nimirum legis disciplina) et Merobe, quam *gutturis affluentem satietatem* interpreteris ; id est, ventris voluptatem. Prior, Memphibosthe parens atque Ermonthi (quorum alter, *oris pudor;* alter, *eorum anathema* sit, si nomen interpreteris ; nempe vitiorum habitus ac operatio) sequens, quinque Esdrieli suscipit filios (contemplanti scilicet parti animi, libidinosos quin-

Ἀλλὰ καὶ ἡμεῖς, κατὰ τὸν μέγαν Δαβὶδ, ἀφανίσωμεν τὸν Σαοὺλ ἐκ παντὸς ὁρίου Ἰσραήλ· τουτέστι, τὸν γεώδη καὶ σωματικὸν τοῦ νόμου θεσμόν· ἤτουν τὸν Ἰουδαϊκὸν τῆς λατρείας τρόπον, καὶ τὸν ἐν μόνῳ τῷ ῥητῷ πρόχειρον τῆς ὅλης Γραφῆς καὶ σωματικώτερον νοῦν, ἐκ παντὸς τρόπου θεωρητικῆς μυσταγωγίας· καὶ μετέλθωμεν πρὸς τὴν πνευματικὴν τῶν νοουμένων ἐκθέωσιν· καὶ περιποιησώμεθα τοὺς Γαβαωνίτας, τουτέστι, τοὺς κατὰ φύσιν τῶν ὄντων λόγους· οὓς ἀπαθεῖς διετήρησεν ὁ ἀληθινὸς κληροδότης τῶν θείων ἐπαγγελιῶν Ἰησοῦς· δι' οὓς ἀναιρουμένους ὑπὸ Σαοὺλ, τὸν θεῖον ἀνέσχε τῆς μυστικῆς γνώσεως ὑετὸν ὁ Θεός· καὶ ἀποκτείνωμεν D δι' αὐτῶν τῶν Γαβαωνιτῶν, τῆς φυσικῆς δηλαδὴ θεωρίας, ὥσπερ ἄνδρας ἑπτὰ τῶν υἱῶν Σαοὺλ, τὴν ἐμπαθῆ τοῦ νόμου, πρόσυλόν τε καὶ χρονικὴν ἐκδοχὴν, ἣν τίκτειν πέφυκεν ἡ Ῥεσφὰ, *στόματος* ὑπάρχουσα *δρόμος* (ὅπερ ἐστὶν ἡ σωματικὴ τοῦ νόμου μάθησις)· καὶ ἡ Μερὼβ, *πλησμονὴ φάρυγγος* ἑρμηνευομένη, τουτέστιν, ἡ τρυφὴ τῆς γαστρός. Ἡ μὲν τὸν Μεμφιβοσθὲ τίκτουσα καὶ τὸν Ἑρμωνθὶ (τὸν μὲν *αἰσχύνη στόματος* ἑρμηνευόμενον· τὸν δὲ, *ἀνάθεμα αὐτῶν*), ἤγουν τὴν ἕξιν τῶν παθῶν καὶ τὴν ἐνέργειαν· ἡ δὲ, τοὺς πέντε υἱοὺς τῷ Ἐσδριὴλ, τῷ θεωρη-

[88] I Cor. x, 4. [89] Psal. CIII, 15. [90] Josue IX, 20.

Digitized by Google

τικῷ δηλαδὴ τῆς ψυχῆς μέρει, τοὺς κατὰ παραχρῆσιν ἐμπαθεῖς πέντε τρόπους τῶν ἐν ἡμῖν αἰσθήσεων· οὓς διὰ τῆς φυσικῆς ἀναιροῦντες θεωρίας, ὠργισμένον τὸν Θεὸν ἱλεούμεθα, πρὸς τὸ πνεῦμα μετενεχθέντες ἀπὸ τοῦ γράμματος· καὶ τοὺς θείους ἐκκαλούμεθα τῆς γνώσεως ὄμβρους· καὶ τῶν ἐξ αὐτῆς δαψιλῶς τῆς δικαιοσύνης καρπῶν ἀπολαύομεν. Τὸ γὰρ γράμμα τοῦ νόμου, καθάπερ τινὰ Σαοὺλ, ἢ τὴν ἐκ τοῦ γράμματος γεννωμένην πρόσυλον ἐκδοχὴν τοῖς χοϊκοῖς τὴν διάνοιαν, ὡς τέκνα Σαοὺλ καὶ ἐκγονα, διὰ μέσης τῆς φυσικῆς θεωρίας πρὸς τὸ ὕψος τῆς πνευματικῆς μυσταγωγίας ἀναγαγόντες, πᾶν σωματικὸν τοῦ νόμου καὶ πρόσκαιρον νόημα, καὶ κυριώτερον εἰπεῖν, χοϊκὸν ἀποκτείνομεν, εἴπερ καὶ ἡμεῖς μετὰ τοῦ Θεοῦ τὸν Σαοὺλ μεμισήκαμεν, καὶ ἐξουδενώκαμεν αὐτὸν, τοῦ μὴ βασιλεύειν ἐπὶ Ἰσραήλ· ἤγουν τὸν κατὰ σάρκα προφανῆ τῆς Γραφῆς τρόπον, τουτέστι τὸν Ἰουδαϊσμὸν, ἀπωσάμεθα, τοῦ μὴ βασιλεύειν πρὸς σαρκὸς δουλείαν τῆς ἐν ἡμῖν νοερᾶς δυνάμεως.

A quæ abusu constantes in nobis sensuum modos) quos naturalis ope speculationis necantes, Dei iram placamus, ad spiritum a littera translati; divinosque excimus scientiæ imbres, ac quorum illa parens, justitiæ fructus ubertim percipimus. Legis namque litteram, velut Saulem, seu quæ ex littera, animo terrenis terrena intelligentia nascitur, haud secus ac Saulis filios atque nepotes, interjecta naturali speculatione, ad spiritalis doctrinæ celsitatem quidquid corporalis ac temporanei legis sensus est, sive, ut verius loquar terreni, provehentes, interficimus; si modo nos quoque, haud secus ac Deus, Saulem odimus, eumque, ne regnet super Israelem sprevimus [86]: id est, carnalem ultro conspicuum Scripturæ modum (nempe Judaismum) repulimus, B ne intelligentis in nobis animæ facultatis, quam carnis servituti addicat, dominetur.

Δεῖ γὰρ τὸν Σαοὺλ (ἤγουν τὸν σωματικὸν τοῦ νόμου θεσμὸν) μισηθῆναι (56) καὶ ἀπωσθῆναι τῆς βασιλείας, ὡς τὸν Ἀγὰγ βασιλέα Ἀμαλὴκ, καὶ τὰ πίονα τῶν προβάτων καὶ βουκολίων, καὶ τὴν ἄμπελον καὶ τὴν ἐλαίαν (τὰ τοῦ θυμοῦ λέγω καὶ τῆς ἐπιθυμίας ὑπεκκαύματα, καὶ τὰ περιποιητικὰ τῆς τρυφῆς αἴτια) περιποιούμενον, καὶ αὐτὸν ζῶντα τὸν Ἀγὰγ πρὸς τὴν γῆν μεταφέροντα τῆς ἐπαγγελίας C (τουτέστι τὸν *μόσχον*, ἤγουν τὸ χοϊκὸν φρόνημα τῆς σαρκὸς), εἰς τὸν τῆς θείας ἐπιγνώσεως τόπον· λέγω δὴ τὴν καρδίαν· *μόσχος* γὰρ ὁ Ἀγὰγ (*b*) ἑρμηνεύεται· μόσχος ἐκεῖνος τυχὸν, ὃν ὁ μωρὸς καὶ ἀσύνετος Ἰσραὴλ (57) κατὰ τὴν ἔρημον χωνεύσας εἰδωλοποίησε, καὶ τῆς θείας θεραπείας τὴν ἡδονὴν τῆς γαστρὸς προετίμησεν· ὄντινα μόσχον Μωϋσῆς ἀφανίζει, καὶ Σαμουὴλ· ὁ μὲν λεαίνων καὶ διασπείρων ὑπὸ τὸ ὕδωρ, ὁ δὲ μαχαίρᾳ πνευματικῇ κατασφάττων· τουτέστιν, ἡ ζῶσα καὶ ἐνεργὴς τοῦ ἁγίου Πνεύματος χάρις (τοῦτο γὰρ Μωϋσῆς), καὶ ἡ διὰ τῶν ἐντολῶν ὑπακοὴ τοῦ Θεοῦ· τοῦτο γὰρ Σαμουὴλ. Μωϋσῆς γὰρ *ὕδωρ* ἑρμηνεύεται *σπαίρων* (*c*)· καὶ Σαμουὴλ *ὑπακοὴ Θεοῦ* (*d*), ὅπερ ἐστὶ πίστις ἀληθὴς, καὶ βίος ἔνθεος.

Necesse enim est Saulem (id est, corporalem legis ritum) odio haberi ac regno expelli, velut qui Agag regem Amalec pinguesque greges et armenta, necnon vitem atque olivam (iræ scilicet ac cupiditatis incentiva, ac quæ libidini fomento exsistant, argumenta) servet [87]; **292** atque in terram promissionis (divinæ scilicet cognitionis atque fidei locum, nempe animum) vivum ipsum Agag (*vitulum* scilicet, id est, terrenum carnis sensum) transferat. Agag enim, si nomen interpreteris, *vitulum* sonat; quem forte vitulum stultus et insipiens Israel, in deserto conflatum, deum consecravit, ventrisque libidinem divino cultui anteposuit [88]. Hunc vitulum abolent Moyses atque Samuel; alter quidem, comminuendo et seminando sub aqua; alter, spiritali gladio jugulando [89]: nempe viva et efficax Spiritus sancti gratia (id enim Moyses significat), mandatorumque Dei obauditio (quod sibi vult Samuel). Moyses enim, si nomen interpreteris, *aqua saliens* est; Samuel vero, *obauditio Dei*; quod est vera fides, atque divina vita.

[86] I Reg. xvi, 1. [87] I Reg. xv, 8. [88] Exod. xxxii, 4. [89] ibid. 20; I Reg. xv, 32.

(*b*) *Μόσχος γὰρ ὁ Ἀγάγ*. In libello expositionis nominum propriorum biblicorum, exponitur *tectum, solarium*. Videtur tum Maximus, tum ejus libelli auctor ad eamdem referre radicem, nempe גאה sive נאה, quod est *superbia, excellentia*; quod sic dicatur, vel domus fastigium, vel taurus in grege princeps et calentissimi sanguinis; ex qua ejus qualitate quæst. 64, idem Maximus bovem iræ typo accepit, et quod ejus sanguis epotus præsentissimum venenum sit: inde scilicet quod cito indurescit. Gesn. relato Pall. *Est sane malthis aptus bubulus sanguis, quod quam cæterorum animalium crassior, et cito coeat dureturque; præcipue taurinus, qui eo nomine etiam inter venena est.* Est autem *maltha* materia durissima ex calce viva, adipe suillo, etc., subacta. Calidus, ossa confracta ferruminat: *Si sanguis rejiciatur, efficacem tradunt bubulum sanguinem, modice et cum aceto sumptum: nam de taurino credere, temerarium est*, Plin. aceto nimirum coagulo obstante. Coagulatum jam fixumque ac frictum bubulum sanguinem impune Nostrates comedunt, quanquam nec delicatior videatur cibus nec sanior.

(*c*) *Ὕδωρ σπαίρων*. Accipio ac si καθ' ὕδωρ, quæ eclipsis

(*d*) *Ὑπακοὴ Θεοῦ, exauditio Dei*. Melius Maximus hoc etymo, quam auctor expositionis nominum propriorum biblicorum, qui duplex etymum ponit, alterum a verbo שׁוּם, quasi *positus a Deo*, alterum a nomine שֵׁם, quasi *Dei nomen*, sive *vocatus a Deo*. Palam enim sacer textus suffragatur Maximo, verumque ipse etymum ponit, velut in Israele et in Mose. Est itaque Samuel a radice שָׁאוֹל, in forma paul. eliso ל euphoniæ causa I Reg. i, 20: *Et vocavit nomen ejus Samuel: quia a Domino* שְׁאִלְתִּיו *petivi eum*; ubi hæc verba intelliguntur, *Et exaudivit me*; quamvis Maximus, active potius, quam passive videtur accipere; non satis ad mentem Scripturæ. Alii volunt dictum quasi מֵאֵל שְׁאוּל *petitus a Deo*, Græce θεαίτητος, qualem etiam Plato in Dialogis suis introducit philosophantem cum Cratylo et aliis.

Digitized by Google

Igitur peccati imperium, sive carnis prudentiam sensumque ut aboleat, sancti baptismatis gratiæ comparatum; itemque obedientiæ, qua reipsa divina impleantur mandata, ut gladio spiritus (verbo scilicet divinæ in Spiritu scientiæ) interimat; clamans mystice ad peccati libidinem pronamque passionem, haud secus ac magnus Samuel ad Agag: *Sicut liberis orbavit mulieres gladius tuus, filiis hodie orbabitur mater tua ex mulieribus*[90]. Multas enim ut in gladio gulæ vitium, voluptatis lenocinio, virtutes liberis orbavit. Temperantiæ enim et castitatis, per incontinentiam ac vitæ luxuriam, semina extinguit: justitiæ vero, per insatiabilem modumque nescientem habendi cupiditatem, æquabilitatem corrumpit: humanitatis, per privatum vitioque hærentem indulgentiorem illum sui amorem, quæ ex naturæ rationibus exsistit conjunctionem scindit ac necessitudinem. Atque, ut summa dicam, gulæ vitium virtutis omnia germina perimit. Hoc autem vitium, uti dicebam, sola tollit, tum baptismatis gratia, tum Dei mandatorum obedientia instituta vitæ ratio. Quæ igitur in littera legem posita est, hocce vitium foventem atque servantem, Deum pœnitet in Israelis regem inunxisse, translatisque sceptris, Davidi (legi scilicet evangelicæ ac spiritali) imperium tradit; nempe filio Jesse. Est autem Jesse, si nomen interpreteris, *Dei effectio*. Sanctum ergo Evangelium germen est factionis Dei; id est, ejus per carnem propriæ effectionis, quæ **293** in sæcula infinita regno potitur; cujus auspiciis atque munere, indissolubilem exsultationem ac lætitiam, velut diem occasus nesciam ac immortalem, habemus. Ait enim: *Hæc est dies quam fecit Deus; exsultemus, et lætemur in ea*[91]; nempe diem vocans evangelicam gratiam, in qua vult, ut juxta quod monet Apostolus: *Sicut in die* (scientiæ ac veritatis) *honeste ambulemus*[92]. Est enim Christus lucis sempiternæ dies, in quo operæ pretium, ut ejus omnes fideles virtutum honestate et cultu rite vitam instituant. Illic namque solus a Deo (carnis scilicet ratione)

Οὐκοῦν τὸ κράτος τῆς ἁμαρτίας, ἤγουν τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς, ἡ χάρις ἀφανίζειν πέφυκε τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, καὶ ἡ κατ' ἐνέργειαν ὑπακοὴ τῶν θείων ἐντολῶν, ἀποκτένειν τῇ μαχαίρᾳ τοῦ πνεύματος (ἤγουν τῷ ῥήματι τῆς θείας ἐν πνεύματι γνώσεως)· βοῶσα μυστικῶς πρὸς τὸ πάθος τῆς ἁμαρτίας, ὡς ὁ μέγας πρὸς τὸν Ἀγὰγ Σαμουήλ· *Καθὼς ἠτέκνωσε γυναῖκας ἡ μάχαιρά σου, ἀτεκνωθήσεται σήμερον ἐκ γυναικῶν ἡ μήτηρ σου.* Πολλὰς γὰρ τὸ πάθος τῆς γαστριμαργίας, ὡς ἐν μαχαίρᾳ, τῷ λείῳ τῆς ἡδονῆς λογισμῷ ἠτέκνωσεν ἀρετάς. Τῆς μὲν γὰρ σωφροσύνης διὰ τῆς ἀκρασίας ἀποκτένει τὰ σπέρματα· τῆς δικαιοσύνης δὲ διὰ τῆς πλεονεξίας διαφθείρει τὴν ἰσονομίαν· τῆς φιλανθρωπίας δὲ διὰ τῆς φιλαυτίας τὴν ἐκ φύσεως διατέμνει συνέχειαν· καὶ συντόμως εἰπεῖν (38), πάντων τῶν κατ' ἀρετὴν γεννημάτων ἀναιρετικόν ἐστι τῆς γαστριμαργίας τὸ πάθος. Τοῦτο δὲ μόνη, καθὼς ἔφην, ἀναιρεῖ τὸ πάθος, ἥ τε τοῦ βαπτίσματος χάρις, καὶ ἡ καθ' ὑπακοὴν Θεοῦ τῶν ἐντολῶν ἀγωγή. Τὸν οὖν τούτου τοῦ πάθους περιποιητικὸν ἐν γράμματι νόμον μεταμελεῖται χρίσας εἰς βασιλέα τοῦ Ἰσραὴλ ὁ Θεὸς, καὶ μεταφέρει τὸ κράτος τῆς βασιλείας, καὶ δίδωσι τῷ Δαβὶδ (τῷ εὐαγγελικῷ δηλαδὴ καὶ πνευματικῷ νόμῳ), τουτέστι, τῷ υἱῷ Ἰεσσαί. Ἑρμηνεύεται δὲ Ἰεσσαὶ, *Θεοῦ ποίησις* (*e*). Οὐκοῦν τὸ ἅγιον Εὐαγγέλιον, γέννημα τυγχάνει τῆς ποιήσεως, ἤγουν τῆς τοῦ Θεοῦ διὰ σαρκὸς αὐτουργίας, τῆς ἐχούσης εἰς τοὺς ἀπείρους αἰῶνας τὴν βασιλείαν· καθ' ἣν ἔχομεν ἀγαλλίασιν ἀκατάλυτον, καὶ τὴν εὐφροσύνην ὡς ἡμέραν οὖσαν ἀνέσπερον καὶ ἀτελεύτητον. Φησὶ γάρ· *Αὕτη ἡ ἡμέρα ἣν ἐποίησεν ὁ Θεός· ἀγαλλιασώμεθα καὶ εὐφρανθῶμεν ἐν αὐτῇ*· ἡμέραν λέγων, τὴν εὐαγγελικὴν χάριν, ἢ τὸ μυστήριον αὐτοῦ τοῦ ταύτην ποιησαμένου τὴν χάριν, ἐν ᾧ βούλεται πάντας ἡμᾶς, κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον, ὡς ἐν ἡμέρᾳ γνώσεως καὶ ἀληθείας εὐσχημόνως περιπατεῖν. Ἡμέρα γὰρ ἀΐδιον φωτός ἐστιν ὁ Χριστὸς, ἐν ᾧ δεῖ πάντας τοὺς αὐτῷ πεπιστευκότας, διὰ τῆς τῶν ἀρετῶν εὐσχημοσύνης καλῶς πολι-

[90] I Reg. xv, 33. [91] Psal. cxvii, 24. [92] Rom. xiii, 13.

Ea struendarum civitatum ratio finisque est, ut quæ in pretio sunt, ac pluris æstimantur, tuto in eis securoque præsidio serventur. Sensu igitur allegorico, civitas est, quæ ex diversis modis ac virtutibus religiosa exercitatio ac cultus conflatur; cujusmodi est, temperantia a vino, abstinentia ab escis, in longas horas ac tempora protractæ vigiliæ, ejusque similia; quæ sunt velut arces ac præsidia. Igitur si ab horum aliquo nos fugari dæmonum violentia strueque contigerit, qui nimirum eo genere religiosi cultus arrogantiæ fastum inanisque gloriæ fumum admoveant; præstat, ab hac, quæ videtur, exquisitiore disciplina institutioneque recedere, ne in superbiam incidamus, ad aliamque virtutem ea interim labe carentem, fugere, donec B imperturbationis sermo accesserit. Vel etiam aliter, civitates vocat hominum animas. Ad has enim missi a Salvatore discipuli, ab iisque qui se indignos judicarent expulsi, ad aliorum transeunt animas, eorum scilicet doctrinæ suscipiendæ factas capaces illique comparatas. Talesque adeo civitates Israelis non consummarint, vere ad illas venientes, partimque in illis recepti, partimque repulsi ac fugati, donec Filius hominis venerit, cuncta glorioso suo adventu adimplens.

A

Ἀπόκρ.

Αἱ πόλεις ἐπὶ φρουρᾶς καὶ ἀσφαλείας καὶ φυλακῆς τιμίων εἰσί. Πόλις οὖν ἐστι κατὰ τὸν τῆς ἀλληγορίας τρόπον, ἡ ἐκ διαφόρων τρόπων ἐπινοουμένη ἄσκησις· οἷον, ἐγκράτεια οἴνου, βρωμάτων ἀποχή, ἐπιτεταμένη ἀγρυπνία, καὶ τὰ τοιαῦτα, ἅτινά εἰσι φρουρὰ καὶ ἀσφάλεια. Ἐὰν οὖν διώκωσιν ἡμᾶς οἱ δαίμονες, ἀπὸ ἑνὸς τούτων, τύφον ἢ κενοδοξίαν διὰ τοῦ τοιούτου τῆς ἀσκήσεως εἴδους προσάγοντες, κρεῖττόν ἐστιν ὑποχωρεῖν τῆς τοιαύτης δοκούσης εἶναι ἀκριβεστέρας ἀγωγῆς, ἵνα μὴ εἰς ὑπερηφανίαν ἐμπέσωμεν, καὶ φυγεῖν εἰς ἄλλην ἀκενόδοξον ἀρετήν, μέχρις ἂν ὁ τῆς ἀπαθείας ἔλθῃ λόγος. Ἢ καὶ ἄλλως, πόλεις λέγει τὰς ἀνθρωπίνας ψυχάς. Ἐπὶ γὰρ ταύτας οἱ ἀπόστολοι παρὰ τοῦ Σωτῆρος πεμπόμενοι, ἀπὸ μὲν τῶν ἀναξίων ἑαυτοὺς κρινόντων ἀπελαθέντες, εἰς ἑτέρων ψυχὰς μετοικίζονται, δεκτικὰς τῆς αὐτῶν διδασκαλίας γεγενημένας· καὶ τὰς τοιαύτας πόλεις τοῦ Ἰσραὴλ, οὐ μὴ τελέσωσιν ἀληθῶς ἐνδημοῦντες αὐταῖς· καὶ πῇ μὲν εἰσοικιζόμενοι· πῇ δὲ, ἀπ' αὐτῶν διωκόμενοι, ἕως ἂν ἔλθῃ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου κατὰ τὴν ἔνδοξον αὐτοῦ παρουσίαν τὰ πάντα πληρῶν.

321 INTERR. LV.

Quomodo etiam, « Misericordia in pondera [58], » ut auctor est sanctus Isaias? Nec enim est bonum, quod judicii libra careat, quanquam operariis in vineam C conductis ita visum est [59].

ΕΡΩΤ. ΝΕ'.

Πῶς καὶ, « Ἡ ἐλεημοσύνη εἰς σταθμοὺς, κατὰ τὸν ἅγιον Ἡσαΐαν; » Οὐδὲ γάρ τι ἀγαθὸν ἄκριτον, εἰ κἂν ἐν τοῖς τῷ ἀμπελῶνι ἔδοξεν.

Resp.

Si Dei ipsa misericordia appenditur, utique etiam merito circumscribitur? Potius itaque sic existimandum : nimirum, sicut videndi, audiendi, olfaciendi facultate præditi sumus, nec tamen quidquid aeris est, aut lucis, aut vocis recipimus; alioqui quod alii perciperent, restaret nihil; sed pro rata quisque, qua præditus est, facultate, sic demum percipit. Sic quoque Dei misericordia, pro cujusque subjectorum affectus ratione et qualitate, cum remissionem tum gratiam tribuit. Ut sub exemplo loquar, qui functus perfecte pœnitentia est, is et remissionem perfecte consecutus est; ac similiter etiam de eo qui diligit. D

Ἀπόκρ.

Ἐὰν σταθμίζεται ἡ ἐλεημοσύνη τοῦ Θεοῦ, καὶ περιγράφεται (*j*), εἰκότως. Μᾶλλον οὖν τοῦτο χρὴ ὑπολαμβάνειν, ὅτι ὥσπερ ἔχομεν δύναμιν ὀπτικὴν καὶ ἀκουστικὴν καὶ ἀναπνευστικὴν, οὐχ ὅλον εἰσδεχομένας τὸν ἀέρα, ἢ τὸ φῶς, ἢ τὴν φωνὴν, ἐπεὶ οὐκ ἂν ἄλλῳ ὑπελείφθη ἡ ἐκ τούτων μετοχὴ, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἀναλόγως προσοῦσαν δύναμιν ἑκάστῳ μετέχει· οὕτω καὶ ἡ τοῦ Θεοῦ ἐλεημοσύνη κατὰ τὴν ἑκάστου τῶν ὑποκειμένων διαθέσεων ποιότητα, καὶ τὴν ἄφεσιν καὶ τὴν χάριν δίδωσιν. Οἷον, τελείως τις μετενόησε· τελείως καὶ ἀφίεται· ὡσαύτως καὶ ἐπὶ τοῦ ἀγαπῶντος.

INTERR. LVI.

Quid sibi vult quod in Esdra dicitur : « Terre eos in lege Domini [60] ? »

ΕΡΩΤ. ΝϚ'.

Τί ἐστι τὸ ἐν τῷ Ἔσδρᾳ λεγόμενον, « Φοβέρισον αὐτοὺς ἐν νόμῳ Κυρίου; »

Resp.

Illud *terre* dictum est, pro eo ac dicat : Terroribus in stuporem adducito, eosque percelle, non bona promittendo, sed comminando tremenda. Id enim servile exque Judæorum indole.

Ἀπόκρ.

Τὸ φοβέρισον εἴρηται, ἀντὶ τοῦ, Κατάπληξον αὐτούς· οὐκ ἐκ τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν, ἀλλ' ἐκ τῶν ἠπειλημένων φοβερῶν. Δουλικὸν γὰρ τοῦτο, καὶ Ἰουδαίοις ἁρμόδιον.

[58] Isa. xxviii, 17. [59] Matth. xx, 11. [60] I Esdr. vii, 14.

(*j*) *Καὶ περιγράφεται.* Quasi *certis terminis finitur;* quod quasi inconveniens habere videtur Maximus; forte ob loca Scripturæ, quibus ejus quædam immensitas, omnem numerum vincens, describitur. Exponit itaque circumscribi Dei misericordiam, penes eorum capacitatem, qui illius effectus suscipiunt; pro quorum ratione sunt illa ejus pondera, quod Dei dona non ἄκριτα sint; quæ scilicet ipse a se temere nullaque justa ratione mortalibus conferat, non pro cujusque (præeunte gratia) operis merito ac cooperatione.

Digitized by Google

ΕΡΩΤ. ΝΖ'.

Τί ἐστιν, « Ὅπλον ἐν φόβοις νυκτερινοῖς (k), ἀνάπαυσις κόπων ἡμερινῶν ; »

Ἀπόκρ.

Νύκτα ἐκάλεσε τὰς τοῦ ἐχθροῦ κεκρυμμένας δολερὰς προσβολάς· ἡμέρας δὲ, τοὺς ὁμολογουμένους καὶ ἐν φανερῷ πειρασμούς. Ὁ οὖν τὴν ἕξιν τῆς θείας γνώσεως εἰληφὼς, καὶ μηδὲν ἀγνοῶν τῶν τοῦ ἐχθροῦ νοημάτων, οὐ φοβεῖταί τι τῶν κεκρυμμένων τῶν τοῦ ἐχθροῦ προσβολῶν. Φόβος γὰρ οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ἢ προσδοκώμενον κακόν. Ἀλλὰ μὴν καὶ ἀνάπαυσιν ἡγεῖται, τοὺς ὑπὲρ τῶν ὡμολογημένων πειρασμῶν πόνους, διὰ τὴν ἐγγινομένην ἐκ συμπλοκῆς πρὸς αὐτοὺς δοκιμασίαν, καὶ τὴν ἐλπιζομένην ἐκ ταύτης μακαρίαν ἐκδοχὴν τοῦ στεφάνου τῆς ἀφθαρσίας.

ΕΡΩΤ. ΝΗ'.

Τί ἐστι τὸ ἐν τῷ ἑβδομηκοστῷ πέμπτῳ ψαλμῷ εἰρημένον, ὅτι « Ἐνθύμιον ἀνθρώπου ἐξομολογήσεταί σοι, καὶ ἐγκατάλειμμα ἐνθυμίου ἑορτάσει σοι ; »

Ἀπόκρ.

Ἡ μὲν ἑορτὴ, εὐφραινομένων ἐστίν· ἡ δὲ ἐξομολόγησις, ἐταζομένων. Καὶ τὸ μέν ἐστι λύπης· τὸ δὲ, χαρᾶς. Τοῦτο οὖν λέγει, ὅτι ἐν τῇ κρίσει ἀντισηκούμενον τὸ παροδικὸν (l) καὶ ἀτελὲς τοῦ ἀγαθοῦ ἐνθυ-

A

INTERR. LVII.

Quid sibi vult : « Arma in terroribus nocturnis, laborum requies, qui interdiu invadant ? »

Resp.

Noctem appellavit occultas dolo inimici suggestiones ac aggressiones : dies vero, exploratas et in aperto tentationes. Is itaque, qui divinæ scientiæ nactus habitum, nihil inimici consiliorum ac cogitationum ignorat [61], ejus occultas suggestiones aggressionesque nequidquam timet. Nam timor, nihil aliud est, quam malum exspectatum. Quin et requiem refectionemque existimat quos pro exploratis tentationibus **322** labores desudat, qua nimirum ex congressione adversus illas, claritate fulget, ac quod inde beatæ incorruptionis coronam

B

spe indubia exspectet.

INTERR. LVIII.

Quid sibi vult, quod in psalmo septuagesimo quinto dictum est : « Cogitatio hominis confitebitur tibi, et reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi [62] ? »

Resp.

Festa dies, lætantium est; confessio vero, eorum qui in judicio examini subduntur. Ac quidem, alterum doloris, alterum gaudii est. Hoc igitur sibi vult, quod ita scriptum est; nempe appensa in ju-

[61] II Cor. II, 11. [62] Psal. LXXV, 11.

(k) *Ὅπλον ἐν φόβοις νυκτερινοῖς.* Locus procul dubio Proverbiorum, secundum aliam lectionem, qui tamen non occurrit ; cui pene geminum illud, Cant. III, 8, de lectulo Salomonis, ambiente armato fortissimo milite, gladiis accincto, ἀπὸ θάμβους ἐν νυξί · *a pavore in noctibus;* et ut Sym. διὰ φόβους νυκτερινούς, *propter timores nocturnos;* quomodo Vulg. habet, meminitque Theodoret. Pauperi mitique ipsa paupertas morumque lenitas armis omnibus potentior ad eos depellendos timores, et ut placide a diurnis quiescat laboribus prorsusque reficistur.

(l) *Ἀντισηκούμενόν τι παροδικόν.* Altam Maximi sententiam ut elicerem, necesse habui, ut quod Antiquarius erroro asperserat, emendarem : ἀντὶ τοῦ, παράδικον, τὸ, παροδικόν · ἀντὶ τοῦ, πονηρῷ, τὸ, μονίμῳ. Liquet enim bonas cogitationes alias aliis conferri; quarum aliæ judicii confessionem ex examine habeant, aliæ plena bonitate et explorata, laudis confessionem ac jucunditatem. Accepit ergo Maximus τὸ ἐγκατάλειμμα ἐνθυμίου, pro cogitatione tenacius animo hærente, neque illo relicta ac quasi habitu perseverante, per cujus oppositionem dictum sit τὸ ἐνθύμιον, *cogitatio* quomodocunque, ipsa volatica et fugax, in qua ipsa reus sit animus, quod non coluerit, sed velut semen in via, sibi facile abripi seu avolare passus sit. Maximi expositioni valde affinis Athanasii : Ἐγκατάλειμμα ἐνθυμίου, ὁ κεκαθαρευμένος ἐστὶ λογισμὸς κατ' ἐκλογὴν χάριτος · *Reliquiæ cogitationis, emundata cogitatio sunt, secundum gratiæ delectum;* quam sic mundam in judicio inventam, mox participem futuram ait divinæ festivitatis seu jucunditatis. Euseb. quoque, Τὸ δὲ ἐνθυμίου καθαρὸν, ἁμαρτίας ὂν ἐγκατάλειμμα, ἑορτάζει · *Pura cogitatio, quam deficiat peccatum, hæc festum aget,* seu jucundabitur. Sic enim vult Euseb. non quod absone edidit, reddiditque Cord. *Cogitationis autem a peccato puritas, cum de reliquiis sit, festum agit.* Sequiturque idem Euseb. ἢ καὶ τὸ ἀπηλεῖφθαι τὸ περὶ τούτου ἀμφίβολον, ἀναδειχθείσης ἐν αὐτῷ καθαρότητος, ἐφ' ᾗ ὁ ἅγιος ἑορτάζει · *Vel quod jam nulla relicta de ipsa ambiguitas sit, declarata, qua nitet, munditia, ob quam sanctus festum agit gaudioque exsultat.* Est ergo utrique interpr. ἐγκατάλειμμα τοῦ ἐνθυμίου, relictæ a judicio probatæ, electæ, mundæ cogitationes, nihil jam incerti habentes, eoque animi gaudium festumque impedientes; Maximo autem, eædem animo firmiter manentes atque perfectæ ; quod totum parturiit vox illa τῶν LXX, ἐγκατάλειμμα, aliaque plura in paraphrasi, quæ nolim referre. Hebræa longe videntur distare : habent enim שארית חבות תחגר, redduntque *Residuum irarum accinges :* seu etiam *cinges ac ligabis,* quod est, impedies, ut exponit Rab. D. in libro Radicum : a quo longe abest Paraph. Chald. *At in reliquos populos arma furoris apparabis :* vel ut alius, *Residuum furoris, quod remansit tibi ab ira, qua iratus fuisti, præparabis ad dispergendas gentes.* Hier. : *Reliquiis iræ accingeris.* Habuerunt οἱ LXX cum ב loco ר ex qua litteræ permutatione tanta hæc diversitas orta est : nec forte τὸ ἐνθυμίου, aliter acceperint, quam ἀπὸ τοῦ, θυμὸς, quod est *ira, furor, excandescentia ;* iræ fervor et calor, ut sonant Hebraica. Erant certe viri Hebraica, quam Græca doctiores ; suntque non raro alias secuti vocum significationes, quam quæ apud probatos auctores nobis relictos habentur. Cum ergo θυμὸς et pro animo et pro ira accipiatur, potuerunt illi ad alteram significationem respicere, in illa voce ἐνθύμιον. Sic Arist. VII *Polit.* c. 7, τὸ, ἔνθυμος exponit θυμοειδής, qua voce Græci *iram* ipsamque *irascendi vim,* passim vocitant; vixque animosum magnosque spiritus habentem intelligas, quin illi irarum vis comes sit, quæ ipsa illos animos fulciat. Residuum cogitationis seu iræ, ipsaque cogitatio aut ira, planiori sensu, unum idemque sunt, sed illud cum particula diminuente, uti in

Digitized by Google

dicio velut e libra, viatica ac imperfecta boni cogitatione, cum ea quæ manens ac perfecta est, hujus partes potiores esse; quippe cum altera vexetur examine, altera diei festi atque gaudii exsistat causa.

μήματος, τῷ μονίμῳ καὶ ἀπηρτισμένῳ ἐνθυμήματι, τὸ πλέον ἔχει· τὸ μὲν γὰρ, ἐξετάζεται· τὸ δὲ, ἑορτῆς καὶ χαρᾶς γίνεται πρόξενον.

INTERR. LIX.

Quæ sit vera ratio nominis γαστριμαργία ?

Resp.

Nemo est nec grammaticorum neque oratorum, qui meminerit : Aristoteles tamen, in illo opere quod scripsit De animalibus, cujusdam animalis meminit, quem vocant *margum*, nasciturque ex putredine, media intercapedine inter terram et aquam. Ex quo autem natum est, non cessat terram exedere, donec illa pertusa, ad superficiem evaserit. In quam ejectum, triduo moritur; exactisque tribus diebus, aspergente nube aquosa, ac ipsum compluente, vitam resumit, nec ea voracitate continuum exsistit. Eaque puto inductos ratione veteres philosophos, eos qui gulæ dediti sint, Gastrimargos vocasse. Potest vero quis pie considerare, qui ea quæ dicta sunt, spiritali contemplatione noverit interpretari. Quidquid vitiorum est affectuum, ex putredine nasci proclive est; natumque, auctorem animum vorandi nullum finem facit, donec per scientiæ habitum, in apertum productum exstiterit. Sic autem in apertum productum, tribus animi facultatibus moritur. Inque hunc modum divini Spiritus gratia, velut per nubem, per doctrinam sui copiam **323** faciens, scientiæ stillasprædet, ac vitam tribuit; non pro prioris illius de libidinosæ vitæ ratione, sed virtutibus fultam Deoque propriam.

ΕΡΩΤ. ΝΘ'.

Τί ἐτυμολογεῖται γαστριμαργία;

Ἀπόκρ.

Οὐδεὶς οὔτε γραμματικῶν οὔτε ῥητόρων ἐμνημόνευσεν. Ἀριστοτέλης δὲ ἐν τῷ Περὶ ζώων μέμνηται ζώου, μαργοῦ λεγομένου (*m*), ὅπερ γεννᾶται ἀπὸ σήψεως, μεταξὺ τῆς γῆς καὶ τοῦ ὕδατος. Καὶ ἀφ' οὗ γεννηθῇ, ὡ παύεται γῆφαγοῦν, ἕως ἐκτρυπῆσαν τὴν γῆν, εἰς τὴν ἐπιφάνειαν ἔλθῃ· καὶ ἐλθὸν, θνήσκει τρεῖς ἡμέρας· καὶ μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἔρχεται νέφος βροχῆς, καὶ βρέχει ἐπάνω αὐτοῦ, καὶ ἀναζῇ μηκέτι ἀειφάγον ὄν. Καὶ ἐκ τούτου οἶμαι τοὺς ἀρχαίους φιλοσόφους ὁρμηθέντας, τοὺς πολυφάγους γαστριμάργους ἀποκαλέσαι. Δύναται δέ τις εὐσεβῶς τοῖς οὖσιν ἐπιβάλλειν εἰδὼς, καὶ κατὰ πνευματικὴν θεωρίαν ἐκλαβεῖν τὰ εἰρημένα. Πᾶν γὰρ πάθος ἀπὸ σήψεως γεννᾶσθαι πέφυκε· καὶ ἐπειδὰν γεννηθῇ, οὐ παύεται ἐσθίον τὴν ὑποστήσασαν αὐτὸ καρδίαν, ἕως ἂν διὰ τῆς γνωστικῆς ἕξεως εἰς φανέρωσιν ἔλθῃ. Καὶ ἐλθὸν θνήσκει ταῖς τρισὶ δυνάμεσι τῆς ψυχῆς. Καὶ οὕτως ἡ χάρις τοῦ Πνεύματος, ὡς διὰ νέφους τῆς διδασκαλίας ἐπιφανεῖσα, σταλαγμοὺς δίδωσι γνώσεως, καὶ ζωοποιεῖ· οὐ κατὰ τὴν προτέραν ἐμπαθῆ ζωήν· ἀλλὰ κατὰ τὴν ἀνάρετον καὶ Θεῷ οἰκείαν.

INTERR. LX.

Quid sibi vult parabola operariorum in vineæ culturam in Evangelio conductorum [63]; *quæve inæqualitas?*

Resp.

Dei judicium non pro temporis corporisque ratione geritur; quod et anima temporis expers sit et incorporea; quatenus scilicet non ex temporis rationibus augmentum facit finemque capit; sed sine tempore affectus motusque suos agit. Præstat ea quæ dicimus exemplo illustrare. Contingit sæpius quempiam, annos septuaginta monachum egisse; alium dies non plures uno idem institutum consectatum esse. Quia vero in eo positus finis instituti est, ut ejus cultor, a terrenorum affectu ac

ΕΡΩΤ. Ξ'.

Τίς ἡ παραβολὴ τῶν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ μισθωθέντων ἐργατῶν εἰς τὸν ἀμπελῶνα; καὶ τίς ἡ ἀνισότης;

Ἀπόκρ.

Ἡ τοῦ Θεοῦ κρίσις, οὐ κατὰ χρόνον καὶ σῶμα γίνεται, διότι καὶ ἡ ψυχὴ ἄχρονος καὶ ἀσώματος οὖσα, διὰ τὸ μὴ κατὰ χρόνον τὴν αὔξησιν καὶ τὸ πέρας δέχεσθαι, ἀχρόνως δὲ τὰς κινήσεις τῆς διαθέσεως ποιεῖσθαι. Καλὸν δὲ ἐν ὑποδείγματι διασαφῆσαι τὰ λεγόμενα. Πολλάκις ἔστι τις ἑβδομήκοντα χρόνους ἔχων ἐν τῷ μονήρει βίῳ· ἄλλος δὲ, μίαν ἡμέραν. Ἐπειδὴ δὲ ὁ τοῦ ἐπαγγέλματος σκοπός ἐστιν, ἵνα τῆς πρὸς τὰ ὑλικὰ προσπαθείας καὶ σχέσεως ἀναπάσας τὴν ψυχὴν, ὅλην μετενέγκῃ πρὸς τὸν Θεόν· ὁ οὖν

[63] Matth. xx, 1.

Catena aliqui Patres exponunt, et Suid. μόριόν τι. Verum hæc justo plura; quod non hic loci Davidicos Psalmos, sed præcipue Maximi mentem exponimus.

(*m*) *Μαργοῦ λεγομένου*. Perinde Etymolog. iisdem pene verbis, vel ipse a Maximo mutuatus, vel ambo ab aliquo superiore, qui et fucum fecerit. Res certe extra omnem fidem, ac cujus Aristoteles, perinde ac alii, nihil meminerit: cum alioqui clara sit vocis etymologia, nihilque doctos utravis pars ejus compositionis lateat, τὸ, γαστὴρ, et τὸ, μάργος. Suid. Μάργης καὶ μάργος, μαινόμενος· καὶ ὑπερμαργότερος, ὁ ὑπερμαινόμενος· καὶ γαστρίμαργος, ὁ περὶ τὴν γαστέρα μεμηνώς. Port. *Qui circum ventrem insanit. Insane ventris replendi cupiditati dedimus.* Num et Aristoteli obrepserit, ut ista fabulosa de animalculo hoc scripserit, vel alii confixerint illique ascripserint quæ ita forsitan simplicitate et mendacio, uti de Phœnice ave ostendunt eruditi, ipseque Maximus Epist. ad Petrum illustrem, ubi serio magis dogmata tradit, credita sint, alii viderint. Mihi non displicet sic opinari; eoque vulgi arrepto commento, in eo Maximum non spernendam tropologiam instituisse.

Digitized by Google

ἑβδομήκοντα ἔτη ἔχων, οὐδ' ὅλως περὶ τῆς τοιαύτης ἀπαθείας μεριμνήσας ἐτελεύτησεν· ὁ δὲ μίαν ἡμέραν ἔχων, πᾶσαν αὐτοῦ τὴν πρὸς τὰ ὑλικὰ ἐμπαθῆ διάνοιαν ἀναστάσας, ὅλην τε τῷ Θεῷ ἐγκολπώσας ἐτελειώθη. Ἐν τῇ οὖν γινομένῃ ἐν τῇ κρίσει διανομῇ, ὁ μὲν ἀξίως τὸν μισθὸν λαμβάνει, ὡς εἰς πέρας τὸν σκοπὸν τοῦ ἐπαγγέλματος ἀγαγών· ὁ δὲ κατὰ χάριν, καὶ μόνον ὑπὲρ οὗ τὸν τῆς ἀσκήσεως ὑπέμεινε κόπον.

A libidine avocatum omnem animum, in Deum transferat; isque adeo, qui annos septuaginta habet, diem obiit, cum eam nancisci tranquillitatem nihil anxie curaverit; is vero, qui unum habet diem, omnem animi cogitatum a terrena abstrahens libidine, inque Deo collocans, ita demum consummatus sit: fit plane ut in judicio, futura præmiorum distributione, hic quidem digne mercedem accipiat (tanquam scilicet qui ad destinatum instituti finem rite provectus sit), ille vero secundum indulgentiam, ac eo duntaxat nomine, quod exercitationis laborem sanctioris instituti palæstra sustinuerit.

ΕΡΩΤ. ΞΑ'.

Τίνος χάριν μετὰ δέκα ἡμέρας τῆς ἀναλήψεως τοῦ Κυρίου, τὸ Πνεῦμα κατῆλθεν.

Ἀπόκρ.

Φασί τινες τῶν τὰ θεῖα πεπαιδευμένων, ὅτι ἐπειδὴ ἐννέα τάξεις κατὰ τὸν Διονύσιον τὸν Ἀρεοπαγίτην αἱ ἀγγελικαὶ δυνάμεις εἰσὶν, ἀνιὼν κατὰ τὸ ἀνθρώπινον ὁ Κύριος (κατὰ γὰρ τὸ θεῖον πάντα πληροῖ), ἑκάστῳ τάγματι μίαν ἡμέραν ἀπένειμεν, ἀπὸ τῆς ἐσχάτης ἕως τῆς τελευταίας. Ἐδέοντο γὰρ καὶ αὗται τῆς τοῦ Κυρίου πρὸς αὐτὰς ἐπιδημίας. *Ἐν αὐτῷ* γὰρ, κατὰ τὸν Ἀπόστολον, *ἀνακεφαλαιώθη, οὐ μόνον τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐν οὐρανῷ*· καὶ μετὰ τοῦτο ἐνεφανίσθη τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ· καὶ οὕτως τὸ Πνεῦμα κάτεισι. Ἔστι δὲ θεωρῆσαι τὸ προκείμενον καὶ κατ' ἄλλον θεωρίας τρόπον. Ἐπειδὴ γὰρ ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ἐν ταῖς αὐτοῦ δέκα ἐντολαῖς ἐγκέκρυπται· σωματοῦται δὲ ἐν ἡμῖν, συγκαταβαίνων ἡμῖν διὰ τῆς πράξεως· αὖθίς τε ἀνάγει ἡμᾶς διὰ τῆς γνώσεως, ὑψῶν ἡμᾶς μέχρις ἀνέλθωμεν εἰς τὴν πάντων ὑψηλοτέραν τῶν ἐντολῶν, τὴν λέγουσαν, *Κύριος ὁ Θεός σου, Κύριος εἷς ἐστιν*· ὅτε γοῦν ἐκ πάντων ἀφεθεὶς, μᾶλλον δὲ, πάντα ἀφεὶς ὁ ἡμέτερος νοῦς, εἰς αὐτὸν τὸν Θεὸν καταλήξῃ, τότε τὰς πυρίνας γλώσσας δέχεται, Θεὸς κατὰ χάριν γινόμενος.

INTERR. LXI.

Quid causæ est cur post decem dies a recepto in cœlos Domino, Spiritus venerit?

Resp.

Aiunt quidam divinorum scientia eruditi viri, quod, cum auctore Dionysio Areopagita, angelicæ potestates in novem distributæ sint ordines, ascendens Dominus secundum humanam naturam (divina enim implebat omnia) cuique ordini ab extremo ad supremum diem unum impenderit. Nam et angeli Domini ad ipsos adventu indigebant. Ut enim sentit **324** Apostolus : *Instaurata in eo sunt omnia, non ea solum quæ sunt super terram, sed et quæ sunt in cœlo* [64] ; tumque Deo ac Patri apparuerit, atque in hunc modum Spiritus venerit. Potest vero etiam alio spiritali sensu considerari, quod hic argumenti vexamus. Quod enim Dei Sermo in decem suis mandatis occultus, in nostrum se modum ac nobis inclinans actionis cultu corporatur; rursusque nos sublimes tollens, per scientiam provehit, donec ad mandatum universis sublimius : *Dominus Deus tuus, Dominus unus est* [65], ascendamus : cum itaque mens nostra cunctis soluta, seu potius omnibus dimissis, ipsum postremo Deum nacta fuerit, tunc linguas igneas, per gratiam deus effecta, recipit.

ΕΡΩΤ. ΞΒ'.

Τί δηλοῖ, « Σπάνιον εἰσάγαγε τὸν πόδα πρὸς τὸν σεαυτοῦ φίλον, μήποτε πλησθείς σου μισήσῃ σε; »

Ἀπόκρ.

Φίλον ἐνταῦθα τὸ σῶμα ἡμῶν λέγει, διὰ τὴν πρὸς αὐτὸ φυσικὴν ἕνωσίν τε καὶ στοργήν. Παραινεῖ οὖν ὁ Λόγος, τὴν περὶ τὸ σῶμα πρόνοιαν μὴ πεφορτισμένην ποιεῖσθαι, ἀλλὰ μόνῳ τῷ τῆς ψυχῆς ἴχνει τὴν αὐτοῦ πρόνοιαν ποιεῖσθαι· καὶ τοῦτο δὲ σπανίως, μήποτε τὴν ἀνάπαυσιν αὐτοῦ περὶ πολλοῦ ποιουμένου σου, τὰ τῶν ἐχθρῶν καὶ μισούντων ἐν σοὶ ἐνδείξηται.

INTERR. LXII.

Quid sibi vult : « Rarum infer pedem tuum ad amicum tuum, ne forte te satiatus, oderit te [66] ? »

Resp.

Amicum hic loci, corpus nostrum dicit, ob naturalem cum eo unionem amorisque necessitudinem. Monet igitur Scriptura, ne morosius corporis curæ impendaris, sed animi solum vestigio illi studeas; sed et hoc ipsum raro, ne forte dum ejus pluris refectionem ac quietem facis, diligentius curans, quæ sint hostium atque odientium in te illud exhibeat.

ΕΡΩΤ. ΞΓ'.

Τί σημαίνει ἡ κατὰ τὸν νόμον περὶ ἀγνοίας τοῦ φόνου νευροκοπουμένη (π) ἐν τῇ φάραγγι δάμαλις;

Ἀπόκρ.

Σημαίνει διὰ τούτων τὸ πνευματικὸν βούλημα τῆς

INTERR. LXIII.

Quid sibi vult legalis vitula pro homicidio per ignorantiam commisso in valle subnervata [67] ?

Resp.

Horum symbolo id videlicet significat spiritalis

[64] Ephes. I, 10. [65] Deut. VI, 4. [66] Prov. XXV, 17. [67] Deut. XXI, 4-6.

(π) *Νευροκοπουμένη*. Sic certe LXX. Deut. XXI : Καὶ νευροκοπήσουσι τὴν δάμαλιν ἐν τῇ φάραγγι, et

Scripturæ sensus, timendum nobis esse, nedum ob manifesta delicta, velut pro quibus simus daturi pœnas; verum etiam ob ea, quæ per ignorantiam committimus : tradendo semper carnem nostram ut subnervetur in valle continentiæ, ejusque quæ ad pietatem est, exercitationis. Idcirco autem vitulam vivam relinquebant, ut et nos non occidendam carnem discamus, sed ut insurgentes voluptates seu libidines subnervemus ac subigamus.

Γραφῆς, ὅτι οὐ μόνον περὶ τῶν προδήλων ἁμαρτημάτων χρὴ δεδοικέναι, ὡς μέλλοντας ὑπὲρ αὐτῶν δώσειν δίκην, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τῶν ἀγνώστως ἡμῖν πραττομένων, δεδδικότας ἀεὶ τὴν δάμαλιν, τουτέστι, τὴν σάρκα ἡμῶν νευροκοπεῖν ἐν τῇ φάραγγι τῆς ἐγκρατείας καὶ τῆς ἀσκήσεως. Διὰ τοῦτο δὲ τὴν δάμαλιν ζῶσαν κατελίμπανον, ἵνα καὶ ἡμεῖς μάθωμεν, μὴ τὸ σῶμα ἀποκτένειν, ἀλλὰ τὰς ἐπανισταμένας ἡδονὰς νευροκοπεῖν καὶ δαμάζειν.

325 INTERR. LXIV.

Quid significat paralyticus per tectum a quatuor

ΕΡΩΤ. ΞΔ'

Τί σημαίνει ὁ παραλυτικὸς διὰ τῆς στέγης

6, καὶ νίψονται τὰς χεῖρας ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τῆς δαμάλεως τῆς νευροκοπημένης. Quo utroque loco Sixt. interpres, *Et cædent cervicem vitulæ in valle, et lavabunt manus super caput vitulæ excervicatæ :* quod non putem ex fide interpretis; alioqui proferendus auctor, aut probatus grammaticus, cui τὸ, νευροκοπεῖν, sit ipsum τενοκοπεῖν · non *suffragines nervosque succidere*, relicto vivo jumento, cui sic illa succiderentur, sed quasi inutili; quod præsertim in equis sæpius factitatum (Dei etiam quandoque jussu) habet Scriptura, sed *cervicem cedere, decollare*, et, ut nostri Pagn. et Malven., *decervicare*. Sic quidem Hebr. et qui ex illis reddunt, nec non Vulg. *cædent in ea cervices vitulæ :* verum aliud est Hebræa, ut nunc habent, ac communiter reddi solent, interpretando reddere ; aliud τὰ τῶν LXX Seniorum Latine repræsentare. Legerintne sapientissimi viri, quod nunc est in Hebr. עֹרְפָּה, quod sic reliqui interpretantur, *caput demere, cervicem incidere;* Arab. *mactare seu jugulare;* Syriac. *decollare ;* Samarit. *decervicare ;* Pagn. et Malv. in eo tamen intellexerint aliud significari, habuerintque ex traditione apud eos vigente ; nempe non justum hoc sacrificium, et quo vere vitula immolaretur, quasi expiando homicidio sic occulto, sed quamdam quasi mali averruncationem, debilitata solummodo vitula, longeque amandata in regionem desertam, quo se immunes ab homicidii scelere vicini incolæ profiterentur; vel aliam huic affinem vocem habuerint, ipsam nimirum, quæ sic ab iisdem redditur Jos. II, 6, Τοὺς ἵππους αὐτῶ νευροκοπήσεις · עקר, perindeque II Reg. VIII, 4; et I Paral. XVIII, 4, quibus duobus locis οἱ LXX sensum, non verba reddiderunt, Παρέλυσε τὰ ἅρματα · *Dissolvit currus ;* nempe quod *subnernavit omnes eorum equos et subjugales*, uti Vulg. expressit; alii viderint. Unum mihi certum, sic eos sensisse, hunc que verum ejus loci sensum opinatos esse; nempe, sicut caper seu hircus, ipse devotus, in solitudinem unus emittebatur, altero immolato Domino : sic in desertum (terram scilicet incultam, qualis ibi describitur) emissam et vitulam seu vaccam, ubi quædam in ea quasi immolatio in subnervatione seu debilitatione præcesserat, mannumque lotio super caput ejus, sic subnervatæ, seu aliæ devotiones, quibus ipsa in se scelus recepisse, longeque asportare significabatur, expressione scilicet Domini Jesu figura; qui sic vulneratus, propter scelera nostra, illisque in se receptis, in æternum vivit in regione deserta ; gentium scilicet Ecclesia, quæ deserta erat, et non pariebat, nunc que plures filios habet, quam quæ virum habeat (Judæa scilicet) uti habet Isaias. Sic alte contemplatus in *Glaphyr.* Cyril. qui et Maximo præiverit. Sic itaque ille (ut ex multis pauca ejus referam): Ὅρα τὴν δάμαλιν, εἰς τραχεῖαν καὶ ἀνήροτον ἀποφερομένην φάραγγα. Μετὰ γάρ τοι τὸν τίμιον σταυρὸν, ὅτε τραυματίας ἠὗρηται Χριστὸς, τῆς Ἰουδαίων ἀποπεφοίτηκε γῆς · μεταπεφοίτηκε δὲ λοιπὸν ἐπὶ τὴν τῶν ἐθνῶν χώραν, ἥτις οὐκ εἴργασται, οὐδὲ σπείρεται · *Vide vitulam in vallem asperam et incultam deductam. Nam post venerandam crucem, quando vulneratus inventus est Christus, discessit a terra Judæorum, migravitque in regionem gentium, quæ nunquam culta fuerat, neque sementem acceperat.* Postque alia : Ἐκεῖ διὰ τῶν θείων ἱερουργῶν νευροκοπεῖσθαι δεῖν ἔφη τὴν δάμαλιν. Τελεῖται γὰρ παρ' ἡμῖν τοῖς ἐξ ἐθνῶν τὸ Χριστοῦ μυστήριον· καὶ ὁμολογοῦντες αὐτοῦ τὸ πάθος καὶ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀναβίωσιν, ταῖς μυστικαῖς πρόσεσμεν εὐλογίαις. Τοῦτο γὰρ, οἶμαι, ἐστὶ τὸ νευροκοπεῖσθαι τὴν δάμαλιν. Καταγγέλοντες γὰρ τὸν θάνατον αὐτοῦ, καὶ ὡσαύτως καὶ τὴν ἀνάστασιν, τὸ σεπτὸν τελοῦμεν μυστήριον. Nempe a crucis immolatione, ad symbolicam in Eucharistia, ipsam immolationem, sic tamen ut semper in ea, viva hostia sit, ejus mysterii devotissimus cultor Cyrillus, transiens : *Ibi vitulæ nervi concidendi, per divinos sacerdotes. Christi enim mysterium apud nos, qui ex gentibus sumus, peragitur; ejusque passionem, ac ex mortuis resurrectionem annuntiantes, ad mysticas eulogias accedimus. Id enim puto est, quod vitulæ nervi concidantur : quod scilicet, annuntiantes mortem ipsius, atque item resurrectionem, venerandum mysterium peragimus.* Etiam hostium tum primum Deus subnervandos jussit, cum eorum atque curruum magno apparatu in Hebræos pugnarunt ; quo docerentur, non in eis, sed in Deo adjutore, qui horum victores reddidisset, ponendam esse fiduciam. Sic Rab. Chim. Jos. II. De bobus eorumque subnervatione, etsi non ita familiare ac de equis in Scriptura, exstat tamen illustre exemplum Genes. XLIX, 6, in benedictione Simeonis et Levi. עקרו שור *Subnervaverunt bovem*, Seniores οἱ LXX, Ἐνευροκόπησαν ταῦρον, quod vox illa perinde ac murum significat, cum alia aliaque motione, quæ tunc nulla scriptæ legebantur, sed corde tenebantur : eodem modo Samarit. alii et Vulg. *murum*; quod non ita cohærere videtur : *In furore suo occiderunt virum, et in animositate sua, suffoderent murum.* Nisi quis metaphorice accipiat, uti Henoch., ut significentur Hemor et Sichem urbis principes, qui illi pro muro erant. Sed hoc remotius. Virum quis existimare possit ipsum *Hemor ;* bovem seu taurum, ejus filium Sichem, sic tauri in morem libidinis impotentem, qua et totius ejus tragœdiæ auctor fuit; nisi quod ille non subnervatus, sed una cum patre necatus aperte dicitur Gen. XXXIV, quæ duo haud videantur οἱ LXX tanto vocum abusu, confudisse. Ut ergo in homine, totam civitatem plebemque et principes sic occisos intellexit Jacobus, sic in bove, quidquid gregum armentorumque erat, quæ omnia illos vastasse ait sacer textus Gen. XXXIV. Sic ergo in eis, alia sustulerint, alia subnervarint, ne ceteps usui essent, ipsorumque furoris ex spectaculo in posterum monumentum forent. Sic ipsa valde pudenda, jactat iræ impotens furor quasi magnifica.

Digitized by Google

ὑπὸ τεσσάρων χαλώμενος, καὶ εἰ δυνατὸν κατὰ τὴν ἱστορίαν ἀποστεγασθῆναι τὸν οἶκον ;

submissus; ac non reipsa, domus tecto denudari possit [68].

Ἀπόκρ.

Κατὰ μὲν τὴν ἱστορίαν, πάντως ἀπεστεγάσθη ὁ οἶκος· ἐπειδὴ οἱ τῶν τόπων ἐκείνων αὐτόπται γενόμενοι, φασὶ τὰς στέγας τῶν οἴκων, ἀπὸ λίθου κισήρου εἶναι ἐλαφροτάτους, ὥστε τὸν ἀποστεγάσαι βουλόμενον, εὐκόλως καὶ συντόμως δύνασθαι τοῦτο ποιεῖν. Κατὰ δὲ τὸν τῆς ἀναγωγῆς τρόπον, παραλυτικός ἐστι, πᾶς νοῦς ἐν ἁμαρτίαις νοσῶν, καὶ μὴ δυνάμενος διὰ τῆς φυσικῆς θεωρίας (αὕτη γὰρ ἡ θύρα) ἰδεῖν τὸν λόγον· διὰ δὲ τῆς πίστεως ἀποστεγάσας τὸ κάλυμμα τῆς παχύτητος τοῦ νομικοῦ γράμματος, διὰ τῶν τεσσάρων χαλᾶται ἐκ τοῦ ματαίου ὕψους, πρὸς τὸν ἑαυτὸν κενώσαντα Λόγον, καὶ τῇ πίστει καὶ τῇ πράξει λαμβάνει τὴν βάσιν. B

Resp.

Quod quidem ad rei gestæ veritatem attinet, omnino detecta est domus. Aiunt enim qui Palæstinæ loca ipsi lustrarunt, domorum tecta levissima esse ex lapide pumice, ut qui hæc amovere velit ac detegere, id facile brevique possit præstare. Spiritali vero ac altiori sensu, paralyticus est omnis animus peccatis laborans, nec valens naturalis contemplationis vi (hæc enim portæ rationem habet) sermonem videre : qui tamen fidei ope detecta litteræ legis obtegentis crasitie, a quatuor laxatus ab inani celsitate ad Sermonem, qui seipsum exinanivit [69], per fidem ac actionem gressum recipit.

ΕΡΩΤ. ΞΕ'.

Τίνος χάριν καταγελωμένου Ἐλισσαίου τοῦ προφήτου ἐκ τῶν παίδων, ηὔξατο, καὶ ἐξῆλθον ἄρκοι, καὶ ἀνώρυξαν [ἀνέρρηξαν] μβ' παῖδας ;

INTERR. LXV.

Quid causæ est cur Elisæus propheta pueris irridentibus precatus sit, exierintque ursi, ac pueros quadraginta duos discerpserint [70].

Ἀπόκρ.

Φασί τινες μὴ εἶναι Ἰσραηλίτας τοὺς παῖδας, ἀλλ' ἐκ τῶν ἀλλοφύλων· καὶ οὐχὶ παῖδας τῇ ἡλικίᾳ, ἀλλὰ τῇ φρονήσει. Ἐπεὶ οὖν ἤκουον τὸν προφήτην πολλὰ σημεῖα ποιοῦντα, καὶ οὐκ ἐπίστευον, ἀλλὰ κατεγέλων αὐτοῦ· παρῆσαν δέ τινες μὴ κοινωνοῦντες τῆς ματαίας αὐτῶν γνώμης· ἵνα οὖν μὴ οὗτοι βλάπτωνται, καὶ τὸ βλάσφημον εἰς Θεὸν ἀνατρέχῃ, ἐπεξῆλθεν αὐτοῖς ὁ Θεός. Κατὰ δὲ τὴν θεωρίαν, πᾶς νοῦς κατὰ τὸν Ἐλισσαῖον φαλακρὸς, τουτέστι καθαρὸς C ὑλικῶν νοημάτων, ἐν τῇ ἀναβάσει τῆς γνώσεως, πολλὰ ὑπὸ τῶν λογισμῶν τῶν περὶ τὰ αἰσθητὰ, καὶ τὴν ὕλην καὶ τὸ εἶδος, καταγελᾶται· τεσσαράκοντα δηλοῦντος τὰ αἰσθητὰ (*o*)· ὕλη δὲ καὶ τὸ εἶδος προστιθέμενα, ἀποτελεῖ τὸν τεσσαράκοντα δύο ἀριθμόν. Σκώπτεται οὖν ἐκ τῶν τοιούτων λογισμῶν ὁ νοῦς, πρὸς τὸ εἰς ὄκνον αὐτὸν ἐμβληθῆναι πρὸς τὴν ἀρετήν. Τούτους οὖν δι' εὐχῆς ἀναιρεῖ, καὶ διὰ τῶν ἄρκων, τουτέστι δι' ἡδονῆς καὶ ἐπιθυμίας· κατ' ἀντιστροφὴν γὰρ ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταχειριζόμενα τὰ τοιαῦτα πάθη, ἀποκτένουσι τοὺς λογισμοὺς τοὺς ἐμπαίκτους.

Resp.

Sunt qui dicant non fuisse pueros Israelitas, sed ex alienigenis : ac neque ætate pueros, sed animi sensu ac prudentia. Quia igitur audiebant prophetam multa signa præstare, nec ut crederent animum inducebant, sed illum irridebant; erant vero quidam præsentes, qui a prava illorum mente abhorrebant. Ne igitur ii labem acciperent, ac blasphemia in Deum recurreret, ipso ultore in illos animadversum est. Spiritali autem sensu, mens omnis Elisæi more calva : hoc est, a terrenis sensis ac cogitatibus pura, in ascensu scientiæ, plurimum irridetur ab iis rationibus, quæ circa sensilia, materiamque ac formam, versantur. Ita scilicet, ut quadragenarius numerus, res in sensum cadentes significet; adjunctæ vero materia et forma, duo supra quadraginta efficiant. Subsannant igitur rationes ejusmodi animum, ut in socordiam, quo minus ille obeat virtutem, conjiciant. Has igitur precibus necat, idque ursorum opera; voluptatis scilicet ac cupiditatis **326** ope. Alterna enim conversione virtutis subsidio usurpati affectus ejusmodi, derisores cogitatus rationesque contrucidant.

ΕΡΩΤ. ΞΣ'.

Πῶς δυσελόμεν νοεῖν τὴν περὶ συντελείας τοῦ Υἱοῦ ἄγνοιαν ;

INTERR. LXVI.

Quomodo nobis intelligendum, ignorare Filium sæculi consummationem [71] ?

Ἀπόκρ.

Διπλῆ τίς ἐστιν ἄγνοια· ἡ μὲν διαβαλλομένη, ἡ δὲ, ἀδιάβλητος· καὶ ἡ μὲν ἐφ' ἡμῖν ἐστιν, ἡ δὲ, οὐκ ἐφ' ἡμῖν. Καὶ ἡ μὲν διαβαλλομένη καὶ ἐφ' ἡμῖν, ἡ

Resp.

Duplex ignorantia est; altera, quæ obnoxia vituperio sit, altera quæ omni labe careat, sitque innoxia : atque altera quidem, penes nos nostræque

[68] Luc. v, 19. [69] Philipp. II, 7. [70] IV Reg. II, 23. [71] Marc. XIII, 32.

(*o*) *Τεσσαράκοντα δηλοῦντος τὰ αἰσθητά.* Videantur hæc περιττότερον dicta, nec satis ex lege exactæ allegoriæ. Ut enim August. in Joan. v, quadragenarius numerus in quadam perfectione accipi solet, eaque ratione in jejunio consecratus est : nec materia et forma aliud sunt quam ipsa sensilia, in quibus proinde non videtur debuisse Maximus duo quærere supra quadraginta, siquidem quadraginta (ob quatuor scilicet elementa) exponit τὰ αἰσθητά, quasi ex illis coalita : nisi forte hoc libuit ludere in allegoriæ campo, quod alia aliis immediatus ad ipsa se habeant, possitque animus distinctionis aliquid cogitare inter illa.

Digitized by Google

facultatis, altera in nostra facultate minime posita. Ac quidem digna vituperio nostræque facultatis ignoratio est, quæ circa virtutem ac pietatem versatur; labis autem pura et innoxia, nec nostræ facultatis, quæ nec si velimus, cognoscimus; ut quæ sunt procul et quæ futura. Si quidem igitur in prophetis Dei gratia dignoscebantur quæ sunt procul, nec nostræ sunt facultatis; quomodo non potiori ratione Dei Filius cuncta noverat; ac per ipsum, quem ille hominem induerat; non natura, sed qua Verbo unitus erat? Quemadmodum enim ignitum ferrum, ignis qualitatum nullam non habet; quippe cum luceat uratque, tametsi non ignis natura, sed ferrum exsistat: sic et humana natura, qua erat unita Verbo, cuncta noverat, divinaque hæc ac pro in ipso non erat unita, dicitur ignorare.

A περὶ τὴν ἀρετὴν καὶ εὐσέβειαν ἄγνοια· ἡ δὲ ἀδιάβλητος καὶ οὐκ ἐφ' ἡμῖν ἐστιν, ὅσα θελόντων ἡμῶν γινώσκειν οὐ γινώσκομεν· οἷον τὰ πόῤῥω γινόμενα, τὰ μέλλοντα γίνεσθαι. Εἰ οὖν ἐν τοῖς ἁγίοις προφήταις διεγινώσκετο τὰ πόῤῥω καὶ οὐκ ἐφ' ἡμῖν, χάριτι, πῶς οὐχὶ μᾶλλον πάντα ἠπίστατο ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ δι' αὐτοῦ τὸ ἀνθρώπινον, οὗ φύσει, ἀλλ' ἑνώσει τῇ πρὸς τὸν Λόγον; Ὥσπερ γὰρ σίδηρος πεπυρακτωμένος, πάντα τὰ ἰδιώματα τοῦ πυρὸς ἔχει· φωτίζει γὰρ καὶ καίει· οὐ μὴν φύσει ἐστὶ πῦρ, ἀλλὰ σίδηρος· οὕτω καὶ τὸ ἀνθρώπινον τοῦ Κυρίου, καθὸ μὲν ἡνώθη τῷ Λόγῳ, πάντα ἠπίστατο, καὶ τὰ θεοπρεπῆ ταῦτα ἐν ἑαυτῷ διεδείκνυτο· καθὸ δὲ φύσις ἀνθρωπεία ἐν αὐτῷ οὐχ ἥνωτο (p), λέγεται ἀγνοεῖν. majestate in se exhibebat; qua vero natura humana

INTERR. LXVII.

Quid significet monachi habitus, ac in primis quid sibi velit quod capilli detondeantur?

Resp.

Quemadmodum caput membris reliquis corporis eminet, sic in anima, mens capitis rationem habet. Illam porro sæcularibus omnibus cogitationibus detondere necesse est. Colobium autem, cum omne

B

ΕΡΩΤ. ΞΖ'.

Τί σημαίνει τὸ μοναχικὸν σχῆμα, καὶ πρὸ τούτου, τίς ἡ ἀπόκαρσις τῶν τριχῶν;

Ἀπόκρ.

Ὥσπερ πάντων τῶν ἐν τῷ σώματι μελῶν ἡ κεφαλὴ προτερεύει, οὕτως καὶ ἐν τῇ ψυχῇ ὁ νοῦς κεφαλῆς τύπον ἐπέχει. Τοῦτον οὖν ἀποκείρειν δεῖ, πάντων τῶν κοσμικῶν νοημάτων. Τὸ δὲ κολόβιον (q),

(p) *Ἐν αὐτῷ οὐχ ἥνωτο.* Necessario addidi negat, ut oppositio constaret ἡνώθη καὶ οὐχ ἥνωτο, et quod una hæc solutionum sit difficillimi ejus loci Mar. XIII. Sic Greg. Theol., III, *De theol.*: Γινώσκει μὲν ὡς Θεός· ἀγνοεῖν δέ φησιν ὡς ἄνθρωπος, ἂν τις τὸ φαινόμενον χωρίσῃ τοῦ νοουμένου· *Cognoscit ut Deus. Ait vero ignorare ut homo est, si quis quod oculis conspicuum est separaverit, ab eo quod mente intelligitur.* Mente scilicet ac subtili cogitatu, intelligendo quod vi sua habet homo, et quod ex unione cum Verbo. Et, ut Basil. loquitur: Ἐὰν μέντοι ἰσχναῖς ἐπινοίαις, ἧτον νοῦ λεπταῖς φαντασίαις, διέλῃς τὸ κτιστὸν ἐκ τοῦ ἀκτίστου, δούλη καὶ ἀγνοοῦσά ἐστιν ἡ σὰρξ καὶ ψυχὴ τοῦ Κυρίου, εἰ μὴ ἥνωτο τῷ Θεοῦ Λόγῳ· *Si tamen subtilibus cogitationibus mentisque acutis rationibus creatum ab increato diviseris, serva est ac ignorans Domini caro et anima, si non esset unita Dei Verbo.* Uti lepide Cord. *intellectualibus vestigiis*, quod male ἰσχναῖς legerit ac repræsentet. Alia, eaque pervulgata solutio est, ut ad Patrem tanquam auctorem, id quod scit, Christus referat; dicaturque solus Pater scire, quod Filius non nisi cum Patre, et ut Pater, atque ab illo sciat. Sic Theol. glossat, Οὐδὲ ὁ Υἱὸς ἄλλως οἶδε τὴν ἡμέραν ἢ τὴν ὥραν, ἢ ὡς ὁ Πατήρ· *Neque Filius, aliter scilicet novit diem aut horam, quam sicut Pater.* Basil. Ἀλλ' οὐδ' ὁ Υἱὸς ἔγνω, εἰ μὴ ὁ Πατήρ· ἐκ γὰρ τοῦ Πατρὸς αὐτῷ ὑπῆρχε δεδομένη ἡ γνῶσις· *At neque Filius* (subaudi *nosset*) *nisi Pater. A Patre enim illi data cognitio erat.* Nec apte satis Cord. *At neque Filius novit nisi Pater*, quo nihil lucis Marci textui accedit. At neque in eo saniór Corderii versio, quod urget Basilius, datamque solutionem non videri violentam ostendit, ἐπειδὴ οὐ πρόσκειται, τὸ, μόνος, ὡς καὶ παρὰ τῷ Ματθαίῳ. Cord. *Cum addatur adjunctum solus, quod apud Matthæum jacet.* Nempe *jacet* (elegans scilicet) voluit pro, *positum est*; excidit que negatio, uti solet, vel festinanti calamo, vel prelo. Tertia denique, quod hæc, κατ' οἰκονομίαν certaque dispensatione dicta sint, qua Dominus discipulos avocabat a quæstionibus in quibus plus esset curiositatis, quam necessariæ utilitatis; cum alioqui diligenter edissereret, si quid percontarentur, τῶν ὅσα ἦν

φιλομαθείας ἔχοντα δόξαν, inquit Cyril. eorum, *quæ honestæ cupiditatis sciendi speciem haberent, nec tamen altiori scrutatione egerent.* Συντέλειαν itaque *commodum prætexit*, se nescire, καθὸ ἄνθρωπος· *qua homo; at neque sanctos angelos in cælo, inquit*, ἵνα μὴ λυπῶνται, ὡς μὴ θαῤῥηθέντες τὸ μέτριον. *Ne inde dolerent, quod quæ modum non excederent illis credita non essent.* Id enim θαῤῥεῖν τὸ ἄῤῥητον, *arcanum credere* seu *committere*, apud Chrys. I Cor. aliosque. Scrupulosiorque Henr. Steph. qui malit: *Audeo committere.* Per quam inscite Cord.: *Ne contristentur, tanquam supra modum dissidentes*; pigebitque eum Latinis istiusmodi interpretum etiam Græca recensere, eaque ad manum habere? Isid. l. I, epist. 127. Nullam utilitatem ostendit, quod quis eum diem aut horam sciat; maximam vero, quod nesciat, Ἵνα πᾶσαν ἡμέραν ἐκείνην εἶναι νομίζοντες, ἕτοιμοι πρὸς ταύτην τυγχάνωμεν· *Ut omnem diem, illum esse existimantes, parati ad eum simus.*

(q) *Τὸ δὲ κολόβιον.* Paucis hic explicat Maximus quod alii plenius prosecuti sunt, de monachorum habitu; in quibus Cass. l. IX, Doroth. et alii colobiorum, quod manus non contegant, iisque abscissæ manicæ sint, hanc et alii significationem afferunt, quo amputatos mundi actus et opera monachis suggerant: linei velaminis indumentum indicio aiunt, ab omni eos terrena conversatione mortificatos. Maximus, moralis philosophiæ cultores, eaque velut contectos; adversus præcipue gulam et venerea, adversus quæ durum monacho certamen. Intextum colobio signum aliquod purpureum, velut belli tesseram, quo summo imperatori militent monachi, auctor est Doroth. doctrina· Ἀναλάβου, paulo aliam formam, quam nostri scapularis (ut vocant) fuisse existimo, quod quasi resticulæ duplices essent atque hinc inde succingerent, etc., apud Cass. c. 16, quæ nostro scapulari non admodum videntur congruere: nisi partes ipsæ astrictæ erant ac ligaculo cohærebant, ut etiamnum servant Carthusienses: κουκούλλιον etiam Sozom. l. III, c. 14, σκέπασμα τῆς κεφαλῆς. Maximi ratio ipsa pervia; quod mentem protegat, signum esse divinæ gratiæ prote-

Digitized by Google

ἐπειδὴ τὸ μὲν ὅλον σῶμα σκέπει. μόνας δὲ τὰς χεῖρας γυμνοῖ, σημαίνει ὡς χρὴ τὴν ἠθικὴν φιλοσοφίαν ἐνδεδύσθαι, ἀφῃρημένην τὰς πρακτικὰς τῆς ἁμαρτίας ἐνεργείας· καὶ ὡς χρὴ ταύτην ἐπικεῖσθαι ἀεὶ ἐπί τε δυνάμει καὶ ἐνεργείᾳ. Ἡ γὰρ δύναμις τῆς ἀντικειμένης τοῦ πονηροῦ δυναστείας ἐστὶ, κατὰ τὸν Ἰὼβ, ὑπὸ ὀμφαλοῦ γαστρός· καὶ αἱ ψυχαὶ κατὰ τὸν μακάριον Δαβὶδ, πληροῦνται τῶν δαιμονικῶν ἐμπαιγμάτων. Ἐμπαίγματα δέ εἰσιν, αἱ διάφοροι τῆς πορνείας ἐνέργειαι. Ὁ δὲ ἀνάλαβος, ἐπειδὴ καὶ ἐμπρὸς καὶ ὀπίσω τὸν σταυρὸν ἔχει, σημαίνει ὅτι χρὴ, κατὰ τὸν Ἀπόστολον, μὴ μόνον σταυρωθῆναι ἡμᾶς τῷ κόσμῳ, ἀλλὰ καὶ τὸν κόσμον ἡμῖν· ἵνα φευγόντων ἡμῶν τὸν κόσμον, μηδὲν ἐμπόδιον ἔχωμεν, μηδὲ τῇ πρὸς αὐτὸν σχέσει διὰ τῆς ἐπιφαινομένης ἀπάτης ἐγκρατηθῶμεν· μήτε δὲ πάλιν τῶν ὄπισθεν διωκόμενοι ἐκ τοῦ κόσμου ἐκ τῶν ἀκουσίων πειρασμῶν, ὑπενδώσωμεν τοῦ τόνου τῆς εὐσεβείας· ἀλλ' ἀναίσθητοι καὶ νεκροὶ διαμείνωμεν, πρός τε τὰ ἀκούσια καὶ τὰ ἑκούσια πάθη. Τὸ δὲ κουκούλιον δηλοῖ, τὴν φρουροῦσαν καὶ σκέπουσαν τὸν νοῦν ἡμῶν χάριν τοῦ Θεοῦ. Ὁ γὰρ ἀποκειράμενος τὰ τοῦ κόσμου νοήματα, τὴν περικεφαλαίαν δέχεται τοῦ σωτηρίου. Τὰ δὲ σανδάλια, τοῦτον ἔχει τὸν λόγον. Ἐπειδὴ ἐκ νεκρῶν δερμάτων εἰσὶ, μικρῷ δὲ μέρει τοῦ σώματος ὑπόκεινται, τὸν αὐτὸν τρόπον, ᾧπερ τὸ ὅλον σῶμα πρὸς τὰ ἴχνη τοῦ σανδαλίου ἔχει, οὕτω χρὴ τὴν ψυχὴν τῷ σώματι κεχρῆσθαι, καὶ τοῦτο νεκροῦν τῶν παρὰ φύσιν παθῶν. Τὸ δὲ περιβόλαιον, ἐπειδὴ τετράγωνόν ἐστιν, ἐκ τεσσάρων δὲ στοιχείων καὶ ὁ κόσμος, σημαίνει ὅτι χρὴ περιβεβλῆσθαι ἡμᾶς τὴν φυσικὴν θεωρίαν, ὥστε μὴ πρὸς αἴσθησιν καὶ πάθη τὰ ὁρώμενα βλέπειν, ἀλλὰ διὰ τοῦ ἐν αὐτοῖς λόγου, πρὸς τὸν τούτων δημιουργὸν ἀνάγεσθαι. Τὸ δὲ τὴν ἀριστερὰν χεῖρα παραγυμνοῦσθαι, σημαίνει ὅτι χρὴ τὰς ἀγαθὰς πράξεις ἐν ἡμῖν προφαίνεσθαι, κατὰ τὸν τοῦ Σωτῆρος λόγον, ὅπως ἴδωσιν οἱ ἄνθρωποι τὰ καλὰ ἡμῶν ἔργα, καὶ δοξάσωσι τὸν Πατέρα ἡμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Τὸ δὲ μαῦρα τὰ ἐνδύματα εἶναι, σημαίνει ὅτι χρὴ ἡμᾶς ἀφανεῖς εἶναι τῷ κόσμῳ, ὡς τὸ πολίτευμα ἔχοντας ἐν οὐρανῷ. Εἰ δέ τις τὸ παλλίον τετράγωνον ὂν, καὶ εἰς τὰς γενικὰς τέσσαρας ἀρετὰς ἐκλάβοι, τοῦτο εἰκότως οὐχ ἁμαρτήσεται.

corpus, solis manibus nudis relictis, tegat, moralem nos philosophiam indutos esse debere significat, cui peccati operationes actusque ablata sint; semperque cum facultati tum operationi oportere esse impositam. Adversæ enim nequissimi **327** potestatis vis, ut auctor est beatus Job [73], sub ventris umbilico est; animique, teste beato Davide [74], replentur dæmonum illusionibus. Sunt vero illusiones, diversæ fornicationis operationes. Ἀνάλαβος autem (nos quasi replicam [*], monasticum scilicet scapulare, dicamus) cum ante retroque habeat crucem, hoc significat: debere nos, juxta Apostolum [75], non solum mundo crucifixos esse, sed et mundum in nobis crucifixum habere; quo scilicet nobis mundum fugientibus, nihil impedimenti incurrat, nec affectu in eum ac libidine, conspicua decepti specie, teneamur; neque rursus eo a tergo persequente, iis tentationibus quæ invitis obveniunt, contentum pietatis studium quidquam remittamus; sed velut sensus expertes et quasi emortui, adversus tum voluntarios affectus malaque, tum involuntarios consistamus. Cucullus Dei gratiam significat, protegentem mentem eamque obtegentem. Cujus enim detonsæ sunt sæculares cogitationes, galeam assumit salutaris [76]. Porro sandalia hanc habent rationem. Cum enim ex mortuis pellibus confecta, ac corporis exiguæ parti substrata sint, hoc denotant: qua ratione totum corpus ad sandalii vestigia se habet, sic necesse ut animus corpore utatur, ipsumque affectibus innaturalibus (qui scilicet vitio hæreant) sic quasi emortuum reddat. Denique pallium, quod habeat quatuor angulos, ac mundus etiam quatuor elementis constet, hoc indicat: debere nos etiam id genus speculationis inducere, quod naturali usu præstatur, ne res oculis subjectas ex sensus affectuumque libidine cernamus, sed per rationem quæ illis inest, ad illorum auctorem provehamur. Quod autem sinistra manus detecta sit, hoc significat, debere bonas actiones in nobis prælucere, juxta quod præcipit Dominus, ut videant homines opera nostra bona, et glorificent Patrem nostrum qui in cœlis est [77]. Quod pulli coloris sint indumenta, hoc insinuat, debere nos esse sæculo obscuros, ut qui vitam ac municipatum in cœlo habeamus [78]. Sin autem aliquis pallium, quod quatuor angulos habeat, etiam ad generales quatuor virtutes retulerit, ne sic quidem a vero aberraverit.

ΕΡΩΤ. ΣΗ'.

. . . . . .

Ἀπόκρ.

Εἰρήνην ὁ ἱερεὺς ἀπὸ τοῦ ὕψους τῆς καθέδρας τῇ Ἐκκλησίᾳ ἐπιφθέγγεται, τὸν Κύριον τῆς καθέδρας μιμούμενος, ἀναλαμβανόμενον εἰρήνην τὴν οἰκείαν, καὶ ἀφιέντα καὶ διδόντα. Τὸ δὲ, *Καὶ τῷ πνεύματί*

328 INTERR. LXVIII.

. . . . . .

Resp.

Sacerdos e sublimi cathedræ gradu pacem Ecclesiæ acclamat, imitatus cathedræ Dominum, qui, quo tempore assumebatur, suis pacem reliquit ac dedit. Quod autem populus respondeat, *Et cum spiritu tuo*,

[73] Job XL, 11. [74] Psal. XXXVII, 8. [75] Galat. VI, 14. [76] Eph. VI, 17. [77] Matth. V, 10. [78] Philipp. III, 20.

[*] Quid si δεξιάν, ad laboris scilicet usum?

[*] Vide Cass. l. 9 *de habitu monachorum*.

gentis mentem. Dorotheus, quod puerorum tegumentum capitis sit, signum docet ταπεινώσεως, *humilitatis*, cujus sanctius institutum totum professio est.

Digitized by Google

hoc significat : Pacem quidem nobis, Domine, præbuisti, mutuamque concordiam, at nobis da pacem, indivisam scilicet tecum unionem, ut Spiritu duo pacati, quem nobis, tum cum primo conditi sumus, indidisti, a tua charitate nunquam divellamur.

σου τὸν λαὸν ἀποκρινόμενον, τοῦτο δηλοῖ, Εἰρήναν μὲν ἡμῖν παρέσχες, Κύριε, καὶ τὴν ἐν ἀλλήλοις ὁμόνοιαν· εἰρήνην δὲ δὸς ἡμῖν, τὴν πρὸς σὲ ἀδιαίρετον ἕνωσιν, ἵνα τῷ Πνεύματί σου εἰρηνεύοντες, ὃ ἡμῖν ἐν ἀρχῇ τῆς δημιουργίας ἐνέθηκας, ἀχώριστοι τῆς σῆς ἀγάπης τυγχάνωμεν.

INTERR. LXIX.

Si omnino mortui resurgunt, cur omnino, inquit, corpora nostra non excitantur? Quid et dum baptizamur, in incorruptionem transmutari ea credimus [78]?

ΕΡΩΤ. ΞΘ'.

Εἰ ὅλως νεκροὶ ἐγείρονται, τί ὅλως, φησί, τὰ σώματα ἡμῶν οὐκ ἀνίστανται; Τί καὶ ἐν τῷ βαπτίζεσθαι, εἰς ἀφθαρσίαν αὐτὰ μεταποιεῖσθαι πιστεύομεν;

Resp.

. . . . . .

Ἀπόκρ.

. . . . . .

INTERR. LXX.

ΕΡΩΤ. Ο'.

. . . . . B . . . . . .

Resp.

Si mysticam Scripturæ explanationem quæris, ita intelligendum : *Laudate Dominum in voce tubæ;* in memoria resurrectionis, quam tuba intonat, uti scriptum est : *Laudate eum in psalterio et cithara;* lingua nostra ac ore, tangente ea spiritu, in plectri cujusdam morem. *Laudate eum in tympano et choro;* in carne et anima, ex qua velut chorea preces et vota ad Deum ascendunt. *Laudate eum in chordis et organo;* in corde, cunctisque animi visceribus ac nervis, quæ organum nuncupavit. *Laudate eum in cymbalis bene sonantibus* [79]; in labiis, per quæ modulata psalmodiæ carmina depromuntur.

Ἀπόκρ.

Εἰ τῆς Γραφῆς ζητεῖς μυστικὴν διασάφησιν, οὕτως νοητέον· Αἰνεῖτε τὸν Κύριον ἐν φωνῇ σάλπιγγος, ἐν τῇ μνήμῃ τῆς ἀναστάσεως [ἴσ. ἀναλήψεως] σάλπιγγι σειομένῃ, ὡς γέγραπται· Αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν ψαλτηρίῳ καὶ κιθάρᾳ· τῇ γλώσσῃ ἡμῶν καὶ τῷ στόματι, ὡς πλήκτρῳ τινὶ τῷ πνεύματι κρουομένων. Αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν τυμπάνῳ καὶ χορῷ· ἐν σαρκὶ καὶ ψυχῇ, ἀφ' ἧς ὡς χορείας πρὸς Θεὸν διαβαίνουσι δεήσεις. Αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν χορδαῖς καὶ ὀργάνῳ· ἐν καρδίᾳ, καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ἔσωθεν σπλάγχνοις καὶ νεύροις, ἅπερ ὄργανον κέκληκε. Αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν κυμβάλοις εὐήχοις· τοῖς χείλεσι, δι' ὧν τὰ ἐναρμόνια τῆς ψαλμῳδίας πλέκεται μέλη.

C

INTERR. LXXI.

Cum juxta quædam Apostoli exemplaria habeatur, « *Omnes quidem dormiemus, sed non omnes immutabimur; juxta quædam vero :* « *Non omnes quidem* **329** *immutabimur, omnes tamen resurgemus* [80]; » *quæso, doceas, quænam magis probanda editio sit; ac quid sibi velint, quæ his significantur.*

ΕΡΩΤ. ΟΑ'.

Ἐπειδὴ κατά τινα τῶν ἀντιγράφων τοῦ Ἀποστόλου περιέχεται, ὅτι « Πάντες μὲν κοιμηθησόμεθα, οὐ πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα· » κατά τινα δὲ, ὅτι « Πάντες μὲν οὐ κοιμηθησόμεθα, πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα· » παρακαλῶ μαθεῖν, ποίαν χρὴ τῶν ἐκδόσεων ἐγκρῖναι· καὶ τί τὰ ἐν τούτων δηλούμενα.

Resp.

Utramvis quis puto editionem amplectatur (cum vetera exemplaria ambas contineant), si modo pie accipiat, ab Apostoli scopo non aberrabit. Juxta priorem quidem editionem, *Omnes quidem dormiemus, sed non omnes immutabimur*, ita intelligendum est : fore scilicet ut omnes per mortem dormitionem sustineamus, at non ut omnes claritatem ac fiduciam nanciscamur; quod ipse Apostolus alio loco clarius ponit, dicens : *Si tamen induti, et non nudi inveniamur* [81]. Juxta alteram vero : *Non omnes quidem dormiemus, omnes tamen immutabimur*, ita exponendum est, ut dicat, non omnes dormituros dormitionem temporibus productam, et qua sepultura et dissolutione corruptionis causa indigeant; sed qui tunc invenientur, brevem degustaturos mortem, nihil eis necessaria longi illa temporis

Ἀπόκρ.

Οἶμαι ὅτι καθ' ἑκατέραν τῶν ἐκδόσεων, ἐπειδὴ καὶ τὰ ἀρχαῖα τῶν ἀντιγράφων τὰ δύο περιέχουσιν· εὐσεβῶς δή τις ἐκλαμβάνων, τοῦ ἀποστολικοῦ οὐκ ἀποτεύξεται σκοποῦ. Κατὰ μὲν τὸ, *Πάντες κοιμηθησόμεθα, οὐ πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα*, οὕτως χρὴ νοεῖν, ὅτι πάντες μὲν τὴν διὰ θανάτου κοίμησιν ὑπομενοῦμεν· οὐ πάντες δὲ τὴν δόξαν καὶ τὴν παῤῥησίαν ἀνταλλαξόμεθα· ὅπερ ὁ αὐτὸς Ἀπόστολος ἐν ἄλλῳ σαφέστερον τίθησι, φάσκων, *Εἴπερ καὶ ἐνδυσάμενοι, καὶ οὐ γυμνοὶ εὑρεθησόμεθα.* Κατὰ δὲ τὸ, *Οὐ πάντες μὲν κοιμηθησόμεθα, πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα*, οὕτως χρὴ ἐκδέχεσθαι, ὅτι Πάντες μὲν οὐ κοιμηθησόμεθα τὴν χρονικὴν κοίμησιν, ὥστε δεηθῆναι ταφῆς καὶ λύσεως τῆς εἰς φθορὰν· ἀλλὰ σύντομον τὸν θάνατον οἱ τότε εὑρισκόμενοι ὑπομενοῦσι, μὴ δεόμενοι χρονικῆς κοιμήσεως, διὰ τὴν

[78] I Cor. xv, 29. [79] Psal. cl, 3-5. [80] I Cor. xv, 51. [81] II Cor. v, 3.

* Primam lectionem Latina modo, secundam Græca repræsentant.

Digitized by Google

μελλοντίκια γινομένην ἀνάστασιν· πάντες δὲ ἀλλαγήσονται, τουτέστι, τὴν ἀφθαρσίαν ἐνδύσονται.

dormitione, ob futuram mox resurrectionem : omnes tamen immutandos, hoc est, incorruptione donandos.

ΕΡΩΤ. ΟΒ'.

Τί δήποτε λέγοντος τοῦ Λουκᾶ ἐν ταῖς Πράξεσι περὶ τοῦ Παύλου, ὅτι « Ἔσπευδεν, εἰ δυνατὸν ἦν αὐτῷ, ποιῆσαι τὴν ἡμέραν τῆς Πεντηκοστῆς εἰς Ἱεροσόλυμα, » φαίνεται γονυκλισίας ποιήσας, ὃ τοῖς κανόσιν ἀπηγόρευται.

INTERR. LXXII.

Quid sibi vult, cum dicat Lucas in Actis de Paulo, quod « festinabat, si possibile sibi esset, ut diem Pentecostes faceret Hierosolymis[31]*, » quod videtur genua posuisse, quod sacris canonibus vetitum est?*

Ἀπόκρ.

Οὐ περὶ αὐτῆς τῆς Πεντηκοστῆς (r), ἐν ᾗ τὸ Πνεῦμα κατῆλθε, λέγει· ἀλλ' ἐπειδὴ αἱ πεντήκοντα ἡμέραι, ἡμέραι λέγονται τῆς Πεντηκοστῆς, ἔσπευδεν ὁ Παῦλος τὴν ἀπὸ τῆς Πασχαλίας πρώτην ἡμέραν ποιῆσαι εἰς Ἱεροσόλυμα· ὡς δῆλόν ἐστιν, ὅτι ἐν ταῖς νηστείαις ἔκλινε γόνυ.

Resp.

Non de ipsa Pentecoste loquitur, in qua descendit Spiritus : sed quia quinquaginta dies Pentecostes dies nuncupantur, festinabat Paulus ut primum a Paschate Hierosolymis diem faceret : ac liquet inde, quod in jejuniis genu flecteret.

ΕΡΩΤ. ΟΓ'.

Τί ἐστιν, « Ὅστις ἐποικοδομεῖ ἐπὶ τὸν θεμέλιον τοῦτον χρυσὸν, ἢ ἄργυρον, ἢ λίθους τιμίους· ξύλα, χόρτον, καλάμην· τὸ πῦρ αὐτὰ δοκιμάσει. Εἴ τινος οὖν τὸ ἔργον μενεῖ ὃ ἐποικοδόμησε, μισθὸν λήψεται· εἴ τινος δὲ τὸ ἔργον κατακαήσεται, ζημιωθήσεται· αὐτὸς δὲ σωθήσεται, οὕτως δέ, ὡς διὰ πυρός; »

INTERR. LXXIII.

Quid sibi vult : « Si quis superædificat super fundamentum istud, aurum, argentum, lapides pretiosos; ligna, fenum, stipulam; ignis hæc probabit. Si cujus igitur opus manserit, quod superædificavit, mercedem accipiet, **330** *si cujus autem opus combaretur, damnum accipiet : ipse tamen salvabitur, sic vero, quasi per ignem*[32]*? »*

Ἀπόκρ.

Θεμέλιός ἐστιν ἡ τοῦ Χριστοῦ πίστις. Ἐποικοδομεῖ δέ τις ἐν αὐτῇ, χρυσὸν μὲν, τὴν θεολογικὴν μυσταγωγίαν· ὡς ἄργυρον δὲ, τὸν διαφανῆ βίον· λίθους δὲ τιμίους, τοὺς εὐσεβεῖς λογισμούς· ξύλα δὲ, τὴν περὶ τὰ αἰσθητὰ προσπάθειαν· χόρτον δὲ, ὁ τὴν ἀλογίαν τρεφόμενος· καλάμην δὲ, ὁ τὴν φθορὰν ἐργαζόμενος. Καὶ ἐπὶ μὲν τῶν ἐχόντων τὰς ἀγαθὰς πράξεις, ἡ τῆς γνώσεως [διαγνώσεως] ἡμέρα δηλοῖ, ὅτι ἐν πυρὶ, τουτέστιν ἐν τῷ πνεύματι, γέγονεν ἡ τούτων ἀποκάλυψις. Ἐν δὲ τοῖς ἁμαρτάνουσι, τὰ ἔργα κατακαίονται, τῆς διαγνώσεως διακαιούσης

Resp.

Fundamentum est Christi fides. Superædificat autem quis in illa, aurum quidem, altiorem theologicam contemplationem; tanquam argentum vero, vitam virtutis luce conspicuam; lapides pretiosos, pias rationes; ligna, procliviorem in res sensui subjectas affectionem ac libidinem; fenum, qui brutas alis affectiones; stipulam, qui corruptionem operatur. Ac quidem, quod attinet ad illos qui bonas habent actiones, manifestabit judicii dies; quod in igne, hoc est, in spiritu, eorum facta manifestatio est. Quod vero ad peccatores, eorum

[31] Act. xx, 16. [32] I Cor. III, 13-15.

(r) *Οὐ περὶ αὐτῆς τῆς Πεντηκοστῆς.* Durum plane, sic vocem Πεντηκοστῆς accepisse Lucam : nec admodum cogit illa ratio, quod Paulus genua posuit in oratione : quod non licebat per canones a Paschate ad Pentecosten, ob memoriam resurrectionis Dominicæ. Sive enim jam exstabant illi canones, sive sequentium pastorum sedulitate augendo divino cultui, Ecclesia jam constituta atque adulta, conditi sunt; nihil tamen illi officiebant, quin Paulus supremum vale dicturus ac quibus dicebat, presbyteri ac Ecclesiæ primores, sic procumberent, eoque corporis gestu et habitu, tum tristitiam vicissim illi suam proderent, tum divinam opem propensiore humilitate deposcerent. Ritus ille non flectendi in publicis statisque Ecclesiæ precibus et officiis locum habet, omnique Græcis religione servatur; in aliis nescio an et ipsis inviolabilis sit; quod videtur Maximus innuere. Utut sit, passim legimus in Scriptura sic procubuisse orantes, cum majoris aliquid compunctionis, exorando divinam clementiam, ostendere vellent. Sic bene Chrysost. inde orasse colligit, οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ μετὰ πολλῆς τῆς κατανύξεως· *Non defunctorie ac gravis ratione, sed cum magna compunctione,* θεὶς τὰ γόνατα αὐτοῦ σὺν πᾶσιν αὐτοῖς· *ponens ipse genua cum illis omnibus.* Quin sacer ipse textus, egisse Paulum festum Azymorum Philippis, in procinctu hujus itineris, clare loquitur : Ἡμεῖς δὲ ἐξεπλεύσαμεν μετὰ τὰς ἡμέρας τῶν Ἀζύμων ἀπὸ Φιλίππου. Ex quo Chrys. Καὶ γὰρ τὰς ἑορτὰς ἐμοὶ δοκεῖ σπουδάζειν αὐτὸν ποιεῖν ἐν ταῖς μεγάλαις πόλεσι· *Hoc puto studebat, ut solemnitates in magnis urbibus peragerent.* Atque adeo, uti Philippis Pascha diesque Azymorum egerat, sic Pentecosten Hierosolymis celebrare satagebat. OEcumenius ipse non satis accuratus, illa verba Act. xxi, 5 : Ὅτε δὲ ἐγένετο ἡμᾶς ἐξαρτίσαι τὰς ἡμέρας, *completis diebus*, de diebus Azymorum exponit, τουτέστι, μετὰ τὰ Ἄζυμα, cum sermo sit de septem diebus, quos Tyri egit Paulus cum discipulis, peractis jam diebus Azymorum Philippis, Act. xx, 6. Ac neque si de diebus Azymorum ibi sermo esset, quidquam locus auctori faveret, cum statim sequatur alia precantis Pauli et fidelium geniculatio, Καὶ θέντες τὰ γόνατα, ἐπὶ τὸν αἰγιαλὸν προσηυξάμεθα. *Positis genibus, in littore oravimus;* cum τῆς πεντηκοστῆς (paschalis scilicet temporis) non nisi septem circiter dies effluxissent, nec tempus τῶν νηστειῶν esset.

Digitized by Google

opera comburentur; nempe judicii cognitione conscientiam comburente atque peccata deterente, hominemque servante; pro superioris tamen temporis virtutum inertia multante. Sed et in futuro sæculo, peccati opera in nihilum cedent, natura vires suas incolumes per ignem ac judicium recipiente.

A τὴν συνείδησιν, καὶ μετούσης τὰς ἁμαρτίας, καὶ σωζούσης τὸν ἄνθρωπον (s)· ζημιούσης δὲ τοῦ προλαβόντος χρόνου τὴν ἀργίαν τῶν ἀρετῶν. Ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι, τὰ ἔργα τῆς ἁμαρτίας εἰς ἀνυπαρξίαν χωρήσουσι, τῆς φύσεως τὰς ἰδίας δυνάμεις σώας ἀπολαβούσης διὰ τοῦ πυρὸς καὶ τῆς κρίσεως.

INTERR. LXXIV.

Quid est quod David psallit, dicens: « Da imperium tuum pucro tuo; et salvum fac filium ancillæ tuæ [84]*? »*

Resp.

Quia per naturam servi sumus Dei, ejusque ancillæ sapientiæ filii, rogat primum nobis imperium dari, hoc est, ut vitiis prævaleamus: tuncque inde nobis salus accedit.

B

ΕΡΩΤ. ΟΔ'.

Τί ἐστιν ὅπερ ὁ Δαβὶδ ψάλλει, λέγων, « Δὸς τὸ κράτος σου τῷ παιδί σου, καὶ σῶσον τὸν υἱὸν τῆς παιδίσκης σου; »

Ἀπόκρ.

Ἐπειδὴ κατὰ φύσιν δοῦλοί ἐσμεν τοῦ Θεοῦ· τῆς δὲ παιδίσκης αὐτοῦ τῆς σοφίας υἱοί, δοθῆναι ἡμῖν εὔχεται πρῶτον τὸ κράτος· τουτέστι, τὴν κατὰ τῶν παθῶν δυναστείαν· καὶ τότε διὰ τούτου ἡ σωτηρία ἡμῖν παραγίνεται.

INTERR. LXXV.

Cum in Regnorum libris scriptum sit, commovisse Deum Davidem ut numeraret populum [85]*; in libris autem Paralipomenon dicatur diabolus id præstitisse* [86]*, quomodo ostendetur divina Scriptura sibi ipsa consentire?*

Resp.

Quia Apostolus [87] hujus sæculi deum vocat diabolum, eo sensu accipiendum quod dicitur in libris Regnorum. Aut etiam aliter, quia sine Dei provi-

ΕΡΩΤ. ΟΕ'.

Ἐπειδὴ ἐν ταῖς Βασιλείαις γέγραπται, ὅτι ὁ Θεὸς ἐπέσεισε τὸν Δαβὶδ ἀριθμῆσαι τὸν λαόν· ἐν δὲ ταῖς Παραλειπομέναις τὸν διάβολον λέγει· πῶς δειχθήσεται ἡ θεία Γραφὴ ἑαυτῇ συμφωνοῦσα;

Ἀπόκρ.

Ἐπειδὴ ὁ Ἀπόστολος θεὸν τοῦ αἰῶνος τούτου λέγει τὸν διάβολον· κατὰ τοῦτο ἐκληπτέον τὸ τῶν Βασιλειῶν. Ἢ καὶ ἄλλως, ἐπειδὴ χωρὶς τῆς τοῦ Θεοῦ

[84] Psal. LXXXV, 16. [85] II Reg. XXIV, 1. [86] I Paral. XXI, 1. [87] II Cor. IV, 4.

(s) *Καὶ σωζούσης τὸν ἄνθρωπον.* Nihil Maximus in hac ardua quæstione ac Apostoli loco, quam quod superiores Græci theologi. Eorum princeps Chrys. hom. 9 in I Cor. I, ubi serio gehennam esse perpetuam, nec pœnas damnatorum unquam interituras, asseruit; ne quis ex his Pauli verbis, assumptaque illi similitudine pœnis tandem se liberandum, ac salutem adepturum putaret; de fidelibus sermonem esse ostendit, qui vitam (virtutes scilicet aut vitia) superædificent, proque ejus ratione recipiant. Qui cum recta fide virtute fulserunt, manente quod superædificaverunt, laudem referant, illorum manifestata virtute. At qui vitio sorduerunt, ζημιωθήσεται· ἰδοὺ μία κόλασις· αὐτὸς δὲ σωθήσεται, οὕτως ὡς διὰ πυρός· ἰδοὺ καὶ δευτέρα· *Detrimentum patietur: ecce unum supplicium: ipse autem salvus erit, sic quasi per ignem: ecce et alterum.* Magisque sequentibus explicat: Ὁ δὲ λέγει, τοῦτό ἐστιν· Θύχνι καὶ αὐτὸς οὕτω ἀπολεῖται, ὡς τὰ ἔργα, εἰς τὸ μηδὲν χωρῶν· ἀλλὰ μενεῖ ἐν τῷ πυρί· *Quod vero ait, istud est: Non etiam ipse sic peribit, quemadmodum opera, ut in nihilum cedat; sed manebit in igne.* Probatque ex usu communis sermonis, quo servari in igne dicimus, quæ in eo non comburuntur, nec statim in cinerem rediguntur. Quidquid denique istud est, dictum esse ad terrorem divini judicii peccantibus incutiendum. Itaque τὸ, σωθήσεται, quasi καταχρηστικοῖς, pro τηρηθήσεται, quod et reddit Theoph. ipse eamdem Chrys. expositionem perstringens: Ἀλλὰ σωθήσεται, τουτέστι σῶος τηρηθήσεται, ὥστε καὶ τῷ πυρὶ καταλεσθαι. Σώζεται μέντοι αὐτός, ὁ ἁμαρτωλὸς δηλαδή, τουτέστι σῶος τηρεῖται δίκας αἰωνίους ὑπέχων· *Sed servabitur; pro eo ac dicat, remanebit incolumis, ut et igni comburatur. Servabitur tamen ipse (peccator scilicet), hoc est manebit integer pœnas æternas sustinens.* Auctor *Exposit. in Scripturam*, t. II, Athan. qu. 100: Ζημιωθήσεται τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· σωθήσεται δὲ αὐτὸς, ὡς διὰ πυρός· τουτέστι σῶος καὶ ἀκέραιος μενεῖ ἐν τῷ πυρὶ, καὶ οὐκ ὄψεται θάνατον, ἀλλὰ τὸ ἔργον αὐτοῦ μόνον κατακαήσεται καὶ χαωθήσεται· αὐτὸς δὲ ἀκέραιος μενεῖ εἰς αἰῶνας κολαζόμενος, καὶ οὐ διαλυθήσεται· *Damnum patietur regni cœlorum. Salvus vero fiet ipse, tanquam per ignem; hoc est, salvus manebit et integer in igne, nec videbit mortem; sed opus ipsius solummodo comburetur: ipse vero integer manebit in sæculum sæculi ignis pœnam luens, nec unquam dissolvetur.* Theodoret. ac doctorem refert: ac sane ad eum videtur collineare tota mens Apostoli; cujus opus maneat, vel ardeat, non quod ipse, sed quod discipuli superædificantes, ipsi se fecerint, accepta ab eo doctrina, beneque aut male utentes, quorum interitus, nullam ei labem inferat, quod ipse non ejus auctor sit, sed ipsimet: Εἴ τινος τὸ ἔργον κατακαήσεται, ζημιωθήσεται, οὕτω δὲ ὡς διὰ πυρός· αὐτὸς δὲ σωθήσεται, τουτέστιν ὁ διδάσκαλος· οὐ γὰρ αἴτιος τῆς τούτων ἐπὶ τὸ χεῖρον τροπῆς· *Si cujus opus arserit, damnum accipiet, sic vero quasi per ignem: ipse vero salvabitur, nempe doctor. Quod eorum mutationis in deterius auctor minime exstiterit.* Sin autem, inquit, aliquis nolit illud, *quasi per ignem*, operi aptare, sed doctori, sic intelligat: Ὅτι ὑπὲρ μὲν ἐκείνων οὐκ εἰσπραχθήσεται δίκας· σωθήσεται δὲ καὶ αὐτὸς διὰ πυρὸς δοκιμαζόμενος. εἰπερ ἄρα ἔχει τὸν βίον τῇ διδασκαλίᾳ κατάλληλον· *Non dabit pro eis pœnas; verum ipse etiam salvabitur, per ignem probatus, num vitam convenientem doctrinæ habeat.* A quo non longe abest Isid. l. v, epist. 84: Ὁ πάντα τὰ εἰς αὐτὸν ἥκοντα πληρώσας, εἰς τὸ πεῖσαι, καὶ μὴ πείσας, ὡς ἀνύσας, δίκαιος· ἂν εἴη θαυμάζεσθαι. Τοσοῦτον ἀπέχει τοῦ μέμψεως; ἄξιος εἶναι· *Qui pro munere ac officii ratione omnia implet, ut persuadeat, nec tamen persuadet, ac si rem peregisset, merito laudem habet ac admirationem; tantum abest ut ulli reprehensioni obnoxius sit.* Ubi nescio quis imperite vel interpres vel typogr. *Tantum abest ut reprehensione videatur dignus, ut omnis sit expers.*

Digitized by Google

προνοίας οὐδὲν γίνεται, ἀλλ' εἴτε κατ' εὐδοκίαν, εἴτε κατ' οἰκονομίαν, εἴτε κατὰ συγχώρησιν τὰ πάντα γίνονται· τὸ ἐν ταῖς Βασιλείαις γεγραμμένον, ὅτι ὁ Θεὸς ἐπέσεισεν, ἀντὶ τοῦ, *παρεχώρησε*, νοεῖν ἐστιν εὐσεβές· ἐν δὲ ταῖς Παραλειπομέναις, τὸν διάβολον τὸν ἐνεργήσαντα, καὶ αἴτιον γενόμενον. Ἑβδομήκοντα δὲ χιλιάδες πίπτουσιν, οἱ εὑρεθέντες μετὰ Ἀβεσσαλών· οἱ τὸ πάθος ἔχοντες τῆς οἰήσεως καὶ ὑπερηφανείας. Κατὰ δὲ τὴν θεωρίαν τοῦτο σημαίνει, ὅτι πᾶς Δαβὶδ, ὁ μὴ κατὰ διάθεσιν, ἀλλὰ κατὰ συναρπαγὴν, ἐπάρσεως ἀπογεννήσας λογισμὸν, μεταγνοὺς, αἰτεῖται τὸν Θεὸν, καὶ θνήσκουσιν οἱ περὶ τὰ χρονικὰ καὶ πρόσκαιρα λογισμοί. Ὁ γὰρ ἑβδομηκοστὸς ἀριθμὸς, τὴν χρονικὴν κίνησιν σημαίνει, διὰ τὸν ἑβδοματικὸν κύκλον. Διὰ τοῦτο τοίνυν παραιτήσασθαι ἄμεινον, τὸ ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν δαιμόνων διώκεσθαι, καὶ μὴ λιμὸν τοῦ ἀκοῦσαι λόγον Θεοῦ.

dentia contingit nihil; sed vel **331** propensiore ejus voluntate nutuque, vel indulgentia, aut etiam permissione cuncta eveniunt; quod in libris Regnorum scriptum est, commovisse Deum, ita pie positum intelligemus, pro eo quod est, *permisisse;* in libris autem Paralipomenon, diabolum rem præstitisse, ejusque auctorem fuisse. Cadunt vero septuaginta millia, qui scilicet inventi sunt cum Absalone, laborantque inanis fastus ac superbiæ vitio. Spiritali autem intellectu hoc significat, quisquis David est, qui non propensa voluntate, sed quod ita obrepserit, nec satis cogitante animo elationis labem genuerit; pœnitudine ductum, precibus ad Deum confugere, ac, quæ circa terrena temporaneaque versantur, cogitationes interire. Septuagenarius enim numerus temporalem designat motum, ob septenarium recurrentem dierum circulum. Præstat igitur poscere, ut inimici dæmones persequantur, quam ut fame audiendi verbum Dei puniaris [88].

ΕΡΩΤ. ΟϚ'.

Τί ἐστι τὸ ἐν τῷ Ἀποστόλῳ εἰρημένον, « *Ὄφελον καὶ ἀποκόψονται;* »

Ἀποκρ.

Τοῦτο εἴρηται ἀντὶ τοῦ, Θρηνήσουσι καὶ κόψονται (*l*), εἰς μετάνοιαν ἐρχόμενοι ὧν ἥμαρτον ἀναστατοῦντες τοὺς πιστούς.

INTERR. LXXVI.

Quid sibi vult, quod dictum est ab Apostolo : « Utinam [89] et ἀποκόψονται ».

Resp.

Posita est ea vox, pro eo ac dicat : Lugeant ac plangant pœnitudine ducti, eorum quæ peccaverunt, conturbando fideles, eorumque tentando constantiam.

ΕΡΩΤ. ΟΖ'.

Τίνος χάριν Μωαβῖται καὶ Ἀμμανῖται ἀπαγορεύονται εἰσελθεῖν εἰς τὸν ναὸν τοῦ Κυρίου, ἕως τρίτης καὶ τετάρτης καὶ δεκάτης γενεᾶς· καὶ ἕως εἰς τὸν αἰῶνα;

Ἀπόκρ.

Ἐπειδὴ Μωαβίτης ἑρμηνεύεται *ἔντερον πατρός* (*u*)· Ἀμμανίτης δὲ, *πατὴρ μητρός*· σημαί-

INTERR. LXXVII.

Quid causæ est cur Moabitis et Ammanitis interdictum sit ingredi in templum Domini, usque in tertiam et quartam generationem; et usque in sæculum [90] ?

Resp.

Quia Moabites, si nomen interpreteris, *patris intestinum* sonat; Ammanites vero, *matris pater :* his

[88] Amos VIII, 11. [89] Galat. V, 12. [90] Deut. XXIII, 3; I Esdr. XIII, 1.

* Vulg *abscindantur*, aliique.

(*l*) Ἀντὶ τοῦ, *Θρηνήσουσι καὶ κόψονται.* Hujus sic novæ acceptionis vocis illius, ἀποκόψωνται, meminit et Hesych. exque illo Var. ἀποκοπησαμένη, στερνοκοπησαμένη, ἀποκοψαμένη. *Plangens tundensque pectus.* Hæc forte sic mitis excogitata expositio, ne quid austerius habere imprecatio hæc, quam pro Apostoli mansuetudine, videretur : reliqui tamen sic exponunt, ut quasi immedicabiliter ægrotantibus summeque aliis exitiosis, et ἀστατοῦσι (eos qui liberi essent et ad supernam spectarent Jerusalem, quasi vagos exulesque ac captivos circumducentibus) non περιτομὴν (circumcisionem qua gloriantur) sed plenam ἀποτομὴν et ἀποκοπὴν (virilium scilicet excisionem) justa eis æmulatione imprecetur; quod est, nullam deinceps sic malæ gentis fore sobolem. Videtur Hesych. quod ita refert, in aliquo comico, ac de muliere dictum, legisse : qui sexus ad planctum pectusque tundendum maxime proclivis est.

(*u*) Ἔντερον πατρός. Non satis videtur istud etymum accuratum; nota enim nominis Moab derivatio seu origo; quod ex patre (Lot scilicet) post Sodomorum subversionem, per filiarum fraudem incestuoso concubitu natus sit. Num ergo scripserit Maximus, ὢν ἐκ τοῦ πατρός, quod ita imperitus scriba in ἔντερον verterit? Sed quod eam ipsam vocem iterum repetit, inque ea vim facit, sic nos opinari non sinit. Nec minus clara etymologia nominis Ammon, ex quo Ammanitæ seu Ammonitæ, ex secunda Loti filia ipsoque Loto, perscripta Gen. XIX, 38 : *Filius populi mei;* nec occurrit, unde Maximo, τὸ πατὴρ μητρός obrepserit. Quod etiam de tertia et quarta generatione huc translatum est, ad alia spectat Exod. XX, 5; Num. XIV, 18; Deut. V, 9 de his qui transgrediuntur divina mandata, quibus Deus comminatur se redditurum in tertiam et quartam generationem, et in sæculum (id est, nunquam) admittendos in Ecclesiam Domini, Moabitas et Ammonitas, divina sententia est. Fefellit parum attentum memoria, quod de Idumæis et Ægyptiis, Deut. XXIII, 7, in contrarium sancitur; post tertiam generationem intraturos in Ecclesiam Domini, nec esse abominandos eos populos, quod Idumæus ejus frater esset, ex ea idem Abrahæ stirpe (ipsa Esau progenies) oriundus; ac quod Ægyptius Hebræos hospites ac colonos habuisset atque fovisset. Admitti in Ecclesiam Domini, putem, consiliorum gentis esse participem, illiusque plene jura nancisci, ac quasi verum Judæum haberi, non ad eorum transeuntem cultum, inter proselytas ac fideles admitti. Verum hæc alterius loci sint et communicationis. Vocem Amnanitas deduxerit Maximus ab אמן, quod est *nutrivit*, ex vocis sonique affinitate dece-

Digitized by Google

duobus significatur, quisquis ab alio accepit malitiæ exemplum, hunc patris intestinum nudasse : quisquis vero ex se ipse peccatum genuit, patrem matris (sui nempe peccati) auctorem esse. Hi tales igitur, non ingredientur in domum Domini, usque in tertiam et quartam et decimam generationem, et usque in sæculum. Hoc est, qui neque per habitum bonum et actionem (hæc 332 est tertia et quarta virtutum generatio), et per nomen ac fidem Domini Jesu, decemque legis mandata, ac quod manet futuræ sæculum regenerationis, non cum Deo init necessitudinem eique conciliatur, non intrabit in domum Dei ; in cœlestem scilicet Jerusalem, ubi habitatio est lætantium omnium [91].

A νεται διὰ τούτων, ὅτι ὅστις ἀπ' ἄλλου παραλάβῃ ὑπόδειγμα κακίας, οὗτος τὸ ἔντερον τοῦ πατρὸς ἐφανέρωσεν· ὅστις δὲ ἐξ ἑαυτοῦ τέκῃ τὴν ἁμαρτίαν, οὗτός ἐστιν πατὴρ μητρὸς, τουτέστι τῆς ἰδίας ἁμαρτίας. Οἱ τοιοῦτοι οὖν, οὐκ εἰσελεύσονται εἰς οἶκον Κυρίου, ἕως τρίτης καὶ τετάρτης καὶ δεκάτης γενεᾶς· καὶ ἕως εἰς τὸν αἰῶνα. Τουτέστιν, ὁ μὴ δι' ἕξεως ἀγαθῆς καὶ πράξεως (αὕτη γὰρ τρίτη καὶ τετάρτη γενεὰ τῶν ἀρετῶν), καὶ διὰ τοῦ ὀνόματος καὶ πίστεως τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, καὶ διὰ τὰς δέκα τοῦ νόμου ἐντολὰς, καὶ διὰ τῆς τοῦ μένοντος αἰῶνος ἐσομένης παλιγγενεσίας, ἑαυτὸν τῷ Θεῷ οἰκειῶν, οὐκ εἰσελεύσεται εἰς οἶκον Θεοῦ· τουτέστιν, ἐν τῇ οὐρανίῳ πόλει, ἐν ᾗ πάντων εὐφραινομένων ἡ κατοικία.

INTERR. LXXVIII.

Quid causæ est cur in parte quidem leprosus, legis scito immundus sit : qui vero totus ea commaculatus est, mundus decernatur [92] ?

Resp.

Qui parte aliqua leprosus est, membrum lepra commaculatum mortuum habet. Vitali enim sanguine subfugiente, subsidit locus cavusque efficitur : sicque adeo lepræ illa cavitate tactui sacerdotis subsidente, eum qui talis esset ille polluebat. Qui vero totus lepra commaculatus est, habet is quidem leprosi colorem : vitalis tamen sanguis toto corpore in superficie sparsus est. Significat vero ea res, eum scilicet qui ad extremam malitiam venerit, ac deinde pœnitentiam agat, vitale virtutis robur denuo recipere, solamque conscientiam prioribus cogitantis animi informationibus habere commaculatam. Non enim potest eorum quæ egit, non meminisse, neq ille cogitare, ac si non egisset. Ea itaque ratio est, cur eum, qui talis est, lex mundum pronuntiet.

B

ΕΡΩΤ. ΟΗ'.

Τί δήποτε ὁ μὲν ἐν μέρει λεπρὸς, ἀκάθαρτός ἐστι παρὰ τῷ νόμῳ· ὁ δὲ ὁλόλεπρος ὤν, καθαρός ἐστιν ;

Ἀπόκρ.

Ὁ κατά τι μέρος λεπρὸς, νεκρὸν ἔχει τὸ μέρος ἐν ᾧ ἐστιν ἡ λέπρα. Ὑποφεύγοντος γὰρ τοῦ ζωτικοῦ αἵματος, κοιλαίνεται ὁ τόπος· καὶ ἡνίκα τῇ ἁφῇ τοῦ ἱερέως ὑπέκυπτεν ἡ κοίλανσις τῆς λέπρας, ἐμίαινε τὸν τοιοῦτον· οὕτω καὶ ὁ κατά τι μέρος τῆς ψυχῆς λεπρωθεὶς, κοιλανθείσης τῆς ψυχῆς, τουτέστι ταπεινωθείσης διὰ τῆς ὑποχωρήσεως τῆς ζωτικῆς δυνάμεως τῆς ἀρετῆς, ἀκάθαρτος γίνεται. Ὁ δὲ ὁλόλεπρος, τὴν μὲν χρόαν τοῦ λεπροῦ ἔχει· τὸ δὲ ζωτικὸν αἷμα δι' ὅλου τοῦ σώματος ἔχει ἐν τῇ ἐπιφανείᾳ ἐνεσπαρμένον. Τοῦτο οὖν σημαίνει, ὅτι ὁ εἰς τὸ ἔσχατον πέρας τῆς κακίας ἐλθὼν, εἶτα μεταμεληθεὶς, ἐπαναλαμβάνει τὴν ζωτικὴν τῆς ἀρετῆς δύναμιν· μόνην δὲ τὴν συνείδησιν ἔχει κεχρωσμένην ταῖς προτέραις προλήψεσιν. Οὐ δύναται γὰρ ἅπερ ἔπραξε, μὴ λογίζεσθαι ὡς μὴ πράξας. Διὰ τοῦτο οὖν ὁ νόμος τὸν τοιοῦτον καθαρὸν ἀποφαίνει.

C

INTERR. LXXIX.

Quid sibi volunt, quæ legis ritu offerebantur, quinque victimarum genera, ovis, bos, capra, turtur, columba ?

Resp.

Uno quidem sensu, sumitur aries quidem, ut qui dux exsistat, ut significet vim rationis ; taurus, ut iram ; capra, ut cupiditatem ; turtur, ut castitatem ; columba, ut sanctimoniam. Sin vero etiam cujusque animalis quæ insunt a natura, exquirenda sunt, ac cuique illorum congrua aptanda spiritalis sensus ratio est ; aiunt qui rebus ejusmodi navarunt operam, ovem tria domino præstare, vellus,

ΕΡΩΤ. ΟΘ'.

Τί δηλοῦσιν αἱ κατὰ τὸν νόμον προσαγόμεναι ε' θυσίαι, τὸ πρόβατον, ὁ βοῦς, ἡ αἴξ, ἡ τρυγὼν, ἡ περιστερά ;

Ἀπόκρ.

Κατὰ μὲν μίαν ἐπιβολὴν, λαμβάνεται ὁ κριὸς μὲν ὡς ἡγεμονικὸν, ἐπὶ τοῦ λογιστικοῦ· ὁ δὲ ταῦρος, ἐπὶ τοῦ θυμικοῦ· ἡ δὲ αἴξ, ἐπὶ τοῦ ἐπιθυμητικοῦ· ἡ δὲ τρυγὼν, ἐπὶ τῆς σωφροσύνης· ἡ περιστερὰ δὲ, ἐπὶ τοῦ ἁγιασμοῦ. Εἰ δὲ δεῖ καὶ τὰ ἑκάστου ζώου προσόντα φυσικῶς ζητῆσαι, καὶ ἑκάστου αὐτῶν τὴν πρόσφορον ἐφαρμόσαι θεωρίαν, φασὶν οἱ τὰ τοιαῦτα ἐπεσκεμμένοι, ὅτι τρία προσάγει τῷ κεκτημένῳ τὸ

D

[91] Psal. LXXXVI, 7. [92] Levit. XIII, 1, 12.

ptus ; quod et Hieronymo quandoque obrepsisse notavit Morinus in *Exercit. Bibl.*

Porro in his Maximi quæstionibus non desunt aliqua, quæ majorem ἀκρίβειαν, etiam in eo genere quod libens assectatur, τῆς ἀλληγορίας sensusque spiritalis, videantur exigere : ut quædam mihi suspicio sit, vel quasi inchoatum quoddam ejus opus esse, quidquid istud est, vel aliena manu auctum et interpolatum, ut fere contingit in scriptis hujus generis, ubi nihil cohæret ; sed sunt quæsita prout memoriæ occurrebant, nullo certo ordine aut methodo, hinc inde congesta.

Digitized by Google

πρόβατον, τὸν μαλὸν, τὸ γάλα, τὸν ἄμνον. Ἡ δὲ κόρη τοῦ ὀφθαλμοῦ αὐτοῦ, συμπεριπολεῖ τῷ ἡλίῳ, καὶ ἑκάστης ἡμέρας ἀφοδεύει στυράθους τξε'. Τὸ δὲ λογικὸν πρόβατον ὁ ἄνθρωπος, εἴπερ ἑαυτὸν προσφέρειν θυσίαν τῷ κτησαμένῳ Θεῷ ἐσπούδακε, χρεωστεῖ διδόναι ὥσπερ μαλὸν, τὴν ἠθικὴν πρᾶξιν· ὡς δὲ γάλα, τὴν φυσικὴν θεωρίαν (θρεπτικὴ γὰρ αὕτη τοῦ νοῦ)· ὡς δὲ ἄμνὸν, τὸν μαθητευόμενον ἀπογεννῶν διὰ τῆς διδασκαλίας, καὶ πάντα ὅμοιον ἑαυτῷ καὶ τέλειον σπουδάζων προσάγειν τῷ Θεῷ. Ἀλλὰ καὶ τὴν κόρην τοῦ ὀφθαλμοῦ, ὁ τοιοῦτος ἔχει τῷ ἡλίῳ συμπεριπολοῦσαν· τουτέστι τὸν νοῦν, τῷ Ἡλίῳ τῆς δικαιοσύνης, διὰ τῆς προνοητικῆς τῶν ὄντων διοικήσεως φέροντι τὰ ἡμέτερα, συμπεριπολεῖ· τουτέστιν, ἀκολουθεῖ· ἔν τε γὰρ θλίψεσιν, ἔν τε εὐημερίαις εὐχαριστῶν· ἐπί τε τῇ καλῶς ἀγούσῃ τὰ πάντα προνοίᾳ. Ἀποβάλλει δὲ ὁ τοιοῦτος ἑκάστης ἡμέρας στυράθους τξε'· τουτέστι, τὰ ὑπὸ χρόνον καὶ γένεσιν φθαρτὰ καὶ περισσὰ ἑκάστοτε ἀπορρίπτει.

lac, agnumque. Ejus pupillam oculi cum sole circumagi, 333 ac quotidie pillulas 365 egerere. Ratione autem prædītus ovis, homo, siquidem hoc sedulo agat, ut se Deo, cujus dominii est, hostiam offerat, præbeat necesse est, tanquam vellus, actionem moribus institutam; tanquam vero lac, naturalem speculationem (ejus enim facultatis est ut mentem alat), ut autem agnum, discipulum doctrina adultum, per omnia similem perfectumque, Deo offerre studeat. Sed et pupillam oculi, qui talis est, una cum sole velut gyrantem habet; qui scilicet una cum Sole justitiæ, per providentiam res gubernante ac quæ nostra sunt ferente, mentem circumagat; nempe eum sequendo, in æruminis pariter atque secundis rebus gratias agat; cunctaque rite agenti ac dirigenti providentiæ, propense animo acquiescat. Egerit autem quotidie ejusmodi 365 pillulas; id est, tempori ortuique obnoxia, eoque interitura ac superflua, quotidie abdicat.

Περὶ δὲ τοῦ βοός; φασιν, ὅτι τὴν καρδίαν τρίγωνον κέκτηται· τὸν δὲ νεφρὸν πεντάδολον· ἔχει δὲ καὶ τρεῖς στομάχους· καὶ τὴν μὲν ἡμέραν, φωτοειδεῖς ἔχει τοὺς ὀφθαλμούς· τῇ δὲ νυκτὶ, πυροειδεῖς· καὶ τρίτον τῆς ἡμέρας καὶ τρίτον τῆς νυκτὸς κατ' ἀνατολὰς ὁρῶν πνέει φυσῶν. Ὁ δεξιὸς αὐτοῦ ῥὶς, εὐωδιάζει μόσχον· τὸ δὲ αἷμα αὐτοῦ, ἀναιρετικόν ἐστι πάντων τῶν ἡμέρων ζώων, χωρὶς τοῦ κυνός. Διὸ οὖν καὶ ἡμᾶς ὥσπερ βοῦν φέροντας, τὸν ζυγὸν τοῦ Χριστοῦ μεταχειριζομένους, τὰς λιθίνας ἀνατέμνειν καρδίας· καὶ τὰς μὲν ἀκάνθας τῶν παθῶν ἐκριζοῦν· πλατύνειν δὲ τὴν γῆν τῆς καρδίας πρὸς ὑποδοχὴν τοῦ θείου λόγου. Ἔχειν δὲ καὶ τὴν καρδίαν τρίγωνον, τουτέστι τὸν περὶ Τριάδος λόγον ὑγιῆ ἔχειν ἐν τῇ καρδίᾳ· ἵνα ὥσπερ ἡ καρδία διαδίδωσι φυσικῶς τὴν ζωὴν τῷ σώματι, οὕτως καὶ ἡ εἰς Θεὸν εὐσέβεια, τὰ μέλη τῆς ψυχῆς συνίστησι. Τὸν δὲ νεφρὸν ἔχειν πεντάδολον, τουτέστι τὸ ἐπιθυμητικὸν μὴ πρὸς τὰ πάθη τετράφθαι, ἀλλὰ διὰ τῶν ε' αἰσθήσεων τὴν κτίσιν κατοπτεύειν εἰς μόνην ἐπιθυμίαν καὶ ἀγάπην τοῦ Κτίσαντος. Τρεῖς δὲ στομάχους κεκτῆσθαι· ὁ στόμαχος πρῶτον τὰ σιτία δεχόμενος, καὶ διὰ τῆς πεπτικῆς δυνάμεως τὸ εἰλικρινὲς αὐτῶν ἑκάστῳ τῶν μελῶν παραπέμψας, τὸ λοιπὸν τῇ κοιλίᾳ δίδωσιν. Οὕτως οὖν ἡμᾶς προσήκει διὰ πρακτικῆς καὶ φυσικῆς καὶ θεολογικῆς θεωρίας ἀγομένους, καὶ τὰ πρόσφορα πᾶσι τοῖς μέλεσι τῆς ψυχῆς ἀπονέμοντας, καὶ τοῦ ἥττονος προνοεῖσθαι μέρους· τουτέστι, τοῦ σώματος· τοῦτο γὰρ ἡ κοιλία. Τρίτον δὲ τῆς ἡμέρας καὶ τρίτον τῆς νυκτὸς ἀφορῶντας πρὸς ἀνατολὰς πνέειν, τουτέστι τὴν τρισσὴν τοῦ Θεοῦ πρόνοιαν, συντηρητικὴν καὶ ἐπιστρεπτικὴν καὶ παιδευτικὴν ἀφορῶντας, ἔν τε νυκτὶ τῶν πειρασμῶν, ἔν τε ἡμέρᾳ εὐημερίας, εὐχαριστεῖν· ἔχειν δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς, ἐν μὲν νυκτὶ πυροειδεῖς, ἐν δὲ ἡμέρᾳ φωτοειδεῖς, τουτέστι, θεωρητικὴν δύναμιν, ἐν μὲν τῇ ἡμέρᾳ τῶν ἀρετῶν, τὰς ἐκ τοῦ Ἡλίου τῆς δικαιοσύνης ἀκτῖνας τῆς γνώσεως ὑποδεχομένην· ἐν δὲ τῇ νυκτὶ τῶν ὑπὲρ ἀρετῆς ἐπαγομένων ἀλλεπαλλήλων πειρασμῶν, τοὺς

Ad bovem autem quod attinet, aiunt habere cor triangulum; renem, quinque quasi projectionibus exstantem; stomachum triplicem; oculis interdiu lucidis, noctu igneis esse; ternas interdiu, totidemque noctu vices, conversum ad orientem tumentem inflatumque spirare. Dexteram ejus narem moschi spirare fragrantiam; sanguinem cicura quæque animalia, excepto cane, necare. Operæ pretium itaque, nos quoque bovis instar Christi assumpto jugo, lapidea corda proscindere; ac vitiorum quidem spinas evellere, cordis vero terram ad suscipiendum divinum sermonem dilatare. Cor item habere trigonum, sanam scilicet corde tenus de Trinitate doctrinam; ut sicut cor natura vitam corpori distribuit, sic et pietas in Deum membra stabiliat atque vegetet. Renem septem quasi projectionibus exstantem; ita nimirum ut cupiendi vis non ad vitia ac libidines conversa sit, sed sensuum opera hoc solum fine naturam contemplemur, ut ejus qui condidit desiderio afficiamur, eumque diligamus. Triplicem denique stomachum. Stomachus primum recipit cibos, tumque quod purum est per vim digerendi in singula membra transmittens, partes reliquas ventri tribuit. Sic igitur et nos, per moralem, naturalem atque divinam contemplationem provectos, cunctisque animi membris, 334 quod aptum sit iisque conducat, impartitos, etiam deterioris partis (id est, corporis; id enim venter intelligatur) curam agere convenit. Ter vero interdiu, ac ter noctu ad orientem aspicientes spirare, trinam Dei providentiam, qua conservat, convertit ac castigat, animis attendentes, sive in tentationum nocte, sive in rerum prosperarum die, gratias agere; sicque adeo oculis comparatos esse, ut ii noctu ignei, interdiu lucidi exsistant: ea scilicet prædīti contemplandi vi, ut in virtutum die, Solis justitiæ scientiæ radios suscipiant, noctuque crebrarum et quæ alias excipiant, tentationum virtutis causa illatarum, dere-

Digitized by Google

lictionum rationes comprehendant. Sed et dexteram narem, suavem odoris fragrantiam spirantem habere. Pars hominis dextera animus est; quod nempe duplices simus ex animo et corpore constituti. Qui igitur, quibus pollet animi dotibus ac virtutibus, sancti Spiritus gratiam attraxit, is suaveolens, ac qui dulcem reliquis spiret odorem, evadit. Ejus vero qui ejusmodi est fusus cruor, vim habet necandi cicura animalia; nempe ira perversa, si quis hominum eam æmuletur, vim habet consciscendæ necis; oblatrantibus vero in nos dæmonibus esca cedit.

Capræ vero talis quædam indoles est ac natura: facile montes conscendit, per perrupta graditur, ac musicis modulis delectatur. Ejus dextrum cornu quovis loco suffiatur, terræ motus speciem ingerit; quotidie pillulas ducentas excremento egerit. Necesse igitur est, ut et animus noster tentationum perrupta audenter fiduciaque transiliat, atque propheticos conscendens montes, scientiæ alta captet, eamque in deliciis habeat: neque id modo, verum etiam fistulæ modulis (actuosa scilicet ratione ac oratione) voluptatem auditoribus docendo ingerat. Dextrum cornu hoc significat, eum, qui animi contemplandi vim per orationem Deo admoverit, suavi fragrantia auditoribus obrepentem, carnalium in eis vitiorum habitum concutere. Hic talis, quotidie errorem circa ea quæ in sensum cadunt versantem, proscribit. Sensus enim cum rerum in sensum cadentium complicati..... *Deest finis.*

A λόγους καταλαμβάνουσαν τῶν ἐγκαταλείψεων· ἔχειν δὲ καὶ τὸν δεξιὸν ῥῖνα εὐώδη. Δεξιὸν μέρος τοῦ ἀνθρώπου ἐστὶν ἡ ψυχή· ἐπειδὴ διπλοῖ ἐσμεν ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος. Ὁ οὖν διὰ τὰς τῆς ψυχῆς ἀρετάς, τὴν χάριν τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐπισπασάμενος, γίνεται τοῖς ἄλλοις εὐώδης. Τὸ δὲ αἷμα τοῦ τοιούτου, ἀναιρετικόν ἐστι τῶν ἡμέρων ζώων· τουτέστιν, ὁ κατὰ παρατροπὴν θυμὸς, ἀναιρετικός ἐστι τοῖς μιμουμένοις αὐτὸν ἀνθρώποις· τροφὴ δὲ τοῖς ὑλακτοῦσι καθ' ἡμῶν δαίμοσιν.

B Ἡ δὲ αἴξ φύσιν ἔχει τοιαύτην, τὰ ὄρη εὐκόλως ἀναβαίνουσα, κρηνοβατεῖ, καὶ ἐπιτέρπεται τῶν μουσικῶν μελῶν· καὶ τὸ δεξιὸν αὐτῆς κέρας ἐὰν θυμιαθῇ ἐν οἱῳδάνποτε τόπῳ, σεισμοῦ φαντασίαν παρέχει. Ἀφοδεύει δὲ ἑκάστης ἡμέρας σπυράθους διακοσίους. Δεῖ οὖν καὶ τὴν ἡμετέραν ψυχὴν τοὺς κρημνοὺς τῶν πειρασμῶν εὐθαρσῶς διαπηδᾷν· καὶ τὰ προφητικὰ ὄρη ἀναβαίνουσαν, τὸ ὕψος τῆς γνώσεως θηρᾶσθαι, καὶ ἐπὶ ταύτῃ ἥδεσθαι· καὶ οὐ μόνον ἥδεσθαι, ἀλλὰ καὶ διὰ τοῦ δόνακος, τουτέστι τοῦ ἐμπράκτου λόγου, διδάσκοντα ἡδονὴν ἐντιθέναι τοῖς ἀκούουσι. Τὸ δὲ δεξιὸν κέρας, σημαίνει ὅτι ὁ τὸ θεωρητικὸν τῆς ψυχῆς διὰ τῆς προσευχῆς τῷ Θεῷ προσαγαγὼν, εὐώδης γινόμενος τοῖς ἀκούουσι, τὴν ἐν αὐτοῖς ἕξιν τῶν σαρκικῶν παθῶν διασαλεύει. Ὁ τοιοῦτος ἑκάστοτε τὴν περὶ τὰ αἰσθητὰ ἀποβάλλει πλάνην. Αἱ γὰρ αἰσθήσεις τῶν αἰσθητῶν συμπλεκόμεναι..... *Λείπει.*

MONITUM.

AD EXPOSITIONEM PSALMI QUINQUAGESIMI NONI.

Una hæc nobis Maximi in Psalmos lucubratio exstat; habentque plerique codices, cum nullas præterea hujus argumenti aut schematis expositiones proferant. Hic quoque parum litteræ studet, consectatus sensus mysticos ac allegoricos; quod et Græcis aliis fere familiare; unus Chrysostomus majoris aliquid operæ posuit enarrandis aliquot psalmis, inter quos non est iste: in quo tamen non parum desudasse aliorum Patrum operam, argumento est locupletissima Catena a Corderio edita. Canit hic psalmus, quæ gesta Davidi fuse narrantur II Reg. VII. et I Par. XVIII, et in Christum verius allegoria referuntur, ac typo gentium vocationem, Christi de illis victoria designare intelliguntur, ut rite etiam Maximus, in eam rem exponens titulum.

335 ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΕΙΣ ΤΟΝ ΝΘ΄ ΨΑΛΜΟΝ.

EJUSDEM

EXPOSITIO IN PSALMUM LIX.

In finem; iis qui immutabuntur; in tituli inscriptionem ipsi David; in doctrinam, cum succendit

C Εἰς τὸ τέλος, τοῖς ἀλλοιωθησομένοις· εἰς στηλογραφίαν τῷ Δαβίδ· εἰς διδαχὴν, ὁπότε ἐνεπύ-

Digitized by Google

ρισε τὴν Μεσοποταμίαν, καὶ τὴν Συρίαν Σωβᾶ [erat Σωβάλ]· καὶ ἐπέστρεψεν Ἰωάβ, καὶ ἐπάταξε τὴν φάραγγα τῶν Ἁλῶν δώδεκα χιλιάδας.

A *Mesopotamiam, et Syriam Soba : et reversus est Joab, et percussit vallem Salinarum duodecim millia* [1].

Εἰς τὸ τέλος, τοῖς ἀλλοιωθησομένοις ὁ παρὼν ἐπιγράφεται [ἐπιγέγραπται] ψαλμός· διά τε τὴν ἐπὶ τέλει τῶν χρόνων διὰ τῆς ἐπιδημίας τοῦ Χριστοῦ γενομένην τοῖς ἀνθρώποις ἐξ ἀπιστίας εἰς πίστιν, καὶ ἀπὸ κακίας εἰς ἀρετὴν, καὶ ἀγνοίας εἰς γνῶσιν Θεοῦ γνωμικήν τε καὶ προαιρετικὴν μεταβολὴν καὶ ἀλλοίωσιν· Διά τε τὴν εἰς ὕστερον ἐπὶ τέλει τῶν αἰώνων γενησομένην δι' αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ καθολικὴν τοῦ παντὸς γένους τῶν ἀνθρώπων ἐν χάριτι φυσικὴν ἐκ θανάτου καὶ φθορᾶς εἰς ζωὴν ἀθάνατον καὶ ἀφθαρσίαν, διὰ τῆς προσδοκωμένης ἀναστάσεως, ἀλλοίωσίν τε καὶ ἀνανέωσιν. *Εἰς στηλογραφίαν* (a) δὲ τῷ *Δαβίδ*· τουτέστιν, αὐτῷ τῷ Χριστῷ· διά τε τὴν γενομένην ἤδη κατὰ τὴν θείαν αὐτοῦ σάρκωσιν στήλης δίκην, ἐν αὐτῷ μὲν ὡς ἀρχηγῷ καὶ Σωτῆρι, καὶ μετ' αὐτὸν ἐν τοῖς κατ' αὐτὸν εὐσεβῶς βιοῦσι, τῆς κακίας ἀναίρεσιν· διά τε τὸν ἔτι δι' αὐτοῦ γενησόμενον παντελῆ τοῦ τε θανάτου καὶ τῆς φθορᾶς ἀφανισμόν. *Εἰς διδαχὴν* δὲ *ὁπόταν ἐνεπύρισε τὴν Μεσοποταμίαν, καὶ* (b) *τὴν Συρίαν Σωβᾶ* [*Fr.* Σωβάλ]. Εἰς διδαχὴν ἡμῖν, τοῖς ἀλλοιουμένοις καὶ ἀλλοιωθησομένοις, δηλονότι τὴν ἐπαινετὴν καὶ θείαν ἀλλοίωσιν, ὁ ψαλμὸς ἐπιγέγραπται παρὰ τοῦ Δαβὶδ τοῦ νοητοῦ· λέγω δὲ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ. Μόνος γὰρ αὐτὸς ἀληθινὸς βασιλεὺς ὑπάρχων τοῦ Ἰσραὴλ καὶ ὁρῶντος Θεὸν, ὡς πάσης ἀναιρέτης κακίας καὶ ἀγνωσίας, καὶ νικητὴς παντὸς χρόνου καὶ φύσεως, δι' ὧν ἐν ἡμῖν κακία συνίστασθαι πέφυκεν· ἐνεπύρισε τὴν Μεσοποταμίαν, διὰ σαρκὸς ἡμῖν ὁμιλήσας· τουτέστι, τὴν ἐπικλυζομένην τοῖς παρὰ φύσιν πάθεσι τῆς σαρκὸς ἕξιν τῆς κακίας. *Καὶ τὴν Συρίαν Σωβᾶ* [*etiam Fr.* Σωβᾶ· *et deinceps*], τουτέστι τὴν δεδουλωμένην τῷ χρόνῳ, ἤγουν ἠπατημένην τῷ αἰῶνι τούτῳ διάθεσιν. Ἑπτὰ γὰρ ἡ Σωβᾶ ἑρμηνεύεται· σαφῶς δὲ τοῦτο δηλοῖ τὴν χρονικὴν ἰδιότητα. Ἑβδοματικὸς γὰρ ὁ χρόνος. Φύσιν γὰρ καὶ χρόνον εἴωθεν ὁ διάβολος συνεπικινεῖν ἑαυτῷ κατὰ τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς γνώσεως, τοὺς ἀφανεῖς συμπλέκων πολέμους, ὡς τὰς δύο Συρίας κατὰ τοῦ Δαβὶδ ὁ Ἀδραάζαρ. Ἀδραάζαρ γὰρ εἰς τὴν Ἑλλάδα φωνὴν μεταφρασζόμενος, *λύων ἰσχὺν* (c)

Psalmi hujus inscriptio est : *In finem, his qui immutabuntur;* tum propter futuram in fine temporum, per adventum Christi, ex infidelitate ad fidem, exque vitio ad virtutem, ac ex ignorantia ad scientiam, animi proposito ac voluntate, hominum mutationem; tum propter exhibendam postremo in fine sæculorum per ipsum Salvatorem nostrum Deum, universi generis humani universam in gratia naturalem a morte et corruptione, ad vitam immortalem ac incorruptionem, exspectata resurrectione, immutationem ac renovationem. *In tituli* autem *inscriptionem ipsi David*, hoc est Christo, tum B propter factam pridem, divina ipsius incarnatione, tituli instar, in ipso quidem, ut ipso duce ac Salvatore, ab eoque deinceps in his qui ex ejus præscripto pie vitam instituunt, pravitatis ac nequitiæ eversionem; tum propter futuram adhuc, ipso præstante, integram mortis ac corruptionis abolitionem. *In doctrinam* autem, *cum succendit Mesopotamiam et Syriam Soba :* in doctrinam nobis, qui immutamur et sumus immutandi (laudabili scilicet ac divina immutatione) ab spiritali Davide (Christo scilicet Deo) inscriptus est psalmus. Cum enim unus ipse verus Israelis ac Deum videntis rex exsistat, tanquam malitiæ omnis ac ignorantiæ eversor, omnisque temporis ac naturæ victor; quibus proclive **336** in nobis vitium pravitasque conflatur C ac inolescit; Mesopotamiam succendit, per carnem nobiscum versatus; nempe stagnantem prolutumque innaturalibus carnis affectibus atque vitiis habitum. *Et Syriam Soba;* tempori scilicet mancipatam, id est, sæculi hujus errore delusam animi affectionem. *Soba* enim, si nomen interpreteris, *Septem* significat [imo, *Syriam quasi militarem*], quod in temporis palam proprietatem sonat. Tempus enim septenario vertitur. Solet enim diabolus, dum adversus virtutem ac scientiam invisibilia prœlia commissurus est, una secum naturam tempusque movere, haud secus ac Adraazar ambas Syrias adversus Davidem [2]. Adraazar enim, si in linguam nostram vertas ac interpreteris, *dissolvens fortitu-*

[1] II Reg. VIII, 4; X, 7; I Paral. XVIII, 4. [2] I Reg. XI, 19.

(a) *Εἰς στηλογραφίαν.* Assumit Maximus proclivi Græcorum usu, ut quasi ex titulo proscriptionem significet, seu damnationem (nempe malitiæ vitiique) factam primo in Christo, exque illo, ac per illum in sanctis. Potius tamen (hic præcipue) titulum victoriæ Christi videatur sonare. Habetur eadem vox Psal. XV, LV, LVI, LVIII, ubi ol LXX sic reddentes, aliud videntur legisse quam modo Hebræa habeant : nempe מכתב, non ut jam legimus מכתם, quod Arabica voce *rem absconditam* significat, id est, *servatu dignam*, nisi etiam sic reddendo servandi modum explicare voluerunt, ut scilicet perenni titulo ad memoriam servetur, ac velut columnæ inscriptum. Sic sæpe illi, paulo aliter reddendo, non alias voces legerunt, sed ut eas ipsas, quas legimus, clarioribus aliis redderent, sibi indulserunt. Quidam instrumentum musicum volunt : alii insigne militare; cum ejus radix sit כתם, quæ *auri optimi massam* significat. Chald. *exemplar*, quod ipsum a tituli inscriptione non valde remotum, adjuncta præsertim voce εἰς διδαχήν, *in documentum*.

(b) *Τὴν Συρίαν Σωβᾶ.* Sic emendo, quod ita sequentibus codices habeant, non Σοβάλ, quod liquet non reddidisse τοὺς LXX, ut nec Hebræa habent, sed idipsum quod II Reg. et I Par. Ubique enim צובה, cum Sobal longe alia vox sit, aliudque significet, atque aliis prorsus litteris Hebraice scribatur, nempe שובל, uti et qua *septem* significant, שבע, mirumque venisse in mentem Maximo, sive ei, qui illi auctor etymi fuit, ut Soba *septem* interpretaretur; cum sit clare *exercitus, militans*, etc.

Digitized by Google

dinem dicitur, aut *potentiam evertens*; nempe diabolus, qui spiritale humanæ naturæ robur, seducendo, divini transgressione mandati ab initio dissolvit, atque hominem naturæ ac tempori servum addixit. Absque enim iis, quæ naturæ subsunt atque tempori, omnino adversus homines pugnam instruere nequit.

Et reversus est Joab, et percussit vallem Salinarum duodecim millia. Quisquis enim spiritalis regis Davidis (id est, Domini nostri Jesu Christi) dux militiæ contra adversarias potestates eduxit, duodecim millia percutit in valle Salinarum. Vallis autem Salinarum caro est, ut quæ probrosissimorum affectuum locus per inobedientiam facta sit. In hac quasi valle, quisquis pius est ac religiosus, rationis armis ac contemplationis, naturam ac tempus percutit; abhorrentem scilicet a ratione occupatam animi in illis opinionem, qua præstat virtutis ac scientiæ celsitate, naturæ temporique obnoxiis legibus haudquaquam immorans. Duodenarius enim numerus naturam tempusque significat; quippe cum natura, ob quinque sensus, quinaria sit; tempus vero septenarium, ut cuivis perspicuum est. Si autem quinque septemque componendo junxeris, duodenarium plane numerum impleveris.

Forte vero occisorum numerus, facultatum animi ternionem significat, rerum in sensum cadentium quaternioni male erroris seductione implexum atque innexum, unde quidquid peccatorum est proclive oritur; quem præclare nec tradit, qui spiritali Davidi, **337** certans pro veritate, opera deseruit, sapientiaque ac solertia invisibilia prœlia committit, ac adversus nequissimas potestates spiritaliter acie decernit. Omnis enim animi facultas innaturaliter mota, iis, quæ in sensum cadunt, fere complicatur. Cum itaque ratio, iraque et cupiditas, tres animi generales facultates, rebus in sensum cadentibus (quæ videlicet quaternariæ consistunt) succubuerint, duodenarium efficiunt numerum. Quatuor enim si tribus addideris, ac tria adjectis quatuor quinque composueris, huncce numerum compleveris; quem interficit, qui fide ad Dominum accedit, strenueque ac fortiter adversus omnem inaspectabilem hostemque spiritum prœlio decernit.

Ea itaque psalmi hujus inscriptio ac titulus est: *His qui immutabuntur;* nobis scilicet: *in doctrinam*, nempe eorum bonorum quæ ab spiritali Davide in nos pervenerunt: *In tituli inscriptionem ipsi David;* hoc est, in præconium ac celebrationem eorum quæ is propter nos divina ac salutaria præclare gessit. Tituli enim inscriptio, rerum præclare gestarum præconium ac celebrationem significat, ut sentiunt qui ejusmodi nominum vim apprime norunt.

VERS. 3. *Deus, repulisti nos et destruxisti nos; iratus es, et misertus es nobis.*

A ἡ κατασκάπτων δύναμιν ἑρμηνεύεται· ὅστις ἐστὶν ὁ διάβολος, ὁ δι' ἀπάτης τὴν πνευματικὴν ἰσχὺν τῆς ἡμετέρας φύσεως κατ' ἀρχὰς τῇ παραβάσει τῆς θείας ἐντολῆς διαλύσας, καὶ τῷ χρόνῳ καὶ τῇ φύσει δουλώσας τὸν ἄνθρωπον. Ἄνευ γὰρ τῶν ὑπὸ φύσιν καὶ χρόνον, μάχεσθαι τοῖς ἀνθρώποις παντελῶς οὐ δύναται.

Καὶ ἐπέστρεψεν Ἰωὰβ καὶ ἐπάταξε τὴν φάραγγα τῶν Ἁλῶν δώδεκα χιλιάδας. Πᾶς γὰρ ὁ τῷ νοητῷ βασιλεῖ Δαβὶδ στρατηγῶν, τουτέστι τῷ Κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ, κατὰ τῶν ἐναντίων δυνάμεων, πατάσσει δώδεκα χιλιάδας ἐν τῇ φάραγγι τῶν Ἁλῶν. Φάραγξ δέ ἐστιν Ἁλῶν ἡ σὰρξ, ὡς χωρίον παθῶν ἀτιμίας, διὰ τῆς παρακοῆς γενομένη· ἐν ᾗ καθάπερ φάραγγι διὰ λόγου καὶ θεωρίας, πᾶς εὐσεβὴς καὶ φιλόθεος πατάσσει φύσιν καὶ χρόνον· ἤγουν τὴν ἐπ' B αὐτοῖς τῆς ψυχῆς παράλογον πρόληψιν, μηδαμῶς ἐμμένων διὰ τὸ ὕψος τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς γνώσεως, τοῖς ὑπὸ φύσιν καὶ χρόνον νόμοις. Ὁ γὰρ δώδεκα ἀριθμὸς τὴν φύσιν δηλοῖ καὶ τὸν χρόνον· εἴπερ πενταδικὴ μὲν ἡ φύσις διὰ τὰς αἰσθήσεις· ἑβδοματικὸς δὲ χρόνος, ὡς πᾶσι καθέστηκεν εὔδηλον. Πέντε δὲ τοῖς ἑπτὰ συνθεὶς, τὸν δώδεκα πληρώσαις ἂν σαφῶς ἀριθμόν.

Τυχὸν δὲ καὶ τὴν κακῶς δι' ἀπάτης παρὰ φύσιν συμπλακεῖσαν τῇ τετράδι [τετράδι] τῶν αἰσθητῶν τριάδα τῶν δυνάμεων τῆς ψυχῆς κατὰ τὴν σχέσιν, δι' ἧς πᾶσα γίνεσθαι πέφυκεν ἁμαρτία, ὁ τῶν ἀνηρημένων ἀριθμὸς ὑποσημαίνει· ὃν καταφονεύσει καλῶς, ὁ τῷ νοητῷ Δαβὶδ ἐν τοῖς ὑπὲρ ἀληθείας ἀγῶσιν ὑπουργῶν, καὶ γνωστικῶς τὰς ἀοράτους μάχας συνάπτων, καὶ κατὰ τῶν πονηρῶν δυνάμεων πνευματικῶς παρατασσόμενος. Πᾶσα γὰρ ψυχῆς δύναμις παρὰ φύσιν κινουμένη, τοῖς αἰσθητοῖς συμπλέκεσθαι πέφυκεν. Ἐπειδὰν οὖν ὅ τε λόγος καὶ ὁ θυμὸς καὶ ἡ ἐπιθυμία, τρεῖς τὸν ἀριθμὸν οὖσαι γενικαὶ τῆς ψυχῆς δυνάμεις, τοῖς αἰσθητοῖς ἡττηθῶσι, τέσσαρσιν οὖσι, τὸν δώδεκα ἀριθμὸν ἀποτελεῖ. Τέσσαρα γὰρ ἐπὶ τρία, καὶ τρία ἐπὶ τέσσαρα τοῖς πέντε συντιθέμενα, τοῦτον πληροῖ τὸν ἀριθμόν· ὃν ἀναιρεῖ, ὁ τῷ Κυρίῳ πιστῶς προσχωρῶν, καὶ καλῶς ἀριστεύων κατὰ παντὸς ἀφανοῦς καὶ πολεμίου πνεύματος.

D

Ἐπιγέγραπται γοῦν ὁ παρὼν ψαλμὸς, *Τοῖς* μὲν *ἀλλοιωθησομένοις*, ἡμῖν, *εἰς διδαχὴν*, τῶν εἰς ἡμᾶς παρὰ τοῦ νοητοῦ Δαβὶδ γενομένων ἀγαθῶν· *Εἰς στηλογραφίαν* δὲ *τῷ Δαβὶδ*, τουτέστιν εἰς *ἀνάρρησιν* τῶν ὑπὲρ ἡμῶν αὐτοῦ θείων καὶ σωτηρίων κατορθωμάτων. Ἀνάρρησιν γὰρ κατορθωμάτων ἡ στηλογραφία δηλοῖ, κατὰ τοὺς ἐπιστήμονας τῶν τοιούτων ὀνομάτων ἐξηγητάς.

Ὁ Θεὸς, ἀπώσω ἡμᾶς, καὶ καθεῖλες ἡμᾶς· ὠργίσθης, καὶ ᾠκτείρησας ἡμᾶς.

(c) *Ἀΰων ἰσχύν.* Nempe legit Maximus, seu qui illi præivit etymologistes הדרעזר, quasi a דזה, *languidus*, sicque scribitur, II Reg. VIII; etsi I Paral. XVIII, est ר loco ז pro tertia littera. Possit et a דוד *amicum auxilium*. Auctor explicationis propriorum nominum Biblicorum, per ר et ח legit.

Digitized by Google

Ἀπώσατο ἡμᾶς ὁ Θεὸς, ὅταν μὴ φυλάξαντες κατ' ἀρχὰς τὴν ἐντολὴν, ἀνάξιοι ἐφάνημεν τῆς κατὰ πρόσωπον αὐτοῦ ὁμιλίας. Καθεῖλεν ἡμᾶς, ὅτ' ἂν τοῦ ὕψους τῆς ἐν τῷ παραδείσῳ δόξης, διὰ τὴν ἡμῶν κακίαν ἀπεξένωσεν· ὠργίσθη, ὅτ' ἂν ἐπὶ τιμωρίᾳ καὶ κολάσει τῆς κακίας, τῷ τοῦ θανάτου ἐπιτιμίῳ ἡμᾶς καθυπέβαλεν· ᾠκτείρησεν ἡμᾶς, ὅτ' ἂν διὰ τοῦ μονογενοῦς αὐτοῦ Υἱοῦ Θεοῦ Λόγου σαρκωθέντος, καὶ τὴν ὑπὲρ πάντων ἡμῶν ὀφειλὴν καταδεξαμένου, ἐλυτρώσατο ἡμᾶς τοῦ θανάτου, καὶ εἰς τὴν ἑαυτοῦ δόξαν πάλιν ἐπανήγαγεν.

A Repulit nos Deus, cum jam initio non servando mandata, visi sumus indigni qui ejus coram colloquio frueremur : destruxit nos, cum a celsa paradisi gloria, ob nostram malitiam, extrusit : iratus est, cum sceleris nostri ac malitiæ vindex, mortis nos pœnæ addixit : misertus est nostri, cum per unigenitum Filium suum Deum Verbum incarnatum, et qui nostrum in se debitum receperit, a morte nos redemit, atque in suam gloriam rursus revocavit.

Συνέσεισας τὴν γῆν καὶ συνετάραξας αὐτήν· ἴασαι τὰ συντρίμματα αὐτῆς, ὅτι ἐσαλεύθη.

Vers. 4. *Commovisti terram et conturbasti eam ; sana contritiones ejus, quia commota est.*

Συνέτεισεν ἡμῶν τὴν γῆν καὶ συνετάραξε, τουτέστι, τὴν καρδίαν, δοὺς ἡμῖν τὴν μάχαιραν τοῦ πνεύματος, τὴν τὸ χεῖρον τοῦ κρείττονος γνωστικῶς διακρίνουσαν, καὶ τὸν νόμον τοῦ πνεύματος κατὰ τοῦ νόμου τῆς σαρκὸς ἐγείρουσαν· καὶ τὸν κατὰ τῶν παθῶν ἐπαινετὸν πόλεμον ἐν ἡμῖν δημιουργοῦσαν· καὶ τὴν ἐν ἡμῖν τῶν παθῶν συνέχειαν συσσείουσαν, καὶ συνταράσσουσαν ἐπὶ ταῖς κατὰ πρόληψιν ἀτόποις μνήμαις τὴν συνείδησιν. Ἴαται δὲ τὰ συντρίμματα τῆς ἡμῶν καρδίας, ἅπερ σαλευθεῖσά τε καὶ ὀλισθήσασα διὰ τῆς παρακοῆς καταρχὰς ἐκ τῆς ἐν τῷ παραδείσῳ παραβάσεως, ὑπέμεινε, διὰ τῆς ἐν χάριτι πνευματικῆς ἀναγεννήσεως.

Commovit terram nostram ac conturbavit (cor scilicet), dando nobis gladium spiritus [a], qui id quod B deterius ac vitii est, ab eo quod præstantius atque virtutis sapienter dispescat, legemque spiritus adversus legem carnis exsuscitet, ac dignum laude in nobis adversus vitia ac perturbationes bellum conflet ; cohærentesque ejusmodi affectus ac libidines **338** concutiat, nec non conscientiam, pro occupata opinione, absurdarum ac impurarum memorem cogitationum, conturbet. Sanat autem per spiritalem, gratia auctore, regenerationem, contritiones cordis nostri, quas jam initio, per inobedientiam emotum, mandati in paradiso transgressione, sustinuit.

Ἔδειξας τῷ λαῷ σου σκληρά· ἐπότισας ἡμᾶς οἶνον κατανύξεως. Ἔδωκας τοῖς φοβουμένοις σε σημείωσιν, τοῦ φυγεῖν ἀπὸ προσώπου τόξου· ὅπως ἂν ῥυσθῶσιν οἱ ἀγαπητοί σου.

Vers. 5-7. *Ostendisti populo tuo dura ; potasti nos vino compunctionis. Dedisti metuentibus te significationem, ut fugiant a facie arcus ; ut liberentur charissimi tui.*

Δεικνύει σκληρὰ τοῖς φοβουμένοις αὐτὸν διὰ τῶν ἐντολῶν ὁ Θεὸς, κατὰ τὴν πρακτικὴν φιλοσοφίαν· τοὺς τρόπους τῆς τοῦ σώματος νεκρώσεως ὑποτιθέμενος· ἢ τοὐναντίον, διὰ τῆς ποικίλης προνοίας καὶ χρίσεως, φιλανθρώπως πρὸς τὸ συμφέρον παιδεύων ἡμᾶς, τοὺς μὴ κατὰ θέλησιν ἀνεχομένους τὸν θεῖον ζυγὸν ὑπελθεῖν τοῦ νόμου τῶν ἐντολῶν. Ποτίζει δὲ οἶνον κατανύξεως, ἤγουν τὴν ἐπομένην τῇ διὰ τῆς πρακτικῆς καθάρσει κατὰ τὴν πνευματικὴν θεωρίαν χαριζόμενος γνῶσιν· πᾶσα γὰρ γνῶσις πνευματικὴ κατανύσσει τὴν καρδίαν, εἰς συναίσθησιν ἄγουσα τοῦ μεγέθους τῶν ἐφ' ἡμῖν θείων εὐεργεσιῶν.

Ostendit Deus his, qui ipsum metuunt, mandatorum ratione dura, per eam philosophiæ partem, quæ actionem colit, corporis mortificandi modos documento tradens ; vel e contra, providentiæ ac judicii variis rationibus per summam benignitatem, ad id quod conducat, nos erudiens, qui divinum legis mandatorum jugum, ipsi sponte ac voluntate ferre recusamus. Potat autem nos vino compunctionis : dum scilicet eam, quæ actionis cultu partam sequitur emundationem, spiritali contemplatione largitur scientiam. Omnis enim scientia, divinorum in nos beneficiorum magnitudinis sensum ingerens, animum compungit.

Δίδωσι δὲ τοῖς φοβουμένοις αὐτὸν σημείωσιν, τοῦ φυγεῖν ἀπὸ προσώπου τόξου· τὴν νέκρωσιν τοῦ Ἰησοῦ· ἐν τῷ σώματι περιφέρειν διδάσκων τοὺς φοβουμένους αὐτόν· καθ' ἣν ἡ παντελὴς τῆς ἁμαρτίας ἀπραξία συνέστηκε. Σημείωσις γὰρ ἀληθὴς, ἡ διὰ σταυροῦ νεκροῦσα τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς καθέστηκε δύναμις. *Πρὸς τὸ φυγεῖν ἀπὸ προσώπου τόξου*· τουτέστιν, ἀπὸ τῆς ἐμφαινομένης τοῖς οὖσιν ἀπατηλῆς ἐπιφανείας. Πρόσωπον γὰρ τόξου, φημὶ δὲ ἑκάστου δαιμονιώδους πάθους, ἡ τὴν αἴσθησιν ἐρεθίζουσα τῶν σωμάτων ἐστὶν ἐπιφάνεια, καθάπερ ἀκὶς βέλους τὴν αἴσθησιν τιτρώσκουσα, καὶ πρὸς τὰ πάθη τὴν ψυχὴν ἀπρεπῶς διερεθίζουσα. Διόπερ ἀπὸ προσ-

D Dat autem his qui ipsum metuunt significationem, ut fugiant a facie arcus, docens eos ut mortificationem Jesu in corpore suo circumferant [b], qua peccatum omnino otiari atque vacare contingit. Vera enim significatio est, vis ea, quæ per crucem carnis sensum exstinguit. *Ut fugiant a facie arcus* ; hoc est, ab externa rerum specie. Arcus enim facies (cujusque scilicet dæmoniaci affectus atque vitii) externa illa corporum species est, quæ sensum illicit, ac velut acumen acus vulnus infligens, ad vitia turpiter animum illecebra trahit. Fugiendum itaque a facie arcus monet Scriptura, his qui metuant Dominum ; at non ab arcu. Peccati namque

[a] Hebr. IV, 12. [b] II Cor. IV, 10.

Digitized by Google

arcus, absque facie, nec ullum forte damnum iis attulerit.

A ὥπου τόξου φησὶν ὁ Λόγος φεύξεσθαι τοὺς φοβουμένους τὸν Κύριον, ἀλλ' οὐκ ἀπὸ τόξου. Τὸ γὰρ τόξον τῆς ἁμαρτίας, ἄνευ προσώπου τυχὸν, οὐδέ τι δράσειε κατὰ τῶν φοβουμένων τὸν Κύριον.

Ut liberentur dilecti Dei. Dilecti Dei sunt, quæ per contemplationem divinam scientiam continent, rationes : quas liberant, qui per actionem conflantur virtutum modi, ab omni errore, cunctisque animo obtundentibus per occupatam opinionem, memoriæ penu repositis peccati simulacris ac formis.

Ἐφ' ᾧ ῥυσθῆναι τοὺς ἀγαπητοὺς τοῦ Θεοῦ. Ἀγαπητοὶ δὲ Θεοῦ εἰσιν, οἱ κατὰ θεωρίαν συνεκτικοὶ τῆς θείας γνώσεως λογισμοί· οὓς ῥύονται, οἱ κατὰ τὴν πρακτικὴν συνιστάμενοι τρόποι τῶν ἀρετῶν, ἀπὸ πάσης πλάνης καὶ πασῶν τῶν διοχλουσῶν τῇ ψυχῇ κατὰ πρόληψιν τῆς ἁμαρτίας [*Fr.* ἁμαρτιῶν] μνημῶν.

339 VERS. 8. *Salvum fac dextera tua, et exaudi me. Deus locutus est in Sancto suo : Exsultabo et partibor Sichimam, et convallem Tabernaculorum dimetiar.*

Σῶσον τῇ δεξιᾷ σου, καὶ ἐπάκουσόν μου. Ὁ Θεὸς ἐλάλησεν ἐν τῷ Ἁγίῳ αὐτοῦ· Ἀγαλλιάσομαι καὶ διαμεριῶ Σίκημα, καὶ τὴν κοιλάδα τῶν Σκηνῶν διαμετρήσω.

B

Salvat Deus dextera sua, dando unigenitum Filium suum (est enim Filius Patris dextera) redemptionem pro mundi salute. Exaudit vero dando justo, præter remissionem peccatorum, etiam spiritalia dona. Nam audit Deus suum supplicem, primum per pœnitentiam tribuendo veniam peccatorum; exaudit vero ac quasi cumulate audit, dum præter remissionem peccatorum, etiam afflatus ac dona per gratiam spiritalem concedit. In Sancto autem suo loquitur, hoc est, in Verbo suo incarnato, divinum suum consilium ac propositum, quod a sæculis ac generationibus fuerat absconditum; per Christi nimirum in carne dispensationem, ejus humana nobiscum conversatione, quodam modo diserte clamans, mundoque ad æternæ vitæ C informationem, omni voce clarius insonantem, bonorum operum exhibitionem præbens. Loquitur vero etiam in quovis sancto, ejus servante mandata quasi viventes per opera sermones, omnique voce vocaliores ostentans.

Σώζει ὁ Θεὸς τῇ δεξιᾷ αὐτοῦ, διδοὺς τὸν μονογενῆ αὐτοῦ Υἱόν· δεξιὰ γὰρ τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱός· λύτρον ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου σωτηρίας. Ἐπακούει δὲ, διδοὺς τῷ δικαίῳ, πρὸς τῇ ἀφέσει τῶν ἁμαρτημάτων, καὶ πνευματικὰ χαρίσματα. Ἀκούει μὲν γὰρ τοῦ ἱκετεύοντος αὐτὸν ὁ Θεὸς, πρῶτον διὰ τῆς μετανοίας ἄφεσιν διδοὺς ἁμαρτημάτων, ἐπακούει δὲ, πρὸς τῇ ἀφέσει τῶν ἁμαρτημάτων, καὶ τὰ διὰ χάριτος πνευματικῆς διδοὺς ἐνεργήματα. Λαλεῖ δὲ ἐν τῷ Ἁγίῳ αὐτοῦ· τουτέστιν, ἐν τῷ σαρκωθέντι αὐτοῦ λόγῳ, τὸν θεῖον αὐτοῦ σκοπὸν τὸν ἀποκεκρυμμένον ἀπὸ τῶν αἰώνων καὶ ἀπὸ τῶν γενεῶν, κατὰ τὴν ἔνσαρκον αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ οἰκονομίαν. Διὰ τῆς καθ' ἡμᾶς ἀνθρωποπρεποῦς αὐτοῦ ἀναστροφῆς, οἱονεὶ διαῤῥήδην βοῶν, καὶ τῷ βίῳ διδοὺς εἰς ὑποτύπωσιν αἰωνίου ζωῆς, εἰκόνα πάσης γεγωνοτέραν φωνῆς, τὴν τῶν ἀγαθῶν ἔργων ἐπίδειξιν. Λαλεῖ δὲ καὶ ἐν ἑκάστῳ ἁγίῳ φυλάττοντι αὐτοῦ τὰς ἐντολὰς· οἷον ζῶντας δεικνὺς διὰ τῶν ἔργων τοὺς λόγους, καὶ πάσης φωνῆς γεγωνοτέρους.

Exsultat autem tunc justus, cum Unigeniti gratia perfectus ac consummatus, idoneus factus fuerit, ut dividat Sichima; nempe ut pro cujusque captu ac ratione ex docta experientia, virtutum viriles modos, colendo actionem, reliquis documento tradat. Est enim Sichima, si nomen interpreteris, *humerorum latitudo;* ejusmodi scilicet habitus, qui et omnes perturbationes vitiaque coerceat, omniumque parens ac causa virtutum exsistat. Aiunt enim D humerum virtutis præferre symbolum.

Ἀγαλλιᾶται δὲ ὁ δίκαιος, ἡνίκα τελειωθεὶς τῇ χάριτι τοῦ Μονογενοῦς, ἱκανὸς γένηται διαμερίσαι τὴν Σίκημα· τουτέστιν, ἄλλοις ἀναλόγως ἐκ πείρας ἐπιστήμονος ὑποθέσθαι, τοὺς κατὰ τὴν πρακτικὴν ἀνδρικοὺς τῶν ἀρετῶν τρόπους. Ὦμίασις (*d*) γὰρ ἡ Σίκημα ἑρμηνεύεται· ὅπερ ἐστὶν ἡ πάντων μὲν ἐφεκτικὴ τῶν παθῶν, πασῶν δὲ ἐνεργητικὴ τῶν ἀρετῶν ἕξις. Πράξεως γὰρ σύμβολον τὸν ὦμον εἶναί φασι.

Et convallem Tabernaculorum dimetitur; convenientes scilicet cuique rei rationes per naturalem contemplationem tribuens. Convallis enim Tabernaculorum mundus iste est, in quo scilicet, pro diversa cujusque voluntate animique proposito,

θείσης τῆς γνώμης τῷ λόγῳ τῆς φύσεως, ἡ τοῦ
Θεοῦ πρὸς τὴν φύσιν καταλλαγὴ γίνεσθαι πέφυκεν,
ὅτι μήτε δυνατὸν ἑτέρως κατὰ τὴν γνώμην πρὸς
ἑαυτὴν στασιάζουσαν τὴν φύσιν, τὴν θείαν καὶ ἀν-
εκλάλητον ὑποδέξασθαι συγκατάβασιν. Καὶ τυχὸν
διὰ τοῦτο πρότερον ἡμᾶς βούλεται τὰς πρὸς ἀλλή-
λους ποιεῖσθαι καταλλαγὰς ὁ Θεὸς, οὐχ ἵνα παρ'
ἡμῶν μάθῃ καταλλάττεσθαι τοῖς ἁμαρτάνουσι, καὶ
τῶν πολλῶν συγχωρεῖν καὶ φοβερῶν ἐγκλημάτων
τὴν ἔκτισιν, ἀλλ' ἵνα ἡμᾶς καθάρῃ παθῶν, καὶ δείξῃ
συμβαίνουσαν τῇ σχέσει τῆς χάριτος τὴν τῶν συγ-
χωρουμένων διάθεσιν (7). Σαφῶς δὲ καθέστηκε δῆ- D
λον, ὅτι τῆς γνώμης ἑνωθείσης τῷ λόγῳ τῆς φύσεως,
ἀστασίαστος ἔσται πρὸς τὸν Θεὸν ἡ τῶν τοῦτο
κατωρθωκότων προαίρεσις· εἴπερ οὐδὲν πέφυκεν
ἐνθεωρεῖσθαι παράλογον τῷ λόγῳ τῆς φύσεως, ὃς
καὶ νόμος ἐστὶ φυσικός τε καὶ θεῖος (8), ὅταν καθ'
ἑαυτὸν ἐνεργουμένην λάβῃ τῆς γνώμης τὴν κίνησιν.
Εἰ δὲ παράλογον οὐδέν ἐστιν ἐν τῷ λόγῳ τῆς φύ-
σεως, εἰκότως ἡ γνώμη κατὰ τὸν λόγον κινουμένη
τῆς φύσεως, συμβαίνουσαν ἕξει διὰ πάντων τῷ Θεῷ
τὴν ἐνέργειαν· ἥτις ἐστὶ [*Fr.* ἥτις ἔσται] διάθεσις
ἔμπρακτος, τῇ χάριτι τοῦ φύσει καλοῦ πρὸς ἀρετῆς
γένεσιν πεποιωμένη.

ac expositionem, in sæculo hoc, cujus symbolum A
esse diximus hodiernum diem, incorruptum sapien-
tiæ panem, a quo nos primi temporis transgressio
exclusit, orationis suffragio inquirit (ut qui unicam
hanc voluptatem noverit, quæ divinorum consecu-
tione consistit; cujus quidem dandæ Deus arbiter
natura exsistit; custos autem libero voluntatis pro-
posito, ipse est, qui accepit : hunc que unicum
dolorem intelligat, quod est iis frustrari; cujus
damni suggestor quidem diabolus est; auctor vero,
quisquis per animi ignaviam, ac mollitiem divina
consectando fatiscit) id custodiens, enixeque ser-
vans, quod animi affectu charissimum ducit; cujus
voluntas nulli prorsus, iis ex rebus quæ in oculos
incurrunt, proclivior hæreat; quique adeo ita com-
paratus sit, ut quibus corpus molestis afficitur, a B
recti tramite minime abducatur; is plane tranquillo
animo, nullisque exasperato affectibus, iis, qui in
ipsum peccant, dimittit; quod nempe, quod ipse
donum desiderio colit, nemo prorsus subigere
possit, tantum illud ac tale, ut ejus omnino robur
natura inexpugnabile existimetur. Quin se ipse Deo
(absit verbo invidia) virtutis constituit exemplum,
ad sui imitationem eum, qui omni major imitatione
est, hisce verbis compellans, velutque adhortans :
Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus
debitoribus nostris; talem obsecrans sibi fore Deum,
qualis ipse proximis fuit. Nam si ea ratione, qua
ipse in eum peccantibus dimisit, Deum quoque ipsi
dimittere cupit; plane sicut Deus absque omni C
perturbatione dimittit, quibus dimittit, sic ipse
quoque in iis quæ accidunt, imperturbatus ac tran-
quillæ mentis manens, quod offensus est, dimittit,
nullis eorum quæ tristia in eum præcesserunt ani-
mum informari sinens, nequando, qui ipse homo
sit, vel ab uno aliquo hominum dissidens, voluntate
animique sententia naturam scindere convincatur.
Sic namque voluntate cum naturæ ratione unita,
comparatum, ut Dei cum natura reconciliatio præ-
stetur. Alioqui enim minime fieri potest, ut Dei se
nobis, inque modum nostrum inclinantis, nullis
verbis explicabilem **362** dignationem suscipiat.
Idque forsitan in causa sit, cur nos ipsos Deus,
prius alios aliis reconciliari velit, ac quæ inter nos
simultates vigent, omnino componere, non ut quasi D
nostri præludio ipse peccatoribus reconciliari con-
discat, multorumque ac immanium scelerum pœnam
condonare; sed ut nos a perturbationibus vitiisque
emundet, eorumque, quibus venia indulgetur, ani-
mum haud abhorrere a necessitudine gratiæ osten-
dat. Palam enim perspicuum est, voluntate animi-
que sententia cum naturæ ratione unita, fore ut
quibus id demum obtigerit, nihil a Deo voluntate
animisque dissideant; quippe cum nihil abhorrens
a ratione atque absonum in naturæ ipsa ratione
intelligi queat, quæ et lex naturalis et divina exsi-
stat, cum motum voluntatis ex suis ipsa rationibus
exercitum, consentaneumque acceperit. Quod si nihil abhorrens a ratione atque absonum in naturæ
ratione exsistit, merito voluntas quæ moveatur ut naturæ rationi comparatum est, operationem in-

Digitized by Google

omnibus Deo consentientem habebit; efficacem nimirum atque robustam animi affectionem, ejus quod natura bonum est gratia imbutam, ad progignendam virtutem.

Sic igitur in oratione affectus est, qui spiritalem ac sapientiæ panem petit; post quem etiam ille, qui ob naturæ vim ejusque necessitate quotidianum duntaxat panem (qui scilicet in diem sufficiat) quærit, consimili modo afficietur; nempe dimittens debitoribus debita, ut qui se natura mortalem non nesciat; quique jam quotidie quod natura comparatum est, præ ejus incerto, exspectans, voluntate atque animo antevertit naturam, sponte mundo mortuus, uti divino expressum oraculo est: *Propter te mortificamur tota die* [36]; *æstimati sumus sicut oves occisionis* [37]; quique adeo amice omnibus consocietur, ne quam hujus sæculi pravitatis notam secum inferat, cum ad illam senii expertem vitam commigrandum erit; paremque inde ab omnium Judice ac Salvatore, pro eo quod vita hac abusus est, vicem recipiat. Utrisque namque ex eorum rationibus, ac quod conducat necessaria est, munda in eos qui injuriæ aliquid fecerint, animi affectio; cum omnium gratia, tum maxime ob reliquarum in orationis contextu sententiarum vim, quæ ipsa in hunc modum se habet:

363 *Et ne nos inferas in tentationem; sed libera nos a malo.*

His enim Scriptura significat, fore ut nisi quis iis, a quibus offensæ aliquid acceperit, perfecte indulgeat, mundumque a rancore animum, reconciliationis cum proximo luce prænitentem, Deo exhibeat, a bonorum quæ exoptat votisque prosequitur, gratia excidat; justoque judicio tentationi ac malo obnoxius fiat, ut scilicet emundari delictis doceatur, a se amputans ac amoliens, quod alios criminatur. Tentationem autem hic vocat peccati legem, a qua immunis editus primus parens. Malum vero dicit, nempe diabolum, per quem hæc humanæ naturæ inolevit, ac quo auctore seductus homo, ut ab eo quod ei concessum erat, ad id quo illi erat interdictum animi cupiditatem transferret, et ad mandati trangressionem verteretur; qua temeritate, ejus, quam per gratiam concessam acceperat, incorruptionis jacturam fecit.

Aut rursus, tentationem quidem appellat voluntarium animi in carnis passiones atque vitia consensum; malum vero, modum quo vitiosa libidinosaque affectio seu dispositio in actu completur: neutroque horum liberabitur justi judicis sententia, qui non dimiserit debitoribus debita; tametsi is, nudo vocis sono in oratione id efflagitet: quin et cum qui ea sit indole, peccati lege coinquinari sinet, ac qui durus animo sit justoque rigidior, malo mancipandum deseret; qui nempe perturbationum probra, satore diabolo, naturæ prætulerit, cujus Deus conditor est. At neque carnis ultro libidinibus vitiisque sese dedere prohibebit, nec ab ejus dispositionis modo redimet, quo hæc actu

[36] Psal. XLIII, 22. [37] Rom. VIII, 36.

Οὕτω μὲν οὖν, ὁ τὸν γνωστικὸν ἄρτον αἰτῶν διάκειται προσευχόμενος, μεθ' ὃν καὶεῖνος ὁ μόνον τὸν ἐφήμερον ἄρτον ἐπιζητῶν διὰ τὴν βίαν τῆς φύσεως, κατὰ τὸν αὐτὸν διατεθήσεται τρόπον· ἄφεις τοῖς ὀφειλέταις τὰ ὀφειλήματα, οἷα δὴ γνοὺς, ὅτι κατὰ φύσιν ὑπάρχει θνητὸς, καὶ λοιπὸν καθ' ἑκάστην ἡμέραν διὰ τὴν ἀδηλίαν τὸ φύσει πεφυκὸς ἐκδεχόμενος, προλαμβάνει τὴν φύσιν κατὰ τὴν γνώμην· αὐθαίρετος νεκρὸς πρὸς τὸν κόσμον γινόμενος, κατὰ τὸ φάσκον λόγιον, ὅτι *Ἕνεκεν σοῦ θανατούμεθα ὅλην τὴν ἡμέραν· ἐλογίσθημεν ὡς πρόβατα σφαγῆς*· καὶ διὰ τοῦτο σπενδόμενος ἅπασιν, ἵνα μηδὲν ἑαυτῷ συνεπικομίζηται γνώρισμα τῆς μοχθηρίας τοῦ νῦν αἰῶνος, πρὸς τὴν ἀγήρω ζωὴν μεθιστάμενος· καὶ λάβῃ παρὰ τοῦ κριτοῦ καὶ Σωτῆρος τῶν ὅλων, ὧν ἐνταῦθα προκέχρηκε τὴν ἴσην ἀντίδοσιν. Ἀναγκαία γὰρ ἀμφοτέροις πρὸς τὴν σφῶν αὐτῶν λυσιτέλειαν καθέστηκεν ἡ καθαρὰ πρὸς τοὺς λελυπηκότας διάθεσις· πάντων μὲν ἕνεκεν, οὐχ ἧκιστα δὲ διὰ τῶν λειπομένων ῥητῶν δύναμιν, τοῦτον ἔχουσαν τὸν τρόπον,

Καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμὸν, ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ.

Δηλοῖ γὰρ ἐν τούτοις ὁ λόγος, ὡς ὁ μὴ συγχωρήσας τελείως τοῖς πταίουσι, καὶ καθαρὰν λύπης παρεστήσας τῷ Θεῷ τὴν καρδίαν, λελαμπρυσμένην τῷ φωτὶ τῆς πρὸς τὸν πέλας καταλλαγῆς, τῆς τῶν ῥηγμένων καλῶν ἀποτεύξεται χάριτος· καὶ τῷ πειρασμῷ, καὶ τῷ πονηρῷ κατὰ δικαίαν ἐκδοθήσεται κρίσιν· ἵνα μάθῃ καθαίρεσθαι πλημμελῶν, τὰς κατ' ἄλλων ἑαυτοῦ μομφὰς ἀφαιρούμενος. Πειρασμὸν δὲ λέγει νῦν τὸν τῆς ἁμαρτίας νόμον· ὃν οὐκ ἔχων ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ἦλθεν εἰς γένεσιν· πονηρὸν δὲ, τὸν τοῦτον ἐμφύραντα τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων διάβολον, καὶ πείσαντα δι' ἀπάτης τὸν ἄνθρωπον, ἀπὸ τοῦ συγκεχωρημένου πρὸς τὸ κεκωλυμένον τῆς ψυχῆς μετενέγκαι τὴν ἔφεσιν, καὶ πρὸς τὴν τῆς θείας ἐντολῆς τραπῆναι παράβασιν· ἧς ἔργον γέγονεν ἡ τῆς δοθείσης κατὰ χάριν ἀφθαρσίας ἀπόθεσις.

Ἢ πάλιν, πειρασμὸν μέν φησι τὴν τῆς ψυχῆς ἑκούσιον πρὸς τὰ πάθη τῆς σαρκὸς συνδιάθεσιν· πονηρὸν δὲ, τὸν κατ' ἐνέργειαν συμπληρωτικὸν τῆς ἐμπαθοῦς διαθέσεως τρόπον· ὧν οὐδενὸς ὁ δίκαιος ἐξαιρεῖται κριτὴς, τὸν μὴ τοῖς ὀφειλέταις ἀφιέντα τὰ ὀφειλήματα· κἂν τοῦτο ψιλῶς διὰ τῆς προσευχῆς ἐξαιτῆται· ἀλλὰ καὶ τῷ νόμῳ τῆς ἁμαρτίας συγχωρεῖ μολύνεσθαι τὸν τοιοῦτον, καὶ ὑπὸ τοῦ πονηροῦ κυριεύεσθαι τὸν σκληρὸν καὶ ἀπότομον τὴν γνώμην ἐγκαταλιμπάνει· οἷα δὴ τὰ πάθη τῆς ἀτιμίας ὧν σπορεύς ἐστιν ὁ διάβολος, προτετιμηκότα τῆς φύσεως, ἧς ἐστι δημιουργὸς ὁ Θεός. Καὶ μὴν καὶ πρὸς τὰ πάθη τῆς σαρκὸς ἑκουσίως συνδιατιθέμενον οὐ κωλύει, καὶ τοῦ κατ' ἐνέργειαν συμπληρωτικοῦ τρόπου

Digitized by Google

τῆς κατ' αὐτὰ διαθέσεως οὐ λυτροῦται· ὅτι παθῶν ἀνυποστάτων ἧττονα τὴν φύσιν ἡγησάμενος, τῇ περὶ ταῦτα σπουδῇ, τὸν ταύτης λόγον ἠγνόησε· καθ' ὃν ἔδει κινηθέντα γνῶναι τίς μὲν φύσεως νόμος, τίς δὲ παθῶν ἡ καθ' αἵρεσιν γνωμικῶς, ἀλλ' οὐ φυσικῶς ἐπισυμβαίνουσα κατέστη τυραννίς· καὶ τὸν μὲν περιποιήσασθαι ταῖς φυσικαῖς συντηρούμενον ἐνεργείαις, τὴν δὲ τῆς γνώμης ἀπελάσαι μακρὰν, καὶ τῷ λόγῳ διατηρῆσαι τὴν φύσιν, ἐφ' ἑαυτῆς ἑστῶσαν καθαρὰν καὶ ἀμώμητον [ἄμωμον], χωρὶς μίσους καὶ διαστάσεως· καὶ τῇ φύσει πάλιν καταστῆσαι τὴν γνώμην συνέμπορον, μηδὲν παντελῶς ἐπιφερομένην, ὧν ὁ τῆς φύσεως οὐκ ἐπιδίδωσι λόγος· καὶ διὰ τοῦτο μῖσος ἅπαν, καὶ πᾶσαν τοῦ κατὰ φύσιν συγγενοῦς ἀποστῆσαι διάστασιν, ἵνα ταύτην λέγων τὴν προσευχὴν εἰσακούηται, καὶ διπλῆν ἀνθ' ἁπλῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ δέχηται χάριν, τήν τε τῶν φθασάντων πλημμελημάτων συγχώρησιν, καὶ τὴν ἐπὶ τοῖς μέλλουσι σκέπην καὶ λύτρωσιν· εἴς τε πειρασμὸν ἐλθεῖν μὴ συγχωρούμενος, καὶ τῷ πονηρῷ δουλωθῆναι μὴ ἀφιέμενος, ὑπὲρ ἑνὸς, τοῦ τοῖς πέλας ἑτοίμως ἀφιέναι τὰ ὀφειλήματα.

A compleantur; quod nimirum perturbationibus vitiisque, quæ nec sint quidem, ac nihil sint, posthabita natura, quo se illis studio addixit, hujus rationem ignoravit; qua motum atque instinctum, legem naturæ, quænam sit, nosse eum oportuit; quænam item perturbationum vitiorumque vis ac tyrannis, quæ non natura, sed voluntate ac arbitrio ei inolevit : ac illam quidem (nempe naturæ legem) sibi asciscere, quam naturales operationes conservant; hanc vero (vim scilicet ac tyrannidem) procul animo ablegare, atque ratione continere naturam, quæ in se munda ac **364** labis pura, sine odio divortioque consistat; rursusque naturæ voluntatem una comitem sociare, quæ nihil prorsus inferat, quam quod naturæ ratio tribuit; ac proinde omne odium, ac B quidquid dissidii est, ab iis quos ejusdem naturæ necessitudo consociat, submovere, ut hanc recitans orationem exaudiatur, duplicemque a Deo pro simplici gratiam consequatur; tum scilicet ut præteritorum venia delictorum donetur, tum ut adversus futura Dei præsidio tutus sit iisque liberetur : atque ut non permittatur venire in tentationem, nec mancipandus malo deseratur; uno hoc nomine ac titulo, quod prompto animo proximis debita remittat.

Τοιγαροῦν καὶ ἡμεῖς, ἵνα μικρὸν ἀναπολίζων ἐπιτόμως ἐπέλθω τῶν εἰρημένων τὴν δύναμιν, εἴπερ τοῦ πονηροῦ ῥυσθῆναι, καὶ εἰς πειρασμὸν εἰσελθεῖν οὐ βουλόμεθα, πιστεύσωμεν τῷ Θεῷ, καὶ ἀφῶμεν τὰ ὀφειλήματα τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν· *Ἐὰν γὰρ*, φησὶ, *μὴ ἀφῆτε τοῖς ἀνθρώποις τὰ ἁμαρτήματα αὐτῶν, οὔτε ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος ἀφήσει ὑμῖν*· ἵνα μὴ μόνον ἄφεσιν λάβωμεν ὧν πεπλημμελήκαμεν, ἀλλὰ καὶ τὸν νόμον νικήσωμεν τῆς ἁμαρτίας, εἰς τὴν αὐτοῦ πεῖραν εἰσελθεῖν οὐκ ἐγκαταλειπόμενοι· καὶ τὸν τούτου γεννήτορα πονηρὸν πατήσωμεν ὄφιν, ἀφ' οὗ ῥυσθῆναι παρακαλοῦμεν· στρατηγοῦντος ἡμῖν τοῦ τὸν κόσμον νικήσαντος Χριστοῦ, καὶ τοῖς νόμοις τῶν ἐντολῶν καθοπλίζοντος, καὶ νομίμως τῇ τῶν παθῶν ἀποθέσει, πρὸς ἑαυτὴν δι' ἀγάπης τὴν φύσιν συνδέοντος· καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἄρτον ὄντα ζωῆς, σοφίας τε καὶ γνώσεως καὶ δικαιοσύνης, κινοῦντος ἡμῶν ἀκορέστως τὴν ὄρεξιν· καὶ τῇ πληρώσει τοῦ Πατρικοῦ θελήματος τοῖς ἀγγέλοις ὁμολάτρας ἡμᾶς καθιστῶντος, τῇ κατὰ τὸν βίον ἀγωγῇ τὴν ἐπουράνιον εὐμιμήτως ἐμφαίνοντας εὐαρέστησιν· κἀκεῖθεν πάλιν ἐπὶ τὴν ἀκροτάτην τῶν θείων ἀνάβασιν πρὸς τὸν Πατέρα τῶν φώτων ἐνάγοντος, καὶ θείας ἀπεργαζομένου φύσεως κοινωνοὺς, τῇ κατὰ χάριν μεθέξει τοῦ Πνεύματος, καθ' ἣν τέκνα Θεοῦ χρηματίσωμεν, αὐτὸν τὸν [*marg. Fr.* Ἄκουε, Νεῖλε] ταύτης αὐτουργὸν τῆς χάριτος, καὶ κατὰ φύσιν τοῦ Πατρὸς Υἱὸν, ὅλον ὅλοι δίχα περιγραφῆς ἀχράντως περικομίζοντες· ἐξ οὗ, καὶ δι' οὗ, καὶ ἐν ᾧ τὸ εἶναί τε καὶ κινεῖσθαι, καὶ ζῆν ἔχομέν τε καὶ ἕξομεν.

Ergo nos quoque, ut, tantisper reducta oratione, dictorum vim compendio exponam, siquidem a malo liberari volumus, Deo morem geramus, ac debitoribus nostris debita dimittamus : *Si enim non dimiseritis*, inquit, *hominibus peccata eorum, nec* C *Pater vester cœlestis dimittet vobis*[39]; ut non solum delictorum veniam consequamur, verum etiam peccati legem vincamus, quos Deus non deserat ut in illius tentationem intremus; ejusque nequissimum parentem (serpentem scilicet[39], a quo nos liberari rogamus) proteramus; Christo, qui mundum vicit[40], nobis duce ac imperatore, necnon mandatorum scitis quasi armis instruente; legitimeque abjectis perturbationibus atque vitiis, dilectionis vinculis naturam sibi astringente, atque ad se, qui panis vitæ, sapientiæque et scientiæ ac justitiæ sit, insatiabili desiderio appetitum nostrum illiciente; ac, qui Patris voluntatem adimpleamus, pares angelis cultores ac adoratores reddente, institutis vitæ ra- D tionibus morumque disciplina, qua illi accepti sunt, cœlestem vitæ rationem præclare æmulantes atque imitatione reddentes; indeque rursus ad supremum divinorum ascensum (Patrem scilicet luminum[41]) inducente, ac divinæ consortes naturæ[42], Spiritus gratiæ impartitione, reddente; qua nimirum Dei filii sumus, ipsum ejus doni auctorem, Patrisque natura Filium totum toti citra omnem circumscriptionem intemerate circumferentes; ex quo, et per quem, et in quo, ut simus et moveamur atque vivamus[43] et habemus et habituri sumus.

Πρὸς τοῦτο δὲ τῆς θεώσεως τὸ μυστήριον βλέπων ἡμῖν ἔστω τῆς προσευχῆς ὁ σκοπὸς, ἵνα γνῶμεν,

Ad hoc autem nobis deificationis mysterium spectet orationis scopus, ut noverimus **365** quales ex

[39] Matth. VI, 14. [40] Gen. III, 1. [40] Joan. XVI, 33 [41] Jac. I, 17. [42] II Petr. I, 4. [43] Act. XVII, 28.

Digitized by Google

quibus Unigeniti nos per carnem exinanitio reddiderit, ac unde, quo (qui infimam rerum hujus universi sedem, gravi nos peccati onere deprimente, receperamus) benignissimæ nos dexteræ potentia evexerit, impensiusque eum diligamus, qui hanc nobis salutem sapienti adeo consilio struxerit; nostrisque adeo ipsi actionibus, plenum orationem effectum consecutam, monstremus, atque eum, qui vere per gratiam Pater est, Deum nos prædicare, liquido ostendamus; non vero eum, qui per probrosissimos affectus vitiaque, naturam tyrannice conatur opprimere ac sibi addicere (malum scilicet) vitæ nos parentem habere manifeste prodamur, ac imprudentes, vitam morte commutemus; siquidem ita comparatum, ut uterque clientes suos his quæ suppetunt impartiatur; sic nimirum ut ille quidem vitam æternam, his, qui ipsum diligunt, subministret; hic vero, his, qui ad ipsum accedunt, mortem importet, earum suggestione tentationum, quæ non illubentibus nobis ingeruntur.

A ἀνθ' οἵων, οἵους ἡμᾶς ἡ διὰ σαρκὸς κίνωσις τοῦ Μονογενοῦς ἀπειργάσατο· καὶ πόθεν, ποῦ, τοὺς τὸ κατώτατον τοῦ παντὸς εἰληφότας χωρίον, εἰς ὅπερ ἡμᾶς τὸ τῆς ἁμαρτίας βάρος κατέωσε, δυνάμει φιλάνθρώπου χειρὸς ἀνεβίβασε· καὶ πλέον ἀγαπήσωμεν τὸν ταύτην οὕτω σοφῶς ἡμῖν τὴν σωτηρίαν ἑτοιμασάμενον· καὶ δι' ὧν πράττομεν, δείξωμεν τὴν προσευχὴν πληρουμένην, καὶ τὸν ἀληθῶς κατὰ χάριν Πατέρα Θεὸν φανῶμεν κηρύττοντες· ἀλλὰ μὴ διὰ τῶν παθῶν τῆς ἀτιμίας, τὸν ἀεὶ τυραννικῶς δεσπόζειν ἐπιχειροῦντα τῆς φύσεως πονηρὸν, ἔχοντες τοῦ βίου πατέρα σαφῶς ἀποδειχθῶμεν, καὶ λάθωμεν ζωῆς ἀντικαταλλάττοντες θάνατον· ἐπειδήπερ τῶν προσόντων ἑκάτερος [*marg.* ὁ Θεὸς δηλονότι, καὶ ὁ διάβολος] τοῖς προσχωροῦσι ποιεῖσθαι μετάδοσιν πέφυκεν· ὁ μὲν, ἀΐδιον ζωὴν τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν χορηγῶν· ὁ δὲ, θάνατον τῇ τῶν ἑκουσίων ὑποβολῇ πειρασμῶν τοῖς ἐγγίζουσιν ἐμποιῶν.

B

Duplex enim est (quantum ex Scriptura discimus) tentationis genus: quorum alterum, libidinem habet; alterum, dolorem ac cruciatum; atque alterum, a libera voluntate est; alterum, invitis infertur. Ac illud quidem, peccati parens est, in quod orare nobis præceptum est, juxta Domini doctrinam, ne intremus, cum ait: *Et ne nos inferas in tentationem.* Et: *Vigilate, ut non intretis in tentationem* [11]; istud vero, peccati ultor est, his, quos invitis inductos sustinemus, laboribus, peccati amantem animum castigans; istiusmodi tentationem si quis sustinuerit (is maxime qui vitiorum ac nequitiæ clavis minime confixus sit) beatum Jacobum diserte clamantem auditurus est: *Omne gaudium existimate, fratres, cum in tentationes varias incideritis; quia probatio fidei vestræ patientiam operatur; patientia autem probationem; probatio autem opus perfectum habeat* [12]. Utrumque autem tentationum genus (tum scilicet earum quæ a voluntate sunt, tum quæ exterius ingeruntur) maligne pravoque consilio malus persequitur enixeque curat; primum quidem ipse seminando, corporisque voluptatum illecebra animum proliciendo ac irritando, ut a divina dilectione cupiditatem avocet; alterum vero, astu dolore ac cruciatu labefactata natura, animum laboribus fatiscentem ad Creatoris injuriam ac calumniam cogat.

Διττὸς γὰρ κατὰ τὴν Γραφὴν τῶν πειρασμῶν ὁ τρόπος· ὁ μὲν, ἡδονικὸς, ὁ δὲ, ὀδυνηρός· καὶ ὁ μὲν, προαιρετικὸς, ὁ δὲ, ἀπροαίρετος. Καὶ ὁ μὲν τῆς ἁμαρτίας γεννήτωρ, εἰ; ὃν εἰσελθεῖν, κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου διδαχὴν, ἀπεύχεσθαι προσετάγημεν, φάσκοντος· *Καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμόν.* Καὶ, *Γρηγορεῖτε, καὶ προσεύχεσθε, ἵνα μὴ εἰσέλθητε εἰς πειρασμόν·* ὁ δὲ, τῆς ἁμαρτίας τιμωρὸς, ἀκουσίοις πόνων ἐπιφοραῖς τὴν φιλαμαρτήμονα κολάζων διάθεσιν· ὃν εἴ τις ὑπομείνῃ, καὶ μάλιστα κακίας C ἥλοις οὐκ ἐμπεπαρμένος, ἀκούσεται τοῦ μεγάλου διαῤῥήδην βοῶντος Ἰακώβου· *Πᾶσαν χαρὰν ἡγήσασθε, ἀδελφοί μου, ὅταν πειρασμοῖς περιπέσητε ποικίλοις, ὅτι τὸ δοκίμιον ὑμῶν τῆς πίστεως ὑπομονὴν κατεργάζεται· ἡ δὲ ὑπομονὴ, δοκιμήν· ἡ δὲ δοκιμὴ, ἔργον τέλειον ἐχέτω.* Ἀμφοτέρους δὲ τοὺς πειρασμοὺς, τὸν ἑκούσιόν τε καὶ τὸν ἀκούσιον, περιέπει κακούργως ὁ πονηρός· τὸν μὲν, σπείρων καὶ διερεθίζων τὴν ψυχὴν ἡδοναῖς σώματος, ἀποστῆσαι τῆς θείας ἀγάπης τὴν ἔφεσιν μηχανώμενος· τὸν δὲ σοφιστικῶς ἐξαιτεῖται, δι' ὀδύνης φθεῖραι τὴν φύσιν βουλόμενος, ἵνα βιάσηται τὴν ψυχὴν, ἀτονίᾳ πόνων καταβληθεῖσαν, πρὸς τὴν τοῦ κτίσαντος διαβολὴν κινῆσαι τοὺς λογισμούς.

366 fraudeque deposcendo, hoc satagens, ut

Nos vero, quos non lateant mali consilia, id quidem genus tentationis quod voluntate comite est, deprecemur, ne a divina dilectione desiderium animi abstrahamus: quod autem violentum est, cum Dei permissu nutuque advenerit, strenue fortique animo sustineamus, ut naturæ Auctorem ipsi clare naturæ nos prætulisse monstremur. Utinam vero omnes qui nomen Domini nostri Jesu Christi invocamus, tum a vitæ hujus delectabilibus, quæ mali suggestione ingeruntur, tum a futuræ

D Ἀλλ' ἐπεγνωκότες ἡμεῖς τοῦ πονηροῦ τὰ νοήματα, τὸν μὲν ἑκούσιον ἀπευξώμεθα πειρασμὸν, ἵνα μὴ τῆς θείας ἀγάπης τὴν ἔφεσιν ἀποστήσωμεν· τὸν δὲ ἀκούσιον ἐπερχόμενον συγχωρήσει Θεοῦ γενναίως ὑπομείνωμεν, ἵνα φανῶμεν προτετιμηκότες τῆς φύσεως, τὸν κτίστην τῆς φύσεως. Γένοιτο δὲ πάντας ἡμᾶς τοὺς ἐπικαλουμένους τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τῶν τε νῦν ἡδέων τοῦ πονηροῦ λυτρωθῆναι, καὶ τῶν μελλόντων ἀλγεινῶν ἐλευθερωθῆναι, τῇ μεθέξει τῆς κατ' εἶδος τῶν μελλόντων

[11] Matth. xxvi, 41. [12] Jac. i, 2; Rom. v, 4.

Digitized by Google

ἀγαθων ὑποστάσεως, ἐποφθείσης ἡμῖν ἐν αὐτῷ Χριστῷ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, τῷ μόνῳ σὺν Πατρὶ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι δοξαζομένῳ παρὰ πάσης τῆς κτίσεως. Ἀμήν.

tristibus ac cruciamentis eruamur, ipso per speciem donati substantiæ bonorum commercio, cujus aspectu fruamur, in ipso Christo Domino nostro, qui solus cum Patre et Spiritu sancto a creatis omnibus laudatur. Amen.

ΣΧΟΛΙΑ.

α'. *Fr.* Ταυτὸν ἐπὶ Θεοῦ βουλὴ καὶ βούλησις.

β'. Ἐπαίνου, φησὶ, καὶ ψόγου κατὰ φύσιν ὑπάρχων ὁ λόγος ἐλεύθερος, ἀπαθῆ ποιεῖ τὸν μόνῳ λόγῳ ζῆν προαιρούμενον· χωρίζειν πείθων τῶν φθοροποιῶν τῆς ψυχῆς τὴν ἐπιθυμίαν· ἧς ἀπογενομένης τῶν ὑλικῶν, οὔτε τῶν ἐπαινούντων, οὔτε τῶν ψεγόντων ὡς πάσχων, ὁ καθ' ἕξιν πρᾶος αἰσθάνεται,

γ. *Ven. et Fr.* Ἀνίσους διαθέσεις λέγει, τὰς πρὸς ἑαυτὰς τὴν ψυχὴν μορφούσας, τοῦ τε θυμοῦ καὶ τῆς ἐπιθυμίας κινήσεις· ὧν ἐλεύθερον εἶναι δεῖ τὸν Χριστοῦ μαθητήν· μήτε χύσει τοῦ περὶ καρδίαν αἵματος πρὸς ἡδονὰς ὀλισθαίνοντα, μήτε ζέσει τοῦ περὶ καρδίαν αἵματος πρὸς ὀργὰς ἐκμαινόμενον.

δ'. *Fr.* Λόγων δηλονότι Ἑλληνικοῦ καὶ Ἰουδαϊκοῦ· ὧν ἐν Χριστῷ παντελῶς οὐδείς. Ἐπίσης γὰρ τῆς πυλυαρχίας, καὶ τῆς ἑνὶ προσώπῳ περιγραφομένης μοναρχίας, ὁ τοῦ Χριστοῦ καθαρεύει λόγος.

ε'. *Fr.* Οὐ γὰρ κατὰ γέννησιν, ἢ πρόοδον, ἤτοι ἔκφανσιν.

ς'. *Fr.* Πῶς τις δύναται ἀφιέναι τοῖς ὀφειλέταις τὰ ὀφειλήματα;

ζ'. *Fr.* Ταῖς τῶν ψυχῶν ἡμῶν διαθέσεσιν ἡ θεία δεόντως ἐφαρμόζεται δικαιοσύνη, τοιαύτη ἡμῖν γινομένη, οἵους ἀλλήλοις ἑαυτοὺς πεποιήμεθα· καὶ τοιοῦτον ἡμῖν αὐτοῖς τὸν Θεὸν καθιστῶσα, οἵους φθάσαντες τοῖς ὁμοιοπαθέσιν ἑαυτοὺς διεθήκαμεν.

η'. Ὁ τῆς φύσεως λόγος, φησὶ, καὶ νόμος γίνεται φύσεως, λαμβάνων συμφωνοῦσαν τὴν γνώμην εἰς ἐνέργειαν τῶν κατὰ φύσιν δυνάμεων.

SCHOLIA.

1. Dei idem consilium est ac voluntas.

2. Cum enim ratio natura a laude atque vituperio libera sit; eum ab affectibus immunem præstat, qui ut sola vivat ratione in animum inducit; nempe suadens ut animi cupiditatem ab iis abstrahat, quæ corruptionem labemque inducunt. Qua, a terrenis abjuncta, qui habitu mitis est, neque laudantes sentit neque vituperantes, quasi alterutro afficiatur.

3. Inæquales affectiones vocat, iræ scilicet ac cupiditatis motus, ex sui ratione animum informantes, a quibus liberum esse oportet Christi discipulum; ut neque sanguinis circa cor diffusione ad libidines prolabatur, neque sanguinis circa cor accensione iræ furore concitetur.

4. Horum, Græcanici scilicet ac Judaici sermonis, neuter prorsus in Christo est. Perinde enim Christi sermo ac doctrina a principatu abest inter multos diviso, et ab eo, qui ipse unus, unius personæ angustiis arctatur.

5. Non enim generatione, aut processione sive ortu ac quod eluxerit.

6. Quonam modo potest quis dimittere debita debitoribus?

7. Divina convenienter justitia, animi nostri affectibus aptatur; talis scilicet ipsa nobis exsistens, quales alii aliis nos ipsi exsistimus; Deumque talem nobis constituens, quales erga ejusdem sortis miselios homines atque mortales nos ipsi exhibuimus.

8. Naturæ ratio in naturæ ipsam legem vertitur, voluntatem assumens quæ assensum præbeat naturalium operationi virium ac facultatum.

MONITUM AD LIBRUM ASCETICUM.

Maximi librum asceticum (id est, *ad pietatem exercentem*, ut dixit Nobilius qui ipse Latine repræsentavit, et Romæ cum aliquot Chrysostomi et duabus Basilii epistolis an. 1578 edidit) nullo alio commodius loco visum dare, quam ut subnecterem Orationi Dominicæ, sic pie, luculenter, et ad charitatis sensum, ab eo expositæ: quam charitatem ac dilectionem, toto nostræ salutis negotio cunctis dominam, et scopum ac finem, omniumque admirandam complexionem, et sanctitatis ac perfectionis metam in eo Maximus mirifice laudavit; liquideque adeo nulla allegoriarum ambage, aut styli productioris anfractu, familiari duorum colloquio sua hic digessit, ut nullas meas notas primum adhibendas putaverim: etsi ipsa Nobilii versio, unusque fere aut alter scripturæ locus, ut ne omnino iis intactum relinquerem, suasit. Hoc certe audens dicam in Patrum asceticis, quæ tanta Græcis exstant, ac quæ adhuc magna segete, necdum vulgata possint repræsentari, ascetamque formant, nihil occurrere quod in eo genere majoris videri possit, aut quod utilius, omnium virtutis palæstra merentium teri manibus, inque illis, vel monastices religiosa institutione, vel communi ipsa augustaque Christiana sorte ac nuncupatione, assidue versari. Prodit ex duplici Em. card. Mazarini cod. membranaceo, altero antiquo, altero bombycino, emend. ex meliore Raph. Dufrenii, nunc Regio.

Digitized by Google

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΜΑΞΙΜΟΥ ΤΟΥ ΟΜΟΛΟΓΗΤΟΥ

ΛΟΓΟΣ ΑΣΚΗΤΙΚΟΣ

Κατὰ πεῦσιν καὶ ἀπόκρισιν.

S. P. N. MAXIMI CONFESSORIS

LIBER ASCETICUS

(I. E. AD PIETATEM EXERCENS)

Per interrogationem et responsionem.

367 FRATER, SENEX.

1. Frater interrogavit senem his verbis : Amabo te, mi Pater, dic mihi, quo spectet, quisve ejus finis quod Dominus homo factus est ? Cui respondit senex : Miror te, frater, qui quotidie Symbolum fidei audias, quod me ea de re interrogas. Verumtamen istud habeto, quod Dominus homo factus sit, finis, nostra salus fuit. Ad quem frater, Modum explica, Pater. Respondit senex : Quod nimirum homo ab initio a Deo creatus, et in paradiso collocatus, ejus transgressione, quod in mandatis acceperat, interitioni mortique obnoxius factus erat ; tumque varia Dei providentia per omnes ætates nequidquam gubernatus atque adjutus, nequiore semper statu majorique nequitia manebat, quem variæ carnis illecebræ ac libidines ad desperationis postremo barathrum adigerent : eam ob rem, unigenitus Dei Filius, sæculis antiquius Verbum ex Deo Patre exsistens, fons ille vitæ ac immortalitatis, nobis apparuit, qui sedebamus in tenebris et umbra mortis [1] ; incarnatus de Spiritu sancto exque sancta Virgine, vitæ nobis Dei æmulæ rationem ostendit ; sanctisque mandatis contraditis, ac cœlorum regnum pollicitus, his, qui illorum disciplina viverent, æternumque supplicium eorum violatæ religionis reatu comminatus : salutari denique perfunctus passione, exque mortuis suscitatus, resurrectionis æternæque vitæ spem nobis liberaliter concessit ; progenitorum trai sgressionis reatum, obedientiæ solvens munere, mortisque imperium morte destruens [2] ; ut, *sicut in Adam omnes moriuntur, sic in eo omnes vivificentur* [3] : **368** ascendensque in cœlos et ad Patris dexteram sedens, Spiritum sanctum in vitæ arrhabonem misit ut nostris animis illuminationem

ΑΔΕΛΦΟΣ, Ο ΓΕΡΩΝ.

Α'. Ἀδελφὸς ἠρώτησε γέροντα, λέγων· Παρακαλῶ σε, Πάτερ, εἰπεῖν μοι, τίς ὁ σκοπὸς ἦν τῆς τοῦ Κυρίου ἐνανθρωπήσεως ; Καὶ ὁ γέρων ἀποκριθεὶς εἶπε· Θαυμάζω σε, Ἀδελφὲ, ὅτι καθ' ἡμέραν τοῦ συμβόλου ἀκούων τῆς πίστεως, περὶ τούτου με ἐρωτᾷς. Πλὴν λέγω σοι, ὅτι ὁ σκοπὸς τῆς τοῦ Κυρίου ἐνανθρωπήσεως, ἡ ἡμετέρα ἦν σωτηρία. Καὶ ὁ Ἀδελφὸς εἶπε· Πῶς λέγεις, Πάτερ ; Καὶ ἀπεκρίθη ὁ γέρων· Ἐπειδὴ γὰρ ὁ ἄνθρωπος ἀπ' ἀρχῆς γεγονὼς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐν τῷ παραδείσῳ τεθεὶς, τὴν ἐντολὴν παραβὰς, τῇ φθορᾷ καὶ τῷ θανάτῳ ὑπέπεσεν· εἶτα τῇ ποικίλῃ τοῦ Θεοῦ προνοίᾳ κατὰ πᾶσαν γενεὰν καὶ γενεὰν κυβερνώμενος, ἐπέμενεν ἐπὶ τὸ χεῖρον προκόπτων, ὑπὸ τῶν ποικίλων τῆς σαρκὸς παθημάτων ἀγόμενος τῷ ἀπελπισμῷ τῆς ζωῆς· τούτου χάριν ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Υἱὸς, ὁ προαιώνιος Λόγος ὁ ἐκ Θεοῦ Πατρὸς, ἡ πηγὴ τῆς ζωῆς καὶ τῆς ἀθανασίας, ἐπέφανεν ἡμῖν τοῖς ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου καθημένοις· σαρκωθεὶς ἐκ Πνεύματος ἁγίου, καὶ τῆς ἁγίας Παρθένου· καὶ πολιτείαν ἡμῖν θεοειδοῦς ζωῆς ἐπέδειξε· καὶ ἐντολὰς ἁγίας δεδωκὼς, καὶ βασιλείαν οὐρανῶν ἐπαγγειλάμενος τοῖς κατ' αὐτὰς πολιτευομένοις, καὶ κόλασιν αἰώνιον τοῖς παραβαίνουσιν ἀπειλήσας· καὶ παθῶν τὸ σωτήριον πάθος, καὶ ἐκ νεκρῶν ἀνάστασις, τὴν ἐλπίδα τῆς ἀναστάσεως καὶ τῆς αἰωνίου ζωῆς ἐδωρήσατο ἡμῖν [*Fr. alterque M.* ἡμῖν ἐχαρίσατο]· τὸ κατάκριμα δι' ὑπακοῆς λύσας τῆς προγονικῆς ἁμαρτίας· καὶ τὸ κράτος τοῦ θανάτου θανάτῳ καταργήσας· ἵνα, *ὥσπερ ἐν τῷ Ἀδὰμ πάντες ἀποθνήσκουσιν, οὕτως ἐν αὐτῷ πάντες ζωοποιηθήσονται* καὶ εἰς οὐρανοὺς ἀνελθὼν, καὶ ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρὸς καθεσθεὶς, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον κατέπεμψεν εἰς ἀρραβῶνα τῆς ζωῆς· καὶ εἰς φωτισμὸν καὶ ἁγιασμὸν τῶν ἡμετέρων ψυχῶν· καὶ εἰς βοήθειαν τῶν ἀγωνι-

[1] Isa. IX, 2; Matth. IV, 16. [2] Hebr. II, 14. [3] I Cor. XV, 24

Digitized by Google

ζομένων ὑπὲρ τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας φυλάξαι τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ. Οὗτος ἦν ὁ σκοπὸς τῆς τοῦ Κυρίου ἐνανθρωπήσεως, ὡς ἐν συντόμῳ εἰπεῖν. A

ac sanctimoniam tribuat, præstetque auxilium his, qui pro sua salute mandata servare contendunt. Hic nimirum finis, eoque spectat, quod Dominus homo factus, ut sic paucis dicam.

β'. Καὶ ὁ Ἀδελφὸς εἶπε· Ποίας οὖν ἐντολὰς ὀφείλω ποιῆσαι, Πάτερ, ἵνα δι' αὐτῶν σωθῶ, ἤθελον συντόμως ἀκοῦσαι. Καὶ ἀπεκρίθη ὁ γέρων· Αὐτὸς ὁ Κύριος εἶπε μετὰ τὴν ἀνάστασιν τοῖς ἀποστόλοις· *Πορευθέντες, μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη· βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· διδάσκοντες αὐτοὺς τηρεῖν πάντα ὅσα ἐνετειλάμην ὑμῖν.* Ὥστε οὖν ὅσα ἐνετείλατο δεῖ τηρεῖν, πάντα ἄνθρωπον βαπτισθέντα εἰς τὸ ὄνομα τῆς ζωοποιοῦ καὶ θεαρχικῆς Τριάδος. Τούτου γὰρ χάριν τῇ ὀρθῇ πίστει ὁ Κύριος τὴν πασῶν τῶν ἐντολῶν συνέζευξε τήρησιν· ὡς εἰδὼς, ὅτι ἀμήχανον τὴν μίαν διαζευχθεῖσαν τῆς μιᾶς σώζειν τὸν ἄνθρωπον. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Δαβὶδ τὴν ὀρθὴν πίστιν ἔχων, πρὸς τὸν Θεὸν ἔλεγε· *Πρὸς πάσας τὰς ἐντολάς σου κατωρθούμην· πᾶσαν ὁδὸν ἀδικον ἐμίσησα.* Κατὰ γὰρ πάσης ὁδοῦ ἀδίκου, πᾶσαι ἡμῖν αἱ ἐντολαὶ ὑπὸ τοῦ Κυρίου δεδώρηνται· καὶ ἐὰν παραλειφθῇ μία, τὴν ἀντικειμένην αὐτῇ ὁδὸν τῆς κακίας ἀντεισάγει πάντως. B

2. Dixitque frater : Velim ex te, Pater, paucis audire, quænam me oporteat mandata facere, ut per illa compos salutis efficiar. Respondit senex : Ipse Dominus, cum ex mortuis resurrexisset, dixit discipulis : *Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, docentes eos servare omnia, quæcunque mandavi vobis* [4]. Quamobrem omnia servare necesse est, quæcunque mandavit, quisquis mortalium in nomine vivificæ ac deificæ Trinitatis baptizatus est. Idcirco enim Dominus rectæ fidei omnium observationem mandatorum copulavit, quippe qui sciret, fieri non posse, ut unum ab altero disjunctum salutem homini præstaret. Propterea etiam David, qui certa præditus fide esset, ad Dominum dicebat : *Ad omnia mandata tua dirigebar : omnem viam iniquam odio habui* [5]. Adversus enim omnem viam iniquitatis, omnia nobis a Domino mandata donata sunt : ac si vel unum defuerit, contrarii vitii viam ac malitiæ omnino vicissim inducit.

γ'. Καὶ εἶπεν ὁ Ἀδελφός· Καὶ τίς δύναται, Πάτερ, [πάσας τὰς ἐντολὰς, τοσαύτας γε οὔσας, ποιεῖν; Ἔφη ὁ γέρων· Ὁ τὸν Κύριον ἐκμιμούμενος, καὶ κατ' ἴχνος αὐτῷ ἐπακολουθῶν. Καὶ εἶπεν ὁ Ἀδελφός· Καὶ τίς δύναται] τὸν Κύριον μιμήσασθαι; ὁ γὰρ Κύριος ἦν Θεὸς, εἰ καὶ ἄνθρωπος γέγονεν· ἐγὼ δὲ ἄνθρωπός εἰμι ἁμαρτωλὸς, καὶ μυρίοις πάθεσι δεδουλωμένος· πῶς οὖν δύναμαι τὸν Κύριον μιμήσασθαι; Καὶ ἀπεκρίθη ὁ γέρων· Τῶν τῇ ὕλῃ τοῦ κόσμου δεδουλωμένων, οὐδεὶς δύναται τὸν Κύριον μιμήσασθαι· οἱ δὲ δυνάμενοι λέγειν· *Ἰδοὺ ἡμεῖς ἀφήκαμεν πάντα, καὶ ἠκολουθήσαμέν σοι·* ἐκεῖνοι λαμβάνουσι δύναμιν τοῦ τε μιμήσασθαι αὐτὸν, καὶ τοῦ πρὸς πάσας τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ κατορθῶσαι. Καί φησιν Ἀδελφός· Ποίαν δύναμιν; ἀπεκρίθη ὁ γέρων· Αὐτοῦ ἄκουσον λέγοντος· *Ἰδοὺ δέδωκα ὑμῖν ἐξουσίαν πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ· καὶ οὐδὲν ὑμᾶς οὐ μὴ ἀδικήσει.* C

3. Dixitque frater : Ecquisnam, Pater, omnia mandata, quæ tam multa sint, exsequi potest? Ad quem senex : Qui Dominum imitatur, atque illius vestigia sequitur. Tum frater : Quisnam vero Dominum imitari potest? Dominus enim Deus erat, tametsi homo factus erat : ego autem homo peccator sum, innumerisque vitiis ac affectibus mancipatus. Quanam igitur ratione Dominum imitari possim? Respondit autem senex : Nemo eorum qui terrenis sæculi rebus addicti animo sunt, Dominum imitari potest; sed ii, quibus liberum est dicere : *Ecce nos reliquimus omnia, et secuti sumus te* [6]; illi virtutem accipiunt, tum eum imitandi, tum ut ejus omnia mandata adimpleant. Aitque frater : Quamnam virtutem? Respondit senex : Audi eum dicentem : *Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes et scorpiones, et super omnem virtutem inimici : et nihil vobis nocebit* [7].

δ'. Ταύτην τὴν δύναμιν καὶ τὴν ἐξουσίαν λαβὼν ὁ Παῦλος, ἔλεγε· *Μιμηταί μου γίνεσθε, καθὼς κἀγὼ Χριστοῦ.* Καὶ πάλιν· *Οὐκ ἔστι νῦν κατάκριμα τοῖς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, μὴ κατὰ σάρκα περιπατοῦσιν, ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα.* Καὶ πάλιν· *Οἱ δὲ τοῦ Χριστοῦ, τὴν σάρκα ἐσταύρωσαν σὺν τοῖς παθήμασι καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις.* Καὶ πάλιν· *Ἐμοὶ κόσμος ἐσταύρωται, κἀγὼ τῷ κόσμῳ.* D

369 4. Hac virtute ac potestate accepta, aiebat Paulus : *Imitatores mei estote, sicut et ego Christi* [8]. Et iterum : *Nulla jam damnatio est his, qui sunt in Christo Jesu; qui non secundum carnem ambulant, sed secundum spiritum* [9]. Ac rursus : *Qui sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis et concupiscentiis* [10]. Iterumque : *Mihi mundus crucifixus est, et ego mundo* [11].

ε'. Περὶ ταύτης τῆς ἐξουσίας καὶ βοηθείας προφητεύων ὁ Δαβὶδ, ἔλεγε· *Ὁ κατοικῶν ἐν βοηθείᾳ τοῦ Ὑψίστου, ἐν σκέπῃ τοῦ Θεοῦ τοῦ οὐρανοῦ αὐλισθήσεται. Ἐρεῖ τῷ Κυρίῳ· Ἀντιλήπτωρ μου εἶ, καὶ καταφυγή μου, ὁ Θεός μου, καὶ ἐλπιῶ*

5. De hac potestate et auxilio vaticinans David, aiebat : *Qui habitat in adjutorio Altissimi, in protectione Dei cæli commorabitur. Dicet Domino : Adjutor meus es tu, et refugium meum, Deus meus, et sperabo in eum* [12]. Paucisque interjectis, *Super*

[4] Matth. xxviii, 19, 20. [5] Psal. cxviii, 129. [6] Psal. xvii, 27. [7] Luc. x, 19. [8] Philipp. iii, 17. [9] Rom. viii, 1. [10] Galat. v, 24. [11] Galat. vi, 14. [12] Psal. xc, 1, 2.

Digitized by Google

aspidem et basiliscum ingredies, et conculcabis leonem et draconem : quoniam angelis suis mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis [13]. Hi autem qui carni animo addicti sunt, ac terrenorum amore tenentur, vide ex illo quid audiant, *Qui amat patrem aut matrem plusquam me, non est me dignus* [14]. Paucisque interjectis : *Et qui non accipit crucem suum, et post me sequitur, non est me dignus.* Et, *Qui non renuntiat omnibus, quæ possidet, non potest meus esse discipulus* [15]. Qui ergo illius discipulus fieri cogitat, ejusque dignus inveniri, necnon ab eo virtutem accipere adversum spiritus nequitiæ, is ab omni carnali affectione abscedit, nudatque seipsum omni terrenorum amore; atque in hunc modum adversus invisibiles hostes certamen pro illius mandatis init, haud aliter ac ipse Dominus se nobis exemplum exhibuit, tum in deserto ab illorum duce tentatus, tum in deserto ab illorum duce tentatus, tum, cum se mundo dedisset, ab iis, qui illius agebantur afflatu.

πειραζόμενος· καὶ ἐν τῇ οἰκουμένῃ ἐλθὼν, ὑπὸ τῶν ὑπ' αὐτοῦ ἐνεργουμένων.

6. Tum frater : At multa sunt, inquit, Domini mandata; et quis animo coram omnia habere potest, ut pro omnibus certamine contendat; vel ego maxime, qui fragilis memoriæ sum, nec plurium possum meminisse? Velim audire compendiosum sermonem, ut eum mente tenens, illius ope meæ ipse saluti consulerem. Respondit senex : Multa quidem sunt, mi frater, in uno tamen sermone summa colliguntur; quod scilicet dicitur : *Diliges Dominum Deum tuum ex tota fortitudine tua et ex tota mente tua; et proximum tuum sicut teipsum* [16]: ac, qui unum hunc sermonem servare contendit, omnia simul mandata implet. Non potest autem, uti jam in superioribus dictum est, qui a terrenorum affectione animum non abjunxerit, aut **370** Deum vere diligere aut proximum; quod simul terrenis affici, Deumque diligere, haud unquam contigerit. Quod ita Dominus designavit, cum ait : *Nemo potest duobus dominis servire* [17]. Et : *Nullus potest Deo servire et mammonæ* [18]. Quantum enim mens nostra affectu terrenis rebus adhærescit, illis mancipatur, spernitque Dei transgrediendo mandatum.

. Ait frater : Quibus rebus dicis, Pater? Respondit senex : Cibis, pecuniis, prædiis, gloria, cognatis seu affinibus, et ejusmodi. Ad quem frater : Quæso te, Pater, nunquid non ea Deus condidit, atque hominibus utenda concessit? Respondit senex : Sane liquet Deum ea condidisse, atque hominibus utenda tradidisse. Omnia enim a Deo bona condita sunt [19], ut bene illis utendo, Deo placeremus. Nos enimvero qui infirmi ac terreni animo simus, res terrenas dilectionis præcepto prætulimus; illisque affecti, hominibus pugnamus; cum par esset, ut iis omnibus quæ in aspectum cadunt,

A ἐπ' αὐτόν. Καὶ μετ' ὀλίγα· Ἐπὶ ἀσπίδα καὶ βασιλίσκον ἐπιβήσῃ, καὶ καταπατήσεις λέοντα καὶ δράκοντα· ὅτι τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ ἐντελεῖται περὶ σοῦ, τοῦ διαφυλάξαι σε ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς σου. Οἱ δὲ τῇ σαρκὶ προσκείμενοι, καὶ τὴν ὕλην ἀγαπῶντες τοῦ κόσμου, ἄκουε ποῖα παρ' [*Alt.* ἄκουσον τί παρ'. *Fr.* ἄκουε οἷα] αὐτοῦ ἀκούουσιν· Ὁ φιλῶν πατέρα ἢ μητέρα ὑπὲρ ἐμὲ, οὐκ ἔστι μου ἄξιος. Καὶ μετ' ὀλίγα· Καὶ ὃς οὐ λαμβάνει τὸν σταυρὸν αὐτοῦ καὶ ἀκολουθεῖ ὀπίσω μου, οὐκ ἔστι μου ἄξιος. Καὶ, Ὅστις οὐκ ἀποτάσσεται πᾶσι τοῖς ὑπάρχουσιν αὐτῷ, οὐ δύναταί μου εἶναι μαθητής. Ὁ οὖν θέλων γενέσθαι αὐτοῦ μαθητὴς, καὶ ἄξιος αὐτοῦ εὑρεθῆναι· καὶ δύναμιν παρ' αὐτοῦ λαβεῖν κατὰ τῶν πνευμάτων τῆς πονηρίας,
B χωρίζει ἑαυτὸν πάσης σαρκικῆς σχέσεως· καὶ γυμνοῖ ἑαυτὸν πάσης ὑλικῆς προσπαθείας· καὶ οὕτως πρὸς τοὺς ἀοράτους ἐχθροὺς ὑπὲρ τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ ἀγωνίζεται· ὡς αὐτὸς ὁ Κύριος ἑαυτὸν τύπον ἡμῖν παρέσχεν, ἔν τε τῇ ἐρήμῳ ὑπὸ τοῦ ἀρχηγοῦ αὐτῶν

ς'. Καὶ ὁ Ἀδελφὸς εἶπεν· Ἀλλὰ πολλαί εἰσι, Πάτερ, αἱ τοῦ Κυρίου ἐντολαί· καὶ τίς δύναται πάσας ἔχειν κατὰ νοῦν, ἵνα ὑπὲρ πασῶν ἀγωνίσηται; ἐγὼ δὲ μάλιστα, ὀλιγόνους ὑπάρχων; σύντομον λόγον θέλω ἀκοῦσαι, ἵνα αὐτὸν κρατῶν, δι' αὐτοῦ ἐσωζόμην. Καὶ ἀπεκρίθη ὁ γέρων· Εἰ καὶ πολλαί εἰσιν, Ἀδελφὲ, ἀλλ' ἐνὶ λόγῳ ἀνακεφαλαιοῦνται, ἐν τῷ, Ἀγαπήσεις
C *Κύριον τὸν Θεόν σου ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος σου καὶ ἐξ ὅλης τῆς διανοίας σου· καὶ τὸν πλησίον σου ὡς ἑαυτόν.* Καὶ ὁ ἀγωνιζόμενος τοῦτον κρατεῖν τὸν λόγον, πάσας ὁμοῦ τὰς ἐντολὰς κατορθοῖ. Οὐ δύναται δέ τις μὴ χωρίσας ἑαυτὸν, ὡς προείρηται, τῆς τῶν ὑλικῶν προσπαθείας, οὔτε τὸν Θεὸν, οὔτε τὸν πλησίον ἀγαπῆσαι γνησίως· ἐπειδὴ ὁμοῦ τῇ ὕλῃ προσκεῖσθαι, καὶ τὸν Θεὸν ἀγαπῆσαι, ἀμήχανον. Καὶ τοῦτό ἐστιν ὃ λέγει ὁ Κύριος· *Οὐδεὶς δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν.* Καὶ· *Οὐδεὶς δύναται Θεῷ δουλεύειν καὶ μαμωνᾷ.* Ὅσον γὰρ ὁ νοῦς ἡμῶν τῶν τοῦ κόσμου ἀντέχεται πραγμάτων, δεδούλωται αὐτοῖς, καὶ καταφρονεῖ τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ παραβαίνων.

D ζ'. Καὶ ὁ Ἀδελφὸς εἶπε· Ποίων πραγμάτων λέγεις, Πάτερ; Καὶ ὁ γέρων ἀπεκρίθη· Βρωμάτων, χρημάτων, κτημάτων, δόξης, συγγενῶν, καὶ τῶν ἐξῆς. Καὶ ὁ Ἀδελφὸς εἶπεν· Εἰπὲ, Πάτερ, οὐχὶ ὁ Θεὸς αὐτὰ ἔκτισε, καὶ τοῖς ἀνθρώποις εἰς χρῆσιν δέδωκε; καὶ πῶς κελεύει αὐτῶν μὴ ἀντέχεσθαι [*alt.* ἅπτεσθαι]; Καὶ ἀπεκρίθη ὁ γέρων· Δῆλον ὅτι ὁ Θεὸς αὐτὰ ἔκτισε, καὶ δέδωκεν εἰς χρῆσιν τοῖς ἀνθρώποις. Καὶ, καλὰ πάντα τὰ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ γεγονότα, ἵνα καλῶς αὐτοῖς χρησάμενοι, τῷ Θεῷ εὐαρεστήσωμεν· ἀλλ' ἡμεῖς ἀσθενεῖς ὄντες, καὶ ὑλικοὶ τῇ διανοίᾳ [*Alt.* τὴν διάνοιαν], προετιμήσαμεν τὰ ὑλικὰ τῆς ἐντολῆς

[13] Psal. xc, 11-13. [14] Matth. x, 37. [15] Luc. xiv, 33, 34. [16] Marc. xii, 30. [17] Matth. vi, 24. [18] Luc. xvi, 13. [19] Gen. i, 31.

Digitized by Google

τῆς ἀγάπης· καὶ αὐτῶν ἀντεχόμενοι, τοῖς ἀνθρώποις μαχόμεθα· δέον πάντων τῶν ὁρωμένων, καὶ αὐτοῦ τοῦ σώματος, τὴν παντὸς ἀνθρώπου προτιμῆσαι ἀγάπην· ἥτις ἐστὶν γνώρισμα τῆς εἰς Θεὸν ἀγάπης, καθὼς αὐτὸς ὁ Κύριος ἐν Εὐαγγελίοις δείκνυσιν· *Ὁ ἀγαπῶν ἐμέ*, φησὶ, *τὰς ἐντολάς μου τηρήσει.* Καὶ τίς ἐστιν ἡ ἐντολὴ ἣν τηρήσαντες, αὐτὸν ἀγαπήσωμεν, αὐτοῦ ἄκουσον, λέγοντος· *Αὕτη δέ ἐστιν ἡ ἐντολὴ ἡ ἐμὴ, ἵνα ἀγαπᾶτε ἀλλήλους.* Ὁρᾷς ὅτι ἡ ἀλλήλων ἀγάπη, τὴν εἰς Θεὸν ἀγάπην συνίστησιν, ἥτις ἐστὶ πλήρωμα πάσης Θεοῦ ἐντολῆς; Διὰ τοῦτο οὖν κελεύει αὐτῶν μὴ ἀντέχεσθαι· ἀλλὰ καὶ ἀποτάξασθαι πᾶσι τοῖς ὑπάρχουσιν αὐτῷ, πάντα τὸν αὐτῷ μαθητεύειν ἐπιθυμητικῶς ἔχοντα.

A ipsoque corpore, cujusvis hominum dilectionem pluris faceremus; quæ videlicet indicio est illius charitatis, quæ ad Deum est, uti ipse Dominus in Evangeliis ostendit: *Qui diligit me*, inquit, *mandata mea servabit*[10]. Quodnam vero mandatum sit, quod servando ipsum dilexerimus, audi ipsum loquentem: *Hoc est præceptum meum, ut diligatis invicem*[11]. Vides, quod alii alios diligamus, dilectionem in Deum conflare ac commendare, quæ omnium Dei præceptorum plenitudo est[12]? Id igitur causæ est cur jubeat his non adhærescere; sed ut is, qui ejus cupit esse discipulus, renuntiet omnibus quæ possidet.

η'. Καὶ ὁ Ἀδελφὸς εἶπεν· Ἐπειδὴ εἶπες, Πάτερ, ὅτι δέον πάντων τῶν ὁρωμένων, καὶ αὐτοῦ τοῦ σώματος, τὴν παντὸς ἀνθρώπου προτιμῆσαι ἀγάπην, πῶς δύναμαι τὸν μισοῦντά με καὶ ἀποστρεφόμενον ἀγαπῆσαι; Εἰ δὲ καὶ φθονεῖ μοι, καὶ λοιδορίαις κατατοξεύει, καὶ δόλους κατασκευάζει, καὶ ἐπιβουλεύειν ἐπιχειρεῖ, πῶς δύναμαι αὐτὸν ἀγαπῆσαι; Φύσει μοι, Πάτερ, φαίνεται τοῦτο ἀδύνατον, τοῦ πάθους τῆς λύπης φυσικῶς τὸν λυπήσαντα ἀποστρέφεσθαι ἀναγκάζοντος. Καὶ ἀπεκρίθη ὁ γέρων· Ἐπὶ μὲν τῶν ἑρπετῶν καὶ τῶν θηρίων τῶν ὑπὸ φύσεως ἀγομένων, τῷ ὄντι ἀδύνατον μὴ πάντως ἀμύνασθαι ὅσον δύναται τὸ καταπονοῦν· ἐπὶ δὲ τῶν κατ' εἰκόνα Θεοῦ κτισθέντων, καὶ λόγῳ ἀγομένων· καὶ γνώσεως Θεοῦ καταξιωθέντων, καὶ νόμον παρ' αὐτοῦ δεξαμένων, δυνατὸν τοὺς λυποῦντας μὴ ἀποστρέφεσθαι, καὶ τοὺς μισοῦντας ἀγαπᾷν. Διὸ καὶ ὁ Κύριος, *Ἀγαπᾶτε*, λέγων, *τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν· καλῶς ποιεῖτε, τοῖς μισοῦσιν ὑμᾶς*, καὶ τὰ ἑξῆς, οὐχ ὡς ἀδύνατα ἐντέλλεται, ἀλλ' ὡς δυνατὰ δηλονότι· ἐπεὶ οὐκ ἂν ἐκόλασε τὸν παραβαίνοντα. Δηλοῖ δὲ αὐτὸς ὁ Κύριος, αὐτοῖς τοῖς ἔργοις ἡμῖν δείξας· καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ πάντες ὑπὲρ τῆς εἰς τὸν πλησίον ἀγάπης μέχρι θανάτου ἀγωνισάμενοι, καὶ ὑπὲρ τῶν ἀποκτεινάντων θερμῶς προσευξάμενοι. Ἀλλ' ἐπειδὴ ἡμεῖς ἐσμὲν φιλόῦλοι καὶ φιλήδονοι, καὶ ταῦτα τῆς ἐντολῆς μᾶλλον προτιμῶντες, διὰ τοῦτο τοὺς μισοῦντας ἀγαπῆσαι οὐ δυνάμεθα· ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀγαπῶντας διὰ ταῦτα πολλάκις ἀποστρεφόμεθα, θηρίων καὶ ἑρπετῶν χεῖρον διακείμενοι· καὶ διὰ τοῦτο τοῖς ἴχνεσι τοῦ Θεοῦ ἀκολουθῆσαι μὴ δυνάμενοι, οὐδὲ τὸν σκοπὸν αὐτοῦ γνῶναι δυνάμεθα, ἵνα λάβωμεν δύναμιν.

8. Tum frater: Quandoquidem dixisti, Pater, par esse, ut rebus omnibus, quæ sub aspectum cadunt, ipsoque corpore, cujusvis hominum dilectionem pluris faciamus; quinam fieri potest ut eum diligam qui me habet odio et aversatur? Quod si etiam invidia agitur, petitque convitiis et dolos struit ac insidias machinatur: hunc quomodo diligere possum? Videtur, Pater, hoc in eis numerandum, quæ natura fieri non possunt, quod nempe passionis dolor illatæque sensus injuriæ natura cogat, ut infenso animo in eum simus, qui illius auctor exsistat. Responditque senex: In serpentibus quidem et bestiis, quæ natura aguntur, haud plane fieri possit, ut **371** non omnino, quoad liceat, ulciscantur, quod molestiam facit: in iis autem, qui ad Dei imaginem conditi sunt et ratione ducuntur, Deique scientia dignati sunt, et ab eo legem acceperunt, utique fieri potest, ut nihil infenso animo sint in eos, qui injuriæ auctores sunt, et ut eos diligant, qui oderunt. Quamobrem etiam Dominus, dum ait: *Diligite inimicos vestros: benefacite iis, qui oderunt vos*[13], et quæ sequuntur, non hæc tanquam impossibilia jubet, sed ut quæ nimirum fieri possint. Palamque facit ipse Dominus, ejus nobis dilectionis rebus ipsis luculentum a se specimen factus; ejus quoque omnes discipuli, dum ad mortem usque dilectionis proximi causa decertarunt, et pro his qui occiderunt animi fervore oraverunt. Quod enimvero terrenis rebus ac voluptati amore impensi sumus, hæcque mandato pluris facimus, idcirco eos qui nos oderunt haud diligere possumus; quin et eorum causa in eos qui diligant, haud raro, bestiis ac serpentibus deterius affecti, infenso animo sumus: quamobrem etiam Dei vestigia sequi non valentes, ne ejus quidem scopum, ac quis illi finis sit, capere possumus, ut virtutem roburque accipiamus.

θ'. Καὶ ὁ Ἀδελφὸς εἶπεν· Ἰδοὺ, Πάτερ, κατέλιπον πάντα, συγγένειαν, ὕπαρξιν, τρυφὴν, καὶ τὴν δόξαν τοῦ κόσμου, καὶ οὐδὲν κέκτημαι ἐν τῷ βίῳ πλὴν τοῦ σώματος· καὶ τὸν ἀδελφὸν μισοῦντά με καὶ ἀποστρεφόμενον ἀγαπῆσαι οὐ δύναμαι· εἰ καὶ βιάζομαι κακὸν ἀντὶ κακοῦ κατ' ἐνέργειαν μὴ ἀνταποδοῦναι. Εἶπε οὖν τί ὀφείλω ποιῆσαι, ἵνα δυνηθῶ αὐτὸν ἐκ καρδίας ἀγαπῆσαι, ἢ καὶ τὸν καθοιονδήποτε τρόπον Ὀλίβοντα καὶ ἐπιβουλεύοντα.

9. Dixitque frater: Ecce, Pater, reliqui omnia, cognationem, substantiam, delicias, mundi gloriam, nec præter corpus in vita aliquid possideo, nec tamen fratrem qui odio habeat ac aversetur, diligere valeo; quanquam ne reipsa malum pro malo reddam, me ipse cohibeo atque caveo. Dic ergo, quid mihi facto opus, ut ex animo diligere valeam, sive etiam qui ullo modo molestiam faciat et affligat ac insidiis struat.

[10] Joan. xiv, 15. [11] Joan. xv, 12. [12] Rom. xiii, 10. [13] Matth. v, 44; Luc. vi, 27.

Digitized by Google

Respondit senex : Fieri non potest ut eum qui affligit auctorque molestiæ est, quis diligat, quantumvis terrenis sæculi rebus nuntium remisisse videtur, nisi Domini scopum vere cognoverit. Sin autem illo donante nosse potuerit, studeatque ex ejus ratione ambulare, eum qui odio habeat et affligat, ex animo diligere poterit, ut et apostoli diligebant, qui illum cognovissent.

10. Tum frater : Rogo te, Pater, scire quisnam Domini scopus exstiterit. Ad quem senex : Si Domini scopum nosse vis, solerter audi. Igitur Dominus noster Jesus Christus, cum Deus natura esset, ac per summam clementiam hominumque amore homo fieri dignatus **372** esset, natus ex muliere, sub lege factus est, ut auctor divinus Apostolus est [95]; quo nimirum ut homo, mandati observatione, veterem Adami maledictionem noxamque everteret. Cum itaque illi exploratum esset, totam legem ac prophetas in duobus legis mandatis pendere; hinc nimirum: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et proximum sicut teipsum*; hæc a principio et in finem usque ex humana studuit ratione servare. Qui autem a principio hominem seduxit, ejusque victoria mortis imperium (nempe diabolus) accepit, cum vidisset, quo tempore baptismo tinctus est, Patris testimonio celebratum, cognatumque Spiritum sanctum, qua homo erat, e cœlis accepisse, atque in desertum ut ab eo tentaretur venisse, omnem in eum belli molem convertit, si forte hunc quoque inducere posset, ut terrena mundi divinæ dilectioni anteferret. Sciens itaque diabolus tria hæc esse, in quibus humana cuncta vertuntur, cibos nimirum, pecunias vitæque claritatem, quibus etiam nunquam non hominem in perditionis barathrum solet detrudere, triplici hoc cuneo eum in deserto adortus est : quorum Dominus victor effectus, diabolum retro jussit abire.

11. Hoc igitur Dei dilectionis insigne, cujus præceptum ut transgrederetur, cum nulla promissorum vi obtinere ab eo tentator potuisset; ut jam dilectionis proximi præceptum violaret in hominum frequentiam veniens, scelestissimorum Judæorum usus opera, cunctis artibus adnixus est. Idcirco igitur interim dum vias vitæ doceret, ac cœlestis vitæ disciplinam opere monstraret, resurrectionisque mortuorum præco, vitam æternam ac cœlorum regnum fidelibus promitteret, æternaque supplicia incredulis serio intentaret, atque ad certam doctrinæ fidem, stupenda ac inaudita divina signa ederet, ac turbas ad fidem invitaret, nequissimos hominum Pharisæos ac Scribas, ad varias in eum struendas insidias, concitabat : quo scilicet vim eam tentationum ferre non valens, ut quidem videbatur, in eorum qui sic eas necterent, odium verteret, atque in eum modum intentum finem scele-

A Καὶ ἀπεκρίθη ὁ γέρων· Ἀδύνατόν τινα ἀγαπῆσαι τὸν θλίβοντα, κἂν τῇ ὕλῃ τοῦ κόσμου ἔδοξεν ἀποτάξασθαι, ἐὰν μὴ τὸν σκοπὸν τοῦ Κυρίου ἐν ἀληθείᾳ γνώσκῃ· ἐὰν δὲ τοῦ Κυρίου αὐτῷ χαριζομένου δυνηθῇ γνῶναι, καὶ σπεύδῃ κατ' αὐτὸν περιπατεῖν, δύναται ἐκ καρδίας ἀγαπῆσαι τὸν μισοῦντα καὶ θλίβοντα, ὥσπερ καὶ οἱ ἀπόστολοι ἐγνωκότες ἠγάπων.

ι'. Καὶ εἶπεν ὁ Ἀδελφός· Καὶ τίς ὁ σκοπὸς τοῦ Κυρίου ἦν, παρακαλῶ γνῶναι, Πάτερ. Καὶ εἶπεν ὁ γέρων· Ἐὰν τὸν σκοπὸν τοῦ Κυρίου γνῶναι θέλῃς, συνετῶς ἄκουσον. Ὁ οὖν Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, φύσει Θεὸς ὤν, καὶ ἄνθρωπος διὰ φιλανθρωπίαν γενέσθαι καταξιώσας, ἐκ γυναικὸς τεχθεὶς [*Fr. alterque M.* γεννηθεὶς], ὑπὸ νόμον ἐγένετο, κατὰ τὸν B Θεῖον Ἀπόστολον· ἵνα ὡς ἄνθρωπος τὴν ἐντολὴν φυλάξας, τὴν ἀρχαίαν τοῦ Ἀδὰμ ἀνατρέψῃ κατάραν. Εἰδὼς οὖν ὁ Κύριος, ὅτι ὅλος ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται ἐν ταῖς δυσὶ τοῦ νόμου κρέμανται ἐντολαῖς, ἐν τῷ, *Ἀγαπήσεις Κύριον τὸν Θεόν σου ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου, καὶ τὸν πλησίον ὡς ἑαυτόν*· ταῦτα ἀπ' ἀρχῆς καὶ μέχρι τέλους φυλάξαι ἀνθρωποπρεπῶς ἔσπευσεν. Ὁ δὲ ἀπ' ἀρχῆς ἀπατήσας τὸν ἄνθρωπον, καὶ διὰ τοῦτο κράτος ἐσχηκὼς τοῦ θανάτου, διάβολος, ἰδὼν αὐτὸν ἐπὶ τοῦ βαπτίσματος ὑπὸ τοῦ Πατρὸς μαρτυρούμενον, καὶ τὸ συγγενὲς ἅγιον Πνεῦμα ὡς ἄνθρωπον ἀπ' οὐρανῶν δεχόμενον, καὶ εἰς τὴν ἔρημον πρὸς τὸ πειρασθῆναι ὑπ' αὐτοῦ ἐληλυθότα· ὅλον αὐτοῦ τὸν πόλεμον κατ' αὐτοῦ συνεκρότει, C εἴ πως δυνηθῇ καὶ αὐτὸν ποιῆσαι τὴν τοῦ κόσμου προτιμῆσαι ὕλην τῆς εἰς Θεὸν ἀγάπης. Εἰδὼς οὖν ὁ διάβολος ὅτι τὰ τρία ταῦτά εἰσιν, ἐν οἷς πάντα δονεῖται τὰ ἀνθρώπινα [*al.* πᾶν τὸ ἀνθρώπινον], βρώματα, λέγω, καὶ χρήματα, καὶ δόξα, δι' ὧν καὶ εἰς τὸ βάραθρον τῆς ἀπωλείας ἀεὶ κατήγαγε [*al.* κατάγει. *Fr.* κατῆγε] τὸν ἄνθρωπον· εἰς ταῦτα τὰ τρία αὐτὸν ἐν τῇ ἐρήμῳ ἐπείρασεν, ὧν ὁ Κύριος ἡμῶν κρείττων φανείς, εἰς τοὐπίσω χωρεῖν τῷ διαβόλῳ [*al.* τὸν διάβολον] προσέταττε.

ια'. Τοῦτο οὖν τὸ γνώρισμα τῆς εἰς Θεὸν ἀγάπης, ἧς τὴν ἐντολὴν δι' ὧν ἐπήγγελτο πεῖσαι αὐτὸν παραβῆναι μὴ δυνηθείς, τῆς εἰς τὸν πλησίον λοιπὸν ἀγάπης τὴν ἐντολὴν, εἰς τὴν οἰκουμένην ἐλθόντα, διὰ τῶν παρανόμων Ἰουδαίων ἐνεργῶν, παραδίδωσιν D αὐτὸν δι' ὧν ἐμηχανᾶτο ἠγωνίζετο. Τοῦτον χάριν διδάσκοντα αὐτὸν τὰς ὁδοὺς τῆς ζωῆς, καὶ ἔργῳ ὑποδεικνύοντα τὴν οὐράνιον πολιτείαν, καὶ ἀνάστασιν νεκρῶν καταγγέλλοντα, καὶ ζωὴν αἰώνιον καὶ βασιλείαν οὐρανῶν τοῖς πιστεύουσιν ἐπαγγελλόμενον· τοῖς δὲ ἀπίστοις κόλασιν αἰώνιον ἀπειλοῦντα, καὶ πρὸς βεβαίωσιν τῶν λεγομένων τὰς παραδόξους θεσημείας ἐπιδεικνύμενον, καὶ εἰς πίστιν τοὺς ὄχλους προσκαλούμενον, συνεκίνει τοὺς παρανόμους Φαρισαίους καὶ Γραμματεῖς, εἰς τὰς κατ' αὐτοῦ ποικίλας ἐπιβουλάς· ἵνα τοὺς πειρασμοὺς ὑπενεγκεῖν, ὡς ᾤετο, μὴ δυνάμενος, εἰς μῖσος τῶν ἐπιβουλευόντων παρατραπῇ· καὶ οὕτως τοῦ σκοποῦ ὁ ἀλάστωρ ἐπιτύχῃ

[95] Galat. IV, 4. [96] Matth. XX, 37.

Digitized by Google

παραβάτην τῆς ἐντολῆς τῆς εἰς τὸν πλησίον ἀγάπης ἀποφήνας.

A dita est. Eorum enim morum magister ac cultor est, quibus in cœli civem proclive quis evadit; præsertim Charitatis. Multaque omnino cum instituendæ scientiæ, tum actionis colendæ, legenda argumenta præbet.

Erat in eodem volumine opus quadringentorum capitum, Elpidio cuidam sanctioris vitæ studioso, eaque adulto viro inscriptum, cui ipse auctor titulum fecerat, *De charitate*. Eam fortasse ob causam, quod inde orsus erat, deque ea virtute aliis quoque passim locis disserat. Quanquam etiam ex multis ibidem problematis ac theorematis, ad firmandam theologiam, vitamque hominis sanctiorem ac puriorem reddendam, copiosum sane fructum seduli horum lectores decerpere valeant.

Dictionis genus candidum præ cæteris atque tornatum hic loci institutum; nec quidquam affert, quod justam reprehendendi causam legenti præstare possit; uno hoc duntaxat excepto, quod non satis quandoque Atticas voces reliquis anteponit.

MONITUM

AD S. MAXIMI CAPITA DE CHARITATE.

Libuit centena hæc capita, aliis, quæ tanta dedit Maximus confessor, præmittere, quod et primum edita fuerint, ipsoque argumento, et perspicuitate omnique demum utilitate, principem sibi locum inter alia ejusdem fere generis ac schematis haud immerito videri possint vindicare. Nec ea solum ratione, sed quod etiam principalius in eis, ipseque titulus, charitas sit, quo præcipue ducit scopus Orationis Dominicæ, ut et Libri Ascetici, quem ipsum videtur Maximus eidem Elpidio scripsisse, cui quartena hæc centena capita inscripsit. Quingenta sequentia ac ducentena, quod plura allegorica eodem stylo, sæpiusque iisdem verbis ac Quæstiones ad Thalassium habeant, eis subnectenda videri poterant. Malui tamen quidquid est istius generis scriptionis per sententias minoraque ac vaga capita una serie ponere post exegeticos aut paræneticos paulo pleniores tractatus jam ascriptos, quibus plures nescio an ediderit Maximus. Edidit primus Haganoæ, an. 1531, Vincentius Obsopæus, utraque lingua, multisque præfatus, inscitiam suam longeque maximam ἀνιστορησίαν prodit, dum Maximum horum auctorem capitum, Maximum Ecclesiæ Taurinensis episcopum facit, eum, *quem Gennadius inter viros illustres commemorat; cujus etiam*, inquit, *apud D. Hieronymum inter scriptores ecclesiasticos fit mentio*. Quis dicat hæc illius esse, qui virgam censoriam ipsi fidenter Maximo adigat, ac plus dare operibus, quam purum Dei verbum ferat, quasi religioso timore admoneat? Hæc enimvero hæretici spiritus sensusque miracula. Eo sponte nati prodeunt; scilicet, orbis magistri, unique veræ Scripturarum intelligentiæ arbitri. His obnoxium, quidquid in Patribus, in theologis magnifice coluit omnis retro ecclesiastica unitas. Quæ illis ardua, ac quorum vix tenues umbras ac repræsentationes, post immensos labores ac vigilias se assecutos agnoscunt; hæc novi commatis theologis ipsa clara et aperta : modo solum oculis legerint, statim patent omnia Scripturarum arcana, et quibus sic clausa vulgatarum rerum temporumque notitia, ac præfert Obsopæus; quem refutasse est ipsa ejus posuisse verba. Maximi hæc Capita post Obsopæum edidit Gesnerus, ejus etiam versione recensita; quam et repræsentant in *Biblioth. Patrum* Colon. t. VII, præfixa etiam in utrumque interpretem, acriori illa quidem, sed nec ipsa, pro Obsopæi præsertim stupore, satis pungente, aut cavente lectori, censura, ut ex subjectis notis facile quisque videat. Jacobus Bill. paucissima attigit, ac levissime tantum oculos videtur conjecisse, ut quasi conjectura paucula emendaret, nullo meliori codice : quod illi sæpe officit, ut licet vir doctus ac probus interpres, a vero auctorum sensu, etiam alios censendo, ea quandoque occasione excidat, eo quod textus non satis sanus ac emendatus ei suppetat. Hic præter edita, pluresque Regios codd. præsto fuit v. cl. Raphaelis Dufresne emendatissimus cod. ut ad textus integritatem nihil lector desiderare possit. Versio ex meis rationibus, ac ecclesiastice, quantum licuit, ut in reliquis Maximi, composita.

Digitized by Google

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΑΒΒΑ ΜΑΞΙΜΟΥ ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΠΕΡΙ ΑΓΑΠΗΣ.

S. P. N. MAXIMI ABBATIS CAPITA DE CHARITATE.

PROLOGUS AD ELPIDIUM.

Ecce ad eum librum, quem ad pietatem exercentem, deque vita religiose instituenda, scripsi, hunc quoque de charitate compositum tuæ misi sanctitati, pater Elpidi, pari quatuor Evangeliis numero, centenis comprehensum capitibus ; forte non admodum dignum tua exspectatione; nostra tamen ingenii facultate non minorem. Verum sciat sanctitas tua, ne hæc quidem mei ingenii feturam esse : sed, perlustratis atque excussis sanctorum Patrum libris ac scriptis, seu sermonibus, hincque mente ad argumentum intenta, ac cum paucis, multa strictim breviterque admodum collegissem, **395** ut legentium facilius paterent oculis, ac memoriæ promptius occurrerent, tuæ sanctitati misisse. Oro autem ac obsecro, ut benigne ac gratanter legas, unamque in eis utilitatem captes : rude vero ac invenustum dicendi genus negligas, ac preces pro nostra mediocritate, quæ frugis omnis spiritalis vacua sit, fundas. Quin hoc etiam flagito, ne ut obtunderem, hæc a me scripta existimes. Hoc implevi, quod præceptum erat. Hoc ut dicam, id causæ est, quod libris ac sermonibus obtundentes, non pauci hodie exsistant; at pauci admodum qui operibus ipsi erudiant, aut etiam erudiantur. Quin potius hoc cura, ut singulis capitibus sedulo adhibeas animum. Nec enim omnia, ut existimo, omnibus intellectu facilia sunt : sed pleraque ejusmodi ut magna vulgo discussione egeant, etiamsi simplicius dicta videantur. Forsitan enim aliquid quod animo conducat ex eis emer-

ΠΡΟΛΟΓΟΣ ΠΡΟΣ ΕΛΠΙΔΙΟΝ.

Ἰδοὺ πρὸς τῷ περὶ Ἀσκητικοῦ βίου (a) λόγῳ, καὶ τὸν περὶ Ἀγάπης λόγον πέπομφα τῇ σῇ τιμιότητι, πάτερ Ἐλπίδιε, ἐν ἰσαρίθμοις κεφαλαίοις τῶν τεσσάρων Εὐαγγελίων ἑκατοντάσιν· οὐδὲν μὲν ἴσως ἄξιον τῆς σῆς προσδοκίας· τῆς δέ γε ἡμετέρας δυνάμεως οὐκ ἔλαττον. Πλὴν γινωσκέτω (b) ἡ σὴ ἁγιωσύνη, ὅτι οὐδὲ ταῦτα εἰσὶ τῆς ἐμῆς γεώργια διανοίας· ἀλλὰ τοὺς τῶν ἁγίων Πατέρων διελθὼν λόγους, κεκεῖθεν τὸν εἰς τὴν ὑπόθεσιν συντείνοντα νοῦν ἀναλεξάμενος· καὶ ἐν ὀλίγοις πολλὰ κεφαλαιωδέστερον συναγαγών, ἵνα εὐσύνοπτα γένωνται διὰ τὸ εὐμνημόνευτον· ἀπέστειλα τῇ σῇ ὁσιότητι, παρακαλῶν εὐγνωμόνως ἀναγινώσκειν, καὶ μόνην θηρεύειν τὴν ἐν αὐτοῖς ὠφέλειαν· τὸ δὲ ἀκαλλὲς τῆς λέξεως [Fr. τῶν λέξεων] παραβλέπειν, καὶ εὔχεσθαι ὑπὲρ τῆς ἡμῶν μετριότητος, τῆς πάσης πνευματικῆς ὠφελείας ἐρήμου. Παρακαλῶ δὲ καὶ τοῦτο, μὴ εἰς ὄχλησιν ἡγεῖσθαι τὰ γεγραμμένα. Ἐπιταγὴν γὰρ πεπλήρωκα. Λέγω δὲ τοῦτο, ἐπειδὴ οἱ λόγοις ἐνοχλοῦντες (1), πολλοί ἐσμεν σήμερον· οἱ δὲ ἔργοις παιδεύοντες, ἢ καὶ παιδευόμενοι, πάνυ εἰσὶν ὀλίγοι. Ἀλλὰ μᾶλλον ἐμπόνως προσέχειν ἑκάστῳ τῶν κεφαλαίων. Οὐ πάντα γὰρ πᾶσιν, ὡς οἶμαι, εἰσὶν εὐληπτα· ἀλλὰ καὶ πολλῆς τὰ πολλὰ τοῖς πολλοῖς δεόμενα τῆς συνεξετάσεως, εἰ καὶ δοκεῖ ἁπλούστερον εἰρῆσθαι. Ἴσως καὶ ἄν τι φανείη χρήσιμον τῇ ψυχῇ ἐξ αὐτῶν ἀνακαλυπτόμενον. Ἀναφανήσεται δὲ πάντως Θεοῦ χάριτι, τῷ ἀπεριέργοις ἐννοίαις καὶ μετὰ φόβου Θεοῦ καὶ ἀγάπης ἀναγινώσκοντι. Τῷ δὲ μὴ ὠφελείας χάριν πνευματικῆς ἐντυγχάνοντι, ἢ τούτῳ τῷ πονήματι, ἢ

(a) *Περὶ ἀσκητικοῦ βίου.* Reddit. Obsop. *de vitæ exercitio :* nec emendat Gesnerus. *Exercentem ad pietatem librum* reddidi, post Nobilium, a quo eleganter liber ille Latine redditus est, sive, *de vita religiose instituenda.* Erudite pieque Bill. l. 1 Sacrarum Observat. in hanc ipsam vocem, admonet, Artem quamlibet ac scientiam quædam vocabula ad usum suum sic accommodasse, ut in alienam plane significationem migrasse videantur. *In his igitur interpretes,* inquit, *qui verbum verbo reddere student, nihil aliud agunt, quam ut pro luce, meras lectoribus tenebras offundant.* Legenda quæ erudite prosequitur. Videas ubique fere in his peccare qui extra Ecclesiæ castra militantes, rerumque ecclesiasticarum rudes, ecclesiasticos tractatus ævi cujusque aggrediuntur, exque Græcis Latinos facere student. In his mihi proclivius deprehendere, ex antiquo usu ac exercitatione. Deprehendunt in aliis, qui peculiarius in illis versati sunt, jurisconsulti, medici, etc.

(b) *Πλὴν γινωσκέτω. Verumtamen legat.* pro, *Noverit, sciat.* Hæc tamen atque his similia, quod nova versione emendata, haud procul arcessenda.

Digitized by Google

καὶ ἄλλῳ οἱῳδήποτε. Ἀλλὰ τοῦ λέξεις θηρεύειν πρὸς τὸ κακίζειν τὸν συγγραψάμενον, ἵνα σεαυτὸν ἐκείνου σοφώτερον δῆθεν, ὡς οἰησίας [*], παραστήσῃ, οὐδὲν ὠφέλιμον οὐδαμόθεν οὐδέποτε ἀναφανήσεται.

A get. Omnino autem emerget ac manifestabitur, Deo bene propitio, dum quis nulla mentis curiositate, sed cum Dei timore ac dilectione animum lectioni adhibeat. Sin autem aliquis, non ut commodi aliquid spiritalis consequatur, sive hanc, sive aliam quamvis lucubrationem legerit, sed ut dictiones aucupet auctoris suggillandi causa, ut se nimirum illo sapientiorem (quippe fastu tumens arrogansque) exhibeat, huic nihil unquam ulla ex re oppido utile occurrerit.

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΑΞΙΜΟΥ.

Πρώτη ἑκατοντὰς τῶν περὶ ἀγάπης κεφαλαίων.

α'. Ἀγάπη μέν ἐστιν, διάθεσις ψυχῆς ἀγαθὴ, καθ' ἣν οὐδὲν τῶν ὄντων, τῆς τοῦ Θεοῦ γνώσεως προτιμᾷ. Ἀδύνατον δὲ εἰς ἕξιν ἐλθεῖν ταύτης τῆς ἀγάπης, τὸν πρός τι τῶν ἐπιγείων ἔχοντα προσπάθειαν.

β'. Ἀγάπην μὲν τίκτει ἀπάθεια· ἀπάθειαν δὲ, ἡ εἰς Θεὸν ἐλπίς· τὴν δὲ ἐλπίδα, ὑπομονὴ καὶ μακροθυμία (*c*)· ταύτας δὲ, ἡ περιεκτικὴ ἐγκράτεια· ἐγκράτειαν δὲ, ὁ τοῦ Θεοῦ φόβος· τὸν δὲ φόβον, ἡ εἰς τὸν Κύριον πίστις.

γ'. Ὁ πιστεύων τῷ Κυρίῳ, φοβεῖται τὴν κόλασιν· ὁ δὲ φοβούμενος τὴν κόλασιν, ἐγκρατεύεται ἀπὸ τῶν παθῶν· ὁ δὲ ἐγκρατευόμενος ἀπὸ τῶν παθῶν, ὑπομένει τὰ θλιβερά· ὁ δὲ ὑπομένων τὰ θλιβερὰ, ἕξει εἰς Θεὸν ἐλπίδα· ἡ δὲ εἰς Θεὸν ἐλπὶς, χωρίζει πάσης γηΐνης προσπαθείας τὸν νοῦν· ταύτης δὲ ὁ νοῦς χωρισθεὶς, ἕξει τὴν εἰς Θεὸν ἀγάπην.

δ'. Ὁ ἀγαπῶν τὸν Θεὸν (2), παντων τῶν ὑπ' αὐτοῦ γεγονότων προτιμᾷ τὴν γνῶσιν αὐτοῦ, καὶ ἀδιαλείπτως διὰ τοῦ πόθου, ταύτῃ προσκαρτερεῖ.

ε'. Εἰ πάντα τὰ ὄντα διὰ τοῦ Θεοῦ καὶ διὰ τὸν Θεὸν γέγονε· κρείττων δὲ ὁ Θεὸς τῶν δι' αὐτοῦ γεγονότων· ὁ καταλιμπάνων τὸν Θεὸν τὸν ἀσυγκρίτως κρείττονα, καὶ τοῖς χείροσιν ἐνασχολούμενος, δείκνυσιν ἑαυτὸν προτιμῶντα τοῦ Θεοῦ, τὰ δι' αὐτοῦ γεγονότα.

ς'. Ὁ τῇ εἰς Θεὸν ἀγάπῃ τὸν νοῦν ἔχων προσηλωμένον, πάντων τῶν ὁρωμένων, καὶ αὐτοῦ τοῦ σώματος, ὡς ἀλλοτρίου καταφρονεῖ.

ζ'. Εἰ κρείττων τοῦ σώματος ἡ ψυχὴ (3)· καὶ κρείττων τοῦ κόσμου ἀσυγκρίτως ὁ κτίσας αὐτὸν Θεός· ὁ προτιμῶν τῆς ψυχῆς τὸ σῶμα, καὶ τοῦ Θεοῦ τὸν ὑπὸ αὐτοῦ κτισθέντα κόσμον, οὐδὲν τῶν εἰδωλολατρούντων διενήνοχεν.

η'. Ὁ τὸν νοῦν τῆς εἰς Θεὸν ἀγάπης καὶ προσεδρείας ἀπαχωρίσας, καί τινι τῶν αἰσθητῶν προσδεδεμένον ἔχων, οὗτός ἐστι ὁ προτιμῶν τῆς ψυχῆς τὸ σῶμα, καὶ τοῦ κτίσαντος Θεοῦ, τὰ ὑπ' αὐτοῦ γεγονότα.

[*] Idem videtur ac οἰηματίας.

(*c*) Ὑπομονὴ καὶ μακροθυμία. Jungit passim Maximus, ut sunt affines virtutes, idemque pene amborum voces significant. Quod passim reddunt Obsop. et Gesn. hic, et n. 40 : τὸ ὑπομονή, *perseverantia*, non satis ex communi usu est, etsi Matth. xxiv, Illud : ὁ ὑπομείνας εἰς τέλος, ipse Vulg. reddat, *Qui perseveraverit usque in finem;* reddi æque possit, *Qui sustinuerit, patientiam tenuerit*, etc. Quod sequitur, ἡ περ εκτικὴ ἐγκράτεια, quam vocem alter, *exquisita continentia* reddit, alter, *universalis:* longe alio spectat. Significat illa quidem alias quamdam complexionem ac universalitatem; hic vero τῆς ἐγκρατείας; propriam rationem designat, qua velut constringat teneatque ac contineat animum, ne se passionum pugna abduci sinat ac trahi in consensum : hoc enim continens differt a temperante, in quo jam sedati sint affectus, ut sine pugna contineat, et quasi ex habitu perfecto; περιεκτικὴ itaque, quæ sit quasi περιοχὴ *præsidium et munitio.*

SANCTI MAXIMI,

De charitate centena prima capita.

1. Charitas, bona est mentis affectio, qua divinæ cognitioni nihil anteponit. Ejus autem charitatis habitum nemo unquam assequi possit, qui terrenis ullis rebus animo devinctus sit.

2. Charitatem parit imperturbatio; imperturbationem sedatique animi tranquillitatem, spes quæ in Deum est : cæterum spem, patientia et longanimitas : has vero, cujus sit tueri, continentia; porro continentiam, Dei timor : timorem, quæ in Dominum est, fides.

3. Qui Domino credit, pœnam pertimescit; qui autem pertimescit pœnam, se a vitiis continet : qui vero se a vitiis continet, patienter ærumnas ac mala suffert; is porro qui hæc patienter **396** suffert, spem in Deum habiturus est : spes autem in Deum, a terrena omni libidine separat : ab his denique separatus animus, charitatem nansciscetur quæ ad Deum est.

4. Qui Deum diligit, cunctis ab eo conditis, illius cognitionem ac scientiam anteponit; eique animi desiderio ac amore incessanter incumbit.

5. Cum omnia quæ sunt, Deo auctore ac propter Deum condita sint; sitque Deus, iis quæ ipso auctore condita sunt, longe præstantior; qui Deum citra omnem comparationem meliorem relinquens, deterioribus addicitur; minoris se Deum facere ostendit, quam quæ illo auctore condita sunt.

6. Qui charitati in Deum cor affixum habet, quæ in aspectum cadunt omnia, ipsumque adeo corpus, contemnit tanquam alienum.

7. Cum anima corpore melior sit; Deusque citra omnem comparationem præstantior sit mundo, quem condidit : qui corpus animæ, Deoque mundum ab ipso conditum, anteponit, is, ab iis qui idolis cultum adhibent, differt nihil.

8. Qui mentem a charitate in Deum, jugique in eum studio abstraxerit, ac terrenorum alicui devinctam habuerit, hic corpus animæ, ac quæ a Deo condita sunt, conditori Deo anteponit.

Digitized by Google

9. Cum animi vita, scientiæ illustratio sit, eamque pariat quæ in Deum est charitas; præclare id dictum, divina charitate nihil esse majus.

10. Cum amore charitatis animus ad Deum excesserit, tunc neque se, neque ullam prorsus rerum persentit. Divina enim ac infinita collustratus luce, earum rerum quæ Deo auctore condita sunt, nullo sensu tangitur; haud secus ac se oculus sensibus objectus ad stellas habet, exortu solis.

11. Cum omnes virtutes opem animo ferant ut ad divinum amorem enitatur; omnium maxime id præstat pura oratio. Per eam enim velut alarum remigio in Deum subvectus, cunctis rebus excedit.

12. Ubi per charitatem divinæ scientiæ fulgoribus raptus animus fuerit, rebusque excedens divinam infinitatem persenserit, tunc in divini Isaiæ morem præ stupore in suæ humilitatis sensum veniens, prophetæ verba affectu loquitur : *O miser ego, quod compunctus sum!* **397** *quod homo cum sim, et immunda labia habeam, in medio populi immunda labia habentis, ego habito; et regem Dominum Sabaoth vidi oculis meis* [1].

13. Fieri non potest, ut qui Deum diligit, non etiam proximum sicut seipsum diligat; tametsi illorum affectus et vitia, qui nondum purgati sunt, ægre ferat : idcirco etiam dum eos converti et ad meliorem frugem redire videt, immenso gaudio gaudet, ac quod nec verbis exprimi possit.

14. Immundus est animus libidinosus; nempe vitiosis cupiditatis atque odii cogitationibus plenus.

15. Qui odii, aut simultatis vestigium aliquod ob quamcunque offensionem erga ullum prorsus hominum in corde suo cernit, a charitate in Deum omnino alienus exsistit; quod nempe Dei dilectio, cum odio, seu simultate adversus hominem susceptа, cohærere non possit.

16. *Qui diligit me*, dicit Dominus, *mandata mea servabit* [2]. *Hoc est autem*, inquit, *mandatum meum, ut diligatis invicem* [3]. Itaque qui non diligit proximum, mandatum non servat. Qui autem mandatum non servat, is neque potest diligere Dominum

17. Beatus homo, qui omnem peræque hominem diligere potis est.

18. Beatus homo, qui nulli rei corruptibili aut temporaneæ addictus animo est.

19. Beatus mens, quæ rebus omnibus superatis, divina jugiter pulchritudine delectatur.

20. Qui carnis curam in desideriis faciens [4], ob res temporaneas simultatem adversus proximum

A θ'. Εἰ ἡ ζωὴ τοῦ νοῦ ὁ φωτισμός ἐστι τῆς γνώσεως· τοῦτον δὲ ἡ εἰς Θεὸν ἀγάπη τίκτει· καλῶς, Οὐδὲν τῆς θείας ἀγάπης, εἴρηται, μεῖζον.

ι'. Ὅταν τῷ ἔρωτι τῆς ἀγάπης πρὸς Θεὸν ὁ νοῦς ἐκδημῇ, τότε οὔτε ἑαυτοῦ οὔτε τινὸς τῶν ὄντων παντάπασι ἐπαισθάνεται. Ὑπὸ γὰρ τοῦ θείου καὶ ἀπείρου φωτὸς καταλαμπόμενος, ἀναισθητεῖ πρὸς πάντα τὰ ὑπ' αὐτοῦ γεγονότα· καθάπερ καὶ ὁ αἰσθητὸς ὀφθαλμὸς πρὸς τοὺς ἀστέρας, τοῦ ἡλίου ἀνατέλλοντος.

ια'. Πᾶσαι μὲν αἱ ἀρεταὶ συνεργοῦσι τῷ νῷ πρὸς τὸν θεῖον ἔρωτα, πλέον δὲ πάντων ἡ καθαρὰ προσευχή. Διὰ ταύτης γὰρ πρὸς τὸν Θεὸν πτερούμενος, ἔξω γίνεται πάντων τῶν ὄντων.

B ιβ'. Ὅταν διὰ τῆς ἀγάπης ὑπὸ τῆς θείας γνώσεως ὁ νοῦς ἁρπαγῇ, καὶ ἔξω γενόμενος τῶν ὄντων τῆς θείας ἐπαισθάνηται ἀπειρίας, τότε κατὰ τὸν θεῖον Ἡσαΐαν ὑπὸ ἐκπλήξεως εἰς συναίσθησιν ἐλθὼν τῆς ἑαυτοῦ ταπεινώσεως, μετὰ διαθέσεως λέγει τὰ τοῦ προφήτου ῥήματα· *Ὦ τάλας ἐγώ, ὅτι κατανένυγμαι· ὅτι ἄνθρωπος ὤν, καὶ ἀκάθαρτα χείλη ἔχων, ἐν μέσῳ λαοῦ ἀκάθαρτα χείλη ἔχοντος ἐγὼ κατοικῶ, καὶ τὸν βασιλέα Κύριον σαβαὼθ εἶδον τοῖς ὀφθαλμοῖς μου.*

ιγ'. Ὁ ἀγαπῶν τὸν Θεὸν (4), οὐ δύναται μὴ καὶ πάντα ἄνθρωπον ὡς ἑαυτὸν ἀγαπῆσαι, εἰ καὶ πρὸς τὰ πάθη δυσχεραίνει τῶν μήπω κεκαθαρμένων. Διὸ καὶ τὴν ἐπιστροφὴν [*edit.* περιστρ.] αὐτῶν βλέπων C καὶ τὴν διόρθωσιν, ἀμετρήτῳ καὶ ἀνεκλαλήτῳ χαίρει χαρᾷ.

ιδ'. Ἀκάθαρτός ἐστι ψυχὴ ἐμπαθής (*d*)· λογισμῶν ἐπιθυμίας καὶ μίσους πεπληρωμένη.

ιε'. Ὁ ἴχνος μίσους βλέπων ἐν τῇ ἑαυτοῦ καρδίᾳ διὰ οἱονδήποτε πταῖσμα πρὸς τὸν οἱονδήποτε ἄνθρωπον, ἀλλότριος τυγχάνει πάμπαν τῆς εἰς Θεὸν ἀγάπης· διότι ἡ εἰς Θεὸν ἀγάπη, τοῦ εἰς ἄνθρωπον μίσους παντελῶς οὐκ ἀνέχεται.

ις'. *Ὁ ἀγαπῶν με*, φησὶν ὁ Κύριος, *τὰς ἐντολάς μου τηρήσει· αὕτη δέ ἐστιν ἡ ἐντολὴ ἡ ἐμή, ἵνα ἀγαπᾶτε ἀλλήλους.* Ὁ οὖν μὴ ἀγαπῶν τὸν πλησίον, τὴν ἐντολὴν οὐ τηρεῖ. Ὁ δὲ τὴν ἐντολὴν μὴ D τηρῶν, οὐδὲ τὸν Κύριον ἀγαπῆσαι δύναται.

ιζ'. Μακάριος ἄνθρωπος, ὁ πάντα ἄνθρωπον ἐξ ἴσου ἀγαπῆσαι δυνηθείς [*edit.* δύναται].

ιη'. Μακάριος ἄνθρωπος, ὁ μηδενὶ πράγματι φθαρτῷ ἢ προσκαίρῳ προσκείμενος.

ιθ'. Μακάριος ὁ νοῦς, ὁ πάντα τὰ ὄντα περάσας, καὶ τῆς θείας ὡραιότητος ἀδιαλείπτως κατατρυφῶν.

κ'. Ὁ πρόνοιαν τῆς σαρκὸς εἰς ἐπιθυμίας [*Duo Regii* ἐπιθυμίαν] ποιούμενος, καὶ μνησικακίαν διὰ

[1] Isa. VI, 5. [2] Joan. XIV, 15. [3] Joan. XV, 12. [4] Rom. XIII, 14.

(*d*) Ψυχὴ ἐμπαθής. Adjecta illa vox ex mss. plane necessaria. Tertulliano est *passivus animus*, id est, perturbationibus atque vitiis mancipatus, ac quod reddidi, *libidinosus*. λογισμοὶ ipsa Græcis vitia dicuntur, apud Cassianum et alios, Περὶ λογισμῶν, est *De vitiis*.

Digitized by Google

πρόσκαιρα πρὸς τὸν πλησίον ἔχων· ὁ τοιοῦτος λατρεύει τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα. A

κα'. Ὁ ἀνήδονον καὶ ἀνόσον τὸ σῶμα διατηρῶν, σύνδουλον αὐτὸ ἕξει πρὸς τὴν τῶν χρειττόνων ὑπηρεσίαν.

κβ'. Ὁ φεύγων πάσας τὰς κοσμικὰς ἐπιθυμίας, πάσης λύπης [*edit.* ὕλης, *unusque Reg. et Fr.*] κοσμικῆς ἑαυτὸν ἀνώτερον καθίστησιν.

κγ'. Ὁ τὸν Θεὸν ἀγαπῶν, καὶ τὸν πλησίον πάντως ἀγαπᾷ. Ὁ δὲ τοιοῦτος, χρήματα τηρεῖν οὐ δύναται, ἀλλ' οἰκονομεῖ θεοπρεπῶς, ἑκάστῳ τῶν δεομένων παρέχων.

κδ'. Ὁ κατὰ μίμησιν Θεοῦ τὴν ἐλεημοσύνην ποιούμενος, οὐκ οἶδε διαφορὰν πονηροῦ καὶ ἀγαθοῦ, δικαίου καὶ ἀδίκου ἐν τοῖς τοῦ σώματος ἀναγκαίοις· ἀλλὰ πᾶσιν ἐξ ἴσου κατὰ τὴν χρείαν διανέμει· εἰ καὶ B προτιμᾷ δι' ἀγαθὴν προαίρεσιν τοῦ φαύλου τὸν ἐνάρετον.

κε'. Ὅσπερ ὁ Θεὸς φύσει ὢν ἀγαθὸς καὶ ἀπαθής, πάντας μὲν ἐξ ἴσου ἀγαπᾷ, ὡς ἔργα αὐτοῦ· ἀλλὰ τὸν μὲν ἐνάρετον δοξάζει, ὡς καὶ τῇ γνώμῃ [*edit et Fr.* τὴν γνῶσιν· *alter Reg.* τὴν γνώμην], οἰκειούμενον (*e*)· τὸν δὲ φαῦλον, δι' ἀγαθότητα ἐλεεῖ, καὶ ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ παιδεύων ἐπιστρέφει· οὕτω καὶ ὁ τῇ γνώμῃ ἀγαθὸς καὶ ἀπαθής, πάντας ἀνθρώπους ἐξ ἴσου ἀγαπᾷ· τὸν μὲν ἐνάρετον, διά τε τὴν φύσιν καὶ τὴν ἀγαθὴν προαίρεσιν· τὸν δὲ φαῦλον, διά τε τὴν φύσιν, καὶ τὴν συμπάθειαν ἐλεῶν ὡς ἄφρονα καὶ ἐν σκότει διαπορευόμενον.

et propter naturam, et quo illi miserationis affectu qui ambulet in tenebris.

κς'. Οὐ μόνον διὰ μεταδόσεως χρημάτων ἡ διάθεσις τῆς ἀγάπης γνωρίζεται, ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον διὰ μεταδόσεως λόγου Θεοῦ καὶ σωματικῆς διακονίας. C

κζ'. Ὁ τοῖς τοῦ κόσμου πράγμασι [*edit. et unus Reg.* τῶν πραγμάτων] γνησίως ἀποταξάμενος, καὶ τῷ πλησίον διὰ τῆς ἀγάπης ἀνυποκρίτως δουλεύων, παντὸς πάθους ταχέως ἐλευθεροῦται, καὶ τῆς θείας ἀγάπης καὶ γνώσεως μέτοχος καθίσταται.

κη'. Ὁ τὴν θείαν ἀγάπην ἐν ἑαυτῷ κτησάμενος, οὐκοπιᾷ κατοκολουθῶν ὀπίσω Κυρίου τοῦ Θεοῦ αὐτοῦ, κατὰ τὸν θεῖον Ἱερεμίαν (*f*)· ἀλλὰ πάντα πόνον ὀνειδισμόν τε καὶ φέρει ὕβριν γενναίως, μηδενὶ τὸ σύνολον κακὸν λογιζόμενος.

κθ'. Ὅταν ὑβρισθῇς παρά τινος, ἢ ἐν τινι ἐξουδενωθῇς, τότε πρόσεχε ἀπὸ τῶν λογισμῶν τῆς ὀργῆς, μή σε τῆς ἀγάπης διὰ τῆς λύπης χωρίσαντες, ἐν τῇ χώρᾳ τοῦ μίσους καταστήσωσιν. D

λ'. Ὅταν ἐφ' ὕβρει ἢ ἀτιμίᾳ πονήσῃς, γίνωσκε σεαυτὸν μεγάλως ὠφεληθέντα, τῆς κενοδοξίας διὰ τῆς ἀτιμίας οἰκονομικῶς ἀπὸ σοῦ ἐκβληθείσης.

alit; hic talis creaturæ magis servit, quam Creatori [b].

21. Qui corpus a voluptatibus ac ægritudinibus servat liberum, conservo illo utetur ad fungendæ virtutis ministerium.

22. Qui mundanas omnes cupiditates fugit, omni se mundana tristitia [*al.* cunctis se terrenis] superiorem facit.

23. Qui Deum diligit, omnino etiam proximum diligit : qui autem ejusmodi est, pecunias servare non potest, sed divine eas dispensat, singulis qui egeant tribuens.

24. Qui Dei imitatione eleemosynam facit, boni ac mali, justi et injusti,in corporis necessariis discrimen non novit, sed cunctis æqualiter pro justæ necessitatis **398** modo distribuit; tametsi propter bonam voluntatem, eum qui virtute nitet ac studiosus est, improbo anteponit.

25. Quemadmodum Deus, qui natura bonus, nec ullis affectibus obnoxius sit, omnes quidem ut opera sua peræque diligit; sed tamen eum qui virtute fulgeat sitque studiosus, tanquam etiam animi voluntate necessarium clarificat; improbi autem præ bonitate miseretur, ac castigans in hoc sæculo, convertit : sic et qui ipse animi sententia vir probus, vitiisque ac affectibus superior exstitit, mortales omnes ex æquo diligit; eum tamen qui sit studiosus, tum propter naturam, tum propter bonam voluntatem; eum autem qui sit malus, impenditur; illius miserescens quasi amentis, et

26. Non solum pecuniarum elargitione proditur charitatis affectio; sed multo magis impartitione divinæ doctrinæ, ac corporalis obsequii exhibitione.

27. Qui sæculi rebus vere exque animo nuntium remittens, citra omnem simulationem charitatis obsequiis proximo operam impendit; omni cito liberatus affectu atque vitio, divinæ particeps dilectionis scientiæque evadit.

28. Qui divinam in se nactus est charitatem, non lassatur aut fatiscit sequendo post Dominum Deum suum, juxta divinum Jeremiam [c], sed omnem laborem, opprobriumque et injuriam forti animo suffert, nulli prorsus cogitans malum.

29. Cum ab aliquo læsus injuria, vel in aliqua re spretus fueris, tum tibi ipse ab iræ cogitationibus attende, ne illæ ex mœstitia a charitate abjunctum, in odii regione constituant.

30. Cum te injuria aut probro gravari contigerit, ingenti te commodo affectum noveris, a quo certa consilii ratione per ignominiam ac dedecus, inanis gloriæ fastus ejectus sit.

[b] Rom. I, 25. [c] Jerem. XVII, 6.

(*e*) Ὡς καὶ τῇ γνώμῃ οἰκειούμενον. Idem est et quod alii habent, τὴν γνώμην· quod vero alii γνῶσιν, paulo diversum, etsi istud ad illud sequatur, sca illi comes sit; nempe scientia, virtuti; qua mur que Deo conciliamur, eique necessitudine jungimur, quod hic asserit Maximus. Male itaque ambo interpret. *ut eum qui sui cognitionem recte observat*; quod est prorsus ἀπροσδιόνυσον.

(*f*) Τὸν θεῖον Ἱερεμίαν. Male iidem reclamantibus ipsis Græcis editis, aliisque, *juxta Isaiam:* cum et vere locus Jeremiæ sit.

Digitized by Google

31. Quemadmodum ignis memoria corpus non calefacit, sic nec fides scientiæ illustrationem in animo operatur si Charitas desit.

32. Sicut lux solis sanum oculum ad se trahit; sic et Dei cognitio ac scientia, puram mentem per charitatem naturali ad se illecebra pellicit.

399 33. Mens pura est, quæ ignorantiæ semota caligine, divina luce collustratur.

34. Purus animus est, qui a vitiis liberatus ac perturbationibus, divina charitate jugiter exhilaratur.

35. Affectus vituperium habens (perturbatio scilicet atque vitium) motus animi est innaturalis.

36. Ἀπάθεια (imperturbationem dicamus, sedatique animi ac affectibus vacui tranquillitatem) vacatus est animi status, quo is ægre ad vitium movetur.

37. Qui charitatis fructus sedulo consecutus est, vel si innumera sustinenda sint mala, ab ea nunquam animum transferet. Fidemque faciat Stephanus Christi discipulus, ac ei similes [7]; ipseque Salvator, pro illis Patrem precatus qui nece tradiderunt, veniamque ab eo, tanquam illis ignorantia laborantibus, rogans [8].

38. Cum charitatis sit longanimem, mitemque ac benignum esse [9], qui ira furit agitque malitiose, nimirum alienus a charitate efficitur: alienus vero a charitate, a Deo alienus est, cum *Deus charitas sit* [10].

39. *Nolite dicere*, ait divinus Jeremias, *templum Domini sumus* [11]. Tu quoque ne dixeris: Nuda ac sola fides in Dominum nostrum Jesum Christum, salutem mihi potest præstare. Non enim hoc fieri potest, nisi etiam charitatem in ipsum per opera comparaveris. Ad simplicem enim fidem quod attinet: *Etiam dæmones credunt, et contremiscunt* [12].

40. Charitatis opus est, beneficii in proximum ex animo collocatio, et longanimitas et patientia; itemque recta cum ratione rebus uti.

41. Qui Deum diligit, nec ullum tristitia afficit, nec ipse adversum aliquem ob temporanea tristitiam assumit: una duntaxat illi salubris tristitia est, qua et afficit et afficitur; qua beatus Paulus et ipse contristatus est, et contristavit Corinthios [13].

42. Qui Deum diligit, angelicam vitæ rationem in terra instituit; nempe jejuniis ac vigiliis vacans, psallensque et orans, nec nisi quæ bona sint de ullo hominum cogitans.

43. Cum quod quis cupit, hoc et assequi connitatur; sitque Deus bonis omnibus ac desiderabilibus, citra omnem comparationem melior desiderabiliorque; quanta utique nobis adhibenda **400** diligentia, ut ipsum natura bonum ac desiderabile consequamur?

44. Ne carnem tuam turpibus actibus fœdaveris, neve animum pravis cogitationibus inquinaveris;

λα'. Ὥσπερ μνήμη πυρὸς οὐ θερμαίνει τὸ σῶμα, οὕτω πίστις ἄνευ ἀγάπης, οὐκ ἐνεργεῖ εἰς τὴν ψυχὴν τὸν τῆς γνώσεως φωτισμόν.

λβ'. Ὥσπερ τὸ φῶς τοῦ ἡλίου τὸν ὑγιῆ ὀφθαλμὸν εἰς ἑαυτὸ ἐφέλκεται· οὕτω καὶ ἡ γνῶσις τοῦ Θεοῦ τὸν καθαρὸν νοῦν φυσικῶς διὰ τῆς ἀγάπης πρὸς ἑαυτὴν ἐπισπᾶται.

λγ'. Νοῦς ἐστι καθαρὸς, ὁ ἀγνοίας χωρισθεὶς, καὶ ὑπὸ τοῦ θείου φωτὸς καταλαμπόμενος.

λδ'. Ψυχή ἐστι καθαρὰ, ἡ παθῶν ἐλευθερωθεῖσα, καὶ ὑπὸ τῆς θείας ἀγάπης ἀδιαλείπτως εὐφραινομένη.

λε'. Πάθος [*Duo Regii tantum* πάθος] ἐστὶ φεκτὸν, κίνησις ψυχῆς παρὰ φύσιν.

λς'. Ἀπάθειά ἐστιν εἰρηνικὴ κατάστασις ψυχῆς, καθ' ἣν δυσκίνητος γίνεται ψυχὴ πρὸς κακίαν.

λζ'. Ὁ τοὺς καρποὺς τῆς ἀγάπης διὰ σπουδῆς κτησάμενος, οὐ μετατίθεται ταύτης, κἂν μυρία πάσχῃ κακά. Καὶ πειθέτω σε Στέφανος ὁ τοῦ Χριστοῦ μαθητὴς, καὶ οἱ κατ' αὐτόν· καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ ὑπὲρ τῶν φονευτῶν [*al.* φονευόντων] εὐχόμενος τῷ Πατρὶ, καὶ συγγνώμην παρ' αὐτοῦ ὡς ἀγνοοῦσιν αἰτούμενος.

λη'. Εἰ τῆς ἀγάπης ἐστὶ τὸ μακροθυμεῖν καὶ χρηστεύεσθαι, ὁ θυμομαχῶν καὶ πονηρευόμενος, ἀλλότριος δηλονότι τῆς ἀγάπης καθίσταται· ὁ δὲ ἀγάπης ἀλλότριος, τοῦ Θεοῦ ἐστιν ἀλλότριος, εἴπερ ὁ Θεὸς ἀγάπη ἐστί.

λθ'. *Μὴ εἴπητε*, φησὶν ὁ θεῖος Ἱερεμίας, ὅτι *ναὸς Κυρίου ἐστέ*. Καὶ σὺ μὴ εἴπῃς, ὅτι Ἡ φιλὴ πίστις ἡ εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν δύναταί με σῶσαι. Ἀμήχανον γὰρ τοῦτο, ἐὰν μὴ καὶ τὴν ἀγάπην εἰς αὐτὸν διὰ τῶν ἔργων κτήσῃ. Τὸ δὲ φιλῶς πιστεύειν· *Καὶ τὰ δαιμόνια πιστεύουσι καὶ φρίσσουσι*.

μ'. Ἔργον ἀγάπης ἐστὶν ἡ εἰς τὸν πλησίον ἐκ διαθέσεως εὐεργεσία καὶ μακροθυμία καὶ ὑπομονὴ καὶ τὸ μετὰ ὀρθοῦ λόγου χρήσασθαι τοῖς πράγμασι.

μα'. Ὁ ἀγαπῶν τὸν Θεὸν οὐ λυπεῖ, οὐδὲ λυπεῖται πρός τινα διὰ πρόσκαιρα· μίαν δὲ λύπην κτᾶται καὶ λυπεῖται σωτήριον, ἣν ὁ μακάριος Παῦλος καὶ ἐλυπήθη, καὶ ἐλύπησε τοὺς Κορινθίους.

μβ'. Ὁ ἀγαπῶν τὸν Θεὸν, ἀγγελικὸν βίον ἐπὶ τῆς γῆς, νηστεύων καὶ ἀγρυπνῶν, ψάλλων καὶ προσευχόμενος, καὶ περὶ παντὸς ἀνθρώπου ἀεὶ καλὰ λογιζόμενος.

μγ'. Εἰ οὗτινός τις ἐπιθυμεῖ, τούτου καὶ τυγχάνει ἀγωνίζεται· πάντων δὲ τῶν ἀγαθῶν καὶ ἐπιθυμητῶν ἀγαθώτερον τὸ Θεῖον καὶ ἐπιθυμητότερον ἀσυγκρίτως· πόσην ἄρα σπουδὴν ὀφείλομεν ἐνδείξασθαι, ἵνα τούτου τοῦ φύσει ἀγαθοῦ καὶ ἐπιθυμητοῦ τύχωμεν.

μδ'. Μὴ μολύνῃς τὴν σάρκα σου ἐν αἰσχραῖς πράξεσι, καὶ μὴ μιάνῃς τὴν ψυχὴν πονηροῖς λογισμοῖς·

[7] Act. VII, 59. [8] Luc. XXIV, 34. [9] I Cor. XIII, 4. [10] I Joan. IV, 8. [11] Jerem. VII, 4. [12] Jac. II, 19. [13] II Cor. VII, 8.

Digitized by Google

καὶ ἡ εἰρήνη τοῦ Θεοῦ ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, τὴν ἀγάπην φέρουσα.

supervenietque tibi pax Dei, charitatem adducens.

με'. Αἴκιζε τὴν σάρκα σου ἀσιτίᾳ καὶ ἀγρυπνίᾳ, καὶ σχόλασον ἀάκνως ψαλμῳδίᾳ καὶ προσευχῇ· καὶ ὁ ἁγιασμὸς τῆς σωφροσύνης ἐπὶ σὲ ἐπελεύσεται, τὴν ἀγάπην φέρων.

45. Afflige carnem tuam inedia et vigiliis; psalmis item concinendis et orationi indefesse vaca, supervenietque tibi castitatis sanctimonia et ipsa charitatem adducens.

μς'. Ὁ τῆς θείας καταξιωθεὶς γνώσεως, καὶ τὸν ταύτης φωτισμὸν διὰ τῆς ἀγάπης κτησάμενος, οὐ ῥιπισθήσεταί ποτε ὑπὸ τοῦ τῆς κενοδοξίας πνεύματος [*unus Reg.* δαίμονος]· ὁ δὲ ταύτης μήπω καταξιωθεὶς, εὐχερῶς ὑπ' αὐτῆς περιφέρεται [*edit. et unus Reg.* φέρεται]. Ἐὰν οὖν ὁ τοιοῦτος ἐν πᾶσι τοῖς ὑπ' αὐτοῦ πραττομένοις πρὸς τὸν Θεὸν ἀποβλέψῃ, ὡς δι' αὐτὸν πάντα ποιῶν, ῥᾳδίως σὺν Θεῷ ἐκφεύξεται αὐτήν.

46. Qui divinam scientiam consequi meruit, ejusque illustrationem charitatis ope comparavit, nunquam eum inanis gloriæ spiritus dissufflabit : qui vero eam necdum nactus est, illius facile aura circumfertur. Igitur si qui talis est, in omnibus quæ ab eo aguntur in Deum aspexerit, ut in cujus gratiam cuncta operetur, inanem gloriam Deo auspice facile vitabit.

μζ'. Ὁ μήπω τυχὼν τῆς θείας γνώσεως (6) τῆς διὰ ἀγάπης ἐνεργουμένης, μέγα φρονεῖ ἐπὶ τοῖς ὑπ' αὐτοῦ κατὰ Θεὸν πραττομένοις. Ὁ δὲ ταύτης τυχεῖν καταξιωθεὶς, μετὰ διαθέσεως λέγει τὰ τοῦ πατριάρχου Ἀβραὰμ ῥήματα, ἅπερ ἡνίκα τῆς θείας κατηξιώθη ἐπιφανείας, εἶπεν· *Ἐγὼ εἰμὶ γῆ καὶ σποδός.*

47. Qui necdum divinam scientiam, quæ per charitatem afflatur [14], nactus est, altum sapit, ob ea quæ ab illo pie ac religiose aguntur. Qui vero hanc consequi meruit, verba illa Abrahæ patriarchæ, cum divina apparitione dignatus est, ex animo profert : *Ego sum terra et cinis* [15].

μη'. Ὁ φοβούμενος τὸν Κύριον, συνόμιλον ἀεὶ ἔχει τὴν ταπεινοφροσύνην· καὶ διὰ τῶν ταύτης ἐνθυμημάτων, εἰς τὴν θείαν ἀγάπην καὶ εὐχαριστίαν ἔρχεται. Μνημονεύει γὰρ τῆς κατὰ τὸν κόσμον προτέρας διαγωγῆς, καὶ τῶν ποικίλων παραπτωμάτων, καὶ τῶν ἐκ νεότητος συμβάντων αὐτῷ πειρασμῶν· καὶ πῶς πάντων ἐκείνων ἐρρύσατο αὐτὸν ὁ Κύριος, καὶ μετέστησεν ἀπὸ τῆς ἐμπαθοῦς ζωῆς, εἰς τὸν κατὰ Θεὸν βίον· καὶ σὺν τῷ φόβῳ, προσλαμβάνεται καὶ τὴν ἀγάπην, εὐχαριστῶν ἀεὶ μετὰ ταπεινοφροσύνης πολλῆς τῷ εὐεργέτῃ, καὶ κυβερνήτῃ τῆς ζωῆς ἡμῶν.

48. Qui timet Dominum, modesti animi sensum (id est, humilitatem) semper contubernalem habet, perque ejus animo obversantes cogitationes, ad divinam charitatem et gratiarum actionem venit. Meminit enim prioris suæ ex sæculi usu vitæ, diversorumque erratorum, ac earum tentationum, quæ a juventute illi acciderunt : quomodo etiam Dominus ab his omnibus eum liberaverit, atque a vita libidinosa vitiisque dedita, ad eam transtulerit, quæ piis ac religiosis moribus instituta sit : ipsamque charitatem cum timore assumit, cum magna sensus modestia (id est, humilitate) benefactori ac gubernatori vitæ nostræ semper gratias agens.

μθ'. Μὴ ῥυπώσῃς τὸν νοῦν σου, λογισμῶν ἀνεχόμενος ἐπιθυμίας καὶ θυμοῦ, ἵνα μὴ τῆς καθαρᾶς προσευχῆς ἐκπέσῃς, τῷ τῆς ἀκηδίας πνεύματι περιπέσῃς.

49. Ne cupiditatis iræque cogitationes sustinens, animum tuum pollueris, ne orationis puritate amissa, in acediæ spiritum indicas.

ν'. Τὸ τηνικαῦτα ὁ νοῦς τῆς πρὸς Θεὸν παῤῥησίας ἐκπίπτει, ὁπηνίκα πονηροῖς ἢ ῥυπαροῖς λογισμοῖς συνόμιλος γένηται.

50. Tunc mens omnem ad Deum fiduciam amittit, cum pravis sordidisque cogitationibus assueverit.

να'. Ὁ μὲν ἄφρων ὑπὸ τῶν παθῶν ἀγόμενος, ὅτε μὲν ὑπὸ τοῦ θυμοῦ κινούμενος ἐκταράσσεται, φεύγειν ἀλογίστως τοὺς ἀδελφοὺς ἐπείγεται· ὅτε δὲ πάλιν ὑπὸ τῆς ἐπιθυμίας ἐκθερμαίνεται, μεταμελόμενος αὖθις προστρέχων ἅπαντᾷ. Ὁ δὲ φρόνιμος, ἐπ' ἀμφοτέρων τοὐναντίον ποιεῖ. ἐπὶ μὲν γὰρ τοῦ θυμοῦ, τὰς αἰτίας τῆς ταραχῆς ἐκκόψας, τῆς πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς λύπης ἑαυτὸν ἀπαλλάττει· ἐπὶ δὲ τῆς ἐπιθυμίας, τῆς ἀλόγου ὁρμῆς καὶ συντυχίας ἐγκρατεύεται.

51. Homo vecors nulliusque judicii qui affectibus ac libidine agatur, tum quidem, cum iracundia commotus conturbatur, fratrum insulse consortium vitare satagit : cumque rursus cupiditate **401** exæstuat, mutato rursus consilio, illorum se cœtibus propere ingerit. At, qui prudens ac cordatus est, secus in utrisque se gerit : iracundia enim instinctus, excisis indignationis causis, omni se erga fratres morositate absolvit; cupiditatis vero æstu agente, a vesano impetu ac congressu se temperat.

νβ'. Ἐν τῷ καιρῷ τῶν πειρασμῶν, μὴ καταλίπῃς τὸ μοναστήριόν σου· ἀλλὰ φέρε γενναίως τὰ κύματα τῶν λογισμῶν, καὶ μάλιστα τῶν τῆς λύπης καὶ ἀκηδίας. Οὕτω γὰρ οἰκονομικῶς (g) διὰ τῶν θλίψεων

52. Quo tempore tentationes ingruunt, ne deseras monasterium tuum; quin strenue ferto fluctus cogitationum; præsertim vero tristitiæ et acediæ. Sic enim certa dispensatione per afflictiones pro-

[14] Galat. v, 6. [15] Gen. xix, 27.

(g) *Οὕτω γὰρ οἰκονομικῶς. Sic provide*, ac quod reddidi, *certa dispensatione*. Sic n. 30 : Τῆς κενο-

Digitized by Google

batus, firmam in Deum spem nancisceris. Sin autem deserueris, reprobus et effeminatus instabilisque invenieris.

53. Nisi charitatis in Deum jacturam facere velis, cave fratrem adversum te ægre animo habentem ire cubitum dimiseris, vel ipse adversus illum ægre habens ieris; sed : *Vade, reconciliare fratri tuo, et veniens* [16], pura conscientia per jugem orationem, charitatis donum offer Christo.

54. Cum is, qui cunctis Spiritus donis præditus, una deficitur charitate, nihil inde, Paulo auctore [17], commodi referat; quanto nobis studio connitendum ut eam assequamur?

55. Cum *Charitas malum proximo non operetur* [18] [Vulg. *malum proximi*], qui fratri invidet, ejusque claritate animo discruciatur, necnon probrosis verbis ac dicteriis illius existimationem commaculat, aut præ morositate, in aliquo ei instruit insidias, quomodo non se alienum a charitate, æternique reum judicii præstat?

56. Cum *plenitudo legis sit dilectio* [19], qui adversus fratrem simultatem alit, atque in eum dolos instruit, maleque illi precatur, ac ejus casu gaudet, quomodo non iniquus, æternoque dignus supplicio est.

57. Cum is, *qui detrahit fratri et judicat fratrem, legi detrahat et judicet legem* [20]; Christi autem lex, dilectio sit [21], seu charitas; quomodo detractor a charitate, quæ est Christus, non excidit, sibique ipse æterni supplicii auctor exsistit?

58. Ne aurem tuam detractoris linguæ accommodaveris, nec vero linguam tuam auri cavillatoris, ut libenter vel loquaris vel audias, quibus detractum proximo sit, ne a divina excidas charitate, et ab æterna vita alienus inveniaris.

402 59. Ne objurgationem adversus Patrem tuum acceperis, nec ei, qui illum aspernetur, animos addideris, ne irascatur Dominus in operibus tuis, et disperdat te de terra viventium.

60. Obstrue os detrahenti in auribus tuis, ne cum eo duplici reatu obstringaris; qui et ipse exitioso vitio assuescas, nec illum a verborum nugacitate adversus proximum coerceas.

δοκιμασθεὶς, ἕξεις βεβαίαν τὴν εἰς Θεὸν ἐλπίδα. Ἐὰν δὲ καταλιμπάνῃς, ἀδόκιμος καὶ ἀνανδρος καὶ ἀστατος εὑρεθήσῃ

νγ'. Ἐὰν θέλῃς τῆς κατὰ Θεὸν ἀγάπης μὴ ἐκπεσεῖν, μήτε τὸν ἀδελφὸν ἀφῇς κοιμηθῆναι λυπούμενον κατὰ σοῦ, μήτε σὺ κοιμηθῇς λυπούμενος κατ' αὐτοῦ ἀλλ', *Ὕπαγε, διαλλάγηθι τῷ ἀδελφῷ σου, καὶ ἐλθὼν*, πρόσφερε Χριστῷ καθαρῷ τῷ συνειδότι (*h*), δι' ἐκτενοῦς προσευχῆς [*edit* τῆς εὐχῆς] τὸ δῶρον τῆς ἀγάπης.

νδ'. Εἰ ὁ πάντα τὰ χαρίσματα τοῦ Πνεύματος ἔχων, ἀγάπην δὲ μὴ ἔχων, οὐδὲν ὠφελεῖται, κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον· πόσην ὀφείλομεν ἐνδείξασθαι σπουδὴν, ἵνα ταύτην κτησώμεθα;

νε'. Εἰ *Ἡ ἀγάπη τῷ πλησίον κακὸν οὐκ ἐργάζεται*, ὁ φθονῶν τῷ ἀδελφῷ, καὶ λυπούμενος ἐπὶ τῇ εὐδοκιμήσει αὐτοῦ, καὶ σκώμμασι χραίνων τὴν ὑπόληψιν αὐτοῦ, ἢ ἔν τινι, κακοηθείᾳ ἐπιβουλεύων αὐτῷ, πῶς οὐκ ἀλλότριον ἑαυτὸν τῆς ἀγάπης καθίστησι, καὶ ἔνοχον τῆς αἰωνίου κρίσεως,

νς'. Εἰ *Πλήρωμα νόμου ἡ ἀγάπη*, ὁ μνησικακῶν τῷ ἀδελφῷ, καὶ δόλους κατ' αὐτοῦ συσκευάζων [*edit.* σκευάζ.] καὶ κατευχόμενος αὐτοῦ καὶ ἐπιχαίρων τῷ πτώματι αὐτοῦ, πῶς οὐ παράνομός ἐστι, καὶ τῆς αἰωνίου κολάσεως ἄξιος;

νζ'. Εἰ *Ὁ καταλαλῶν ἀδελφοῦ καὶ κρίνων ἀδελφὸν, καταλαλεῖ καὶ κρίνει νόμον*· ὁ δὲ νόμος τοῦ Χριστοῦ ἐστιν ἡ ἀγάπη, πῶς τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ (*i*) ὁ κατάλαλος οὐκ ἐκπίπτει, καὶ αἴτιος ἑαυτῷ γίνεται κολάσεως αἰωνίου,

νη'. Μὴ δῴης [*ed.* δῷς] τὴν ἀκοήν σου τῇ γλώσσῃ τοῦ καταλάλου, μηδὲ τὴν γλῶσσάν σου τῇ ἀκοῇ τοῦ φιλοψόγου, ἡδέως λαλῶν ἢ ἀκούων κατὰ τοῦ τέλας, ἵνα μὴ ἐκπέσῃς τῆς θείας ἀγάπης, καὶ ἀλλότριος εὑρεθῇς τῆς αἰωνίου ζωῆς.

νθ'. Μὴ καταδέχου κατὰ τοῦ Πατρός σου λοιδορίαν, μηδὲ προθυμοποιήσῃς τὸν ἀτιμάζοντα αὐτόν· ἵνα μὴ ὀργισθῇ Κύριος ἐπὶ τοῖς ἔργοις σου, καὶ ἐξολοθρεύσῃ σε ἐκ γῆς ζώντων.

ξ'. Ἐπιστόμιζε τὸν καταλαλοῦντα ἐν ἀκοαῖς σου, ἵνα μὴ διπλῆν ἁμαρτίαν σὺν αὐτῷ ἁμαρτάνῃς· καὶ σαυτὸν ὀλεθρίῳ πάθει ἐθίζων, κακεῖναν κατὰ τοῦ πλησίον φλυαρεῖν οὐκ ἀνακόπτων.

[16] Matth. v, 24. [17] I Cor. xiii, 1. [18] Rom. xiii, 10. [19] Rom. xviii, 10. [20] Jac. iv, 11. [21] Joan. xiii, 34.

δοξίας διὰ τῆς ἀτιμίας οἰκονομικῶς ἀπὸ σοῦ ἀποβληθείσης· *Provide ejecta ex te per infamiam inani gloria*; quam vocem ibi restitui ex mss. Nihil apte Opsop. et Gesn. *militariter ac vere*. Hinc salutis nostræ totum ipsum per Christum negotium, ipsaque incarnatio, οἰκονομία Græcis dicta; nostris, *dispensatio*; nisi ubi maluerunt Græcam vocem retinere; quod in ea certa ratio divini consilii et providentia, cum summa quadam indulgentia erga humanum genus liberandum ac exaltandum, maxime eluceat: quod totum illa vox insinuat. Sic alti nostrorum magistrorum sensus; sed horum fere ἀμύητοι, quos Ecclesia mater non docuit, sed aliena ac meretrix seduxit.

(*h*) *Πρόσφερε Χριστῷ καθαρῷ τῷ συνειδότι.* Obsop. καθαρῶς τῷ συνειδότι· *Offer pure Christo probe tibi conscio*; quod valde ἀπροσδιόνυσον, etsi non displicuerat ei, qui hucusque primi hujus centenarii capita versionis illius recensuerat, quasi ipse ex cleri Gallicani ordine (dignum sane illius exspectatione ac patrocinio opus!) editurus, dum sic emendat: *Offer Christo, qui hoc novit*, etc. Alia viri σφάλματα non notavi, quod non noceant, ipsa non vulgata. Melius Gesn., *Offer Christo pura conscientia*.

(*i*) *Τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ.* Reddunt Obsop. et Gesn. *A lege Christi*. Malui, *A charitate, quæ est Christus*; quod genus appositionis Maximo frequens. Jam enim, c. 3, idem fere exsecutus erat, eique illo Joan. probarat, *Deus est charitas*.

Digitized by Google

ξα'. Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, φησὶν ὁ Κύριος· Ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν· καλῶς ποιεῖτε τοῖς μισοῦσιν ὑμᾶς· προσεύχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων ὑμᾶς. Διὰ τί ταῦτα προσέταξεν; Ἵνα σε μίσους καὶ λύπης καὶ ὀργῆς καὶ μνησικακίας ἐλευθερώσῃ, καὶ τοῦ μεγίστου κτήματος τῆς τελείας ἀγάπης καταξιώσῃ· ἣν ἀμήχανον ἔχειν, τὸν μὴ πάντας ἀνθρώπους ἐξ ἴσου ἀγαπῶντα κατὰ μίμησιν Θεοῦ, τοῦ πάντας ἀνθρώπους ἐξ ἴσου ἀγαπῶντος, καὶ θέλοντος σωθῆναι καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν. A

ξβ'. Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν· Μὴ ἀντιστῆναι τῷ πονηρῷ· ἀλλ' ὅστις σε ῥαπίσει ἐπὶ τὴν δεξιὰν σιαγόνα, στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην· καὶ τῷ θέλοντί σοι κριθῆναι καὶ τὸν χιτῶνά σου λαβεῖν, ἄφες αὐτῷ καὶ τὸ ἱμάτιον· καὶ τῷ ἀγγαρεύοντί σε μίλιον ἕν, ὕπαγε μετ' αὐτοῦ δύο. Διὰ τί; Ἵνα καὶ σὲ ἀόργητον καὶ ἀτάραχον διαφυλάξῃ καὶ ἄλυπον, κἀκεῖνον διὰ τῆς σῆς ἀνεξικακίας παιδεύσῃ, καὶ ἀμφοτέρους ὡς ἀγαθὸς ὑπὸ τὸν ζυγὸν τῆς ἀγάπης ἀγάγῃ. B

ξγ'. Πρὸς ἅπερ πράγματά ποτε πεπόνθαμεν (j), τούτων καὶ τὰς φαντασίας ἐμπαθεῖς περιφέρομεν. Ὁ οὖν τὰς ἐμπαθεῖς νικῶν φαντασίας, καὶ τῶν πραγμάτων ὧν αἱ φαντασίαι πάντως καταφρονεῖ· ἐπειδὴ τοῦ πρὸς τὰ πράγματα πολέμου ὁ πρὸς τὰς μνήμας τοσοῦτόν ἐστι χαλεπώτερος, ὅσον τοῦ κατ' ἐνέργειαν ἁμαρτάνειν, τὸ κατὰ διάνοιαν ἐστιν εὐκοπώτερον.

ξδ'. Τῶν παθῶν τὰ μέν ἐστι σωματικὰ (7), τὰ δὲ ψυχικά. Καὶ τὰ μὲν σωματικὰ, ἐκ τοῦ σώματος ἔχει τὰς ἀφορμάς· τὰ δὲ ψυχικὰ, ἐκ τῶν ἔξωθεν πραγμάτων. Ἀμφότερα δὲ περικόπτει ἀγάπη καὶ ἐγκράτεια· ἡ μὲν, τὰ ψυχικά· ἡ δὲ, τὰ σωματικά. C

ξε'. Τὰ μὲν τῶν παθῶν, τοῦ θυμικοῦ· τὰ δὲ τοῦ ἐπιθυμητικοῦ μέρους τῆς ψυχῆς, τυγχάνει. Ἀμφότερα δὲ, διὰ τῶν αἰσθήσεων κινεῖται. Τότε δὲ κινεῖται, ὅτε ἀγάπης ἡ ψυχὴ καὶ ἐγκρατείας ἐκτὸς εὑρίσκεται.

ξς'. Δυσκαταγώνιστα μᾶλλον τὰ τοῦ θυμικοῦ μέρους τῆς ψυχῆς πάθη (8), παρὰ τὰ τοῦ ἐπιθυμητικοῦ τυγχάνει. Διὸ καὶ μεῖζον τὸ φάρμακον κατ' αὐτοῦ, ἡ ἐντολὴ τῆς ἀγάπης ὑπὸ τοῦ Κυρίου ἐδόθη.

ξζ'. Πάντα τὰ ἄλλα πάθη, ἢ τοῦ θυμικοῦ μέρους τῆς ψυχῆς, ἢ τοῦ ἐπιθυμητικοῦ μόνον ἐφάπτεται· ἢ καὶ τοῦ λογιστικοῦ, ὡς ἡ λήθη καὶ ἡ ἄγνοια· ἡ δὲ ἀκηδία, πασῶν τῶν τῆς ψυχῆς δυνάμεων ἐπιδραττομένη, πάντα σχεδὸν ὁμοθυμαδὸν κινεῖ τὰ πάθη. Διὸ καὶ πάντων τῶν ἄλλων παθῶν ἐστι βαρύτατον. Καλῶς οὖν ὁ Κύριος τὸ κατ' αὐτῆς φάρμακον δεδωκώς, Ἐν τῇ ὑπομονῇ ὑμῶν, λέγει, κτήσασθε τὰς ψυχὰς ὑμῶν. D

61. *Ego autem dico vobis*, dicit Dominus, *Diligite inimicos vestros; benefacite iis, qui oderunt vos: orate pro calumniantibus vos* [22]. Quorsum hæc illi præcepta? Ut nimirum ab odio et tristitia et ira et simultate liberos præstaret, reque omnium, quæ haberi possunt, maxima dignaretur; perfecta scilicet charitate: qua præditum esse impossibile est, qui omnes homines ex æquo non diligat; Dei scilicet imitatione, qui peræque omnes homines diligit, vultque eos salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire [23].

62. *Ego autem dico vobis: Non resistere malo, sed si quis te percusserit in dexteram maxillam, verte illi et alteram. Et ei, qui velit tecum judicio contendere, et tunicam tuam tollere, dimitte ei et pallium: et qui te adegerit ad unum milliarium, vade cum eo et alia duo* [24]. Quorsum hæc? Ut et te ab omni iracundia et turbatione ac tristitia immunem servaret, et tua tolerantia illum erudiret, ambosque, ut qui bonus exsistat, suo dilectionis ac charitatis jugum cogeret.

63. Quibus rebus quandoque affecti fuimus, harum quoque libidinosas cogitationes circumferimus. Qui igitur libidinosas vincit cogitationes, etiam res, quarum sunt cogitationes, omnino contemnit. Tanto enim gravius, quod adversus rerum simulacra, in memoria relicta, quam quod contra res ipsas, bellum gerimus, quanto proclivius est ut mente ac cogitatione, quam ut ipso actu atque opere peccemus.

64. Affectuum, alii corporales sunt, alii animales. Ac quidem corporales, ex corpore occasiones habent: animales vero, ex illis quæ sunt foris proveniunt. Utrosque vero resecant charitas et continentia: illa, animales; hæc, corporales.

65. Affectuum, alii irascentis animi partis sunt, alii concupiscentis. Utrique vero sensuum opera moventur. Tuncque adeo moveri contingit, cum **403** animus extra charitatem continentiamque exstiterit.

66. Irascentis animi partis affectus difficilius longe expugnari possunt, quam concupiscentis. Idcirco etiam majus adversus eam remedium a Domino datum est, mandatum scilicet charitatis seu dilectionis.

67. Cuncti alii affectus, aut irascentem duntaxat animi partem, aut concupiscentem attingunt; aut etiam rationis facultatem, ut oblivio et ignorantia: acedia vero, omnes animæ vires corripiens, omnes fere simul unoque impetu affectus commovet. Quapropter etiam cunctis aliis affectibus molestior est. Bene igitur Dominus, assignato adversus eam remedio: *In patientia vestra*, inquit, *possidebitis animas vestras* [25].

[22] Matth. v, 44. [23] I Tim. II, 3. [24] Matth. v, 39, 41. [25] Luc. XXI, 19.

(j) *Πρὸς ἅπερ πράγματά ποτε πεπόνθαμεν.* Nihil hic difficile nisi quis plane hospes in scientia morum et affectuum (totaque ipsa Græcia) sit, quales se Obsop. et Gesn. ostendunt, dum sic reddunt, *Quas res quondam dolenter pertulimus*, etc. Non hic de dolore, sed de libidine sermo est Maximo; quam ex rerum usu, in memoriam cogitationesque animi imprimi ac derivari, rite tradit, verbisque propriis nulla ambage exprimit.

Digitized by Google

68. Ne quem fratrum pulsaveris, præsertim inconsulto nec justa satis aliqua causa; ne forte non ferens molestiam, ipse se subduxerit; fiatque, ut nunquam tu ipse conscientiæ reprehensionem effugias, quæ inter precandum jugem tibi mœrorem afferat, mentemque a fiducia divina excutiat.

A ξη'. Μὴ πλήξῃς ποτέ τινα τῶν ἀδελφῶν (k), παρὰ λόγως μάλιστα· μή ποτε μὴ φέρων τὴν θλῖψιν, ὑποχωρήσῃ· καὶ οὐ μὴ ἐκφεύξῃ ποτὲ τὸν ἔλεγχον τοῦ συνειδότος, ἀεί σοι λύπην ἐν τῷ καιρῷ τῆς προσευχῆς προξενοῦντα, καὶ τῆς θείας παῤῥησίας τὸν νοῦν ἀπελαύνοντα.

69. Ne suspiciones, seu etiam homines, offendicula tibi adversus aliquos ingerentes, patienter feras. Qui enim illo modo ex iis quæ vel voluntate fiunt vel præter eam eveniunt, creari sibi offensionem sustinent, viam pacis, ad Dei scientiam charitate comite illius amatores ducentem, nesciunt.

ξθ'. Μὴ ἀνάσχῃ τῶν σκάνδαλά σοι φερουσῶν ὑπονοιῶν, ἢ καὶ ἀνθρώπων, κατά τινων. Οἱ γὰρ παραδεχόμενοι σκάνδαλα ἐν οἵῳ δήποτε τρόπῳ τῶν κατὰ προαίρεσιν ἢ παρὰ προαίρεσιν συμβαινόντων, οὐκ ἴσασι τὴν ὁδὸν τῆς εἰρήνης, τὴν φέρουσαν διὰ τῆς ἀγάπης εἰς τὴν γνῶσιν τοῦ Θεοῦ τοὺς ταύτης ἐραστάς.

70. Necdum perfectam charitatem nactus est, qui pro hominum variis affectibus, animorumque diversitate varie afficitur. Puta, qui hac, illave de B causa, hunc diligit, illum odit. Sive etiam eumdem easdem ob causas modo diligit, modo odit.

ο'. Οὔπω ἔχει τελείαν τὴν ἀγάπην, ὁ ὅτι ταῖς γνώμαις τῶν ἀνθρώπων συνδιατιθέμενος. Οἷον, τὸν μὲν ἀγαπῶν, τὸν δὲ μισῶν, διὰ τόδε ἢ τόδε· ἢ καὶ τὸν αὐτὸν ποτὲ μὲν ἀγαπῶν, ποτὲ δὲ μισῶν, διὰ τὰς αὐτὰς αἰτίας.

71. Perfecta charitas, hominum unam naturam, pro eo ac illi diverse animis comparati sunt, non scindit; sed ad eam semper respiciens, omnes homines æque diligit, bones quidem ac studiosos, ut amicos; qui autem mali sint, diligit ut inimicos, in eos beneficia conferens, ac longanimiter agens, malaque ab eis illata patienter ferens: malum prorsus non reputans; quin potius, etiam pro illis, si occasio vocaverit, mala tolerans, ut et illos, si fieri possit, amicos reddat; sin autem, suam illa affectionem non deserit, æque semper in omnes homines fructus charitatis demonstrans. Quocirca etiam Dominus 404 noster ac Deus Jesus Christus, suæ in nos charitatis specimen exhibens, pro universo humano genere mortuus est, cunctisque ex æquo elargitus est resurrectionis spem, etsi quisque sibi, quod dignus gloria aut supplicio, auctor exsistit.

οα'. Ἡ τελεία ἀγάπη οὐ συνδιασχίζει τὴν μίαν τῶν ἀνθρώπων φύσιν, ταῖς διαφόροις αὐτῶν γνώμαις· ἀλλ' εἰς αὐτὴν ἀεὶ ἀποβλεπομένη, πάντας ἀνθρώπους ἐξ ἴσου ἀγαπᾷ· τοὺς μὲν σπουδαίους, ὡς φίλους· τοὺς δὲ φαύλους, ὡς ἐχθροὺς ἀγαπᾷ, εὐεργετοῦσα καὶ μακροθυμοῦσα, καὶ ὑπομένουσα τὰ παρ' αὐτῶν ἐπαγόμενα· τὸ κακὸν τὸ συνόλως μὴ λογιζομένη, ἀλλὰ καὶ πάσχουσα ὑπὲρ αὐτῶν, εἰ καιρὸς καλέσειεν, ἵνα καὶ αὐτοὺς ποιήσῃ φίλους εἰ οἷόν τε· εἰ δὲ μή, τῆς γε ἰδίας διαθέσεως οὐκ ἐκπίπτει, τοὺς τῆς ἀγάπης καρποὺς ἀεὶ ἐξ ἴσου πρὸς πάντας ἀνθρώπους ἐνδεικνυμένη. Διὸ καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν καὶ Θεὸς Ἰησοῦς Χριστὸς, τὴν αὐτοῦ ἀγάπην εἰς ἡμᾶς ἐνδειξάμενος, ὑπὲρ ὅλης τῆς ἀνθρωπότητος ἔπαθεν, καὶ πᾶσιν ἐξ ἴσου τὴν ἐλπίδα τῆς ἀναστάσεως ἐχαρίσατο· εἰ καὶ ἕκαστος ἑαυτὸν, εἴτε δόξης, εἴτε κολάσεως καθίστησιν ἄξιον.

72. Nondum perfectam charitatem adeptus est, qui gloriam et ignominiam, divitias et paupertatem, voluptatem et tristitiam animique dolorem non spernit. Perfecta autem charitas nedum hæc spernit, verum etiam temporaneam ipsam vitam ac mortem contemnit.

οβ'. Ὁ μὴ καταφρονῶν δόξης καὶ ἀτιμίας, πλούτου καὶ πενίας, ἡδονῆς τε καὶ λύπης, τελείαν ἀγάπην οὔπω ἐκτήσατο. Ἡ γὰρ τελεία ἀγάπη οὐ μόνον τούτων καταφρονεῖ, ἀλλὰ καὶ αὐτῆς τῆς προσκαίρου ζωῆς τε καὶ τοῦ θανάτου.

73. Audi, qui perfectam charitatem consequi meruerunt, qualia loquantur: *Quis nos separabit a charitate Christi? tribulatio? an angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius? sicut scriptum est: Quia propter te mortificamur tota die; æstimati sumus sicut oves occisionis. Sed in his omnibus superamus, propter eum, qui dilexit nos. Certus sum enim quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque altitudo, neque profundum, neque ulla alia creatura poterit nos se-*

ογ'. Ἄκουε τῶν καταξιωθέντων τῆς τελείας ἀγάπης, ποῖα λέγουσι· *Τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ; θλῖψις; ἢ στενοχωρία; ἢ διωγμός; ἢ λιμός; ἢ γυμνότης; ἢ κίνδυνος; ἢ μάχαιρα; καθὼς γέγραπται· Ὅτι ἕνεκα σοῦ θανατούμεθα ὅλην τὴν ἡμέραν· ἐλογίσθημεν ὡς πρόβατα σφαγῆς. Ἀλλ' ἐν τούτοις πᾶσιν ὑπερνικῶμεν, διὰ τοῦ ἀγαπήσαντος ἡμᾶς. Πέπεισμαι γὰρ, ὅτι οὔτε θάνατος, οὔτε ζωὴ, οὔτε ἄγγελοι, οὔτε ἀρχαὶ, οὔτε δυνάμεις, οὔτε ἐνεστῶτα, οὔτε μέλλοντα, οὔτε ὕψωμα, οὔτε βάθος, οὔτε τις κτίσις*

(k) *Μὴ πλήξῃς ποτέ τινα τῶν ἀδελφῶν.* Dictum id putem in seniores, qui subjectos fratres quandoque pro sua morositate durius haberent, nec satis humanitate zelum temperarent. Quin enim veterum multi ea disciplina modum excesserint, nec paucis deserendi sanctioris instituti auctores fuerint, quod hic ὑποχωρεῖν vocat Maximus, haud dubium sit. Ut cætera non admodum bene Obsop. et Gesn. sic istud male eodemque errore: quem suffixi, n. 8: Καὶ οὐ μὴ ἐκφεύξῃ ποτὲ τὸν ἔλεγχον τοῦ συνειδότος· *Neque tamen effugias ejus, qui tibi conscius est, tribulationem*; Gesn. *redargutionem*. Sic arduum nosse τοῦ συνειδότος significationem; id est, *conscientiæ*; et quod illa redarguat, etc.

Digitized by Google

ἑτέρα θυτήσεται ἡμᾶς χωρίσαι ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ, τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν.

οδ'. Περὶ δὲ τῆς εἰς τὸν πλησίον ἀγάπης, ἄκουε πάλιν οἷα λέγουσιν· *Ἀλήθειαν λέγω ἐν Χριστῷ, οὐ ψεύδομαι, συμμαρτυρούσης μοι καὶ τῆς συνειδήσεώς μου ἐν Πνεύματι ἁγίῳ· ὅτι λύπη μοί ἐστι πολλὴ, καὶ ἀδιάλειπτος ὀδύνη τῇ καρδίᾳ μου. Ηὐχόμην γὰρ ἀνάθεμα εἶναι αὐτὸς ἐγὼ ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν μου, τῶν συγγενῶν μου κατὰ σάρκα, οἵτινές εἰσιν Ἰσραηλῖται,* καὶ τὰ ἑξῆς. Ὡσαύτως καὶ ὁ Μωϋσῆς, καὶ οἱ λοιποὶ ἅγιοι [*unus Reg.* καὶ πάντες οἱ ἅγιοι].

οε'. Ὁ μὴ καταφρονῶν δόξης καὶ ἡδονῆς (9), καὶ τῆς τούτων αὐξητικῆς, καὶ δι' αὐτὰ; συνισταμένης, φιλαργυρίας, τὰς τοῦ θυμοῦ προφάσεις ἐκκόπτειν οὐ δύναται. Ὁ δὲ ταύτας μὴ ἐκόπτων, τῆς τελείας ἀγάπης τυχεῖν οὐ δύναται.

λδ'. Μισθοὶ τῶν πόνων τῆς ἀρετῆς, εἰσὶν ἡ ἀπάθεια καὶ ἡ γνῶσις. Αὗται γὰρ πρόξενοι γίνονται βασιλείας οὐρανῶν· ὡς καὶ τὰ πάθη καὶ ἡ ἀγνωσία, κολάσεως αἰωνίου. Ὁ οὖν τούτους [*in uno Reg. ex.* ταύτας] διὰ δόξαν ἀνθρώπων ζητῶν, καὶ μὴ δι' αὐτὸ τὸ καλὸν, ἀκούει παρὰ τῆς Γραφῆς· *Αἰτεῖτε, καὶ οὐ λαμβάνετε, διότι κακῶς αἰτεῖσθε.* C

λε'. Εἰσὶ πολλά τινα φύσει καλὰ ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων γινόμενα, ἀλλ' οὐ καλὰ πάλιν διά τινα αἰτίαν· οἷον, νηστεία καὶ ἀγρυπνία, προσευχὴ καὶ ψαλμῳδία, ἐλεημοσύνη καὶ ξενοδοχία, φύσει καλὰ ἔργα εἰσίν· ἀλλ' ὅταν διὰ κενοδοξίαν γίνωνται, οὐκ ἔτι καλά.

λς'. Πάντων τῶν πραττομένων ὑφ' ἡμῶν τὸν σκοπὸν ζητεῖ ὁ Θεός· εἴτε δι' αὐτὸν πράττομεν, εἴτε D δι' ἄλλην αἰτίαν.

λζ'. (17) Ὅταν ἀκούσῃς τῆς Γραφῆς λεγούσης· *Ὅτι σὺ ἀποδώσεις ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ*· οὐ τὰ παρὰ τὸν ὀρθὸν σκοπὸν πραττόμενα, εἰ καὶ δοκεῖ καλὰ εἶναι, ὁ Θεὸς καλὰ ἀποδέξεται· ἀλλὰ τὰ κατὰ τὸν ὀρθὸν δηλονότι. Οὐ γὰρ εἰς τὰ γινόμενα, ἀλλ' εἰς τὸν σκοπὸν τῶν γινομένων, ἡ τοῦ Θεοῦ κρίσις ἐφορᾷ.

λη'. Ὁ τῆς ὑπερηφανίας δαίμων, διπλῆν ἔχει τὴν πονηρίαν· ἢ γὰρ ἑαυτῷ ἀναπείθει τὸν μοναχὸν ἐπιγράφειν τὰ κατορθώματα, καὶ οὐχὶ τῷ Θεῷ, τῷ καὶ χορηγῷ τῶν καλῶν, καὶ βοηθῷ πρὸς κατόρθωσιν· ἢ τούτῳ μὴ πειθόμενον, τοὺς ἔτι ἀτελεστέρους τῶν ἀδελφῶν (*u*) ὑποβάλλει ἐξουθενεῖν. Ἀγνοεῖ δὲ καὶ

[47] Matth. VII, 12. [48] Jac. IV, 3. [49] Rom. II, 6

(*u*) *Τῶν ἀδελφῶν*. Simplicior mihi visa hæc lectio ac verior, quæ ipsa unius cod. Regii est;

Digitized by Google

οὕτως ὁ ἐνεργούμενος, ὅτι τὴν τοῦ Θεοῦ βοήθειαν ἀναπείθει αὐτὸν ἀπαρνεῖσθαι. Εἰ γὰρ ἐκείνους ὡς μὴ δυνηθέντας κατορθῶσαι ἐξουθενεῖ, ἑαυτὸν δηλονότι ὡς ἐξ ἰδίας δυνάμεως κατορθώσαντα εἰσάγει. Ὅπερ ἐστὶ ἀμήχανον, τοῦ Κυρίου εἰπόντος· *Χωρὶς ἐμοῦ οὐ δύνασθε ποιεῖν οὐδέν*. Ἐπειδὴ ἡ ἡμετέρα ἀσθένεια κινουμένη ἐπὶ τὰ καλὰ (ν), ἄνευ τοῦ χορηγοῦ τῶν καλῶν εἰς τέλος ἄγειν οὐ δύναται.

A sic afflatur, hoc illum agere, ut suadeat negare Dei auxilium. Si enim eos contemnit, velut qui virtutem præstare nequiverint, omnino seipsum inducit, tanquam qui propria ipse virtute præstiterit. Quod plane impossibile est, **416** dicente Domino : *Sine me nihil potestis facere*[50]. Ea enim nostra infirmitas est, ut in ea incitata quæ officii sunt et honesta, nisi Deo eorum largitore, in finem perducere non possit.

λθ'. Ὁ ἐγνωκὼς τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως τὴν ἀσθένειαν, οὗτος εἴληφε πεῖραν τῆς θείας δυνάμεως· καὶ ὁ τοιοῦτος δι' αὐτῆς τὰ μὲν κατορθώσας· τὰ δὲ σπεύδων κατορθῶσαι, οὐκ ἐξουθενεῖ ποτε οὐδένα ἀνθρώπων. Οἶδε γὰρ, ὅτι ὥσπερ αὐτῷ ἐβοήθησε, καὶ πολλῶν παθῶν καὶ χαλεπῶν ἠλευθέρωσεν, οὕτω δυνατός ἐστι καὶ πᾶσι βοηθῆσαι ὅτε θέλει· καὶ μάλιστα τοῖς δι' αὐτὸν ἀγωνιζομένοις· εἰ καὶ κρίμασίν τισιν, ὑφ' ἓν πάντας τῶν παθῶν οὐκ ἀπαλλάττει· ἀλλ' ἰδίοις καιροῖς, ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος ἰατρὸς, ἕκαστον τῶν σπευδόντων ἰᾶται.

B

39. Cui explorata humanæ naturæ infirmitas est, is divinæ virtutis periculum fecit; cujus ope, cum alia quidem gesserit, studeatque alia gerere ac præstare nullum unquam mortalium contemnit. Novit enim quemadmodum illi Deus auxiliatus est, et a multis gravibusque affectibus atque vitiis ipsum liberavit, sic posse cunctis etiam auxiliari, cum velit, iis maxime, qui ejus causa decertant; tametsi certis quibusdam judiciis, non omnes ad unum, ab affectibus atque vitiis liberet : sed suis temporibus, ut benignus ac humanissimus medicus, unumquemque hoc ipsum satagentem sanet.

μ'. Ἐπὶ τῇ τῶν παθῶν ἀνενεργησίᾳ, ἡ ὑπερηφανία ἐπισυμβαίνει, ἢ τῶν αἰτιῶν ἀποκρυπτομένων, ἢ τῶν δαιμόνων δολερῶς [*edit.* δολουργῶς] ὑποχωρούντων.

40. Tantisper sedatis ac velut otiantibus affectibus, vel causis latentibus, vel dæmonibus se fraude doloque subducentibus, superbia supervenit.

μα'. Πᾶσα σχεδὸν ἁμαρτία, διὰ ἡδονὴν γίνεται· καὶ ἡ ταύτης ἀναίρεσις, διὰ κακοπαθείας καὶ λύπης, ἢ ἐκουσίου ἢ ἀκουσίου (x), διὰ μετανοίας, ἢ οἰκονομικῆς ἐπιφορᾶς [*edit.* περιφορ.] διὰ τῆς προνοίας ἐπαγομένης· *Εἰ γὰρ ἑαυτοὺς ἐκρίνομεν*, φησὶν, *οὐκ ἂν ἐκρινόμεθα· κρινόμενοι δὲ, ὑπὸ Κυρίου*

C

41. Omne ferme peccatum ob voluptatem ac libidinis causa committitur : tollitur vero per laboris afflictationem et dolorem, vel sponte assumptum, vel invitis illatum, per pœnitentiam, aut certæ dispensationis illatam Dei providentia ultionem ac pœnam : *Si enim*, inquit, *nosmetipsos dijudicaremus*,

[50] Joan. xv, 5.

cum alii duo, ipseque Dufr. habeant μοναχῶν. Edita, μοναχῶν ἀδελφῶν. Putem vocem μοναχῶν, e margine irrepsisse in textum; tumque alios submovisse, alios solam retinuisse, cum sic ambæ non satis ex usu et phrasi Maximi viderentur, alteraque vacaret.

(v) *Κινουμένη ἐπὶ τὰ καλά*. Non ita accipiendum, quasi ipsa a se nostra infirmitas (infirma scilicet voluntas) moveatur et inciteturad bonum, ad quod tamen implendum indigeat Dei gratia. Hæc enim mitiorum Pelagianorum sententia, ipsa fidei adversa, quæ, uti finem operis Deo tribuit, sic et initium bonæ voluntatis, ipsamque bonum voluntatem. Posuit vero Maximus potius exemplum in fine operis, quod in eo manifestior sit necessitas divini auxilii, maxime in monachis jamque exercentibus, et (ut loquitur Maximus) τοῖς δι' αὐτὸν ἀγωνιζομένοις, quibus non ita deest bona voluntas, aut videtur deesse, ea ratione, qua jam, favente Deo, stant in acie; ut cum Paulo dicere eis liceat, *Velle mihi adjacet, sed perficere non invenio*, Rom. vii, 18. Verba mihi relata, τοῖς δι' αὐτὸν ἀγωνιζομένοις, ipsa sic plana, *qui propter ipsum, ejus causa et gratia certamen gerunt*; id est, exercentur in vitæ religiosæ palæstra, ac certant; non bene Obsop. et Gesn. *Qui sua ope annisi, adversus carnem, mundum et dæmones assidue belligerantur* : sic longa lacinia augentes maximi textum, quam nec ipsorum Græca, nec ulla alia habent; atque illud δι' αὐτὸν, reddentes, *sua*, vel *ipsius ope annisi*, contra omnem vim vocis ac mentem Maximi.

(x) *Ἢ ἐκουσίου ἢ ἀκουσίου*. Male Obsop. et Gesn. quibus altera vox desideraretur, cum sequenti διὰ μετανοίας, jungunt, cum sit jungendum cum superiori κακοπαθείας καὶ λύπης, uti infinitis locis distinguit Maximus, labores, ærumnas, afflictationes, quas sponte assumimus, per pœnitentiam, et quas Deus certæ dispensationis ultione per providentiam invitis immittit, ut hic loquitur. Quæ ipsa ejus verba augusta sunt, sed nihil frigidis interpretibus expressa. Quid enim ad hæc, *Aut per propriam condemnationem, quæ providentia quadam inducitur?* τὸ περιφορᾶς quod erat, etsi pro vitæ errore rerumque et casuum vicissitudine, qua ipsa Deus castigat providentia sua, ac ulciscitur nostra scelera, ferri posset; longe tamen melius est, ἐπιφορᾶς, quæ vox nullas patitur ambages, et forte eamdem ipsam legit Obsop. qua sic reddidit, ut jam retuli. Sic enim Hesych. et Suid. ἐπιφορὰς, καταδίκας. Pleniusque ac bene Phavor. ἐπιφοραῖς, καταδίκαις, ἐπελεύσεσι. Quomodo ipse Maximus seq. statim cap. 45 : Αἱ ἐπιφοραὶ τῶν πειρασμῶν. *Tentationes quæ immittuntur, quasi ultore Deo* : pœnæ et ærumnæ; id enim Maximo passim οἱ πειρασμοὶ, nisi aliter pro subjecta materia ea vox exponenda de tentationibus, quæ ad peccatum inducunt. Clarissime c. 66 : Ἄνευ ἐκουσίων ἐνταῦθα πόνων, ἢ ἀκουσίων ἐπιφορῶν· ubi Gesn. *Necessario illatis afflictionibus* : dixisset melius, *necessario ferendis* : non enim necessario inferuntur, sed certo Dei consilio et providentia; invitis tamen, nec consulta nostra voluntate, sed quas velimus nolimus necesse est ut perferamus : non tamen *animo invito*, ut reddidit Obsop., nam libenti etiam animo perferre possumus, et debemus.

Digitized by Google

non utique judicaremur : dum judicamur autem, a Domino corripimur, ne cum hoc mundo damnemur[81].

42. Cum ex improviso tibi tentatio venerit, ne illum accusaveris, per quem venit, sed causam quære ob quam illa venerit, inveniesque quo ad meliorem frugem componaris. Alioqui enim, sive hoc, sive alio auctore, ebibendum tibi erat divinorum judiciorum absinthium.

43. Quantum improbus es ac pravis moribus, ne renuas carne afflictari; ut ejus laboribus humiliatus, expuas superbiæ fastum.

44. Tentationum aliæ, voluptates; aliæ, mœrorem; aliæ, corporum cruciatus hominibus adducunt. Pro affectuum enim animo hærente causa, animorum medicus per sua judicia adhibet et medicinam.

45. Quæ inferuntur tentationes, aliis quidem inferuntur, ut præterita peccata diluant; aliis vero, ut quæ impræsentiarum peccant; aliis denique, ut in **417** posterum committenda inhibeant; præter ea mala quæ probationis causa eveniunt, ut in beato Job.

46. Cordatus homo, divinorum judiciorum remedium reputans, quæ inde illi tristitia malaque eveniunt, æquo animo gratias agens tolerat; nullum alium horum auctorem, præterquam peccata sua existimans. Vecors autem ac insipiens, sapientissimam Dei providentiam ignorans, dum peccat et castigatur, aut in Deum, aut in homines suorum malorum refert causam.

47. Sunt quædam quæ affectuum ac libidinum motum inhibeant, nec augmentum facere sinant; suntque alia quæ imminuant atque deterant. Puta, jejunium et labor et vigiliæ cupiditatem augeri non sinunt; solitudo vero et contemplatio et oratio Deique amor ipsam minuunt atque elidunt. Similiter quoque in ira; verbi gratia, longanimitas, injuriarum oblivio et mansuetudo motu sistunt, nec sinunt augescere; charitas vero et eleemosyna et benignitas morumque suavitas et humanitas, minuunt ac debilitant.

48. Cujus animus semper in Deum conversus est, hujus quoque cupiditas in divinum superexcrevit amorem; iraque, tota vi sua in divinam transiit charitatem. Diuturno enim divinæ dilectionis commercio, totus lucidus redditus, sibique ipse patibilem sui partem arctius astringens, in divinum incessabilem, uti dictum est, amorem, jugemque ac perennem charitatem convertit; omnino a terrenis in Deum traducens.

49. Haud prorsus qui nec invidet, nec irascitur, nec injuriæ memor, illi qui kesit injuria, offensus est, jam quoque in eum dilectionem habet. Potest

[81] I Cor. xi, 31.

παιδευόμεθα, ἵνα μὴ σὺν τῷ κόσμῳ κατακριθῶμεν.

μβ'. Ὅταν σοι ἔλθῃ ἐξ ἀπροσδοκήτου πειρασμὸς, μὴ τὸν δι' οὗ αἰτιῶ· ἀλλὰ τὸ διὰ τί ζήτει, καὶ εὑρίσκεις διόρθωσιν. Ἐπεὶ, εἴτε δι' ἐκείνου, εἴτε δι' ἄλλου, πιεῖν εἶχες τῶν τοῦ Θεοῦ κριμάτων τὸ ἀψίνθιον.

μγ'. Ὅσον εἶ κακότροπος, τὸ κακοπαθεῖν μὴ ἀπαναίνου, ἵνα δι' αὐτῆς ταπεινωθεὶς, τὴν ὑπερηφανίαν ἐμέσῃ.

μδ'. Οἱ μὲν τῶν πειρασμῶν, ἡδονάς· οἱ δὲ, λύπας· οἱ δὲ, ὀδύνας σωματικὰς τοῖς ἀνθρώποις προσάγουσι. Κατὰ γὰρ τὴν ἐγκειμένην τῇ ψυχῇ αἰτίαν τῶν παθῶν, καὶ τὸ φάρμακον ὁ ἰατρὸς τῶν ψυχῶν διὰ τῶν αὐτοῦ κριμάτων ἐπιτίθησιν.

με'. Αἱ ἐπιφοραὶ τῶν πειρασμῶν, τοῖς μὲν πρὸς ἤδη γεγονότων ἁμαρτημάτων ἀναίρεσιν· τοῖς δὲ, πρὸς νῦν ἐνεργουμένων· ἄλλοις, πρὸς μελλόντων ἐνεργεῖσθαι ἀνακοπὴν, ἐπάγονται. Δίχα τῶν πρὸς δοκιμὴν ἐπισυμβαινόντων, ὡς ἐπὶ τοῦ Ἰώβ.

μς'. Ὁ μὲν ἐχέφρων, τῶν θείων κριμάτων τὴν ἰατρείαν ἀναλογιζόμενος, εὐχαρίστως φέρει τὰς διὰ τούτων ἐπισυμβαινούσας αὐτῷ συμφοράς· μηδένα ἄλλον τούτων αἴτιον, ἢ τὰς ἑαυτοῦ ἁμαρτίας λογιζόμενος. Ὁ δὲ ἄφρων, τὴν τοῦ Θεοῦ ἀγνοῶν σοφωτάτην πρόνοιαν, ἁμαρτάνων καὶ παιδευόμενος, ἢ τὸν Θεὸν, ἢ τοὺς ἀνθρώπους τῶν ἑαυτοῦ κακῶν αἰτίους λογίζεται.

μζ'. Εἰσί τινα ἰστῶντα τὰ πάθη τῆς κινήσεως, καὶ μὴ ἐῶντα προβῆναι εἰς αὔξησιν· καὶ εἰσὶν ἕτερα ἐλαττοῦντα, καὶ εἰς μείωσιν ἄγοντα. Οἷον, νηστεία καὶ κόπος καὶ ἀγρυπνία, οὐκ ἐῶσιν αὔξειν τὴν ἐπιθυμίαν· ἀναχώρησις δὲ καὶ θεωρία καὶ προσευχὴ, καὶ ἔρως εἰς Θεὸν, ἐλαττοῦσιν αὐτὴν, καὶ εἰς ἀφανισμὸν ἄγουσι. Καὶ ἐπὶ τοῦ θυμοῦ δὲ ὁμοίως. Οἷον, μακροθυμία καὶ ἀμνησικακία καὶ πραότης, ἱστῶσιν αὐτὸν, καὶ οὐκ ἐῶσιν αὔξειν· ἀγάπη δὲ καὶ ἐλεημοσύνη καὶ χρηστότης καὶ φιλανθρωπία, εἰς μείωσιν ἄγουσιν.

μη'. Οὕτινος ὁ νοῦς διαπαντός ἐστι πρὸς Θεὸν, τούτου καὶ ἡ ἐπιθυμία εἰς τὸν θεῖον ὑπερηύξησεν ἔρωτα· καὶ ὁ θυμὸς ὁλοστὸς (y) εἰς τὴν θείαν μετετράπη ἀγάπην. Τῇ γὰρ χρονίᾳ τῆς θείας ἐλλάμψεως μετουσίᾳ, ὅλος φωτοειδὴς γεγονὼς, καὶ τὸ παθητικὸν αὐτοῦ μέρος πρὸς ἑαυτὸν συσφίγξας, εἰς ἔρωτα θεῖον, ὡς εἴρηται, ἀκατάληκτον, καὶ ἀγάπην ἀκατάπαυστον, ἐστρεψεν, ὅλως ἐκ τῶν ἐπιγείων ἐπὶ τὸ θεῖον ματαγαγών.

μθ'. Οὐ πάντως ὁ μὴ φθονῶν, μηδὲ ὀργιζόμενος, μηδὲ μνησικακῶν τῷ λυπήσαντι, ἤδη καὶ ἀγάπην ἔχει πρὸς αὐτόν. Δύναται γὰρ καὶ μήπω ἀγαπῶν

(y) *Ὁ θυμὸς ὁλοστός.* Non omissa hæc vox Hesych. cui ὁλοστὸς, ὅλος ὡς ἔστι. Ac liquet esse ab ὅλος, eadem fere forma, qua a πολὺς, πολλοῦ, πολλοστός. Est ergo, *Ira totum quod est*; ac quod reddidi, *omni sua vi*. Mirorque quid Obsop. in mentem venerit, cum reddidit, *Et animus non iniquus*; quod et mutare Gesnero religio fuit. Utrique etiam τὸ χρονίᾳ, *diurna* hæsit, quod sit typorum, pro *diuturna*

Digitized by Google

κακὸν ἀντὶ κακοῦ μὴ ἀποδοῦναι, διὰ τὴν ἐντολήν· οὗ πάντως δὲ ἔτι καὶ καλὸν ἀνταποδοῦναι κακοῦ, ἀδιάστως. Τὸ γὰρ ἐκ διαθέσεως καλῶς ποιεῖν τοῖς μισοῦσι, μόνης ἐστὶ τῆς πνευματικῆς τελείας ἀγάπης.

A enim, etsi nondum diligat, malum pro malo non reddere, quod ita præceptum sit; non omnino autem adhuc etiam bonum pro malo ultro rependere. Bene enim ex animo facere his qui oderunt, perfectæ duntaxat spiritalis charitatis est.

ν'. Οὐχ ὁ μὴ ἀγαπῶν τινα, ἤδη πάντως καὶ μισεῖ αὐτόν· οὐδὲ πάλιν, ὁ μὴ μισῶν, ἤδη πάντως καὶ ἀγαπᾷ. Ἀλλὰ δύναται ὡς μέσος εἶναι πρὸς αὐτόν· τουτέστι, μήτε ἀγαπᾷν, μήτε μισεῖν. Τὴν γὰρ ἀγαπητικὴν διάθεσιν, μόνοι οἱ ἐν τῷ ἑνάτῳ κεφαλαίῳ ταύτης τῆς ἑκατοντάδος εἰρημένοι πέντε τρόποι, ἐμποιεῖν πεφύκασιν, ὅ τε ἐπαινετὸς καὶ ὁ μέσος, καὶ οἱ ψεκτοί.

50. Qui non diligit aliquem, non jam omnino etiam odit; nec e contra, qui non odit, jam omnino etiam diligit: sed ut medius erga illum esse potest, id est, sic animo comparatus, ut neque diligat, neque oderit. Dilectionis enim affectum, illi duntaxat quinque modi in nobis habent gignere, quos nono capite **418** ex his centum retuli; tum nempe is qui laudem habet, tum qui medius est, tum qui sunt vituperio digni

να'. Ὅταν ᾖς τὸν νοῦν σου τοῖς ὑλικοῖς ἡδέως ἐνασχολούμενον, καὶ τοῖς τούτων νοήμασιν ἐμφιλοχωροῦντα, γίνωσκε σεαυτὸν ταῦτα μᾶλλον ἢ τὸν Θεὸν ἀγαπῶντα. *Ὅπου γάρ ἐστιν ὁ θησαυρός σου*, φησὶν ὁ Κύριος, *ἐκεῖ καὶ ἡ καρδία ἔσται.*

B

51. Cum terrenis rebus earumque cogitationibus mentem tuam libenter immorari videris; hæc te magis, quam Deum diligere, noveris: *Ubi enim est thesaurus tuus*, ait Dominus, *ibi et cor erit* [52].

νβ'. Νοῦς Θεῷ συναπτόμενος, καὶ αὐτῷ ἐγχρονίζων διὰ προσευχῆς καὶ ἀγάπης, σοφὸς γίνεται καὶ ἀγαθὸς καὶ δυνατὸς καὶ φιλάνθρωπος καὶ ἐλεήμων καὶ μακρόθυμος· καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, πάντα σχεδὸν τὰ θεῖα ἰδιώματα ἐν ἑαυτῷ περιφέρει. Τούτου δὲ ἀναχωρῶν [*Fr.* ἀποχωρῶν], καὶ τῶν ὑλικῶν προσχωρῶν, ἢ κτηνώδης γίνεται φιλήδονος γεγονώς· ἢ θηριώδης, διὰ ταῦτα τοῖς ἀνθρώποις μαχόμενος.

52. Deo conjunctus animus, eique orationis instantia et charitate assiduus, sapiens et bonus et potens et benignus et misericors et longanimis efficitur: atque, ut verbo dicam, cunctas fere in seipso divinas circumfert dotes. Dum vero, eo relicto, terrenis se rebus adjungit, aut pecuinus evadit (voluptati scilicet ac libidini deditus) aut ferinus, earum causa hostiliter pugnam rixasque instruens cum hominibus.

νγ'. Κόσμον λέγει ἡ Γραφὴ τὰ ὑλικὰ πράγματα· καὶ κοσμικοί εἰσι, οἱ τούτοις τὸν νοῦν ἐνασχολοῦντες, πρὸς οὓς καὶ λέγει ἐντρεπτικώτερον· *Μὴ ἀγαπᾶτε τὸν κόσμον, μηδὲ τὰ ἐν τῷ κόσμῳ. Ἡ ἐπιθυμία τῆς σαρκὸς, καὶ ἐπιθυμία τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ ἡ ἀλαζονεία τοῦ βίου, οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ Θεοῦ· ἀλλ' ἐκ τοῦ κόσμου ἐστὶ*, καὶ τὰ ἑξῆς.

C

53. Mundum Scriptura res terrenas vocat; ac mundani sunt, qui his vacant atque animo impenduntur, quibus etiam austerius objurgando ait: *Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt. Concupiscentia carnis, et concupiscentia oculorum, et superbia vitæ, non sunt ex Deo, sed ex mundo sunt* [53], et quæ sequuntur.

νδ'. Μοναχός ἐστιν, ὁ τῶν ὑλικῶν πραγμάτων τὸν νοῦν ἀποχωρίσας· καὶ δι' ἐγκρατείας καὶ ἀγάπης καὶ ψαλμῳδίας καὶ προσευχῆς προσκαρτερῶν τῷ Θεῷ.

54. Monachus est, qui mentem suam a terrenis rebus abstraxit; ac qui per continentiam et dilectionem et psalmodiam orandique studium, Deo assiduus exsistit.

νε'. Κτηνοτρόφος μέν ἐστιν νοητὸς, ὁ πρακτικός· κτηνῶν γὰρ λόγον ἐπέχουσι τὰ ἠθικὰ κατορθώματα· ὡς καὶ ἔλεγεν ὁ Ἰακώβ· *Ἄνδρες κτηνοτρόφοι εἰσὶν οἱ παῖδές σου.* Ποιμὴν δὲ προβάτων, ὁ γνωστικός. Προβάτων γὰρ λόγον ἐπέχουσιν οἱ λογισμοὶ, ἐπὶ τὰ ὄρη τῶν θεωρημάτων ὑπὸ τοῦ νοῦ ποιμαινόμενοι. Διὰ τοῦτο καὶ *Βδέλυγμα τοῖς Αἰγυπτίοις πᾶς ποιμὴν προβάτων*, ἤγουν ταῖς ἐναντίαις δυνάμεσι.

D

55. Spiritalis pecorum pastor est, qui actionem colit: pecorum enim rationem habent, moralium opera virtutum. Idcireo etiam aiebat Jacob: *Pastores pecorum sunt servi tui* [54]. Ovium autem pastor est, qui studet scientiæ ac contemplationi. Ovium enim rationem habent cogitationes animique sensa, quæ in montibus spiritalium contemplationum ac notionum a mente pascuntur. Propterea etiam: *Abominatio est Ægyptiis omnis pastor ovium* [55], id est, adversariis potestatibus.

νς'. Ὁ μὲν ψαῦλος νοῦς, κινουμένου τοῦ σώματος διὰ τῶν αἰσθήσεων ἐπὶ τὰς ἰδίας ἐπιθυμίας καὶ ἡδονὰς, ἐξακολουθεῖ, καὶ συγκατατίθεται ταῖς τούτου φαντασίαις καὶ ὁρμαῖς· ὁ δὲ ἐνάρετος, ἐγκρατεύεται, καὶ κατέχει ἑαυτὸν ἀπὸ τῶν ἐμπαθῶν φαντασιῶν καὶ ὁρμῶν, καὶ μᾶλλον φιλοσοφεῖ βελτίους ποιῆσαι τὰς τοιαύτας αὐτοῦ κινήσεις.

56. Prava mens, incitato corpore sensuum opera in suas cupiditates ac libidines, proclive sequitur, assentitque illius cogitationibus et appetitionibus: at qui virtutis cultor est, ipse se continet, temperatque a vitiosis cogitationibus et appetitionibus, magisque philosophatur, ac studet ut ejusmodi motus meliori fruge componat.

[52] Matth. VI, 21. [53] I Joan. II, 15. [54] Gen. XLVII, 3. [55] Gen. XLVI, 34.

Digitized by Google

57. Virtutum, aliæ corporis sunt; aliæ, animæ. Ac corporis quidem sunt, **419** veluti jejunium, vigiliæ, humisternia, ministratio, manuum labor, ne quem gravemus, vel ut aliis tribuamus, etc. Animæ autem (id est, spectantes ad animam) sunt, velut charitas seu dilectio, longanimitas, mansuetudo, continentia, oratio, etc. Siquidem igitur ex quadam necessitate, aut corporali casu atque eventu (puta ægritudine, seu quovis alio ejus generis) contigerit, ut eas, quæ corporis sunt, virtutes præstare non liceat, veniam habemus a Domino, cui et causæ exploratæ sunt. Sin autem iis, quæ sunt animæ, non defungamur, nullam habituri sumus excusationem. Non enim hæ perinde ac corporales sunt necessitati subjectæ.

A νζ'. Τῶν ἀρετῶν, αἱ μέν εἰσι σωματικαί· αἱ δὲ, ψυχικαί. Καὶ σωματικαὶ μέν εἰσιν, οἷον νηστεία, ἀγρυπνία, χαμευνία, διακονία, ἐργόχειρον πρὸς τὸ μὴ ἐπιβαρῆσαί τινα, ἢ πρὸς μετάδοσιν, καὶ τὰ ἑξῆς. Ψυχικαὶ δέ εἰσιν, οἷον ἀγάπη, μακροθυμία, πραότης, ἐγκράτεια, προσευχή, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἐὰν οὖν ἔκ τινος ἀνάγκης, ἢ περιστάσεως σωματικῆς, οἷον ἀῤῥωστίας, ἢ τινος τῶν τοιούτων, συμβῇ ἡμῖν μὴ ἐκτελέσαι δυνηθῆναι τὰς προειρημένας σωματικὰς ἀρετὰς, συγγνώμην ἔχομεν παρὰ Κυρίου, τοῦ καὶ τὰς αἰτίας εἰδότος· τὰς δὲ ψυχικὰς μὴ ἐκτελοῦντες οὐδεμίαν ἔξομεν ἀπολογίαν. Οὐ γάρ εἰσιν ὑπὸ ἀνάγκην.

58. Quæ in Deum est charitas, fluxam omnem ac caducam voluptatem, omnemque laborem atque dolorem ut contemnat, is qui illa præditus est, facit. Fidemque faciant sancti omnes, tanta propter Christum perpessi.

B νη'. Ἡ εἰς Θεὸν ἀγάπη, πάσης ἡδονῆς παρερχομένης, καὶ παντὸς πόνου καὶ λύπης πείθει καταφρονεῖν τὸν μέτοχον αὐτῆς. Καὶ πειθέτωσάν σε οἱ ἅγιοι πάντες, τοσαῦτα πεπονθότες διὰ Χριστόν.

59. Attende tibi a malorum parente, φιλαυτίας (quam vocant) estque cæcus sine ratione amor corporis. Ex hac enim velut apparenti quadam æqui specie oriuntur, prima illa ac generalissima furibunda tria vitia; gulæ scilicet, avaritiæ et inanis gloriæ, causas utique ansamque habentia, ex necessaria corporis cura : ex quibus malorum omnis seges progignitur. Operæ pretium igitur sit, uti dicebam, ut necessario attendas, multaque sobrietate ac diligentia adversus hanc depugnes. Hac enim sublata, quæ ex illa sunt, vitia omnia una tolli necesse est.

νθ'. Πρόσεχε σεαυτῷ ἀπὸ τῆς μητρὸς τῶν κακῶν, φιλαυτίας, ἥτις ἐστὶν ἡ τοῦ σώματος ἄλογος φιλία. Ἐκ ταύτης γὰρ εὐλογοφανῶς τίκτονται οἱ πρῶτοι καὶ ἐμπαθεῖς καὶ γενικώτατοι τρεῖς ἐμμανεῖς λογισμοί· ὁ τῆς γαστριμαργίας λέγω, καὶ φιλαργυρίας, καὶ κενοδοξίας· τὰς ἀφορμὰς ἐκ τῆς ἀναγκαίας τοῦ σώματος δῆθεν λαμβάνοντες χρείας· ἐξ ὧν γεννᾶται ἅπας ὁ τῶν κακῶν κατάλογος. Δεῖ οὖν, ὡς εἴρηται, προσέχειν ἀναγκαίως, καὶ ταύτῃ πολεμεῖν μετὰ πολλῆς νήψεως. Ταύτης γὰρ ἀναιρουμένης, συναναιροῦνται πάντες οἱ ἐξ αὐτῆς.

60. Cæcus ille corporis amor, ei quidem qui monachus sit, inque virtutis palæstra exerceat, suggerit, ut misericordia corpori indulgeat, ac ultra quam deceat ac honestum sit, ad cibos conveniat; quadam scilicet velut æquitate ac gubernatione, quo paulatim inductus, in libidinis vitæque voluptarjæ foveam incidat. Sæculari vero, jam inde suadet, ut carnis curam in desideriis faciat [86].

ξ'. Τὸ τῆς φιλαυτίας πάθος, τῷ μὲν μοναχῷ ἐλεεῖν ὑποτίθεται τὸ σῶμα, καὶ συνελθεῖν παρὰ τὸ πρόσῆκον εἰς τὰ βρώματα· οἰκονομίας δῆθεν χάριν καὶ κυβερνήσεως, ἵνα κατὰ μικρὸν παρασυρόμενος, εἰς τὸν βόθρον τῆς φιληδονίας ἐμπέσῃ. Τῷ δὲ κοσμικῷ ἐντεῦθεν ἤδη πρόνοιαν (z) αὐτῷ ποιεῖσθαι εἰς ἐπιθυμίαν ὑποβάλλει.

61. Supremum orationis statum hunc esse dicunt, ut mens carne et mundo excedens extraque omnem materiam, ac nullis imbuta rerum formis, sic orationem peragat. Hunc igitur statum quisquis integrum illæsumque servarit, hic vere indesinenter orat [87].

ξα'. Τὴν τῆς προσευχῆς ἀκροτάτην κατάστασιν, ταύτην εἶναι λέγουσι, τὸ ἔξω σαρκὸς καὶ κόσμου γενέσθαι τὸν νοῦν, καὶ ἄῦλον πάντη καὶ ἀνείδεον ἐν τῇ προσεύχεσθαι. Ὁ οὖν ταύτην ἀλώβητον διατηρῶν τὴν κατάστασιν, οὗτος ὄντως ἀδιαλείπτως προσεύχεται.

62. Quemadmodum corpus emoriens, a cunctis vitæ negotiis rebusque sæculi procul abscedit : ita et mens, **420** summæ illius orationis cultu moriens, a mundanis omnibus cogitationibus separa-

ξβ'. Ὥσπερ τὸ σῶμα ἀποθνῆσκον, πάντων χωρίζεται τῶν τοῦ βίου πραγμάτων· οὕτω καὶ ὁ νοῦς ἐν τῷ ἄκρως προσεύχεσθαι ἀποθνήσκων, πάντων χωρίζεται τῶν τοῦ κόσμου νοημάτων. Ἐὰν γὰρ μὴ

[86] Rom. XIII, 14. [87] I Thess. v, 17.

(z) *Ἐντεῦθεν ἤδη πρόνοιαν.* Nempe jam inde palam ad explendam libidinem, inducens ad curam corpori habendam; quippe homines qui vivunt ut edant, ac genio indulgeant. De mundanis enim sermo est, quos Maximus opponit viris religiosis, et qui ad virtutem exerceant, quibus carnalia vitia, nonnisi specie boni obtecta obrepant. Hæc sic clara, contrario sensu Obsop. reddit, facitque φιλαυτίας, *cæci amoris corporis*, quod magis charitatis, Deique ejus auctoris, exsistat. Sic enim inficetus homo : *Quare homini mundano et sæculari subjicit, ut providentia quadam sibi consulat in carnale concupiscentia.* Non tam absurde Gesn. etsi nec ille satis advertit, quo spectet illud εἰς ἐπιθυμίαν. Nec mirum in medico, quem par est in Galeno, quam in Paulo versatiorem fuisse. Ascriptus ejus locus, ad quem Maximus alludit.

Digitized by Google

τὸν τοιοῦτον θάνῃ θάνατον, μετὰ Θεοῦ εὑρεθῆναι καὶ ζῆσαι οὐ δύναται.

ξγ'. Μηδείς σε ἀπατήσῃ, μοναχὲ, ὅτι ἔνι σε σωθῆναι ἡδονῇ καὶ κενοδοξίᾳ δουλεύοντα.

ξδ'. Ὥσπερ τὸ σῶμα διὰ τῶν πραγμάτων ἁμαρτάνει, καὶ ἔχει πρὸς παιδαγωγίαν τὰς σωματικὰς ἀρετὰς, ἵνα σωφρονῇ· οὕτω καὶ ὁ νοῦς διὰ τῶν ἐμπαθῶν νοημάτων, καὶ ἔχει ὡσαύτως πρὸς παιδαγωγίαν τὰς ψυχικὰς ἀρετὰς, ἵνα καθαρῶς καὶ ἀπαθῶς ὁρῶν τὰ πράγματα, σωφρονῇ.

ξε'. Ὥσπερ τὰς ἡμέρας διαδέχονται αἱ νύκτες, καὶ τὰ θέρη οἱ χειμῶνες· οὕτω κενοδοξίαν καὶ ἡδονὴν, λύπαι καὶ ὀδύναι, εἴτε ἐν τῷ παρόντι, εἴτε ἐν τῷ μέλλοντι.

ξς'. Οὐκ ἔστιν ἁμαρτήσαντα ἐκφυγεῖν τὴν μέλλουσαν κρίσιν, ἄνευ ἐκουσίων ἐνταῦθα πόνων, ἢ ἀκουσίων ἐπιφορῶν.

ξζ'. Διὰ πέντε αἰτίας φασὶ παραχωρεῖσθαι ἡμᾶς ὑπὸ Θεοῦ πολεμεῖσθαι ὑπὸ δαιμόνων. Καὶ πρώτην μὲν εἶναί φασιν, ἵνα πολεμούμενοι καὶ ἀντιπολεμοῦντες, εἰς διάκρισιν τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς κακίας ἔλθωμεν. Δευτέραν δὲ, ἵνα πολέμῳ καὶ πόνῳ τὴν ἀρετὴν κτώμενοι, βεβαίαν αὐτὴν καὶ ἀμετάπτωτον ἔχωμεν. Τρίτην δὲ, ἵνα προκόπτοντες εἰς τὴν ἀρετὴν, μὴ ὑψηλοφρονῶμεν, ἀλλὰ μάθωμεν ταπεινοφρονεῖν. Τετάρτην δὲ, ἵνα πειραθέντες τῆς κακίας (a), τέλειον μῖσος αὐτὴν μισήσωμεν. Πέμπτην δὲ ἐπὶ πάσαις, ἵνα ἀπαθεῖς γενόμενοι, μὴ ἐπιλαθώμεθα τῆς οἰκείας ἀσθενείας, μήτε τῆς τοῦ βοηθήσαντος δυνάμεως.

ξη'. Ὥσπερ τοῦ πεινῶντος ὁ νοῦς ἄρτον φαντάζεται, καὶ τοῦ διψῶντος ὕδωρ, οὕτω καὶ τοῦ γαστριμάργου ποικιλίας ἐδεσμάτων· καὶ τοῦ φιληδόνου, μορφὰς γυναικῶν· καὶ ὁ τοῦ κενοδόξου, τὰς ἐξ ἀνθρώπων τιμάς· καὶ τοῦ φιλαργύρου, τὰ κέρδη· καὶ τοῦ μνησικάκου, τὴν ἄμυναν τοῦ λυπήσαντος· καὶ τοῦ φθονεροῦ, τὴν κάκωσιν τοῦ φθονουμένου, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων παθῶν ὁμοίως. Ἐκ γὰρ τῶν παθῶν ὑλούμενος νοῦς, λαμβάνει τὰ ἐμπαθῆ νοήματα, καὶ ἐγρηγορότος τοῦ σώματος, καὶ κατὰ τοὺς ὕπνους.

ξθ'. Ὅταν ἐπιθυμία αὔξῃ, τὰς ποιητικὰς τῶν ἡδονῶν ὕλας ἐν τοῖς ὕπνοις ὁ νοῦς φαντάζεται· ὅταν δὲ ὁ θυμὸς, τὰ φόβων ποιητικὰ βλέπει πράγματα. Αὔξουσι μέντοι τὰ πάθη, οἱ ἀκάθαρτοι δαίμονες, συνεργὸν τὴν ἡμετέραν ἀμέλειαν λαμβάνοντες, καὶ ταῦτα ἐρεθίζοντες. Ἐλαττοῦσι δὲ οἱ ἅγιοι ἄγγελοι, πρὸς τὴν τῶν ἀρετῶν ἡμᾶς κινοῦντες ἐργασίαν.

ο'. Τὸ μὲν ἐπιθυμητικὸν τῆς ψυχῆς πυκνότερον ῥεθιζόμενον, ἕξιν φιληδονίας δυσκίνητον τῇ ψυχῇ ἐνίθησιν· ὁ δὲ θυμὸς συνεχῶς ταρασσόμενος, δεινὸν καὶ ἀνανδρον τὸν νοῦν ἀπεργάζεται. Ἰῶνται δὲ, τὸ μὲν, ἄσκησις ἐπιτεταμένη νηστείας καὶ ἀγρυπ-

A tur. Nisi enim ejus generis mortem obierit, cum Deo versari ac vivere non potest.

63. Nemo te, qui monachum profitearis, seducat, tanquam fieri possis, ut voluptati ac inani gloriæ deditus, salutem consequaris.

64. Quemadmodum corpus rerum obtentu peccat, habetque ad disciplinam eas virtutes, quæ ad corpus spectant, ut erudiatur : sic et mens libidinosarum incursu cogitationum, habetque similiter ad disciplinam animæ virtutes, quibus munde citraque libidinem res contuens, sobria fruge ipsa componatur.

65. Quemadmodum diei succedit nox, atque æstati hiems : sic inanem gloriam ac voluptatem pone sequuntur tristitia et dolor, sive in præsenti
B sæculo, sive in futuro.

66. Fieri non potest ut peccati reus futurum judicium evadat, absque laboribus vita hac sponte assumptis, vel illatis malis, quæ patienter ferat.

67. Quinque afferunt causas, ob quas nos Deus a dæmonibus oppugnari sinat. Ac primam quidem esse aiunt, ut dum pugna petiti repugnamus, ac resistimus, virtutis vitiique discretionem paremus. Alteram autem, ut parta bello virtute atque labore, firmam illam immotamque teneamus. Tertiam, ut virtutis profectu non altum sapiamus, sed sensus modestiam discamus. Quartam, ut vitii facto periculo, perfecto ipsum odio prosequamur. Quintam denique ac supremam, ut imperturbati animi tranquillitatem adepti, imbecillitatis propriæ non obli-
C viscamur, nec ejus, qui adjutor fuit, potentiæ immemores simus

68. Quemadmodum famelici animus, panem cogitatione informat, ac sitibundi, aquam ; sic et gulosi, varias cupedias et edulia ; luxuriosi, mulierum formas ; inanis gloriæ cupidi, humanos honores ac laudes ; avari, lucra ; rancorem habentis, ejus vindictam a quo injuriam accepit ; invidi, ejus malum in quem exarsit invidia ; idemque in reliquis vitiis. Animus enim illis gravatus, hisque illi obtundentibus, libidinosas cogitationes, sive corpore vigilante, sive in somnis, assumit.

421 69. Aucta semel concupiscentia, animus in somnis ea informat, quæ voluptatem ac libidinem
D creant. Auctiore vero ira, res terrificas videt. Augent porro affectus ac perturbationes, impuri dæmones, id ipsum quod vitam negligimus, subsidio assumentes ac proritantes. Minuunt vero sancti angeli qui ad præstanda virtutum opera incitent permoveantque.

70. Animi vis concupiscens dum crebrius proritatur, libidinis habitum difficile mobilem in anima ponit : ira vero jugiter commota, meticulosum atque imbellem animum reddit. Sanant autem atque medentur, illi quidem, jejuniorum, vigiliarum,

(a) Ἵνα πειραθέντες τῆς κακίας. Non bene mbo superiores interpr. *Ut tantati* : Imo, *ut vitii icio periculo, ejus experti.* Sic enim bene Suid. τιῶ et πειρῶμαι, γενικῇ ἀπόπειραν ποιοῦμαι. *periculum facio, experior.* Hoc enim est, quod perfectum illud odium parit, ubi quis serio resipuit, amborumque discrimen (vitii ac virtutis) ipso quasi gustu, τῷ πάθει, cognovit.

Digitized by Google

precum contenta jugisque exercitatio ; huic vero, lenitas, benignitas, charitas, misericordia.

71. Dæmones, aut rerum incursu bellum movent, aut libidinosarum in rebus cogitationum. Ac quidem rerum incursu, eos qui in rebus ac negotiis versantur ; cogitationum vero, eos, qui se illis procul subduxerunt.

72. Quanto proclivius est ac facilius, tecum animo ac cogitatione peccare, quam ipso actu atque opere ; tanto gravius est bellum, quod ex cogitationibus, quam quod ex rebus negotiisque conflatur.

73. Res ipsæ extra mentem sunt : rerum vero cogitationes, intra consistunt. Ejus itaque facultatis est, bene illis, an secus, utatur. Quod enim errore animi sensis utamur, rerum abusus consequitur.

74. Sunt hæc tria, unde mens libidinosas cogitationes assumit ; nempe ex sensu, ex complexione, ex memoria. Ac quidem ex sensu, cum res illi objectæ quibus afficimur, ad libidinosas eam cogitationes impellunt. Ex complexione autem seu temperamento, cum per luxuriosam victus rationem, aut operatione dæmonum, aut per ægritudinem aliquam deterior facta ac immutata, ad vitiosas ejusmodi cogitationes excitat, vel obloqui Providentiæ cogit. Ex memoria vero, cum illa rerum quibus affecti aut delectati sumus, conceptus refricat, similique ratione ad vitiosas cogitationes movet.

75. Rerum nobis a Deo in usum concessarum, aliæ in animo sunt, aliæ in corpore, aliæ circa corpus. Puta in animo, ejus vires ; in corpore, **422** sensuum organa ac membra reliqua : circa corpus, cibi, possessiones, opes, ac id genus alia. Quod his igitur bene aut male utamur, seu iis quæ circa hæc accidunt, boni aut mali efficimur.

76. Accidentium in rebus, alia in animo sunt, alia in corpore ; alia iis in rebus, quæ sunt circa corpus. Ac quidem in animo, veluti scientia et ignorantia, oblivio et memoria, dilectio et odium, timor et audacia, tristitia et gaudium, atque his similia. In corpore autem, puta voluptas et dolor, sensus et orbitas, valetudo et ægritudo, vita et mors, et similia. Circa corpus vero, veluti larga proles ejusque carentia, divitiæ et paupertas, gloria et ignominia, ac ejusmodi reliqua. Horum, alia bona, alia mala hominum judicio habentur, cum nihil in eis malum sit propria ipsius ra-

νίας καὶ προσευχῆς· τὸν δὲ, χρηστότης καὶ φιλανθρωπία καὶ ἀγάπη καὶ ἔλεος.

οα'. Ἡ διὰ τῶν πραγμάτων οἱ δαίμονες πολεμοῦσιν, ἢ διὰ τῶν ἐν τοῖς πράγμασιν ἐμπαθῶν νοημάτων. Καὶ διὰ μὲν τῶν πραγμάτων, τοὺς ἐν τοῖς πράγμασιν ὄντας, διὰ δὲ τῶν νοημάτων, τοὺς τῶν πραγμάτων κεχωρισμένους.

οβ'. Ὅσον ἐστὶν εὐκοπώτερον τὸ κατὰ διάνοιαν ἁμαρτάνειν τοῦ κατ' ἐνέργειαν, τοσοῦτόν ἐστι βαρύτερος ὁ διὰ τῶν νοημάτων πόλεμος, τοῦ διὰ τῶν πραγμάτων.

ογ'. Τὰ μὲν πράγματα ἔξωθέν εἰσι τοῦ νοῦ· τὰ δὲ τούτων νοήματα ἔσω συνίστανται. Ἐν αὐτῷ οὖν ἐστι, τὸ εὖ τούτοις χρήσασθαι, ἢ κακῶς. Τῇ γὰρ ἐσφαλμένῃ τῶν νοημάτων χρήσει (*b*) ἡ παράχρησις τῶν πραγμάτων ἀκολουθεῖ.

οδ'. Διὰ τῶν τριῶν τούτων λαμβάνει ὁ νοῦς τὰ ἐμπαθῆ νοήματα· διὰ τῆς αἰσθήσεως, διὰ τῆς κράσεως, διὰ τῆς μνήμης. Καὶ διὰ μὲν τῆς αἰσθήσεως, ὅταν προσβάλλοντα αὐτῇ τὰ πράγματα πρὸς ἅπερ τὰ παθη κεκτήμεθα, κινῇ αὐτὸν πρὸς ἐμπαθεῖς λογισμούς. Διὰ δὲ τῆς κράσεως, ὅταν ἐξ ἀκολάστου διαίτης, ἢ ἐνεργείας δαιμόνων, ἢ νοσήματός τινος ἀλλοιουμένη ἡ τοῦ σώματος κρᾶσις, κινῇ αὐτὸν πάλιν πρὸς ἐμπαθεῖς λογισμούς, ἢ κατὰ τῆς Προνοίας. Διὰ δὲ τῆς μνήμης, ὅταν τῶν πραγμάτων πρὸς ἅπερ πεπόνθαμεν τὰ νοήματα ἡ μνήμη ἀναφέρῃ, καὶ κινῇ αὐτὸν ὁμοίως πρὸς ἐμπαθεῖς λογισμούς.

οε'. Τῶν εἰς χρῆσιν παρὰ Θεοῦ δοθέντων ἡμῖν πραγμάτων, τὰ μὲν, ἐν τῇ ψυχῇ, τὰ δὲ, ἐν τῷ σώματι, τὰ δὲ, περὶ τὸ σῶμα εὑρίσκεται. Ὧν, ἐν μὲν τῇ ψυχῇ, αἱ δυνάμεις αὐτῆς· ἐν δὲ τῷ σώματι, τὰ αἰσθητήρια καὶ τὰ λοιπὰ μέλη· περὶ δὲ τὸ σῶμα, βρώματα, κτήματα, καὶ τὰ ἐξῆς. Τὰ οὖν εὖ τούτοις χρήσασθαι, ἢ κακῶς, ἢ τοῖς παραπλησίοις συμβεβηκόσιν, ἢ ἐγχρέτους ἢ φαύλους ἡμᾶς ἀποφαίνει.

ος'. Τῶν ἐν τοῖς πράγμασι συμβεβηκότων, τὰ μὲν εἰσι τῶν ἐν τῇ ψυχῇ, τὰ δὲ, τῶν ἐν τῷ σώματι, τὰ δὲ, τῶν περὶ τὸ σῶμα πραγμάτων. Καὶ τῶν μὲν ἐν τῇ ψυχῇ, οἷον, γνῶσις καὶ ἄγνοια, λήθη καὶ μνήμη, ἀγάπη καὶ μῖσος, φόβος καὶ θάρσος, λύπη καὶ χαρὰ, καὶ τὰ ἑξῆς· τῶν δὲ ἐν τῷ σώματι, οἷον, ἡδονὴ καὶ πόνος, αἴσθησις καὶ πήρωσις, ὑγεία καὶ νόσος, ζωὴ καὶ θάνατος, καὶ τὰ τοιαῦτα. Τῶν δὲ περὶ τὸ σῶμα, οἷον, εὐτεκνία καὶ ἀτεκνία, πλοῦτος καὶ πενία, δόξα καὶ ἀδοξία, καὶ τὰ ἑξῆς. Τούτων δὲ, τὰ μὲν καλὰ, τὰ δὲ κακὰ τοῖς ἀνθρώποις νομίζεται, οὐδὲν αὐτῶν κακὸν ὂν τῷ ἰδίῳ λόγῳ

(*b*) *Τῇ ἐσφαλμένῃ τῶν νοημάτων χρήσει. Usu cum errore conjuncto.* Unus Regius habuit κρίσει. Sed et c. 82, ubi eadem sententia est, habentque perinde edita, χρήσει, Regii codd. et Dufr. κρίσει habent : fuit facile antiquariis alterum altero mutare, cum sensus neutrum videatur respuere, et voces sic sono affines sint ipsaque scriptione. Magis tamen putem scripsisse χρήσει, quod et retinui. Unde cap. 78 : Μὴ παραχρῶ τοῖς νοήμασιν ubique componens usum usui, in animi rationibus et in rebus ; egregieque exponit auctor Schol. ex Dufr. cod. in sacrarum imaginum, τῶν χαρακτήρων νοήμασιν· quibus abuti ostendit qui eas impugnant. Repræsentanda hæc scholia post quartum concilium, quæ alterius potius videntur, quam Maximi, ac ejus qui post Iconoclastarum natam hæresim vixerit.

Digitized by Google

παρὰ δὲ τὴν χρῆσιν, εἴτε κακὰ κυρίως, εἴτε ἀγαθὰ εὑρίσκεται. A

οζ'. Καλὴ ἡ γνῶσις τῇ φύσει· ὁμοίως δὲ καὶ ὑγεία· ἀλλὰ τἀναντία τοὺς πολλοὺς ἤπερ ταῦτα ὤνησεν. Τοῖς γὰρ φαύλοις οὐκ εἰς καλὸν ἡ γνῶσις συμβαίνει, εἰ καὶ τῇ φύσει, ὡς εἴρηται, ἐστὶ καλή· ὁμοίως δὲ οὐδὲ ὑγεία, οὐδὲ πλοῦτος, οὐδὲ χαρά. Οὐ γὰρ συμφερόντως τούτοις κέχρηνται. Ἆρα οὖν τἀναντία τούτοις συμφέρει. Οὐκοῦν οὐδὲ ἐκεῖνα κακὰ τῷ ἰδίῳ λόγῳ τυγχάνει, εἰ καὶ δοκεῖ κακὰ εἶναι.

οη'. Μὴ παραχρῶ τοῖς νοήμασιν (19), ἵνα μὴ ἐξ ἀνάγκης καὶ τοῖς πράγμασι παραχρήσῃ. Ἐὰν γὰρ μή τις πρῶτον κατὰ διάνοιαν ἁμαρτάνῃ, οὐκ ἂν ἁμάρτῃ ποτὲ κατ' ἐνέργειαν.

οθ'. Εἰκὼν τοῦ χοϊκοῦ αἱ γενικαὶ κακίαι ὑπάρχουσιν· οἷον, ἀφροσύνη, δειλία, ἀκολασία, ἀδικία. Εἰκὼν δὲ τοῦ ἐπουρανίου, αἱ γενικαὶ ἀρεταὶ, οἷον, φρόνησις, ἀνδρεία, σωφροσύνη, δικαιοσύνη. *Ἀλλὰ καθὼς ἐφορέσαμεν τὴν εἰκόνα τοῦ χοϊκοῦ, φορέσωμεν καὶ τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου.* B

π'. Εἰ θέλεις εὑρεῖν τὴν ὁδὸν τὴν ἀπάγουσαν εἰς τὴν ζωὴν, ἐν τῇ ὁδῷ αὐτὴν ζήτει, κἀκεῖ αὐτὴν εὑρίσκεις, τῇ εἰποὺσῃ· *Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς, καὶ ἡ ζωὴ καὶ ἡ ἀλήθεια.* Πλὴν σφόδρα ἐμπόνως ζήτει, διότι *ὀλίγοι εἰσὶν οἱ εὑρίσκοντες αὐτήν*· καὶ μήπως τῶν ὀλίγων ἀπολειφθεὶς, μετὰ τῶν πολλῶν εὑρεθήσῃ.

πα'. Διὰ τὰ πέντε ταῦτα ἡ ψυχὴ ἀπὸ ἁμαρτιῶν ἀνακόπτεται· ἢ διὰ τὸν φόβον τῶν ἀνθρώπων, ἢ διὰ τὸν φόβον τῆς κρίσεως, ἢ διὰ τὴν μέλλουσαν μισθαποδοσίαν, ἢ διὰ τὴν ἀγάπην τοῦ Θεοῦ, ἢ τελευταῖον διὰ συνείδησιν τύπτουσαν. C

πβ'. Τινές φασιν, ὅτι οὐκ ἂν ἦν τὸ κακὸν ἐν τοῖς οὖσιν, εἰ μήτι δ' ἂν ἑτέρα τις ἦν δύναμις, ἡ ἀνθέλκουσα ἡμᾶς ἐπ' αὐτό. Αὕτη δέ ἐστιν οὐδὲν ἕτερον, ἢ ἡ τῶν κατὰ φύσιν τοῦ νοῦ ἐνεργειῶν ἀμέλεια. Διόπερ οἱ τούτων τὴν ἐπιμέλειαν ποιούμενοι, τὰ μὲν καλὰ, ἀεὶ ποιοῦσι· τὰ δὲ κακὰ [*Fr.* Ὅρα τί ἐστι κακία], οὐδέποτε. Εἰ οὖν θέλεις καὶ σὺ, ἄπωσαι τὴν ἀμέλειαν, καὶ συναπελαύνεις τὴν κακίαν· ἥτις ἐστὶν ἡ ἐσφαλμένη χρῆσις τῶν νοημάτων, ἣ ἐπακολουθεῖ ἡ παράχρησις τῶν πραγμάτων.

πγ'. Κατὰ φύσιν ἐστὶ τοῦ ἐν ἡμῖν λογικοῦ μέρους, τό τε ὑποταγῆναι τῷ θείῳ λόγῳ, καὶ τὸ ἄρχειν τοῦ ἐν ἡμῖν ἀλόγου μέρους. Αὕτη οὖν ἡ τάξις ἐν πᾶσι φυλαχθήτω, καὶ οὔτε τὸ κακὸν ἔσται ἐν τοῖς οὖσιν, οὔτε τὸ ἐπ' αὐτὸ ἀνθέλκον εὑρεθήσεται. D

πδ'. Οἱ μὲν τῶν λογισμῶν, ἁπλοῖ εἰσιν, οἱ δὲ σύνθετοι. Καὶ ἁπλοῖ μέν εἰσιν, οἱ ἀπαθεῖς· σύνθετοι δὲ, οἱ ἐμπαθεῖς, ὡς ἐκ πάθους καὶ νοήματος συγκείμενοι. Τούτων οὕτως ἐχόντων, πολλοὺς τῶν ἁπλῶν ἔστιν ἰδεῖν ἑπομένους τοῖς συνθέτοις, ὅταν ἄρξωνται κινεῖσθαι πρὸς τὸ κατὰ διάνοιαν ἁμαρτάνειν. Οἷον, ὡς ἐπὶ τοῦ χρυσίου· ἀνέβη ἐπὶ τὴν μνήμην τινὸς λογισμὸς περὶ χρυσίου ἐμπαθής· καὶ ὥρμησε τῇ

tione; sed penes usum vere aut mala, aut bona comperiantur.

77. Bona est natura scientia; similiter vero etiam sanitas: multis tamen magis profuerunt horum contraria. Malis enim ac improbis, non in bonum cedit scientia; tametsi illa, ut dictum est, natura sit bona; parique ratione nec valetudo, nec divitiæ, neque gaudium. Non enim his utuntur, ut illis est utile. Igitur conducunt horum contraria. Ergo nec illa mala sunt propria ipsorum ratione, etsi videntur esse mala.

78. Cave abutaris cogitationibus animique sensis, ne et rebus necessario abutaris. Nisi enim quis prius mente peccet, nunquam ipso actu atque opere peccaverit.

79. Terreni imago sunt generalia vitia: stultitia, ignavia, intemperantia, injustitia. Imago autem cœlestis, prudentia, fortitudo, temperantia, justitia: *Verum sicut portavimus imaginem terreni, portemus et imaginem cœlestis* [58-59].

80. Si vis invenire viam, quæ ducit ad vitam, eam in via quære, ibique eam invenies; nempe in via, quæ ait, *Ego sum via, et vita et veritas* [60]. Quære vero strenue, indefessoque labore et acri industria, eo quod *pauci sunt, qui inveniunt illam* [61]; ne forte paucorum illorum exclusus numero, cum multis inveniaris.

81. Quinque ista sunt, ob quæ animus a peccatis absterretur; aut nempe humano timore, aut judicii metu, aut spe futuræ mercedis, aut Dei charitate, aut postremo ipsius conscientiæ verbere.

423 82. Sunt qui dicant, non fore malum in rebus, nisi esset alia quædam vis contrario quasi impulsu in illud trahens. Hæc vero nihil aliud est, quam naturalium animi virium operationumque neglectus; quare qui harum curam gerunt, bona semper agunt, mala vero, nunquam. Igitur tu quoque si vis, pelle negligentiam, unaque vitium ac malitiam expulisti; fallacem scilicet animi rationum usum, cui statim comes est ipse abusus rerum.

83. E natura est, ejus in nobis partis, quæ ratione utitur, ut, et divinæ subdatur rationi, et illi parti imperet, quæ in nobis rationis expers est. Hic igitur ordo in omnibus teneat, ac neque malum erit in rebus, nec occurret aliquid quod ad illud adversum trahat.

84. Animi rationes ac cogitationes, aliæ simplices sunt, aliæ compositæ. Ac simplices quidem sunt, illibidinosæ et sine passione: compositæ vero, libidinosæ ac passioni conjunctæ, tanquam ex libidine seu passione, mentisque conceptu compositæ. Hæc cum ita se habeant, videre est multas simplicium cogitationum sequi compositas, cum moveri cœperint in peccatum, quod intus animo geritur. Velut

[58-59] I Cor. xv, 49. [60] Joan. iv, 6. [61] Matth. vii, 14.

Digitized by Google

in auro, ascendit in memoriam alicujus, libidinosa et cum affectu auri cogitatio, animoque incitatus ad furandum, peccatum mente consummavit. Auri vero memoriam pariter etiam sequebatur memoria crumenæ et abbaci et cubiculi, ac reliquorum. Ac quidem auri memoria composita erat, quippe quæ libidinem affectumque habebat; crumenæ autem et abaci ac reliquorum, simplex, quod ad illa animus libidinem atque affectum non habebat. Sicque in omni alia cogitatione, se res habet; in inani gloria, in uxore seu muliere, ac reliquis. Non enim omnes cogitationes quæ libidinosam atque vitio hærentem sequuntur cogitationem, ipsæ etiam libidinosæ sunt hærentque vitio, uti probavit oratio. Hinc itaque possumus intelligere, quænam sint cogitationes libidinosæ, affectuique seu passioni conjunctæ, ac quænam ejus labis immunes simplicesque.

A διανοίᾳ ἐπὶ τὸ κλέπτειν, καὶ ἀπετέλεσε κατὰ νοῦν τὴν ἁμαρτίαν. Συνείποντο δὲ τῇ μνήμῃ τοῦ χρυσίου, καὶ ἡ μνήμη τοῦ βαλλαντίου καὶ τοῦ σκευαρίου καὶ τοῦ κουβουκλείου (*c*), καὶ τῶν ἑξῆς. Καὶ ἡ μὲν μνήμη τοῦ χρυσίου, ἦν σύνθετος· εἶχε γὰρ τὸ πάθος· ἡ δὲ τοῦ βαλλαντίου καὶ τοῦ σκευαρίου καὶ τῶν ἑξῆς, ἁπλῆ. Οὐ γὰρ εἶχε πρὸς αὐτὰ πάθος ὁ νοῦς. Καὶ ἐπὶ παντὸς δὲ λογισμοῦ ὁμοίως ἔχει, ἐπί τε κενοδοξίας, καὶ ἐπὶ γυναικὸς, καὶ τῶν λοιπῶν. Οὐ γὰρ πάντες οἱ συνεπόμενοι τῷ ἐμπαθεῖ λογισμῷ λογισμοὶ, καὶ ἐμπαθεῖς εἰσιν, ὡς ἀπέδειξεν ὁ λόγος. Ἐκ τούτων οὖν δυνάμεθα γνῶναι, ποῖα τὰ ἐμπαθῆ νοήματα, καὶ ποῖα τὰ ἁπλᾶ.

85. Sunt qui dicant, dæmones in somnis inhonestas corporis partes contingere, eoque contactu scortationis affectum ac libidinem ciere: tumque concitatum affectum ac libidinem, per memoriam, mulieris formam menti **424** objicere ac præsentare. Alii vero, muliebri eos habitu ac specie, animo apparere; corporisque pudenda contrectando, appetitum movere, et sic per somni quietem illudentia visa contingere. Alii autem rursus, vigentem in propinquante dæmone affectum ac libidinem, affectum libidinemque movere, atque ita animum suggerente memoria formas conferentem, cogitationibus accendere. Similiter quoque in aliis libidinosis vitioque hærentibus visis, quæ alii sic, alii alias dicunt contingere. Cæterum in nullo, ex dictis, modo possunt dæmones ullam libidinem affectumque seu perturbationem movere, dummodo charitas et continentia præsto sint, sive pervigili corpore, sive illo somno gravato.

B πε'. Τινὲς μέν φασιν, ὅτι τῶν μορίων τοῦ σώματος καθαπτόμενοι οἱ δαίμονες κατὰ τοὺς ὕπνους, κινοῦσι τὸ πάθος τῆς πορνείας· εἶτα τὸ πάθος κινούμενον, ἀναφέρει τὴν μορφὴν τῆς γυναικὸς διὰ τῆς μνήμης ἐπὶ τὸν νοῦν. Τινὲς δὲ, ὅτι τῷ μὲν νῷ ἐν σχήματι γυναικὸς παραφαίνονται· τῶν τε μορίων τοῦ σώματος καθαπτόμενοι, τὴν ὄρεξιν κινοῦσι, καὶ οὕτω γίνονται αἱ φαντασίαι. Ἕτεροι δὲ πάλιν, ὅτι τὸ πάθος τὸ ἐπικρατοῦν ἐν τῷ πλησιάζοντι δαίμονι, κινεῖ τὸ πάθος· καὶ οὕτως ἀνάπτεται πρὸς λογισμοὺς ἡ ψυχὴ, ἀναφέρουσα τὰς μορφὰς διὰ τῆς μνήμης. Καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων δὲ ἐμπαθῶν φαντασιῶν ὁμοίως, οἱ μὲν οὕτως, οἱ δὲ οὕτως συμβαίνειν φασί. Πλὴν ἐν οὐδενὶ τῶν εἰρημένων τρόπων ἰσχύουσι πάθος τὸ οἱονδήποτε κινῆσαι οἱ δαίμονες, παρούσης τῇ ψυχῇ ἀγάπης καὶ ἐγκρατείας, οὔτε ἐγρηγορότος τοῦ σώματος, οὔτε κατὰ τοὺς ὕπνους.

86. Mandatorum legis, alia et corporaliter et spiritaliter servemus necesse est, alia solum spiritaliter. Verbi gratia, quod ita dictum est: *Non mœchaberis. Non occides. Non furtum facies*[62], et his similia, et corporaliter et spiritaliter servanda sunt: ac vero spiritaliter triplici ratione. Circumcidi autem, observare Sabbatum [63], agnum immolare et comedere azyma cum lactucis agrestibus [64], et his similia, solummodo spiritaliter.

πς'. Τὰ μὲν τῶν τοῦ νόμου ἐντολῶν καὶ σωματικῶς καὶ πνευματικῶς ἀνάγκη φυλάττειν· τὰ δὲ, πνευματικῶς μόνον. Οἷον τὸ, *Οὐ μοιχεύσεις, Οὐ φονεύσεις, Οὐ κλέψεις*, καὶ τὰ ὅμοια, καὶ σωματικῶς καὶ πνευματικῶς χρὴ φυλάττειν. Καὶ πνευματικῶς δὲ τριττῶς. Τὸ δὲ περιτέμνεσθαι καὶ φυλάττειν τὸ Σάββατον, καὶ σφάξαι τὸν ἀμνὸν καὶ ἔδεσθαι ἄζυμα ἐπὶ πικρίδων (*d*), καὶ τὰ ὅμοια, πνευματικῶς μόνον.

[62] Exod. xx, 13 15; Matth. v, 27 seqq. [63] Gen. xvii, 10. [64] Exod. xii, 3 seqq.

(*c*) *Καὶ τοῦ σκευαρίου καὶ τοῦ κουβουκλείου.* Primam vocem, quæ erat σκεβρίου, et in Dufr. cod. σκευρίου, ut mutarem, fecerunt plerique Regii codd. in quibus exstat vox σκευαρίου ipsa probe Græca, et ad Maximi hoc loco propositum aptissima. Aristoph. in Pluto, Ἅπαντα δ' ἡμῖν ἀργυρίου, καὶ χρυσίου, τὰ σκεύαρια πλήρη ἐστί· *Omnia nobis vascula, argento et auro sunt plena*, id est, nullum domi vas, quod non argento auroque repleverimus. Utitur et Plutarch.: ac plane Maximus cum ipsum comici locum respexerit. Germanicam vero usurpasse vocem, cujus nullum exemplum ex alio Græco auctore afferri possit, ut credam, nullus adduci possim; ipsam præsertim incommodam. Volunt enim Meursius in suo Græcob. et ex eo Martin. in Lexico etymolog. significare horreum, *scebrum*, D *sceurum, scura, quasi a se curo*, inquit Martinius, *quod ibi fruges demessæ reconduntur, ac sunt in securo*. At num in horreo et pecuniæ? ipsumque medium quid in quo serventur, inter crumenam, sive marsupium, et cubiculum seu conclave? Nupe. Medium sane vasa alia, totaque supellex, arca, abacus, ac reliqua ejus generis (Græcis σκεύη et σκευάρια) quæ ipsa in cubiculo posita sæculos continent, in quibus auri vis, una ipsa furi expetita, sicque libidinose et cum affectu seu passione, ut hic subtiliter maximus, cogitata. Vox κουβουκλείου, vel ut alii, κουβούκλιον, Romana est, ex Lat. *cubiculum*, cujusmodi plures mutuati sunt Græci.

(*d*) *Ἔδεσθαι ἄζυμα ἐπὶ πικρίδων.* Reddidi cum Hieron. et Vulg. Hebræa, et quæ proxime ex Hebraicis expressa sunt, *amaritudinibus* habent: ex-

Digitized by Google

πζ'. Τρεῖς εἰσιν ἠθικαὶ καταστάσεις γενικώτεραι (e) ἐν τοῖς μοναχοῖς. Καὶ πρώτη μὲν, τὸ μηδὲν ἁμαρτάνειν κατ' ἐνέργειαν· δευτέρα δὲ, τὸ μὴ ἐγχρονίζειν ἐν τῇ ψυχῇ τοὺς ἐμπαθεῖς λογισμούς· τρίτη δὲ, τὸ τὰς μορφὰς τῶν γυναικῶν, καὶ τῶν λυπησάντων ἀπαθῶς θεωρεῖν κατὰ διάνοιαν.

87. Tres sunt generalissimi status morales inter monachos. Ac primus quidem est, nihil actu peccare, atque opere : alter vero, libidinosas et cum affectu cogitationes in animo morari non sinere : tertius, mulierum ipsas formas, ac eorum qui injuria læserunt, nulla libidine ac perturbatione mente conspicere.

πη'. Ἀκτήμων ἐστὶν ὁ ἀποταξάμενος πᾶσι τοῖς ὑπάρχουσιν αὐτῷ, καὶ μηδὲν τὸ σύνολον ἐπὶ γῆς κεκτημένος πλὴν τοῦ σώματος· καὶ τὴν πρὸς αὐτὸ δὲ σχέσιν διαῤῥήξας, τῷ Θεῷ καὶ τοῖς εὐσεβέσι τὴν ἑαυτοῦ κατεπίστευσεν οἰκονομίαν.

88. Pauper est nihil habens, qui omnibus suis facultatibus abrenuntiavit, nihilque prorsus super terram, excepto duntaxat corpore, possidet : erga quod etiam abrupto omni affectu ac libidine, suarum vitæ rationum dispositionem ac curam, Deo piisque viris concredidit.

πθ'. Τῶν κτωμένων οἱ μὲν ἀπαθῶς κτῶνται· διὸ καὶ στερούμενοι αὐτῶν, οὐ λυποῦνται· ὡς οἱ τὴν ἁρπαγὴν τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῖς μετὰ χαρᾶς προσδεξάμενοι. Οἱ δὲ ἐμπαθῶς κτῶνται· διότι μέλλοντες στερεῖσθαι, περίλυποι γίνονται· ὡς ὁ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ πλούσιος, *ἀπῆλθε λυπούμενος*. Εἰ δὲ καὶ στεροῦνται, μέχρι θανάτου λυποῦνται. Τοῦ οὖν ἀπαθοῦς καὶ τοῦ ἐμπαθοῦς τὴν διάθεσιν ἡ στέρησις ἐλέγχει.

89. Eorum qui habent possessiones, alii sine affectu ac libidine habent, unde et illarum amissione non dolent : velut illi qui cum gaudio rapinam bonorum suorum susceperunt [65] ; alii autem cum affectu ac libidine habent unde etiam cum illis privandi sint, morosi fiunt ac tristes ; velut dives ille in Evangelio : *Abiit tristis* [66] : ac si reipsa privari contigerit, ad mortem usque dolent. Libidinosi ergo et non libidinosi animum, arguit atque explorat rei ipsa privatio.

ℓ'. Τοὺς μὲν ἄκρως προσευχομένους (f) πολεμοῦσιν οἱ δαίμονες, ἵνα τὰ νοήματα τῶν αἰσθητῶν πραγμάτων ψιλὰ μὴ ἀναλαμβάνωσι· τοὺς δὲ γνωστικοὺς, ἵνα ἐγχρονίζωσιν ἐν αὐτοῖς οἱ ἐμπαθεῖς λογισμοί· τοὺς δὲ περὶ τὴν πρᾶξιν ἀγωνιζομένους, ἵνα πείσωσιν αὐτοὺς κατ' ἐνέργειαν ἁμαρτάνειν· παντὶ δὲ τρόπῳ πρὸς πάντας ἀγωνίζονται, ἵνα ἀπὸ τοῦ Θεοῦ οἱ δεῖλαιοι τοὺς ἀνθρώπους χωρίσωσι.

425 90. Eos qui supremum ac purissimum precandi genus consectantur, impugnant dæmones, ne rerum in sensum cadentium nudas simplicesque animo rationes sensaque apprenhendant : studentes autem scientiæ ac contemplationi, ut libidinosæ et cum affectu cogitationes in eis moram trahant : eos denique qui in actione certamen habent, ut actu ac ipso opere peccare suadeant. Omni autem modo adversus omnes, scelerati decertant atque luctantur, ut homines a Deo abjungant.

ℓα'. Οἱ κατὰ τὸν βίον τοῦτον ὑπὸ τῆς θείας προνοίας εἰς εὐσέβειαν ἐγγυμναζόμενοι, διὰ τῶν τριῶν τούτων πειρασμῶν δοκιμάζονται· οἷον, ἢ διὰ τῆς τῶν ἡδέων δόσεως, ὡς ἐπὶ ὑγείας καὶ κάλλους καὶ εὐτε-

91. Qui in hac mortali vita, divina providentia ad pietatem exercentur, triplici hac tentatione probantur. Vel quod tribuantur quæ dulcia sunt, puta sanitas, pulchritudo, ingenua amplaque proles,

[65] Hebr. x, 34. [66] Matth. xix, 22.

(e) *Τρεῖς εἰσιν ἠθικαὶ καταστάσεις γενικώτεραι.* Videatur triplex iste exercentium ad pietatem gradus ac status, explicatio ejus quod dixerat superiori cap. servanda quædam mandata et corporaliter et spiritaliter ; *spiritaliter* δὲ τρισσῶς· quod non reddiderunt Obsop. et Gesn. quod forte inscitia vacare putarent. Triplex ergo illa moralium præceptorum spiritalis observatio ista est ; ut nec opere, nec morosa cogitatione transgrediaris, perfectamque nactus ἀπάθειαν, ne formis quidem ullis cogitatis animo afficiaris aut perturberis.

(f) *Τοὺς ἄκρως προσευχομένους.* Supremum istud orationis genus, quo sit indesinenter orare, explicuit Maximus c. 61, pura ipsa mente adhærendo Deo, absque ullis etiam rerum formis : qui status etiam τῶν Γνωστικῶν, et eorum qui spiritales sunt, seu contemplationi impenduntur, communi statu superior hic Maximo insinuatur. Frigide ergo Obsop. *Crebras precationes ad Deum fundentes.*

ponique Targum Onkelos, *cum herbis amaris* ; sicque etiam Leo Judas in Bibl. Tigur. ; Cyprianus, *Cum picridibus edent* ; Syxt. interpr. paulo forte religiosior retinenda phrasi Græca, *super picrides*. Significari genus herbæ, et quidem agreste et amarum, citra controversiam est. Genus intybi est πικρίς, redditque Gaza apud Arist. et Theophr. *amaraginem*. Plin. lib. xix, c. 8 : *Pessimum genus cum exprobratione amaritudinis appellavere picrida*. Diosc. l. ii, 160 : Ἕτερας δισσὴ, ὧν ἡ μὲν ἀγρία πικρὶς, ἡ καὶ κιχώριον καλουμένη. Est intybum agreste, in quo perinde ac in placentis infermentatis, voluit Deus repræsentari festinationem illam egressus ex Ægypto, quasi tumultuarie et improvise nullo ad tantum iter commeatu, per Ægyptiorum expellentium vim : ut cum satyræ herbæ non suppeterent, ex agrestibus supplenda fuerit earum inopia : ex illo scilicet intybi genere, quod ab amaritudine nomen habet, satisque ipsum salubre est : cujus multam copiam in Ægypto potuit esse, pene jam ineunte æstate, pro regionis illius temperie, cum Hebræos primo mense ea contigit exire. *Salsamenta* qui redderet, unus Obsop. exspectandus erat, eique morem gerens, Gesn. Notum quid *salsamenta*, ταριχεύματα, in piscibus præcipue dicta, qui sic sale condiuntur et macerantur : quandoque etiam in carnibus et larido. Egregii vero interpretes, quibus sic liceat in sacris ludere, vel stuporem ostendere. Non licuit Hebræis profecturis panes coquere, et licuit salsamenta parare !

Digitized by Google

divitiæ, gloria, et similia : vel quod tristia inferantur, puta orbatio liberorum, opum gloriæque amissio : aut denique per ea quæ corpus excruciant, ut sunt morbi et tormenta, atque his similia. Atque ad priores quidem, ait Dominus : *Si quis non renuntiat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus* [67]. Ad eos autem qui secundi ac tertii ordinis sunt : *In patientia vestra possidete animas vestras* [68].

κνίας καὶ χρημάτων καὶ δόξης, καὶ τῶν ὁμοίων· ἢ διὰ τῆς τῶν λυπηρῶν ἐπιφορᾶς (20) · οἷον, στερήσεως τέκνων, καὶ χρημάτων καὶ δόξης · ἢ διὰ τῶν ὀδύνας ἐμποιούντων τῷ σώματι · οἷον, νοσημάτων καὶ βασάνων, καὶ τῶν ἐξῆς. Καὶ πρὸς μὲν τοὺς πρώτους λέγει ὁ Κύριος · *Εἴ τις οὐκ ἀποτάσσεται πᾶσι τοῖς ὑπάρχουσιν αὐτῷ, οὐ δύναταί μου εἶναι μαθητής.* Πρὸς δὲ τοὺς δευτέρους καὶ τρίτους · *Ἐν τῇ ὑπομονῇ ὑμῶν κτήσασθε τὰς ψυχὰς ὑμῶν.*

92. Quatuor hæc, corporis complexionem seu temperamentum immutare aiunt, eaque immutatione cogitationes animo, vel libidinosas, vel non libidinosas, ministrare; videlicet angelos, dæmones, aeris temperationem, et victus rationem. Ac quidem angelos aiunt sermone immutare; dæmones autem, attactu seu contrectatione; aeris temperationem, qua alias aliasque subit mutationes : victus rationem, escarum ac potuum qualitatibus, eorumque abundantia ac parcitate; præter illas immutationes, quæ ex memoria, rebusque visis atque auditis illi accidunt : ita scilicet ut prior animus afficiatur, ex iis, quæ illi tristia lætave eveniunt. Atque ex his quidem affectus animus, corporis temperamentum immutat; ipsumque ex illis, quæ dicta sunt, subinde immutatum, cogitationes animo ministrat ac præbet.

ιβ'. Τὰ τέσσαρα ταῦτά φασιν ἀλλοιοῦσαι τὴν κρᾶσιν τοῦ σώματος, καὶ διδόναι τῷ νῷ λογισμούς, εἴτε ἐμπαθεῖς δι' αὐτῆς, εἴτε ἀπαθεῖς · οἷον, τοὺς ἀγγέλους, τοὺς δαίμονας, τοὺς ἀέρας, τὴν δίαιταν. Καὶ τοὺς μὲν ἀγγέλους λόγῳ φασὶν ἀλλοιοῦσαι · τοὺς δὲ δαίμονας, δι' ἁφῆς · τοὺς δὲ ἀέρας, ταῖς μεταβολαῖς · τὴν δὲ δίαιταν, ταῖς τῶν βρωμάτων καὶ πομάτων ποιότησι, καὶ πλεονασμῷ καὶ ἐλαττώσει · παρὲξ τῶν διὰ μνήμης καὶ ἀκοῆς καὶ ὁράσεως συμβαινουσῶν αὐτῇ ἀλλοιώσεων, πρωτοπαθούσης τῆς ψυχῆς ἐκ τῶν συμπιπτόντων αὐτῇ λυπηρῶν ἢ χαροποιῶν. Καὶ ἐκ τούτων μὲν πάσχουσα ἡ ψυχὴ, ἀλλοιοῖ τὴν κρᾶσιν τοῦ σώματος · ἐκ δὲ τῶν προειρημένων ἡ κρᾶσις ἀλλοιουμένη, παρέχει τῷ νῷ λογισμούς.

93. Mors quidem vere ac proprie, separatio est a Deo : mortis autem stimulus, peccatum [69]; quo Adamus suscepto, simul a ligno vitæ, et a paradiso et Deo exterris factus est; necessarioque etiam mors corporis consecuta est. Vere autem vita est, qui ait : *Ego sum* **426** *vita* [70]. Hic moriens, eum qui erat mortuus ad vitam rursus revocavit.

ιγ'. Θάνατος μέν ἐστι κυρίως ὁ τοῦ Θεοῦ χωρισμός · κέντρον δὲ θανάτου, ἡ ἁμαρτία · ὁ δεξάμενος ὁ Ἀδὰμ, ὁμοῦ τοῦ τῆς ζωῆς ξύλου, καὶ τοῦ παραδείσου καὶ τοῦ Θεοῦ ἐξόριστος γέγονε · ᾧ ἐπηκολούθησεν ἐξ ἀνάγκης καὶ ὁ τοῦ σώματος θάνατος. Ζωὴ δὲ κυρίως ἐστὶν ὁ εἰπών · *Ἐγώ εἰμι ἡ ζωή.* Οὗτος ἐν τῷ θανάτῳ γενόμενος (*g*), τὸν νεκρωθέντα πάλιν εἰς τὴν ζωὴν ἐπανήγαγεν.

94. Quem sermonem conscribimus, vel eo conscribimus ut ejus meminerimus, vel ut commodum referamus; vel etiam utraque ex causa : vel ut damnum quibusdam inferamus, vel ostentationis causa, vel quia conscribere cogimur.

ιδ'. Ὁ λόγος συγγραφόμενος, ἢ πρὸς τὴν ἑαυτοῦ ὑπόμνησιν συγγράφεται, ἢ πρὸς ὠφέλειαν, ἢ καὶ ἄμφω, ἢ πρὸς βλάβην τινῶν, ἢ πρὸς ἐπίδειξιν, ἢ ἐξ ἀνάγκης.

95. Locus pascuæ, virtus est in actione posita; aqua vero refectionis [71], rerum scientia.

ιε'. Τόπος ἐστὶ χλόης ἡ πρακτικὴ ἀρετή· ὕδωρ ἀναπαύσεως, ἡ γνῶσις τῶν γεγονότων.

96. Umbra mortis est, humana vita. Quisquis igitur cum Deo versatur, ac secum Deum versantem habet, hic liquido dicere potest : *Nam etsi ambulavero in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es* [72].

ις'. Σκιὰ θανάτου ἐστὶν ἡ ἀνθρωπίνη ζωή. Εἴ τις οὖν ἐστι μετὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ ὁ Θεὸς μετ' αὐτοῦ ἐστιν, οὗτος δύναται εἰπεῖν ἐναργῶς τὸ, *Ἐὰν γὰρ πορευθῶ ἐν μέσῳ σκιᾶς θανάτου, οὐ φοβηθήσομαι κακὰ, ὅτι σὺ μετ' ἐμοῦ εἶ.*

97. Pura mens, rectas res videt : exercitataque oratio ac sermonis vis, quæ sunt visa, sub aspectum ponit : hæc vero, auris clara suscipit. At, qui his istis caret, dicentem improbat ac illi detrahit.

ιζ'. Νοῦς μὲν καθαρὸς ὀρθὰ βλέπει τὰ πράγματα· λόγος δὲ γεγυμνασμένος, ὑπ' ὄψιν ἄγει τὰ ὁραθέντα· ἀκοὴ δὲ λαμπρὰ ὑποδέχεται αὐτά. Ὁ δὲ τῶν τριῶν ἐστερημένος, τὸν εἰρηκότα κακίζει (*h*).

98. Cum Deo est, qui sanctam Trinitatem cognoscit, ejusque opificium et providentiam; quique

ιη'. Μετὰ τοῦ Θεοῦ ἐστιν ὁ τὴν ἁγίαν γινώσκων Τριάδα, καὶ τὴν δημιουργίαν αὐτῆς, καὶ τὴν πρό-

[67] Luc. XIV, 33. [68] Luc. XXI, 19. [69] I Cor. XV, 56. [70] Joan. XIV, 6. [71] Psal. XXII, 2. [72] ibid. 4.

(*g*) *Ἐν τῷ θανάτῳ γενόμενος.* In morte versatus, morte perfunctus; ac quod reddidi, mortuus. Inepta Obsop. circumlocutio, *In mortis positus angustiis*, quo nec vere mortuus significetur.

(*h*) *Τὸν εἰρηκότα κακίζει.* Gesn. in marg. *Videntur hæc obscura :* ac certe obscuravit Obsop. mala versione, cum ipsa intelligenti, et ut reddidi, sint clara. In se itaque Maximus verum expertus est suum axioma, τὸ κακίζεσθαι dicentem; reprehendi scilicet ab iis, quibus desint illi commemorata, ut eum satis assequi possint.

Digitized by Google

νοιαν· καὶ τὸ παθητὸν μέρος τῆς ψυχῆς ἀπαθὲς κεκτημένος.

ιθ'. Τὴν *ῥάβδον* σημαίνειν φασὶ τὴν κρίσιν τὴν τοῦ Θεοῦ· τὴν δὲ βακτηρίαν, τὴν πρόνοιαν. Τοῦ οὖν τῆς τούτων γνώσεως μετειληφότος ἐστὶ τὸ λέγειν· *Ἡ ῥάβδος σου καὶ ἡ βακτηρία σου, αὗταί με παρεκάλεσαν.*

ρ'. Ὅτε ὁ νοῦς παθῶν γυμνωθῇ, καὶ τῇ τῶν ὄντων καταλάμπηται θεωρίᾳ, τότε δύναται καὶ ἐν Θεῷ γενέσθαι, καὶ ὡς δεῖ προσεύχεσθαι.

A patibilem animi partem affectibus vacuam nactus est.

99. Virgam aiunt significare Dei judicium : baculum vero, providentiam. Ejus ergo, qui horum percepit scientiam, est ut dicat : *Virga tua et baculus tuus, ipsa me consolata sunt* [75].

100. Ubi mens nudata affectibus, rerum speculatione collustrabitur, tum cum Deo versari, et, ut oportet, orare poterit.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

Περὶ ἀγάπης τρίτη ἑκατοντάς.

α'. Ἡ μὲν εὔλογος τῶν νοημάτων καὶ τῶν πραγμάτων χρῆσις, σωφροσύνης καὶ ἀγάπης καὶ γνώσεώς ἐστι ποιητική· ἡ δὲ ἄλογος, ἀχολασίας καὶ μίσους καὶ ἀγνοίας.

β'. *Ἡτοίμασας ἐνώπιόν μου τράπεζαν*, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἡ τράπεζα ἐνταῦθα σημαίνει τὴν πρακτικὴν ἀρετήν. Αὕτη γὰρ ἐξ ἐναντίας τῶν θλιβόντων ἡμᾶς παρὰ Χριστοῦ ἡτοιμάσθη. Τὸ δὲ ἔλαιον τὸ λιπαῖνον τὸν νοῦν, τὴν θεωρίαν τῶν γεγονότων. Τὸ δὲ ποτήριον τοῦ Θεοῦ (*i*), τὴν γνῶσιν τὴν τοῦ Θεοῦ. Τὸ δὲ ἔλεος αὐτοῦ, τὸν Λόγον αὐτοῦ καὶ Θεόν. Οὗτος γὰρ διὰ τῆς ἐνανθρωπήσεως αὐτοῦ καταδιώκει πάσας τὰς ἡμέρας, ἕως οὗ πάντας καταλάβῃ τοὺς σωθησομένους, ὥσπερ τὸν Παῦλον. Ὁ δὲ οἶκος, τὴν βασιλείαν, ἐν ᾗ ἀποκαθίστανται πάντες οἱ ἅγιοι. Ἡ δὲ μακρότης τῶν ἡμερῶν, τὴν αἰώνιον ζωήν.

1. Conveniens ex ratione cogitationum rerumque ac negotiorum usus, temperantiam ac castitatem, charitatem et scientiam parit : qui autem abhorret a ratione, intemperantiam, odiumque et ignorantiam.

2. *Parasti in conspectu meo mensam* [76], etc. Mensa hic virtutem significat, quæ actione geritur. Hæc enim a Christo parata est, ex adverso eorum qui tribulant nos. Oleum autem mentem impinguans, rerum creatarum speculationem. Dei vero calix, Dei cognitionem ac scientiam. Ejus denique misericordia, ipsius Verbum ac Deum. Ipsum **427** enim qua hominem induit, persequitur omnibus diebus, donec omnes salvandos comprehenderit, uti Paulum. Domus, regnum est in quod reducendi sunt omnes sancti. Longitudo dierum, vita æterna.

γ'. Κατὰ παράχρησιν αἱ κακίαι τῶν τῆς ψυχῆς δυνάμεων ἡμῖν ἐπισυμβαίνουσιν· οἷον, τῆς τε ἐπιθυμητικῆς, καὶ τῆς θυμοειδοῦς, καὶ τῆς λογιστικῆς. Καὶ τῆς μὲν λογιστικῆς δυνάμεως παράχρησίς ἐστιν, ἀγνωσία καὶ ἀφροσύνη· τῆς δὲ θυμοειδοῦς καὶ ἐπιθυμητικῆς, μῖσος καὶ ἀκολασία. Χρῆσις δὲ τούτων, γνῶσις καὶ φρόνησις, ἀγάπη τε καὶ σωφροσύνη. Εἰ δὲ τοῦτο, οὐδὲν τῶν ὑπὸ Θεοῦ κτισθέντων καὶ γεγονότων ἐστὶ κακόν.

3. Abusu virium animæ, vitia nobis inolescunt; tum scilicet concupiscentis, tum irascentis animi vis, tum partis rationis. Ac quidem partis rationis abusus, ignorantia est et stultitia; iræ autem et cupiditatis, odium et intemperantia : harum vero usus, scientia et prudentia, dilectioque et temperantia. Quod si ita est, nihil eorum quæ a Deo creata sunt, ipsoque auctore ut essent acceperunt, malum est.

δ'. Οὐ τὰ βρώματα κακά, ἀλλ' ἡ γαστριμαργία· οὐδὲ ἡ παιδοποιία, ἀλλ' ἡ πορνεία· οὐδὲ τὰ χρήματα, ἀλλ' ἡ φιλαργυρία· οὐδὲ ἡ δόξα, ἀλλ' ἡ κενοδοξία. Εἰ δὲ τοῦτο, οὐδὲν ἐν τοῖς οὖσι κακόν, εἰ μὴ ἡ παράχρησις, ἥτις συμβαίνει ἐκ τῆς τοῦ νοῦ ἀμελείας περὶ τὴν φυσικὴν γεωργίαν.

4. Non cibi mali sunt, sed gula; nec liberorum procreatio, sed scortatio; nec pecuniæ, sed avaritia; neque gloria, sed inanis gloria. Quod si ita est, nihil in rebus malum est, nisi abusus, ex eo nempe contingens, quod animus ea quæ sunt naturæ colere negligit.

ε'. Τὸ ἐν δαίμοσι κακὸν ταῦτα εἶναί φησιν ὁ μακάριος Διονύσιος (*j*), θυμὸν ἄλογον, ἄνουν ἐπιθυμίαν, φαντασίαν προπετῆ. Ἀλογία δὲ καὶ ἄνοια καὶ προπέτεια ἐπὶ τῶν λογικῶν στερήσεις εἰσὶ λόγου καὶ νοῦ καὶ περισκέψεως. Αἱ δὲ στερήσεις, τῶν ἕξεών εἰσι δεύτεραι. Ἆρα οὖν ἦν ὅτε ὑπῆρχεν ἐν αὐτοῖς λό-

5. Malum in dæmonibus hæc esse, ait beatus Dionysius, iram scilicet absque ratione, dementem libidinem, cogitationem præcipitem. Atqui, rationis mentisque absentia, et præceps animi cogitatio, privationes sunt rationis, mentisque perspicacis, ac attentæ considerationis : privationes autem, poste-

[75] Psal. xxii, 4. [76] Psal. xxii, 5.

(*i*) *Τὸ δὲ ποτήριον τοῦ Θεοῦ.* Sequitur maximus lectionem, quam haberi ἐν τῇ κοινῇ, auctor Hieronymus; estque Psalterii Arabici et Romani, *Poculum tuum inebrians.* Cypr. l. II, epist. 3 : *Calix tuus inebrians, perquam optimus.* Schol. Dufr. Cod. : Καὶ τὸ ποτήριόν σου μεθύσκον με, ὡς εἰ κράτιστον. Ait Hier. Hebræa et LXX, omnesque interpretes habere μου, ut et nostra Vulg : *Calix meus inebrians.* Uno Regio cod. deest vox Θεοῦ, sed parum refert, cum omnes alii repræsentent.

(*j*) *De divinis nominibus*, cap. 4, p. 212.

Digitized by Google

riores sunt habitibus. Erat ergo cum in eis erant ratio, mentisque perspicacia, et prudens cautaque consideratio. Sin autem ita se res habet, ne ipsi quidem dæmones natura mali sunt; sed ex pravo usu naturalium virium mali facti sunt.

γος καὶ νοῦς καὶ περίσκεψις εὐλαβής. Εἰ δὲ τοῦτο, οὐδὲ οἱ δαίμονες φύσει κακοί· ἀλλ' ἐκ παραχρήσεως τῶν φυσικῶν δυνάμεων κακοὶ γεγόνασι.

6. Affectuum, alii libidinem, alii odium, alii utrumque pariunt: tum scilicet libidinem, tum odium.

ς'. Τὰ μὲν τῶν παθῶν, ἀκολασίας· τὰ δὲ, μίσους· τὰ δὲ, καὶ ἀκολασίας καὶ μίσους εἰσὶ ποιητικά.

7. Edacitas ciborumque exquisita lautities, libidinem progignunt: avaritia vero et inanis gloria, odium in proximum: at horum parens carnalis amor (φιλαυτία) utriusque est auctor.

ζ'. Πολυφαγία καὶ ἡδυφαγία, ἀκολασίας εἰσὶν αἴτια [*Fr.* αἴτιαι]· φιλαργυρία δὲ καὶ κενοδοξία, μίσους πρὸς τὸν πλησίον. Ἡ δὲ τούτων μήτηρ φιλαυτία τῶν ἀμφοτέρων ἐστὶν αἰτία.

8. Φιλαυτία (sic dicta) libidinosus est ac rationi adversans amor ac libido corporis. Huic charitas continentiaque opponuntur. Igitur in quo est corporis ille amor, certum est vitiis omnibus scatere ac affectibus.

η'. Φιλαυτία ἐστὶν ἡ πρὸς τὸ σῶμα ἐμπαθὴς καὶ ἄλογος φιλία· ᾗ ἀντίκειται ἀγάπη καὶ ἐγκράτεια. Ὁ ἔχων τὴν φιλαυτίαν, δῆλον ὅτι ἔχει πάντα τὰ πάθη.

9. *Nemo*, inquit Apostolus, *carnem suam odio habuit* [78]; *suggillat tamen et in servitutem redigit* [76], nihil amplius ei præbens, quam cibum et indumenta; hæcque adeo quantum ad solam vitæ sustentationem **428** necessarium sit. Sic igitur quis illibidinose nulloque vitio eam diligit; ac velut divinis ancillantem alit et fovet, illis duntaxat concessis, quibus ejus indigentia expleri possit.

θ'. Οὐδείς, φησὶν Ἀπόστολος, *τὴν ἑαυτοῦ σάρκα ἐμίσησεν· ἀλλ' ὑποπιάζει δηλονότι καὶ δουλαγωγεῖ*, μηδὲν πλέον αὐτῇ παρέχων, πλὴν διὰ τροφῆς καὶ σκεπασμάτων· καὶ τούτων μόνων, τῶν πρὸς τὸ ζῆν ἀναγκαίων. Οὕτως οὖν ἀπαθῶς τις ἀγαπᾷ αὐτήν· καὶ ὡς ὑπηρέτιν τῶν θείων ἐκτρέφει αὐτήν, καὶ θάλπει τοῖς τὴν ἔνδειαν αὐτῆς ἀποπληροῦσι μόνοις.

10. Quem quis diligit, omnino etiam colere officio satagit. Si quis ergo Deum diligit, prorsus etiam, quæ illi placita sunt præstare studet: sin autem carnem, quæ eam oblectando sint, hæc libenter facit.

ι'. Ὃν τις ἀγαπᾷ, τοῦτον πάντως καὶ σπεύδει θεραπεύειν. Εἰ οὖν τὸν Θεόν τις ἀγαπᾷ, πάντως καὶ τὰ ἀρεστὰ αὐτῷ σπεύδει ποιεῖν· εἰ δὲ τὴν σάρκα, τὰ ταύτην τέρποντα ἐκτελεῖν.

11. Deo quidem placent charitas et temperantia seu castitas, contemplatio item et oratio; carni vero, gula et intemperantia seu libido; ac quibus illa augentur. Idcirco: *Qui in carne sunt, Deo placere non possunt* [77]. *Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis et concupiscentiis* [78].

ια'. Τῷ μὲν Θεῷ ἀρέσκει ἀγάπη καὶ σωφροσύνη, καὶ θεωρία καὶ προσευχή· τῇ δὲ σαρκὶ, γαστριμαργία καὶ ἀκολασία, καὶ τὰ τούτων αὐξητικά. Διὰ τοῦτο, *Οἱ ἐν σαρκὶ ὄντες, Θεῷ ἀρέσαι οὐ δύνανται. Οἱ δὲ τοῦ Χριστοῦ, τὴν σάρκα ἐσταύρωσαν σὺν τοῖς παθήμασι καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις.*

12. Animus in Deum vergens, nutuque in eum propensior, corpus servum habet, nec præter vitæ necessaria quidquam illi præbet: sin autem in carnem vitiis mancipatur, illius semper curam in desideriis agens [79].

ιβ'. Ὁ νοῦς ἐὰν μὲν νεύσῃ πρὸς Θεὸν, ἔχει δοῦλον τὸ σῶμα, καὶ πλέον οὐδὲν αὐτῷ παρέχει τῶν πρὸς τὸ ζῆν ἀναγκαίων· ἐὰν δὲ νεύσῃ πρὸς τὴν σάρκα, δουλοῦται τοῖς πάθεσι, πρόνοιαν αὐτῆς ἀεὶ εἰς ἐπιθυμίας ποιούμενος.

13. Si hoc studes ut cogitationum compos efficiaris, affectus cura ac libidines, horumque facile victor, animo illas ejicies. Puta in fornicatione, jejuna, vigila, labora, solitarius age; in ira vero ac tristitia, gloriam et infamiam, resque terrenas contemne. In injuriarum memoria ac simultate, ora pro eo qui fecit injuriam, et liberaberis.

ιγ'. Εἰ θέλεις τῶν λογισμῶν περιγίνεσθαι, ἐπιμελοῦ τῶν παθῶν, καὶ εὐχερῶς αὐτοὺς ἐκ τοῦ νοῦ ἀπὸ τούτων ἐξελαύνεις [*Fr.* ἐκ τοῦ νοῦ ἀπελαύνεις]. Οἷον, ἐπὶ μὲν τῆς πορνείας, νήστευε, ἀγρύπνει, κοπίασον, ἰδίασον. Ἐπὶ δὲ τῆς ὀργῆς καὶ τῆς λύπης, καταφρόνει δόξης καὶ ἀτιμίας καὶ τῶν ὑλικῶν πραγμάτων[a]. Ἐπὶ δὲ τῆς μνησικακίας, προσεύχου ὑπὲρ τοῦ λυπήσαντος, καὶ ἀπαλλάττῃ.

14. Ne te imbecillioribus hominum commetiaris, sed magis ad dilectionis præceptum teipsum contende. Prius enim si egeris, in ostentationis foveam cades; sin autem alterum, ad modesti sensus sublimitatem provehes.

ιδ'. Μὴ τῶν ἀνθρώπων τοῖς ἀσθενεστέροις ἑαυτὸν παραμέτρει, ἀλλὰ τῇ ἐντολῇ τῆς ἀγάπης μᾶλλον παράτεινον. Τοῖς μὲν γὰρ παραμετρῶν, εἰς τὸν βόθρον τῆς οἰήσεως ἐμπίπτεις· τῇ δὲ παρατείνων, εἰς τὸ ὕψος τῆς ταπεινοφροσύνης προκόπτεις.

15. Si omnino dilectionis proximi mandatum

ιε'. Εἰ ὅλως τῆς πρὸς τὸν πλησίον ἀγάπης τὴν ἐν-

[78] Ephes. v, 29. [76] I Cor. ix, 27. [77] Rom. viii, 8. [78] Galat. v, 24. [79] Rom. xiii, 14.

[a] Fr. Σημείωσον πῶς χρὴ περιγενέσθαι παθῶν. Ἀνάγνωθι τὸ εἰκοστόν· *Observa, quomodo sint expugnanda vitia. Lege c.* 20.

Digitized by Google

τολὴν φυλάττεις, ὑπὲρ τίνος (*k*) τῆς πρὸς αὐτὸν λύπης τὴν πικρίαν ἐντίκτεις, ἢ δῆλον ὅτι ταύτης τὰ πρόσκαιρα προτιμῶν καὶ αὐτῶν ἀντιποιούμενος, τὸν ἀδελφὸν πολεμεῖς ;

custodis, cur offensi in eum animi acerbitatem paris? Num plane quod temporaneis rebus eam posthabeas, ac ipsas colas, fratri infensus exsistis?

ις'. Οὐ διὰ τὴν χρείαν τοσοῦτον τὸ χρυσίον ζηλωτὸν τοῖς ἀνθρώποις γέγονεν, ὅσον τὸ δι' αὐτοῦ τοὺς πολλοὺς τὰς ἡδονὰς θεραπεύειν.

16. Non tam justæ necessitatis causa, aurum hominibus expetendum visum est, quam quod vulgo : voluptates ac libidinem illo foveant.

ιζ'. Τρία εἰσὶ τὰ αἴτια τῆς τῶν χρημάτων ἀγάπης (21), φιληδονία, κενοδοξία καὶ ἀπιστία. Χαλεπωτέρα δὲ τῶν δύο ἡ ἀπιστία καθέστηκεν.

17. Triplex causa est ac ratio diligendi pecunias; voluptatum amor, inanis gloria et diffidentia. Utraque autem pejor ac deterior est diffidentia.

ιη'. Ὁ μὲν φιλήδονος ἀγαπᾷ ἀργύριον, ἵνα δι' αὐτοῦ τρυφήσῃ· ὁ δὲ κενόδοξος, ἵνα δι' αὐτοῦ δοξασθῇ· ὁ δὲ ἄπιστος, ἵνα κρύψῃ καὶ φυλάξῃ, λιμὸν φοβούμενος, ἢ γῆρας ἢ νόσον ἢ ξενιτείαν· καὶ ἐπ' αὐτῷ μᾶλλον ἐλπίζει, ἢ ἐπὶ τῷ Θεῷ τῷ πάσης κτίσεως δημιουργῷ, καὶ προνοητῇ, ἕως τῶν ἐσχάτων καὶ μικροτάτων ζώων.

18. Is quidem qui voluptati deditus est, idcirco pecunias diligit, ut per eas deliciis diffluat : qui autem inanis gloriæ cupidus **429** est, ut per eas gloria fulgeat : at, qui diffidentia laborat seu incredulus est, ut occultet ac servet, famem timens, aut senectutem, aut morbum, aut incolatum : magis in eis, quam in Deo, rerum omnium auctore, ac qui cunctis provideat, ad extremas usque minutissimasque animantes, spem ponens.

ιθ'. Τέσσαρές εἰσιν οἱ περιποιούμενοι χρήματα· οἱ προειρημένοι τρεῖς, καὶ ὁ οἰκονομικός. Μόνος δὲ οὗτος δηλονότι ὀρθῶς περιποιεῖται, ἵνα ἑκάστῳ τὴν χρείαν παρέχων μὴ διαλείπῃ ποτέ.

19. Quatuor sunt hominum genera, qui pecuniis student; tria jam nominata, et cujus partes dispensandi sint, vel publici vel privati ærarii. Solus autem hic recte iis curam habet, ut nunquam desit, quo justæ cujusque necessitati sufficere possit.

κ'. Πάντες οἱ ἐμπαθεῖς λογισμοὶ ἢ τὸ ἐπιθυμητικὸν τῆς ψυχῆς ἐρεθίζουσιν, ἢ τὸ θυμικὸν ἐκταράσσουσιν, ἢ τὸ λογιστικὸν ἐπισκοτίζουσι· καὶ ἐκ τούτου συμβαίνει τὸν νοῦν ὀφθαλμιάσαι πρὸς τὴν πνευματικὴν θεωρίαν, καὶ τὴν τῆς προσευχῆς ἐκδημίαν. Καὶ τούτου χάριν ὀφείλει ὁ μοναχὸς, καὶ μάλιστα ὁ ἡσυχάζων, ἀκριβῶς τοῖς λογισμοῖς προσέχειν, καὶ τὰς τούτων αἰτίας καὶ γνῶναι καὶ ἐκκόπτειν. Γινώσκειν δὲ οὕτως· οἷον, ἐρεθίζουσι τὸ ἐπιθυμητικὸν τῆς ψυχῆς αἱ ἐμπαθεῖς μνῆμαι τῶν γυναικῶν· τούτων δὲ αἰτία, ἡ τῶν βρωμάτων καὶ ποτῶν ἀκρασία, καὶ ἡ αὐτῶν τῶν γυναικῶν πυκνὴ καὶ ἄλογος συντυχία. Περικόπτει δὲ ταύτας πεῖνα καὶ δίψα καὶ ἀγρυπνία καὶ ἀναχώρησις. Τὸν δὲ θυμὸν πάλιν ἐκταράσσουσιν αἱ ἐμπαθεῖς μνῆμαι τῶν λυπησάντων· αἰτία δὲ τούτων, φιληδονία καὶ κενοδοξία καὶ φιλοῦλία. Διὰ γὰρ ταῦτα ὁ ἐμπαθὴς λυπεῖται, ἢ ὡς στερηθεὶς, ἢ ὡς μὴ ἐπιτυχών. Περικόπτει δὲ ταύτας ἡ τούτων αὐτῶν καταφρόνησις καὶ ἐξουδένωσις, διὰ τὴν εἰς Θεὸν ἀγάπην.

20. Vitiosæ omnes ac libidinosæ cogitationes, aut concupiscentem animi partem proritant, aut irascentem conturbant, aut rationem obtenebrant. Hincque contingit cæcutire mentem quod attinet ad spiritalem contemplationem, et ut evagetur in oratione. Idcirco etiam operæ pretium est ut monachus, maxime vero qui solitarius agat, diligenter cogitationibus animum attendat, earumque causas tum noverit, tum exscindat. Noverit autem hoc fere modo, verbi gratia, concupiscentem animi partem proritant libidinosæ mulierum repetitæ memoriæ. Harum autem causa, ciborum potusque intemperantia est, ipsarumque mulierum crebrius extraque rationem expetita colloquia. Exscindunt vero hæc, fames et sitis et vigiliæ, et secessus seu solitudinis captata silentia. Iræ vim rursus conturbant, cum affectu conjunctæ eorum recordationes qui injuriam fecere. Harum autem causa, voluptatum libido, inanisque gloria ac terrenorum amor. Hæc enim sunt, quorum causa mœrore afficitur, qui affectibus laborat, vel quasi amiserit, vel quod minime compos factus sit. Hæc vero amputat, horum ipsorum contemptus ac despectio, qua Deum charitate diligimus.

κα'. Γινώσκει ὁ Θεὸς ἑαυτὸν, γινώσκει καὶ τὰ ὑπ' αὐτοῦ γεγονότα. Γινώσκουσι δὲ καὶ αἱ ἅγιαι Δυνάμεις τὸν Θεόν· γινώσκουσι δὲ καὶ τὰ ὑπὸ Θεοῦ γεγονότα. Ἀλλ' οὐχ ὡς ὁ Θεὸς γινώσκει ἑαυτὸν καὶ τὰ ὑπ' αὐτοῦ γεγονότα, οὕτω καὶ αἱ ἅγιαι Δυνάμεις τὸν Θεὸν καὶ τὰ ὑπ' αὐτοῦ γεγονότα.

21. Deus se ipse cognoscit; cognoscit etiam quæ ab ipso condita sunt. Sed et sanctæ Virtutes Deum cognoscunt; quin etiam cognoscunt, quæ a Deo condita sunt. At non sicut Deus se ipsum cognoscit, ac quæ ab ipso condita sunt, sic etiam sanctæ Virtutes Deum cognoscunt, ac quæ Deo auctore condita sunt.

(*k*) Ὑπὲρ τίνος. Ab hac, non infelici illo quidem conjectura, ipsa tamen haud difficili, vel si codd. deessent, incipit Billius, quorumdam Maximi capitum de charitate emendationem, tanta scilicet Augia spreta, quantam superioribus partim ostendi, ac quasi digito, nonnullis ad specimen allatis ac suffixis, monstravi. Nec in sequentibus longe fere majorem vir doctus adhibet diligentiam, ut quod illi in Maximo positum operæ, haud magni sit, quanquam et ipse eruditissimum virum eum agnoscit.

Digitized by Google

22. Deus ipse seipsum, ex beata sua cognoscit essentia; quæ autem ipso **430** auctore condita sunt, ex sua sapientia; per quam, et in qua creavit omnia. Sanctæ autem Virtutes, Deum quidem participatione cognoscunt, qui major sit omni participatione; res autem ab eo conditas, legendo ac percipiendo quæ in eis rationes ac sensa sunt.

κβ'. Ὁ μὲν Θεὸς ἐαυτὸν γινώσκει, ἐκ τῆς μακαρίας οὐσίας αὐτοῦ· τὰ δὲ ὑπ' αὐτοῦ γεγονότα, ἐκ τῆς σοφίας αὐτοῦ· δι' ἧς καὶ ἐν ᾗ τὰ πάντα ἐποίησεν. Αἱ δὲ ἅγιαι Δυνάμεις τὸν μὲν Θεὸν μετοχῇ γινώσκουσιν, ὑπὲρ μετοχὴν ὄντα· τὰ δὲ ὑπ' αὐτοῦ γεγονότα, ἀναλήψει τῶν ἐν αὐτοῖς θεωρημάτων.

23. Extra mentem sunt res creatæ; earum vero intra se assumit contemplationem. Haud vero se res ita habet in Deo, qui sempiternus, infinitus, immensus, tum rebus tribuit ut essent, tum ut bene beateque ac in perpetuum essent.

κγ'. Ἔξω μὲν τοῦ νοῦ εἰσι τὰ γεγονότα· ἔνδον δὲ τὴν αὐτῶν θεωρίαν ἀναλαμβάνει. Οὐχ οὕτως δὲ ἐπὶ Θεοῦ τοῦ ἀϊδίου καὶ ἀπείρου καὶ ἀορίστου, καὶ τὸ εἶναι καὶ εὖ εἶναι καὶ ἀεὶ εἶναι τοῖς οὖσι χαρισαμένου.

24. Ratione mentisque intelligentia utens essentia seu natura, Dei sancti particeps est (ejus scilicet bonitatis et sapientiæ) eo quod est, et quod ut beata sit idonea est; qua item gratia in sempiternum esse potest. Hac itaque ratione Deum cognoscit. Res autem ab eo conditas, eam, quæ in illis artificiose elucens consideratur, uti dictum est, legendo ac percipiendo sapientiam; quæ ipsa nuda est ac simplex, non vere ut exsistat substantiam habens, sed in mente consistens.

κδ'. Θεοῦ μετέχει τοῦ ἁγίου ἡ λογιστικὴ καὶ νοερὰ οὐσία, αὐτῷ τε τῷ εἶναι, καὶ τῇ πρὸς τὸ εὖ εἶναι ἐπιτηδειότητι· ἀγαθότητός τέ φημι, καὶ σοφίας· καὶ τῇ πρὸς τὸ ἀεὶ εἶναι χάριτι. Ταύτῃ οὖν τὸν Θεὸν γινώσκει. Τὰ δὲ ὑπ' αὐτοῦ γεγονότα, τῇ ἀναλήψει, ὡς εἴρηται, τῆς ἐν τοῖς γεγονόσι θεωρουμένης τεχνικῆς σοφίας (22)· ἥτις ἐστὶ ψιλὴ (*l*) καὶ ἀνυπόστατος ἐν τῷ νῷ συνισταμένη.

25. Quatuor divinas dotes, quibus res contineat, foveatque ac incolumes præstet, per summam Deus bonitatem, communicavit, producendo essentiam seu naturam utentem ratione et intelligentem : hoc nempe quod est esse et semper esse, bonitatemque et sapientiam. Quorum duo, essentiæ tribuit; duoque reliqua, voluntatis aptitudini ac arbitrii (bonitatem scilicet et sapientiam) ut quod ipse per essentiam est, id creatura illius commercio evadat. Ejusque causa, facta dicitur ad Dei imaginem et similitudinem [80]. Ac quidem ad imaginem, ut quæ sit, ejus qui est; ac quæ semper sit, ejus qui est semper; quanquam non ab æterno et sine principio, in æternum tamen, et ut ei quod est nullus finis succedat. Ad similitudinem vero, tanquam bonus, ejus qui bonus est, et ut sapiens, ejus qui sapiens est; ejus, qui per naturam, is qui per gratiam ac divino munere. Atque ad Dei quidem imaginem est omnis natura utens ratione : ad similitudinem vero, ii duntaxat qui boni et sapientes exsistunt.

κε'. Τέσσαρα τῶν θείων ἰδιωμάτων, συνεκτικὰ καὶ φρουρητικὰ καὶ διασωστικὰ τῶν ὄντων, δι' ἄκραν ἀγαθότητα ἐκοινοποίησεν ὁ Θεὸς, παραγαγὼν εἰς τὸ εἶναι τὴν λογικὴν καὶ νοερὰν οὐσίαν· τὸ ὄν, τὸ ἀεὶ ὄν, τὴν ἀγαθότητα καὶ σοφίαν. Τούτων τὰ μὲν δύο τῇ οὐσίᾳ παρέσχε· τὰ δὲ δύο, τῇ γνωμικῇ ἐπιτηδειότητι· τὴν ἀγαθότητα καὶ τὴν σοφίαν· ἵνα ἅπερ ἐστὶν αὐτὸς κατ' οὐσίαν, γίνηται ἡ κτίσις κατὰ μετουσίαν. Διὰ ταύτην [*Calecas* ταῦτα], καὶ κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν Θεοῦ λέγεται γεγενῆσθαι. Καὶ κατ' εἰκόνα μὲν, ὡς ὄν, ὄντος· καὶ ὡς ἀεὶ ὄν, ἀεὶ ὄντος· εἰ καὶ μὴ ἀνάρχως, ἀλλ' ἀτελευτήτως· καθ' ὁμοίωσιν δὲ, ὡς ἀγαθὸς, ἀγαθοῦ· καὶ ὡς σοφὸς, σοφοῦ· τοῦ κατὰ φύσιν, ὁ κατὰ χάριν. Καὶ κατ' εἰκόνα μὲν, πᾶσα φύσις λογικὴ ἐστι τοῦ Θεοῦ· καθ' ὁμοίωσιν δὲ, μόνοι οἱ ἀγαθοὶ καὶ σοφοί.

26. Omnis substantia ratione utens ac intelligens, in duos divisa ordines est; in naturam scilicet angelicam et humanam. Rursusque angelica omnis natura, in duas universales voluntates turmasque divisa est, tum scilicet sanctas **431** tum scelestas; hoc est, in sanctas Fortitudines et impuros dæmones. Omnis item humana natura, in duas solummodo divisa est universales voluntates ac sententias; pias scilicet et impias.

κς'. Πᾶσα ἡ λογικὴ καὶ νοερὰ οὐσία διῄρηται εἰς δύο· τουτέστιν, εἰς τὴν ἀγγελικὴν καὶ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν. Καὶ πᾶσα ἡ ἀγγελικὴ φύσις διῄρηται πάλιν εἰς δύο καθολικὰς γνώμας τε καὶ ἀγέλας (*m*), ἁγίας τε καὶ ἐναγεῖς· τουτέστιν, εἰς ἁγίας Δυνάμεις καὶ ἀκαθάρτους δαίμονας. Καὶ πᾶσα ἡ ἀνθρωπίνη διῄρηται εἰς γνώμας μόνον καθολικὰς δύο, εὐσεβεῖς λέγω καὶ ἀσεβεῖς.

[80] Gen. I, 26.

(*l*) *Ἥτις ἐστὶ ψιλή*. Nempe pro fundamento sunt ipsæ creaturæ, ut divinam ipsam sapientiam ac rationes in Deo connotant. Sic enim dicitur sapientiam effudisse super omnia opera sua; qua nimirum divina sua arte ita condidit, ut earum consideratione et intelligentia, naturæ intelligentes ipsæ sapientiam in mente consistentem, ignorantiæ oppositam, acquirant; quasi Deo per creaturas docente, cum ipse ab illis nihil accipiat, sed in sapientia sua et arte; (in decreto suæ voluntatis) unus ipse, omnia quæ sunt ullo modo, cognoscat.

(*m*) *Εἰς δύο καθολικὰς γνώμας τε καὶ ἀγέλας*. Quod erat ἀγγελικάς, mendum agnovit Gesn., sed emendare non potuit. Nobis restituto textu miss. nihil jam difficile occurrit. Nec necesse pluribus vexare, quod Obsop. illeque reddiderunt. Præstet una spongia cuncta delere, quam singulis suggillandis tempus otiose terere.

Digitized by Google

κζ'. Ὁ μὲν Θεὸς ὡς αὐτοὔπαρξις ὢν καὶ αὐτοαγαθότης καὶ αὐτοσοφία · μᾶλλον δὲ ἀληθέστερον εἰπεῖν, καὶ ὑπὲρ ταῦτα πάντα, οὐδὲν ἔχει τὸ σύνολον ἐναντίον. Τὰ δὲ κτίσματα, ὡς πάντα μὲν μεθέξει καὶ χάριτι τὴν ὕπαρξιν ἔχοντα · τὰ δὲ λογικὰ καὶ νοερὰ, καὶ τὴν ἀγαθότητος καὶ σοφίας ἐπιτηδειότητα, ἔχει ἐναντίον · τῇ μὲν ὑπάρξει, τὸ μὴ ὑπάρχειν · τῇ δὲ τῆς ἀγαθότητος καὶ σοφίας ἐπιτηδειότητι, κακίαν καὶ ἀγνωσίαν. Καὶ τὸ μὲν ὑπάρχειν ἀεὶ ἢ μὴ ὑπάρχειν ταῦτα [*Fr.* τὰ λογικὰ καὶ νοερὰ], ἐν τῇ ἐξουσίᾳ τοῦ πεποιηκότος ἐστί · τὸ δὲ μετέχειν τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ καὶ τῆς σοφίας ἢ μὴ μετέχειν, ἐν τῇ βουλήσει τῶν λογικῶν ὑπάρχει.

A

27. Deus quidem qui ipsa per se exsistens essentia et bonitas et sapientia sit; quin et his omnibus (ut verius loquar) superior exsistat; nihil prorsus habet contrarium. Creata vero, ut quod omnia participatione exque gratia habeant, quod sunt in rerum natura; utentia quoque ratione ac intelligentia, quod bonitatis ac sapientiæ capessendæ idonea exsistant, contrarium habent; exsistentiæ quidem, non exsistentiam; capessendæ vero bonitatis ac sapientiæ aptitudini, vitii pravitatem et ignorantiam. Ac quidem ut hæc semper exsistant aut non exsistant, ejus qui condidit arbitrii est et potestatis : ut autem illius bonitatis et sapientiæ commercio gaudeant vel non gaudeant, in ipsa animorum voluntate consistit.

κη'. Οἱ μὲν Ἕλληνες (π) ἐξ ἀϊδίου λέγοντες συνυπάρχειν τῷ Θεῷ τὴν τῶν ὄντων οὐσίαν, τὰς δὲ περὶ αὐτὴν ποιότητας μόνον ἐξ αὐτοῦ ἐσχηκέναι · τῇ μὲν οὐσίᾳ, οὐδὲν λέγουσιν ἐναντίον · ἐν δὲ ταῖς ποιότησι μόναις, τὴν ἐναντίωσιν εἶναι. Ἡμεῖς δὲ μόνην λέγομεν τὴν θείαν οὐσίαν μὴ ἔχειν τι ἐναντίον, ὡς ἀΐδιόν τε οὖσαν καὶ ἄπειρον, καὶ ἀϊδιότητος ἀλλήλαις χαριστικήν · τῇ δὲ τῶν ὄντων οὐσίᾳ, εἶναι μὲν τὸ μὴ ὂν ἐναντίον · καὶ ἐν τῇ ἐξουσίᾳ τοῦ κυρίως ὄντος ὑπάρχειν, τὸ ἀεὶ εἶναι αὐτὴν ἢ μὴ εἶναι, ἀμεταμέλητα δὲ εἶναι τὰ χαρίσματα αὐτοῦ. Καὶ διὰ τοῦτο, καὶ ἔστιν ἀεὶ, καὶ ἔσται τῇ παντοκρατορικῇ δυνάμει διακρατουμένη, εἰ καὶ ἔχει τὸ μὴ ὂν ἐναντίον, ὡς εἴρηται, ὡς ἐκ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραχθεῖσα, καὶ ἐν τῇ βουλήσει αὐτοῦ ἔχουσα τὸ εἶναι αὐτὴν ἢ μὴ εἶναι.

B

28. Græci, qui rerum essentiam ac substantiam ab æterno simul cum Deo exstitisse dicant, solasque ab eo accepisse qualitates quæ eam amiciant, essentiæ quidem ac substantiæ, dicunt nihil esse contrarium; omnemque adeo contrarietatem in solis qualitatibus esse. Nos autem unam divinam substantiam, dicimus omni contrario carere; quippe æternam et infinitam, hocque ipsum reliquis præstantem, ut semper et ipsæ permaneant : rerum vero substantiæ id contrarium esse contendimus, quod est non esse ac nihilum; inque illius quod vere ac proprie est positum potestate, ut illa semper exsistat, aut non exsistat. Tametsi ejus donorum haud ipsum pœniteat [81]. Eaque ratione esse eam semper ac fore omnium conservatrice potentia ad perennitatem eam continente, tametsi non esse atque nihilum contrarium habet, uti dictum est, ut quæ ex nihilo ut esset, producta, in una ejus voluntate hoc quod est eam esse vel non esse, habet.

C

κθ'. Ὥσπερ τὸ κακὸν στέρησίς ἐστιν ἀγαθοῦ, καὶ ἡ ἀγνωσία στέρησίς ἐστι γνώσεως · οὕτω καὶ τὸ μὴ ὂν στέρησίς ἐστι τοῦ ὄντος · οὐ τοῦ κυρίως δὲ ὄντος· οὐκ ἔχει γὰρ ἐναντίον · ἀλλὰ τοῦ κατὰ μέθεξιν τοῦ κυρίως ὄντος. Καὶ αἱ μὲν τῶν προτέρων στερήσεις τῇ γνώμῃ τῶν γεγονότων ἕπονται · ἡ δὲ τοῦ δευτέρου ἐν τῇ βουλήσει τοῦ πεποιηκότος ὑπάρχεται · τοῦ ἀεὶ δι' ἀγαθότητα βουλομένου εἶναι τὰ ὄντα, καὶ ἀεὶ ὑπ' αὐτοῦ εὐεργετεῖσθαι.

29. Sicut malum boni privatio est, et ignorantia privatio scientiæ : sic quoque non ens atque nihilum, privatio entis est, seu ejus quod est; non autem ejus quod est vere et proprie (id enim nullum contrarium habet), sed quod illius participatione est, quod vere ac proprie est. Ac priorum quidem privationes, **432** creatorum voluntatem sequuntur; posterioris vero privatio, in ejus qui condidit voluntate positum est; qui ea qua pollet bonitate res semper esse vult, et quod ejus est muneris, ab eo semper suscipere.

D

λ'. Πάντα τὰ γεγονότα, τὰ μὲν εἰσι λογικὰ καὶ νοερὰ, καὶ τῶν ἐναντίων δεκτικά · οἷον, ἀρετῆς καὶ κακίας, καὶ γνώσεως καὶ ἀγνωσίας · τὰ δὲ σώματα διάφορα, ἐκ τῶν ἐναντίων συνεστῶτα· τουτέστι, γῆς,

30. Creatorum universim, alia sunt ratione utentia et intelligentia, contrariorumque capacia; puta virtutis et vitii, scientiæque et ignorantiæ; alia diversa corpora, ex contrariis constituta, terra scilicet,

[81] Rom. xi, 29.

(π) *Οἱ μὲν Ἕλληνες.* Aristotelem maxime suggillat et Peripateticos; cunctos denique philosophos, qui materiam Deo coævam ponerent, ipsamque necessario exsistentem; in quos Chrysost. non uno loco egregie disputat, ac reliqui Patres. Mirorque quomodo sic avide, qui Christiane instituti sumus, unumque noverimus τὸ κυρίως ὄν, eum scilicet qui Mosi locutus est, *Qui est misit me*, Aristotelicum istud hauriamus, *Substantiæ nihil est contrarium*, et non magis cum Maximo dicimus, esse illi contrarium non esse ac nihilum, quod una excludat divina voluntas, ipsum revera comes omni quod est, uno duntaxat illo excepto, uti excipit Maximus, quod est κυρίως in cujus necessario essentia est, quod est, quia unum a se ensque necessarium est; reliqua quod sunt, ejus habent participatione, et quasi precario : quod dicere Maximum non satis advertit Gesn. dum movendam vocem κυρίως: ait, aut addendam negantem particulam οὐ, in illis ejus verbis, ἀλλὰ τοῦ κατὰ μέθεξιν τοῦ κυρίως ὄντος, quod etiam rite suffixerat Bill. Obsop. nihil bene, *Sed ejus qui secundum participationem peculiariter est.*

Digitized by Google

aere, igne et aqua. Atque alia quidem omnino incorporea sunt materiæque expertia, tametsi horum aliqua sint corporibus conjuncta; alia solum constituta ex materia et forma.

A ἀέρος, πυρὸς, ὕδατος· καὶ τὰ μὲν εἶσι ἀσώματα πάντη καὶ ἄϋλα, εἰ καί τινα τούτων συνέζευκται σώμασι· τὰ δὲ ἐξ ὕλης καὶ εἴδους μόνον ἔχει τὴν σύστασιν.

31. Omne corpus natura immobile est: movetur autem ab anima, partim utente ratione, partim non utente, partim etiam non sentiente.

λα'. Πάντα τὰ σώματα, κατὰ φύσιν ἐστὶν ἀκίνητα· κινεῖται δὲ ὑπὸ τῆς ψυχῆς· τὰ μὲν, λογικῆς· τὰ δὲ, ἀλόγου· τὰ δὲ, ἀναισθήτου.

32. Facultatum animæ, alia nutrimenti est et augmenti, alia cogitandi et appetendi, alia utendæ rationis et intelligendi. Ac primi quidem generis solum participes sunt stirpes et plantæ; secundi præterea, brutæ animantes; tertii cum duobus reliquis, homines. Ac priores quidem duæ facultates, corruptioni obnoxiæ sunt, tertia vero ab ea immunis probatur ac immortalis.

λβ'. Τῶν ψυχικῶν δυνάμεων ἡ μέν ἐστι θρεπτικὴ καὶ αὐξητική· ἡ δὲ φανταστικὴ καὶ ὁρμητική· ἡ δὲ λογιστικὴ καὶ νοητική. Καὶ τῆς μὲν πρώτης μόνης μετέχουσι τὰ φυτά· τῆς δὲ δευτέρας πρὸς ταύτῃ τὰ ἄλογα ζῶα· τῆς δὲ τρίτης πρὸς ταῖς δυσὶν, οἱ ἄνθρωποι. Καὶ αἱ μὲν δύο δυνάμεις, φθαρταί· ἡ δὲ τρίτη, ἄφθαρτος καὶ ἀθάνατος ἀποδείκνυται.

33. Sanctæ Virtutes tum aliæ alias, tum humanam naturam illuminantes, aut sua impartiuntur virtute, aut qua pollent scientia. Ac virtute quidem, velut divinæ simili bonitate, qua tum seipsas, tum aliæ alias, ac inferiores demerentur, efficiendo deiformes: scientia vero, aut de Deo sublimius aliquid detegendo; *Tu* enim, inquit, *Altissimus in æternum, Domine* [83]; aut de corporibus profundius, aut de incorporeis animisque certius, aut de providentia clarius, aut de judicio apertius.

B λγ'. Ἀλλήλαις μεταδιδοῦσαι φωτισμοῦ αἱ ἅγιαι Δυνάμεις· καὶ τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει, ἢ τῆς αὐτῶν ἀρετῆς μεταδιδόασιν, ἢ τῆς ἐν αὐταῖς γνώσεως. Καὶ ἀρετῆς μὲν, οἷον θεομιμήτου ἀγαθότητος, καθ' ἣν καὶ ἑαυτὰς, καὶ ἀλλήλας, καὶ τὰς ὑποδεβηκυίας εὐεργετοῦσι, θεοειδεῖς ἐργαζόμεναι· γνώσεως δὲ, ἢ περὶ Θεοῦ τι ὑψηλότερον· *Σὺ* γὰρ, φησὶν, Ὕψιστος *εἰς τὸν αἰῶνα, Κύριε*· ἢ περὶ σωμάτων, βαθύτερον· ἢ περὶ ἀσωμάτων, ἀκριβέστερον· ἢ περὶ προνοίας, τρανότερον· ἢ περὶ κρίσεως, σαφέστερον.

34. Mentis impuritas ea est primo loco, quod falsam cognitionem habeat: tum vero, quod universalium aliquid nesciat (quod scilicet ad humanam mentem attinet, angeli enim partium est, ac facultatis, ut ne singularium quidem aliquid nesciat): tertio autem, quod vitio hærentes ac libidinosas cogitationes habeat: quarto demum, quod peccato consensum præbeat.

λδ'. Νοός ἐστι ἀκαθαρσία, πρῶτον μὲν, τὸ γνῶσιν ἔχειν ψευδῆ· δεύτερον δὲ, τὸ ἀγνοεῖν τι τῶν καθόλου· ὡς πρὸς ἀνθρώπινον νοῦν λέγω· ἀγγέλου γάρ ἐστι τὸ μηδὲν τῶν ἐπὶ μέρους ἀγνοεῖν· τρίτον δὲ, τὸ ἐμπαθεῖς ἔχειν λογισμούς (23)· τέταρτον δὲ, τὸ συγκατατίθεσθαι τῇ ἁμαρτίᾳ.

35. Animæ impuritas est, non sic operari, ut illi ex natura comparatum est. Inde enim in animo gignuntur libidinosæ cogitationes ac vitiosæ. Tunc enim ut naturæ consentaneum est operatur, **433** cum patibiles ejus facultates (ira scilicet et cupiditas) incursu rerum, inque illis rationum et cogitationum, manserint a libidine ac perturbatione immunes.

λε'. Ψυχῆς ἐστιν ἀκαθαρσία, τὸ μὴ ἐνεργεῖν κατὰ φύσιν (24). Ἐκ τούτου γὰρ τίκτονται τῷ νῷ οἱ ἐμπαθεῖς λογισμοί. Τότε γὰρ κατὰ φύσιν ἐνεργεῖ, ὅταν αἱ παθητικαὶ αὐτῆς δυνάμεις· ὁ θυμὸς λέγω καὶ ἡ ἐπιθυμία, ἐν τῇ τῶν πραγμάτων καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς νοημάτων προβολῇ, ἀπαθεῖς διαμείνωσι.

36. Corporis impuritas est, peccatum quod ipso actu atque opere patratur.

λς'. Σώματός ἐστιν ἀκαθαρσία, ἡ κατ' ἐνέργειαν ἁμαρτία.

37. Quietem diligit ac solitudinem, qui sæculi rebus non afficitur: omnesque homines diligit, qui D nullam diligit humanarum rerum: Deique ac divinorum pollet scientia, qui in nullo offenditur, vel propter delicta, vel propter cogitationes quæ ex suspicione nascuntur.

λζ'. Ἀγαπᾷ ἡσυχίαν ὁ μὴ πάσχων πρὸς τὰ τοῦ κόσμου· καὶ ἀγαπᾷ πάντας ἀνθρώπους ὁ μηδὲν ἀγαπῶν ἀνθρώπινον· καὶ γνῶσιν ἔχει Θεοῦ καὶ τῶν θείων, ὁ μὴ σκανδαλιζόμενος εἴς τινα, εἴτε διὰ παραπτώματα, εἴτε διὰ λογισμοὺς ἐξ ὑπονοίας.

38. Magnum quidem est, nulla rebus libidine affici; at longe hoc majus, earum etiam cogitationibus, a libidine immunem imperturbatumque manere.

λη'. Μέγα μὲν τὸ μὴ πάσχειν πρὸς τὰ πράγματα· μεῖζον δὲ τούτου πολλῷ, τὸ πρὸς τὰ τούτων νοήματα ἀπαθῆ διαμεῖναι.

39. Charitas et continentia, animum imperturbatum erga res rerumque cogitationes custodiunt.

λθ'. Ἀγάπη καὶ ἐγκράτεια ἀπαθῆ τὸν νοῦν διατηροῦσι πρός τε τὰ πράγματα, καὶ πρὸς τὰ τούτων νοήματα.

40. Pius animus ac religiosus, non adversus res

μ'. Οὐ πρὸς τὰ πράγματα ὁ νοῦς πολεμεῖ τῷ Θεῷ

[83] Psal. xci, 9.

Digitized by Google

φιλοῦς, οὐδὲ πρὸς τὰ τούτων νοήματα · ἀλλὰ πρὸς τὰ πάθη τὰ τοῖς νοήμασι συνεζευγμένα. Οἷον, οὐ πρὸς τὴν γυναῖκα πολεμεῖ, οὐδὲ πρὸς τὸν λυπήσαντα, οὐδὲ πρὸς τὰς τούτων φαντασίας · ἀλλὰ πρὸς τὰ πάθη τὰ ταῖς φαντασίαις συνεζευγμένα.

A pugnat, aut rerum cogitationes : sed adversus affectus ac libidines, quæ illis conjunctæ sunt. Puta, non cum muliere pugnat, vel cum eo qui fecit injuriam, nec cum eorum obversantibus animo cogitatibus, sed cum affectibus, quos illi conjunctos habent

μα'. Ἅπας ὁ πόλεμος τοῦ μοναχοῦ πρὸς τοὺς δαίμονας, ἵνα τὰ πάθη τῶν νοημάτων χωρίσῃ. Ἀλλως γὰρ ἀπαθῶς τὰ πράγματα βλέπειν οὐ δύναται.

41. Belli tota vis adversus dæmones in eo sita est monachc, ut affectus ac libidines a mentis conceptibus separet. Alias enim res absque libidine ac perturbatione videre non potest.

μβ'. Ἄλλο ἐστὶ πρᾶγμα, καὶ ἄλλο νόημα, καὶ ἄλλο πάθος. Καὶ πρᾶγμα μέν ἐστιν, οἷον, ἀνὴρ, γυνὴ, χρυσὸς, καὶ τὰ ἑξῆς. Νόημα δὲ, οἷον, μνήμη ψιλή τινος τῶν προειρημένων. Πάθος δὲ, οἷον, φιλία ἄλογος, ἢ μῖσος ἀκριτόν τινος τῶν προειρημένων. Πρὸς οὖν τὸ πάθος ἐστὶ τοῦ μοναχοῦ ἡ μάχη.

42. Aliud est res, aliud animi conceptus, aliud affectus seu libido. Ac quidem res est, veluti vir, femina, aurum, ac reliqua. Animi conceptus, puta, cujuspiam eorum quæ dicta sunt, nuda simplexque memoria. Affectus autem seu libido, velut amor B alienus a ratione, vel odium judicio rationis carens alicujus dictorum. Monacho igitur adversus affectum ac libidinem incumbit pugnandum.

μγ'. Νόημά ἐστι ἐμπαθὲς, λογισμὸς σύνθετος ἀπὸ πάθους καὶ νοήματος. Χωρίσωμεν τὸ πάθος ἀπὸ τοῦ νοήματος, καὶ ἀπομένει ὁ λογισμὸς ψιλός. Χωρίζομεν δὲ δι' ἀγάπης πνευματικῆς καὶ ἐγκρατείας, ἐὰν θέλωμεν.

43. Vitiosa libidinosaque mentis conceptio, cogitatio est composita ex libidine seu affectu, mentisque illa conceptione. Separemus ergo ab ea libidinem seu affectum, eritque nuda ac simplex cogitatio. Separabimus autem, dum voluerimus, per dilectionem spiritalem et continentiam.

μδ'. Αἱ μὲν ἀρεταὶ, τῶν παθῶν τὸν νοῦν χωρίζουσιν · αἱ δὲ πνευματικαὶ θεωρίαι, τῶν ψιλῶν νοημάτων · ἡ δὲ καθαρὰ προσευχὴ αὐτῷ αὐτὸν παρίστησιν τῷ Θεῷ.

44. Virtutes, ab affectibus atque vitiis mentem separant : spiritales autem contemplationes, a nudis ipsis conceptibus ac cogitationibus : pura denique oratio, ipsi Deo eam adhibet.

με'. Αἱ μὲν ἀρεταὶ, διὰ τὴν γνῶσιν τῶν γεγονότων· ἡ δὲ γνῶσις, διὰ τὸν γινώσκοντα · ὁ δὲ γινώσκων, διὰ τὸν ἀγνώστως γινωσκόμενον, καὶ ὑπὲρ γνῶσιν γινώσκοντα.

434 45. Virtutes, propter rerum creatarum scientiam sunt; scientia, propter eum qui scit ac C cognoscit : cognoscens autem ac sciens, propter eum qui ignota ratione scitur ac cognoscitur, sciique ac cognoscit supra omnem scientiæ ac cognitionis modum.

μς'. Οὐχ ὡς προσδεόμενός τινος ὁ ὑπερπλήρης Θεὸς, παρήγαγεν εἰς τὸ εἶναι τὰ γεγονότα · ἀλλ' ἵνα αὐτὰ μὲν αὐτοῦ ἀναλόγως μετέχοντα ἀπολαύῃ, [*Fr.* ἀπολαύσῃ] αὐτὸς δὲ εὐφρανθῇ ἐπὶ τοῖς ἔργοις αὐτοῦ ὁρῶν αὐτὰ εὐφραινόμενα, καὶ τὸν ἀκόρεστον ἀκορέστως (*o*) ἀεὶ κορεννύμενα.

46. Non velut aliquo indigens, qui supra quam plenus est, Deus, res produxit ut essent; sed ut ipsæ pro sua quæque ratione, participando, illius fruerentur bonitate; lætareturque ipse in operibus suis videns ea lætari, et insatiabili insatiabiliter semper satiari.

μζ'. Πολλοὺς ἔχει ὁ κόσμος πτωχοὺς τῷ πνεύματι, ἀλλὰ παρὰ τὸ προσῆκον. Καὶ πολλοὺς πενθοῦντας, ἀλλὰ διὰ ζημίας χρημάτων, ἢ ἀποβολὰς τέκνων. Καὶ πολλοὺς πραεῖς, ἀλλὰ πρὸς τὰ ἀκάθαρτα πάθη. Καὶ πολλοὺς πεινῶντας καὶ διψῶντας, ἀλλὰ τὸ ἁρ- D πάζειν τὰ ἀλλότρια, καὶ κερδαίνειν ἐξ ἀδικίας. Καὶ πολλοὺς ἐλεήμονας, ἀλλὰ πρὸς τὸ σῶμα καὶ τὰ τοῦ σώματος. Καὶ καθαροὺς τῇ καρδίᾳ, ἀλλὰ διὰ κενοδοξίαν. Καὶ εἰρηνοποιοὺς, ἀλλὰ τὴν ψυχὴν τῇ σαρκὶ ὑποτάσσοντας. Καὶ πολλοὺς δεδιωγμένους, ἀλλ' ὡς ἀτάκτους. Καὶ πολλοὺς ὀνειδιζομένους, ἀλλ' ἐπ' αἰσχροῖς ἁμαρτήμασι· ἀλλ' ἐκεῖνοι μόνοι μακάριοι (25),

47. Multos mundus pauperes spiritu habet, sed contra quam decet. Multos quoque lugentes, sed ob pecuniarum jacturam, vel amissionem liberorum. Multos item mites, sed adversus immundos affectus ac libidines. Etiam multos esurientes et sitientes, verum ut aliena rapiant, ac injusta lucra quærant. Sed et multos misericordes, verum erga corpus et ea quæ ad corpus spectant. Multos mundo corde, verum inanis gloriæ causa. Multos pacificos, sed qui carni animum subjiciant. Multos qui persecutionem patiantur, sed tanquam immorigeri et inordinati. Multos qui probra sustineant ac convitia,

(*o*) *Καὶ τὸν ἀκόρεστον ἀκορέστως.* Sic emendare docuit unus cod. Reg. ac qui mihi multorum vice est, Duſr. cod. pro τῶν ἀκορέστων, quod erat editis. Male vero Obsop. et Gesn. 'active reddunt, alter etiam solœcismo, *rerum insatiabilium*, alter paulo Latinius, *rebus insatiabilibus* : non enim quasi de rebus satiantibus ea vox dicitur, sed de personis, quæ satiari non possunt. Phavor. Ἀκόρεστος λέγεται ὁ μὴ κόρον λαμβάνων τινός · οἷον, ἀκόρεστος χρημάτων, ἀκόρεστος ἡδονῆς, καὶ ἀκόρεστος, ὁ περὶ τροφὴν ἄπληστος. Ait ergo Maximus, *satiari insatiabiliter insatiabili*, id est, ipso Deo : in quem vere nulla satietas cadit sui fruitione, uti nec in eos qui ejus fruendi participes sunt, quin semper, ac quanta æternitas est, beato fine illo frui velint.

Digitized by Google

sed ob turpia, quæ patrant. Verum ii solummodo beati, qui propter Christum ac Christiana pietate hæc et faciunt et patiuntur. Quorsum vero? *Quoniam ipsorum est regnum cælorum*, et, *Quia ipsi Deum videbunt* [83], etc. Itaque, non quia hæc faciunt ac patiuntur, sunt beati (cum et ii quos dicebam, idipsum faciant), sed quod propter Christum ac Christiana pietate, hæc et faciunt et patiuntur.

48. In omnibus quæ a nobis aguntur, finis Deo exquiritur, ut sæpius dictum est; sive propter ipsum, sive alterius cujusquam gratia agamus. Ne igitur cum boni aliquid agere in animum induxerimus, humanum favorem ac auram captemus, sed Deum nobis finem proponamus; ut in eum semper aspicientes, propter ipsum omnia agamus, ne et laborem sustineamus, et mercedem amittamus.

49. Nudas ipsas humanarum rerum ac negotiorum cogitationes, rerumque omnium conditarum considerationes, abjice animo cum precibus erit incumbendum; ne forte cogitans quæ deteriora sunt, ejus qui rebus omnibus citra omnem comparationem præstat, jacturam feceris.

435 50. Si vere ex animo Deum dilexerimus, ipsiusmet charitatis vi libidines atque affectus depellemus. Dei autem charitas in eo est, ut ipsum mundo, et animam carni præferamus; ea scilicet ratione quod spretis sæcularibus negotiis, ei jugiter per continentiam et charitatem et orationem, et psalmos concinendo, ac reliqua, vacemus.

51. Ubi diu multumque Deo vacantes, partis animæ affectibus obnoxiæ curam egerimus, non amplius ad cogitationum insultus impingemus : quin et solertius earum dispectis ac excisis causis, perspicaciores evademus, ut jam in nobis illud impleatur : *Et despexit oculus meus in inimicis meis, et in insurgentibus in me malignantibus audiet auris mea* [84].

52. Cum mentem tuam pie ac juste versari, cogitando ea quæ sunt mundi, videris, etiam corpus tuum purum et a peccato immune scito perseveraturum : cum autem cogitando peccatis vacare videris, nec inhibueris, scito fore ut et corpus non diu maneat quin in ea labatur.

53. Quemadmodum corpus, mundum res habet; ita et animus, mundum habet cogitationes ac rerum sensa : ac sicut corpus scortatur cum mulieris corpore, sic et animus cum mulieris cogitata forma, per sui corporis cogitatam formam fornicatur. Mente enim et cogitando, corporis sui formam, cum mulieris forma videt commisceri. Similiter etiam inimici formam mentis cogitatione ulciscitur; ac perinde in reliquis peccatis. Quæ enim corpus in actu, ipsoque opere in rerum mundo facit, hæc et animus in suo rationum mundo ac cogitationum.

[83] Matth. v, 3 seqq. [84] Psal. xci, 12.

A οἱ διὰ Χριστὸν καὶ κατὰ Χριστὸν ταῦτα καὶ ποιοῦντες καὶ πάσχοντες. Διατί; Ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν· καὶ, Αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται, καὶ τὰ ἑξῆς. Ὥστε, οὐχ ὅτι ποιοῦσι ταῦτα καὶ πάσχουσι, εἰσὶ μακάριοι· καὶ γὰρ οἱ προειρημένοι τὸ αὐτὸ ποιοῦσιν· ἀλλ' ὅτι διὰ Χριστὸν καὶ κατὰ Χριστὸν ταῦτα καὶ ποιοῦσι καὶ πάσχουσι.

μη'. Ἐν πᾶσι τοῖς ὑφ' ἡμῶν πραττομένοις, ὁ σκοπὸς ζητεῖται παρὰ Θεῷ (26), ὡς πολλάκις εἴρηται· εἴτε δι' αὐτὸν, εἴτε δι' ἄλλο τι πράττομεν. Ὅταν οὖν τι θέλωμεν πρᾶξαι ἀγαθὸν, μὴ τὴν ἀνθρωπαρέσκειαν, ἀλλὰ τὸν Θεὸν σχῶμεν σκοπόν· ἵνα εἰς αὐτὸν ἀεὶ ἀποβλεπόμενοι, δι' αὐτὸν πάντα πράξωμεν· ἵνα μὴ καὶ τὸν τόπον ὑπομένωμεν, καὶ τὸν μισθὸν
B ἀπολέσωμεν.

μθ'. Καὶ τὰ ψιλὰ τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων νοήματα, καὶ τὰ πάντων τῶν γεγονότων θεωρήματα, ἀπόβαλε τοῦ νοὸς ἐν τῷ καιρῷ τῆς προσευχῆς· ἵνα μὴ τὰ ἥττονα φανταζόμενος, τοῦ πάντων τῶν ὄντων ἀσυγκρίτως κρείττονος ἐκπέσῃς.

ν'. Ἐὰν τὸν Θεὸν γνησίως ἀγαπήσωμεν, δι' αὐτῆς τῆς ἀγάπης τὰ πάθη ἀποβάλλομεν. Ἡ δὲ εἰς αὐτὸν ἀγάπη ἐστὶ, τὸ προτιμᾷν αὐτὸν τοῦ κόσμου, καὶ τὴν ψυχὴν τῆς σαρκός· ἐν τῷ τῶν κοσμικῶν μὲν καταφρονεῖν πραγμάτων, αὐτῷ δὲ σχολάζειν διὰ παντὸς, διά τε ἐγκρατείας καὶ ἀγάπης καὶ προσευχῆς καὶ ψαλμῳδίας, καὶ τῶν ἑξῆς.

να'. Ἐὰν σχολάζοντες τῷ Θεῷ χρόνῳ πολλῷ, τοῦ
C παθητικοῦ μέρους τῆς ψυχῆς ἐπιμελώμεθα, οὐκ ἔτι πρὸς τὰς τῶν λογισμῶν προσβολὰς ἐξοκείλομεν· ἀλλὰ καὶ ἀκριβέστερον τὰς τούτων αἰτίας κατανοοῦντες καὶ ἐκκόπτοντες, διορατικώτεροι γινόμεθα· ὥστε πληρωθῆναι εἰς ἡμᾶς τὸ, *Καὶ ἐπεῖδεν ὁ ὀφθαλμός μου ἐν τοῖς ἐχθροῖς μου· καὶ ἐν τοῖς ἐπανισταμένοις ἐπ' ἐμὲ πονηρευομένοις, ἀκούσεται τὸ οὖς μου.*

νβ'. Ὅταν βλέπῃς τὸν νοῦν σου εὐσεβῶς καὶ δικαίως ἀναστρεφόμενον ἐν τοῖς τοῦ κόσμου νοήμασι, γίνωσκε καὶ τὸ σῶμά σου καθαρὸν καὶ ἀναμάρτητον διαμένειν· ὅταν δὲ τὸν νοῦν βλέπῃς κατὰ διάνοιαν ἁμαρτίαις σχολάζοντα, καὶ μὴ ἀνακόπτῃς, γίνωσκε καὶ τὸ σῶμά σου μὴ πολυχρονίζειν τοῦ τοῖς αὐτοῖς
D περιπεσεῖν.

νγ'. Ὥσπερ τὸ σῶμα ἔχει κόσμον τὰ πράγματα, οὕτω καὶ ὁ νοῦς ἔχει κόσμον τὰ νοήματα· καὶ ὥσπερ τὸ σῶμα πορνεύεται μετὰ τοῦ σώματος τῆς γυναικὸς, οὕτω καὶ ὁ νοῦς πορνεύει μετὰ τοῦ νοήματος τῆς γυναικὸς, διὰ τῆς φαντασίας τοῦ ἰδίου σώματος. Τὴν γὰρ μορφὴν τοῦ ἰδίου σώματος βλέπει μιγνυμένην μετὰ τῆς μορφῆς τῆς γυναικὸς κατὰ διάνοιαν. Ὡσαύτως καὶ τὴν μορφὴν τοῦ λυπήσαντος ἁμύνεται κατὰ διάνοιαν, διὰ τῆς μορφῆς τοῦ ἰδίου σώματος. Καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἁμαρτημάτων ὁμοίως. Ἅπερ γὰρ πράττει τὸ σῶμα κατ' ἐνέργειαν εἰς τὸν κόσμον πραγμάτων, ταῦτα πράττει καὶ ὁ νοῦς εἰς τὸν κόσμον τῶν νοημάτων.

Digitized by Google

νδ'. Οὐκ ἔστι φρίξαι καὶ ἐκπλαγῆναι καὶ ἐκστῆναι τῇ διανοίᾳ, ὅτι ὁ μὲν Θεὸς καὶ Πατὴρ κρίνει οὐδένα, πᾶσαν δὲ τὴν κρίσιν δέδωκε τῷ Υἱῷ· ὁ δὲ Υἱὸς κράζει· *Μὴ κρίνετε, ἵνα μὴ κριθῆτε· Μὴ καταδικάζετε, ἵνα μὴ καταδικασθῆτε.* Ὁ δὲ Ἀπόστολος ὁμοίως· *Μὴ πρὸ καιροῦ τι κρίνετε, ἕως ἂν ἔλθῃ ὁ Κύριος·* καὶ, *Ἐν ᾧ κρίματι κρίνεις τὸν ἕτερον, σεαυτὸν κατακρίνεις·* οἱ δὲ ἄνθρωποι ἀφέντες τὸ κλαίειν τὰς ἑαυτῶν ἁμαρτίας, ἦραν τὴν κρίσιν ἀπὸ τοῦ Υἱοῦ, καὶ αὐτοὶ ὡς ἀναμάρτητοι, κρίνουσι καὶ καταδικάζουσιν ἀλλήλους Καὶ ὁ μὲν οὐρανὸς ἐξέστη ἐπὶ τούτῳ· ἡ δὲ γῆ, ἔφριξεν· αὐτοὶ δὲ οὐκ αἰσχύνονται ἀναισθητοῦντες.

A

54. Non horrendum, ac quod stupeamus, mentequeattoniti etiam atque etiam miremur, quod Deus et Pater neminem judicet, sed omne judicium dederit Filio [85]; Filiusque clamet : *Nolite judicare, et non judicabimini* [86] : *Nolite condemnare, et non condemnabimini* [87]. Similiter quoque Apostolus : *Nolite ante tempus aliquid judicare, quoadusque veniat Dominus* [88]. Et : *In quo judicio alterum judicas, teipsum condemnas* [89]; homines autem, omissa cura lugendi peccata sua, judicium Filio abstulerint; ac velut ipsi immunes a peccato, alii alios judicent ac condemnent? Ac **436** cœlum quidem super hoc obstupuit, terraque inhorruit [90]; nec illi tamen præ stupore pudore ullo ducuntur.

νε'. Ὁ τὰς τῶν ἄλλων ἁμαρτίας περιεργαζόμενος, ἢ καὶ ἐξ ὑπονοίας τὸν ἀδελφὸν κρίνων, οὔπω ἔβαλεν ἀρχὴν μετανοίας, οὐδὲ ἐρευνᾷ τοῦ γνῶναι [*Fr.* καὶ γνῶναι] τὰς ἑαυτοῦ ἁμαρτίας, ἐν ἀληθείᾳ βαρυτέρας οὔσας μολίβδου πολυταλάντου· οὐδὲ ἔγνω πόθεν γίνεται ἄνθρωπος βαρυκάρδιος ἀγαπῶν ματαιότητα καὶ ζητῶν ψεῦδος. Διὰ τοῦτο ὡς ἄφρων καὶ ἐν σκότει διαπορευόμενος, ἀφεὶς τὰς ἑαυτοῦ ἁμαρτίας, τὰς τῶν ἄλλων φαντάζεται, ἢ οὔσας, ἢ νομιζομένας ἐξ ὑπονοίας.

B

55. Qui in aliorum curiosius delicta inquirit, vel etiam ex levi conjectura aut suspicione fratrem judicat, nondum pœnitentiæ fundamentum jecit, nec ut scrutetur ac intelligat, peccata sua longe multa plumbi talenta, gravi pondere superare [91] : nec cognovit, unde fiat homo gravi corde, qui diligat vanitatem et mendacium quærat [92]. Idcirco velut insipiens et qui in tenebris ambulet, omissis peccatis suis, aliorum peccata cogitat, aut quæ reipsa sint, aut quæ male suspiciosus sibi ipse confingat.

νς'. Ἡ φιλαυτία, ὡς πολλάκις εἴρηται, πάντων τῶν ἐμπαθῶν λογισμῶν αἰτία καθίσταται. Ἐκ γὰρ ταύτης γεννῶνται οἱ τρεῖς γενικώτατοι τῆς ἐπιθυμίας λογισμοί· ὁ τῆς γαστριμαργίας, καὶ τῆς φιλαργυρίας καὶ τῆς κενοδοξίας. Ἐκ δὲ τῆς γαστριμαργίας γεννᾶται ὁ τῆς πορνείας· ἐκ δὲ τῆς φιλαργυρίας, ὁ τῆς πλεονεξίας (*p*)· ἐκ δὲ τῆς κενοδοξίας, ὁ τῆς ὑπερηφανείας. Οἱ δὲ λοιποὶ πάντες, ἑκάστῳ τῶν τριῶν ἀκολουθοῦσιν· ὅ τε τῆς ὀργῆς, καὶ ὁ τῆς λύπης καὶ ὁ τῆς μνησικακίας καὶ ὁ τῆς ἀκηδίας καὶ φθόνου καὶ καταλαλιᾶς, καὶ οἱ λοιποί. Ταῦτα οὖν τὰ πάθη, συνδεσμοῦσι τὸν νοῦν τοῖς ὑλικοῖς πράγμασι (27), καὶ κατέχουσιν αὐτὸν εἰς τὴν γῆν, λίθου δίκην βαρυτάτου αὐτῷ ἐπικείμενα· φύσει ὄντα αὐτὸν πυρὸς κουφότερον καὶ ὀξύτερον.

C

56. Φιλαυτία (sui ille ac carnis cæcus amor), uti sæpius dictum est, libidinosarum omnium cogitationum causa exsistit. Ex ea enim nascuntur tria generalissima cupiditatis vitia; gulæ scilicet, avaritiæ et inanis gloriæ. Ex gula autem, nascitur scortationis vitium; ex avaritia vero, injusta rapacitas plusque habendi libido; ex inani autem gloria, vitium superbiæ. Omnis porro reliquorum vitiorum turba, cuique horum trium comes accedit; iræ scilicet, tristitiæ, injuriarum memoriæ, acediæ, invidiæ, detractionis, ac reliqua. Hæc igitur vitia, terrenis rebus animum fortiter illigant, gravissimique saxi instar illi incumbentia, in terra detinent, cum ipse natura igni levior ac subtilior sit.

νζ'. Ἀρχὴ μὲν πάντων τῶν παθῶν, ἡ φιλαυτία· τέλος δὲ, ἡ ὑπερηφανία. Φιλαυτία δέ ἐστιν, ἡ πρὸς τὸ σῶμα ἄλογος φιλία. Ὁ ταύτην ἐκκόψας, συνέκοψε πάντα τὰ πάθη τὰ ἐξ αὐτῆς.

57. Φιλαυτία (sui ille ac carnis pravus amor) vitiorum omnium initium est et origo : finis vero, superbia. Est autem Φιλαυτία, abhorrens a ratione corporis amor. Hanc qui excidit, una cum illa, quæ ex ipsa sunt, vitia omnia excidit.

νη'. Ὥσπερ οἱ γονεῖς τῶν σωμάτων, προσπάσχουσι τοῖς ἐξ αὐτῶν γεννωμένοις (*q*)· οὕτω καὶ ὁ νοῦς, φυσικῶς τοῖς ἑαυτοῦ πρόσκειται λόγοις. Καὶ ὥσπερ

D

58. Quemadmodum qui liberorum susceptione corporum parentes sunt, affectu ducuntur erga eos quos susceperunt : sic mens natura sermonibus

[85] Joan. v, 22. [86] Matth. vii, 1. [87] Luc. vi, 37. [88] I Cor. iv, 5. [89] Rom. ii, 1. [90] Jerem. ii, 12. [91] Zachar. v, 7. [92] Psal. iv, 3.

25. Cave spiritalis dilectionis jacturam facile feceris; quippe cum præter illam, nulla alia reliqua sit hominibus spes salutis.

B 26. Videsis, ne fratrem heri spiritalem ac virtute fultum, ob odium tibi hodie nequissimi fraude ac labe immissum, malum judices et pravum: sed potius charitatis patientia, hesterna illius bona reputans, hodierni odii virus ex animo abiice.

27. Ne, quem heri præ morum honestate laudabas, ac virtutis nomine prædicabas, hodie ut malum pravumque vituperes, quod dilectionem tuam odio mutaveris; nempe improbi tui odii defensionem quærens, quod fratrem criminaris: sed persevera in iisdem laudibus, tametsi adhuc ægro animo sis doleasque, facileque ad salubrem dilectionem animæquior factus reverteris.

C 28. Cave ne laudem qua fratrem prosequi consueveras, ob dolorem adhuc in corde latentem, in fratrum reliquorum cœtu congressuque adulteres, clam inter fabulandum commiscendo, quod illi vituperio cedat: sed magis cum sermo miscendus erit, puram adhibe laudem, vereque ex animo pro illo, ac pro teipso, ora; fietque ut brevi admodum exitiosa odii labe libereris.

29. Ne dicas te non odisse fratrem, qui ejus memoriam averseris. Verum audi Mosem dicentem: *Non oderis fratrem tuum in corde tuo: reprehensione reprehendes fratrem tuum, et non assumes propter illum peccatum* [8].

D 30. Si forte contingat, ut frater tentatione pulsatus, detrahendo morosior insistat; tu tamen cave, ne eodem proposito, interpellante nequissimo dæmone, a charitatis statu transferri te 448 patiaris. Ut autem transferaris nunquam fiat, si maledictis lacessitus, benedixeris: si insidiis appetitus, benevolentiam tenueris. Hæc Christianæ philosophiæ via; qua, qui exorbitat, haud unquam Christi contubernio ac societate gaudebit.

31. Ne quasi benevolos tuique cultores existimaveris, qui tibi in aurem sermones insusurrant, quibus in fratrem tristitia atque odio incendaris, tametsi vera narrare videantur; sed tanquam pestiferos serpentes ejus generis homines aversare; tum ut illorum maledicentiam compescas, tum ut ipse animum tuum a nequitia liberes.

32. Ne obscuris ac perplexis verbis fratrem pu-

[5] Prov. xiv, 29. [6] Rom. vi, 22. [7] Rom. xvii, 3. [8] Levit. xix, 17.

Digitized by Google

pugeris; ne illo paria respondente, dilectionis affectum ex amborum animis expuleris : sed charitatis fiducia, vade, eumque argue [9], ut sublatis quæ dolorem animo ingerebant, te pariter ipsumque turbatione atque animi ægritudine liberes.

33. Omni diligentia scrutare conscientiam tuam, ne forte tua culpa frater non reconciliatus abscesserit; ac ne falsa quasi supputatione fallendam eam putaveris, quæ noverit occulta tua, accusatura quo tempore vivis excedes, ac offendiculo futura dum precaris.

34. Ne pacis tempore, eorum quæ dicta sunt a fratre, cum is ægro animo esset memineris, sive ille in faciem ac coram acerba locutus est, sive ad alium oblocutus, ex quo postea audieris : ne, dum veteris rixæ ac injuriæ cogitationes admittis, ad exitiosum fratris odium revertaris.

35. Non potest animus utens ratione, quandiu secum ipse in hominem alit odium ac premit, cum Deo, qui dedit mandatum, pacem habere : *Si* enim, inquit, *non dimiseritis hominibus peccata eorum, nec Pater vester cælestis dimittet vobis peccata vestra* [10]. Sin autem ille pacem nolit colere, tu saltem te ab odio immunem serva, vere ex animo pro illo orans, nec apud ullum ei obtrectans.

36. Sanctorum angelorum nulla verborum vi explicabilis pax, duplici hoc affectu firma consistit; nempe charitate, qua Deum, et qua ipsi alter alterum prosequuntur. Similiter vero etiam omnium sanctorum qui a sæculo fuerunt. Pulcherrime igitur ac optime dictum Salvatori nostro est : *In duobus his mandatis tota lex pendet et prophetæ* [11].

449 37. Ne tibi ipse placeas, et fratrem odio non habebis : nec te ipse ac carnem prave amaveris, Deique amans ac religiosus eris.

38. Siquidem cum spiritalibus vitam ducere animo constitutum est, ex ipsis statim foribus, tuis voluntatibus nuntium remitte. Non enim aliter fieri poterit, ut vel cum Deo, vel cum illis pacem habeas, quibuscum vitæ societatem inieris.

39. Cui perfectam nancisci charitatem licuit, omnesque vitæ suæ rationes ad eam composuit, hic utique Dominum Jesum in Spiritu sancto dicit [12]; vicissimque contraria.

40. Quæ in Deum charitas est, ad divina colloquia sublimem propense semper animum levat : quæ autem ad proximum est, bene semper de illo facit cogitare.

σης, ἵνα μὴ τὰ ὅμοια παρ' αὐτοῦ ἀντιδεχόμενος, τὴν τῆς ἀγάπης διάθεσιν ἐξ ἀμφοτέρων ἀπολάσῃς. Ἀλλὰ μετὰ παῤῥησίας ἀγαπητικῆς, ὕπαγε, ἔλεγξον αὐτὸν, ἵνα τὰς αἰτίας τῆς λύπης λύσας, ταραχῆς καὶ λύπης ἀμφοτέρους ἀπαλλάξῃς.

λγ'. Ἐρεύνησον τὴν συνείδησιν μετὰ πάσης ἀκριβείας, μήποτε τῇ σῇ αἰτίᾳ ὁ ἀδελφὸς οὐ διηλλάγη· καὶ μὴ παραλογίζου ταύτην (*e-n*), τὰ κρυπτά σου γινώσκουσαν, καὶ κατηγοροῦσάν σου ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἐξόδου, καὶ ἐν καιρῷ δὲ προσευχῆς, πρόσκομμά σοι γινομένην.

λδ'. Μὴ μνημόνευε ἐν τῷ καιρῷ τῆς εἰρήνης, τῶν ἐν τῷ καιρῷ τῆς λύπης ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ λεχθέντων· κἂν τε κατὰ πρόσωπον τὰ λυπηρὰ ἐρρέθη, κἂν τι πρὸς ἄλλον περὶ σοῦ, καὶ μετὰ ταῦτα ἤκουσας· ἵνα μὴ τῶν λογισμῶν τῆς μνησικακίας ἀνεχόμενος, εἰς τὸ ὀλέθριον μῖσος τοῦ ἀδελφοῦ ὑποστρέψῃς.

λε'. Οὐ δύναται ψυχὴ λογικὴ πρὸς ἄνθρωπον μῖσος τρέφουσα, πρὸς τὸν Θεὸν εἰρηνεῦσαι, τὸν τῶν ἐντολῶν δοτῆρα· Ἐὰν γὰρ, φησὶ, *μὴ ἀφῆτε τοῖς ἀνθρώποις τὰ παραπτώματα αὐτῶν, οὐδὲ ὁ Πατὴρ ἡμῶν οὐράνιος ἀφήσει ὑμῖν τὰ παραπτώματα ὑμῶν.* Εἰ δὲ ἐκεῖνος εἰρηνεύειν οὐ θέλει, ἀλλὰ σύ γε σεαυτὸν ἀπὸ μίσους φύλαξον, προσευχόμενος ὑπὲρ αὐτοῦ γνησίως, καὶ μὴ κακολογῶν αὐτὸν πρός τινα.

λς'. Ἡ τῶν ἁγίων ἀγγέλων ἄῤῥητος εἰρήνη, ταῖς δυσὶ ταύταις κεκράτηται διαθέσεσι· τῇ τε πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ τῇ πρὸς ἀλλήλους ἀγάπῃ. Ὁμοίως δὲ, καὶ πάντων τῶν ἀπ' αἰῶνος ἁγίων. Παγκάλως οὖν εἴρηται ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, ὅτι Ἐν ταύταις ταῖς δυσὶν ἐντολαῖς ὁ νόμος ὅλος καὶ οἱ προφῆται κρέμανται.

λζ'. Μὴ ἔσο αὐτάρεσκος, καὶ οὐκ ἔσῃ μισάδελφος· καὶ μὴ ἔσο φίλαυτος, καὶ ἔσῃ φιλόθεος.

λη'. Πνευματικοῖς συζῆσαι προῃρημένος, τοῖς σοῖς θελήμασιν ἀπὸ θυρῶν ἀπόταξαι· οὐ μὴ γὰρ ἑτέρῳ τρόπῳ εἰρηνεῦσαι δυνήσῃ, οὔτε πρὸς τὸν Θεὸν, οὔτε πρὸς τοὺς συζῶντας.

λθ'. Ὁ τελείαν ἀγάπην κτήσασθαι δυνηθείς, καὶ ὅλον τὸν βίον αὐτοῦ, πρὸς ταύτην ῥυθμίσας, οὗτος λέγει Κύριον Ἰησοῦν ἐν Πνεύματι ἁγίῳ. Καὶ ἐκ τοῦ ἐναντίου, τὰ ἐναντία δηλονότι.

μ'. Ἡ μὲν εἰς Θεὸν ἀγάπη, εἰς τὴν θείαν ὁμιλίαν ἀεὶ φιλεῖ πτερῶσαι τὸν νοῦν· ἡ δὲ εἰς τὸν πλησίον, ἀεὶ καλὰ λογίζεσθαι περὶ αὐτοῦ παρασκευάζει.

[9] Matth. xviii, 15. [10] Matth. vi, 14. [11] Matth. xxii, 40. [12] I Cor. xii, 3.

(*e-n*) *Καὶ μὴ παραλογίζου ταύτην.* Quasi, *ejus rationes fallas.* Nota vocis significatio ex Bud. et aliis, auctorumque frequenti usu, in iis qui falsis supputationibus ac rationibus, aliquid subducere, ut in vectigalibus, ac similibus, satagunt. Nihil bene Obsop. et Gesn. *Et ne contemnas illam.* Etsi enim hic conscientiæ contemptus est, at explicandum cum Maximo, in quonam est contemptus; in eo scilicet, quod quis putet sibi consultum, ut illius fallat rationes, quasi vel nesciat quæ mala fiunt aut velut prævaricatrix, quæ noverit possit non accusare. Quod erat, ἐν τῷ κρυπτῷ τῆς ἐξόδου, deconquuntque qui supra, necessario mutatum ex mss. ἐν τῷ καιρῷ. Ut vox κρυπτῷ retinenda, dixisse debuisset Maximus, τῆς διανοίας, vel quid simile, cui merito quadrare potest. Τῆς ἐξόδου, potius τὸ ἄδηλον est : *Incerta mortis hora atque excessus;* non occultus vitæ exitus, sed valde notus, quem nemo non sibi instare sciat.

Digitized by Google

μα'. Τοῦ ἔτι δόξαν ἀγαπῶντος κενὴν, ἢ τινι τῶν A ὑλικῶν πραγμάτων προσκειμένου, ἐστὶ τὸ πρὸς ἀνθρώπους λυπεῖσθαι διὰ πρόσκαιρα, ἢ μνησικακεῖν αὐτοῖς, ἢ μῖσος ἔχειν πρὸς αὐτοὺς, ἢ λογισμοῖς δουλεύειν αἰσχροῖς· τῆς δὲ φιλοθέου ψυχῆς, ταῦτα πάντα ἀλλότρια.

41. Ejus est qui inanem adhuc gloriam diligit, vel terrenæ ulli rei addictus est, ut ob temporanea erga aliquos ægro animo sit, aut in eos injuriarum memor, morosior exsistat, vel odio ipsos prosequatur, vel turpibus cogitationibus inserviat : verum cuncta hæc longe aliena sunt ab animo religioso ac Dei cultore.

μβ'. Ὅταν μηδὲν εἴπῃς, μηδὲ πράξῃς αἰσχρὸν κατὰ διάνοιαν, καὶ ὅταν τῷ ζημιώσαντί σε ἢ κακολογήσαντι μὴ μνησικακήσῃς· καὶ ὅταν ἐν τῷ καιρῷ τῆς προσευχῆς ἄθλον καὶ ἀνείδεον ἀεὶ ἔχῃς τὸν νοῦν, τότε γνῶθι, ὅτι ἔφθασας εἰς τὸ μέτρον τῆς ἀπαθείας καὶ τῆς τελείας ἀγάπης.

42. Cum tecum ipse animo nihil turpe aut dixeris autve egeris, nec ei qui læsit injuria, vel famæ detraxit, eo nomine iram reservaveris; interque precandum mentem semper nulla terrena cogitantem nullisque imbutam formis habueris, tum noveris assecutum te esse modum imperturbationis ac perfectæ charitatis.

μγ'. Οὐ μικρὸς ἀγὼν κενοδοξίας ἀπαλλαγῆναι. ἀπαλλάττεται δέ τις, διὰ κρυπτῆς τῶν ἀρετῶν ἐργασίας, καὶ συχνοτέρας προσευχῆς. Σημεῖον δὲ τῆς ἀπαλλαγῆς. τὸ μηκέτι μνησικακεῖν τῷ κακολογήσαντι, ἢ κακολογοῦντι. B

43. Haud leve certamen est, ut ab inani gloria libereris. Ab ea autem liberari præstant virtutum occultata exercitio ac cultus, crebriorque ad Deum oratio. Signum vero animi jam ab ea liberati, cum nulla simultate movetur in eum qui detraxit, autve detrahit.

μδ'. Εἰ θέλεις εἶναι δίκαιος, ἀπόνεμε ἑκάστῳ τῶν ἐν σοὶ μερῶν τὰ κατ' ἀξίαν· ψυχῇ λέγω καὶ σώματι. Καὶ τῷ μὲν λογιστικῷ τῆς ψυχῆς, ἀναγνώσματα καὶ θεωρήματα πνευματικὰ, καὶ προσευχήν· τῷ δὲ θυμικῷ, ἀγάπην πνευματικὴν, τὴν τῷ μίσει ἀντικειμένην· τῷ δὲ ἐπιθυμητικῷ, σωφροσύνην καὶ ἐγκράτειαν· τῷ δὲ σαρκίῳ, διατροφὴν καὶ σκεπάσματα, τὰ μόνα ἀναγκαιότερα.

44. Si vis esse justus, singulis in te partibus tribue, quod ex meriti ratione et officio sit; tum scilicet animæ, tum corpori. Ac quidem parti animæ quæ ratione vivit, lectiones sensaque spiritalia, et preces : facultati autem iræ, charitatem spiritalem odio contrariam : parti vero concupiscenti, temperantiam et continentiam : ac demum corpusculo, eos duntaxat cibos et integumenta, quæ fuerint magis necessaria.

με'. Κατὰ φύσιν ὁ νοῦς ἐνεργεῖ (39), ὅταν τὰ πάθη C ἔχῃ ὑποτεταγμένα, καὶ τοὺς λόγους τῶν ὄντων θεωρῇ. καὶ πρὸς τὸν Θεὸν διάγῃ.

45. Tunc mens ut illi ex natura est, **450** operatur, cum subjectis illi affectibus, rerum rationes speculatur, et ad Deum traducit.

μς'. Ὥσπερ ὑγεία καὶ νόσος πρὸς τὸ σῶμα θεωρεῖται τοῦ ζώου, καὶ φῶς καὶ σκότος πρὸς τὸν ὀφθαλμόν· οὕτως ἀρετὴ καὶ κακία πρὸς τὴν ψυχὴν, καὶ γνῶσις καὶ ἀγνωσία πρὸς τὸν νοῦν.

46. Quemadmodum sanitas et ægritudo, ratione animalis considerantur, lumenque et tenebræ, ratione oculi : sic virtus et vitium ratione animi, scientiaque et ignorantia ratione mentis.

μζ'. Ἐν τοῖς τρισὶ τούτοις ὁ Χριστιανὸς φιλοσοφεῖ· ἐν ταῖς ἐντολαῖς, ἐν τοῖς δόγμασι, καὶ ἐν τῇ πίστει. Καὶ αἱ μὲν ἐντολαὶ, τῶν παθῶν τὸν νοῦν χωρίζουσι· τὰ δὲ δόγματα, εἰς τὴν γνῶσιν τῶν ὄντων αὐτὸν εἰσάγουσι· ἡ δὲ πίστις, εἰς τὴν θεωρίαν τῆς ἁγίας Τριάδος.

47. Tria hæc sunt in quibus homo Christianus philosophatur; in mandatis, in dogmatis et in fide. Ac quidem dogmata, animum ab affectibus ac vitiis separant : dogmata vero seu decreta, in rerum inducunt scientiam : fides denique, in contemplationem sanctæ Trinitatis.

μη'. Οἱ μὲν τῶν ἀγωνιζομένων, ἀποκρούονται μόνον τοὺς ἐμπαθεῖς λογισμούς· οἱ δὲ καὶ αὐτὰ τὰ πάθη περικόπτουσι. Καὶ ἀποκρούεται μέν τις τοὺς ἐμπαθεῖς λογισμούς· οἷον, ἢ ψαλμῳδίᾳ, ἢ προσευχῇ, ἢ μετεωρισμῷ (ο), ἢ ἄλλῳ τινὶ τοπικῷ περισπασμῷ. Ἐκκόπτει δὲ τὰ πάθη, τῶν πραγμάτων ἐκείνων περιφρονῶν, πρὸς ἅπερ αὐτὰ κέκτηται. D

48. Qui certamine funguntur, alii solum libidinosas cogitationes repellunt; alii vero, ipsos quoque affectus ac libidines amputant. Ac quidem repellit aliquis libidinosas cogitationes, verbi gratia, aut decantando psalmis, aut precum instantia, aut sublimium consideratione ac in eis quasi animi evagatione, aut alia quadam ex loci ratione ac circumstantia distractione. Amputat vero affectus ac vitia seu libidines, rerum illarum contemptu, ad quas sic affectu ac libidine movetur.

μθ'. Πρὸς ἅπερ τὰ πάθη κεκτήμεθα πράγματα, εἰσὶ ταῦτα, οἷον, γυνὴ, χρήματα, δῶρα, καὶ τὰ ἑξῆς.

49. Res in quas affectu ac libidine movemur, hæc sunt, nimirum, mulier, pecuniæ, munera, ac

(ο) *Ἢ μετεωρισμῷ, ἢ ἄλλῳ τινὶ τοπικῷ περισπασμῷ.* Videtur Maximus quasi aliam aliam voce explicare. Hic μετεωρισμὸς illi sit, quasi animi avocatio ad sublimia seu aerea vel cœlestia cogitanda, velut in eis evagando; suspensumque animi esse, qua suspensione animus non satis attendat, ac vitiosis cogitationibus inhæreat : τοπικὸς περισπασμὸς, distractio inanisque mentis occupatio sic ex loci occasione aut circumstantia. De priori voce vide Suid., Bud., etc. Μετεωρισμὸς sacris auctoribus, nihil in bonum sonat.

Digitized by Google

reliqua. Ac quidem mulierem quis contemnere poterit, cum et post secessionem vitæque solitariæ captata silentia, etiam corpus, ut par est, per continentiam severiorique disciplina macerat : pecunias vero, cum induxerit animum ut in omnibus contentus sit eo quod sufficiat : itemque gloriam cum in occulto libens virtutum opera gesserit, ac sub Deo solo teste, perindeque in aliis. Qui autem hæc contemnit, is neminem unquam odio habuerit.

A Καὶ τῆς μὲν γυναικὸς, τότε δύναταί τις περιφρονεῖν, ὅτε καὶ μετὰ τὴν ἀναχώρησιν, καὶ τὸ σῶμα ὡς δεῖ διʼ ἐγκρατείας μαραίνει· τῶν δὲ χρημάτων, ὅτε πείθει τὸν λογισμὸν ἐν παντὶ τῇ αὐταρκείᾳ στοιχῆσαι· τῆς δὲ δόξης, ὅτε τὴν κρυπτὴν ἀγαπήσει τῶν ἀρετῶν ἐργασίαν, καὶ Θεῷ φαινομένην μόνῳ· καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὡσαύτως· ὁ δὲ τούτων περιφρονῶν, οὐδὲ εἷς μῖσός τινος ἔρχεταί ποτε

50. Qui rebus nuntium remisit, nempe uxori, pecuniis ac reliquis, eum, qui foris est, hominem, monachum fecit : nondum vero etiam, eum, qui est intus. Qui autem vitiosis ac libidinosis horum cogitatibus, ipsum qui est intus, id est, mentem. Ac quidem exteriorem hominem facile quis monachum facit, dum solum voluerit; ut autem interiorem monachum facias, res ardua est et in quam multo conatu enitaris.

ν'. Ὁ μὲν τοῖς πράγμασιν ἀποταξάμενος, οἷον τῇ γυναικὶ καὶ τοῖς χρήμασι, καὶ τοῖς ἔξῃς, τὸν ἔξω ἄνθρωπον ἐποίησε μοναχόν· οὔπω δὲ καὶ τὸν ἔσω. Ὁ δὲ τοῖς τούτων ἐμπαθέσι νοήμασι, τὸν ἔσω ἄνθρωπον, ὅ ἐστιν ὁ νοῦς. Καὶ τὸν μὲν ἔξω ἄνθρωπον, B εὐκόλως τις ποιεῖ μοναχὸν, μόνον ἐὰν θελήσῃ· οὐκ ὀλίγος δὲ ἀγὼν, τὸν ἔσω ἄνθρωπον ποιῆσαι μοναχόν.

51. Quis ergo in hac ætate est, qui a libidinosis ac vitiosis cogitationibus prorsus liberatus sit, puramque illam nec **451** terreni quidquam habentem nactus orationem : quod interioris monachi signum exsistit?

να'. Τίς ἄρα ἐστὶν ἐν τῇ γενεᾷ ταύτῃ, ὁ παντάπασιν ἀπαλλαγεὶς ἐμπαθῶν νοημάτων, καὶ τῆς καθαρᾶς καὶ ἀΰλου καταξιωθεὶς προσευχῆς· ὅπερ ἐστὶ σημεῖον τοῦ ἔνδον μοναχοῦ;

52. Multi affectus ac vitia in animis nostris latitant, tuncque produntur, cum res præsentes exstiterint ac emerserint.

νβ'. Πολλὰ πάθη ἐν ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν κέκρυπται (40)· τότε δὲ ἐλέγχονται, ὅταν τὰ πράγματα ἀναφαίνωντα.

53. Potest quis, tum, cum res absunt, non moveri affectibus eorumve pati molestiam; quæ est pars quædam imperturbationis, animique tranquillioris status (τῆς ἀπαθείας) mox autem ac illæ emerserint, continuo affectus ac libidines animum distrahunt.

νγ'. Δύναταί τις μὴ ὀχλεῖσθαι ὑπὸ παθῶν ἐν τῇ τῶν πραγμάτων ἀπουσίᾳ, μερικῆς τυχὼν ἀπαθείας· C ἐὰν δὲ ἀναφανῶσι τὰ πράγματα, εὐθὺς τὰ πάθη τὸν νοῦν περισπῶσι.

54. Ne te perfectam ejusmodi imperturbationem nactum putes, quandiu res abest. Cum autem illa emerserit, ac erga rem ejusque deinceps memoriam immotus manseris, tunc scias ejus te fines ingressum esse. Verum nec sic quidem contempseris : nam sicut virtus diu morans affectus vitiaque exstinguit; sic rursus neglecta, illa exsuscitat et ut denuo vigeant, facit.

νδ'. Μὴ νόμιζε τελείαν ἔχειν ἀπάθειαν, τοῦ πράγματος μὴ παρόντος. Ὅταν δὲ φανῇ, καὶ μένῃς ἀκίνητος, πρός τε τὸ πρᾶγμα, καὶ τὴν μετὰ ταῦτα μνήμην αὐτοῦ, τότε γνῶθι σεαυτὸν τῶν ὅρων αὐτῆς ἐπιβεβηκέναι. Πλὴν μηδὲ οὕτω καταφρονήσῃς, διότι ἀρετὴ μὲν χρονίζουσα, νεκροῖ τὰ πάθη· ἀμελουμένη δὲ, πάλιν ἐγείρει αὐτά.

55. Qui Christum diligit, omnino etiam pro virili eum imitatur. Ut sub exemplo loquar, Non cessavit beneficiis homines demereri : ac cum ingratos ferret, ac qui ipsi detraherent, longanimiter D tolerabat : cumque cæderetur ab eis ac neci traderetur, sustinebat, nulli prorsus malum reputans. Sunt autem hæc tria, ejus opera charitatis, quæ respicit proximum, sine quibus qui dicit se Christum diligere, aut sibi regnum pollicetur, ipse se seducit: *Non enim qui dicit mihi, Domine, Domine*, inquit Dominus, *intrabit in regnum cœlorum, sed qui facit voluntatem Patris mei* [13]. Et rursus : *Qui diligit me, mandata mea servabit* [14], etc.

νε'. Ὁ ἀγαπῶν τὸν Χριστὸν (41), πάντως καὶ μιμεῖται αὐτὸν κατὰ δύναμιν. Οἷον, ὁ Χριστὸς τοὺς ἀνθρώπους εὐεργετῶν οὐκ ἐπαύσατο· καὶ ἀχαριστούμενος καὶ βλασφημούμενος, ἐμακροθύμει· καὶ τυπτόμενος ὑπʼ αὐτῶν καὶ φονευόμενος, ὑπέμενε, μηδενὶ τοσοῦτον τὸ κακὸν λογιζόμενος. Ταῦτα δὲ τὰ τρία, τὰ ἔργα εἰσὶ τῆς εἰς τὸν πλησίον ἀγάπης, ἧς χωρὶς ὁ λέγων ἀγαπᾷν τὸν Χριστὸν, ἢ τῆς βασιλείας αὐτοῦ τυχεῖν, ἑαυτὸν ἀπατᾷ· *Οὐ γὰρ ὁ λέγων μοι*, φησὶ, *Κύριε, Κύριε, οὗτος εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἀλλʼ ὁ ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ Πατρός μου*. Καὶ πάλιν· *Ὁ ἀγαπῶν ἐμὲ, καὶ* B *τὰς ἐντολάς μου τηρήσει*, καὶ τὰ ἑξῆς.

56. Omnis scopus mandatorum Salvatoris in eo est, ut ab intemperie atque odio liberet animum, trahatque in suam ac proximi charitatem; ex quibus

νς'. Ἅπας ὁ σκοπὸς τῶν ἐντολῶν τοῦ Σωτῆρος, ἵνα ἀκρασίας καὶ μίσους τὸν νοῦν ἐλευθερώσῃ, καὶ εἰς τὴν αὐτοῦ ἀγάπην καὶ τοῦ πλησίον, ἀγάγῃ· ἐξ ὧν

[13] Matth. VII, 21. [14] Joan. XIV, 15

Digitized by Google

τίκτεται τὸ φέγγος τῆς κατ' ἐνέργειαν ἁγίας γνώσεως.

A sanctæ in actu cognitionis ac scientiæ iubar nascitur.

νζ'. Μερικῆς γνώσεως παρὰ τοῦ Θεοῦ καταξιωθείς, μὴ ἀμέλει ἀγάπης καὶ ἐγκρατείας. Αὗται γὰρ τὸ παθητικὸν μέρος (p) τῆς ψυχῆς ἐκκαθαίρουσαι (42), τὴν ἐπὶ τὴν γνῶσιν ὁδὸν ἀεί σοι εὐτρεπίζουσιν.

57. Scientiæ parte aliqua dignatus a Deo, cavesis dilectionem negligas ac continentiam. Hæ enim animi partem affectibus obnoxiam expurgantes, viam quæ ad scientiam ducit tibi semper expediunt ac præparant.

νη'. Ὁδὸς ἐπὶ τὴν γνῶσίν ἐστιν (43), ἀπάθεια καὶ ταπείνωσις (q), ὧν χωρὶς οὐδεὶς ὄψεται τὸν Κύριον.

58. Via ad scientiam, imperturbatio est et humilitas, sine quibus nemo videbit Dominum [15]

νθ'. Ἐπειδὴ ἡ γνῶσις φυσιοῖ, ἡ δὲ ἀγάπη οἰκοδομεῖ· σύζευξον τῇ γνώσει τὴν ἀγάπην, καὶ ἔσῃ ἄτυφος· καὶ πνευματικὸς οἰκοδόμος, καὶ σεαυτὸν οἰκοδομῶν, καὶ πάντας τοὺς ἐγγίζοντάς σοι.

59. Cum scientia inflet, charitas autem ædificet[16]; charitatem scientiæ copula, nulloque superbiæ typo tumidus **452** ac spiritalis ædificator eris, qui tum ipse te ædifices, tum eos omnes qui te adeunt.

ξ'. Ἐντεῦθεν ἡ ἀγάπη οἰκοδομεῖ, ἐπειδὴ οὐδὲ φθονεῖ, οὐδὲ πρὸς φθονοῦντας πικραίνεται· οὐδὲ τὸ φθονούμενον δημοσιεύει ἐπιδεικτικῶς· οὐδὲ λογίζεται ἑαυτὸν ἤδη κατειληφέναι (r)· καὶ ὧν δὲ οὐκ οἶδεν, ὁμολογεῖ ἀνερυθριάστως τὴν ἄγνοιαν. Οὕτως οὖν τὸν νοῦν ἄτυφον ἀπεργάζεται (44), καὶ προκόπτειν εἰς τὴν γνῶσιν ἀεὶ παρασκευάζει.

60. Inde est quod charitas ædificet, quod neque invideat, neque in eos qui invident, animis exasperetur; bonumque, quod invidiam parit, per jactantiam in vulgus non producat; nec se jam arbitretur comprehendisse [17]; sed et eorum quæ nescit sine rubore ignorantiam fatetur: sic igitur animum fastu liberat, atque ad uberioris semoer scientiæ profectum præparat.

ξα'. Πέφυκέ πως παρέπεσθαι τῇ γνώσει ἡ οἴησις καὶ φθόνος (s) ἐν προοιμίοις μάλιστα. Καὶ ἡ μὲν οἴησις, ἔνδοθεν μόνον· ὁ δὲ φθόνος, καὶ ἔνδοθεν, καὶ ἔξωθεν. Καὶ ἔνδοθεν μὲν, πρὸς τοὺς ἔχοντας γνῶσιν· ἔξωθεν δὲ, ἀπὸ τῶν ἐχόντων. Ἡ οὖν ἀγάπη, τὰ τρία ἀνατρέπει· τὴν μὲν οἴησιν, ἐπειδὴ οὐ φυσιοῦται. Τὸν δὲ ἔνδοθεν φθόνον, ἐπεὶ οὐ ζηλοῖ· τὸν δὲ ἔξωθεν, ἐπειδὴ μακροθυμεῖ καὶ χρηστεύεται. Ἀνάγκη οὖν τὸν ἔχοντα γνῶσιν, προσλαβέσθαι καὶ τὴν ἀγάπην, ἵνα ἄτρωπον τὸν νοῦν ἐν παντὶ διαφυλάττῃ.

61. Sic fere comparatum est, ut scientiam sequantur, quasi ei comites, ipso præsertim ejus exordio, elatio animi (ejus scilicet vane sibi placentis opinio) et invidia. Ac quidem animi elatio vanaque illa opinio, interius solum; invidia vero, tum interius, tum exterius. Ac quidem interius, adversus eos qui scientia pollent; exterius vero, ab iis qui et ipsi illa fulgent. Charitas ergo hæc tria evertit; animi quidem elationem, ea ratione quod non inflatur: invidiam vero quæ interius est, propterea quia non æmulatur [18]; quæ autem ab exterioribus provenit, quod longanimis ac patiens sit. Igitur necesse est ut qui scientia præditus est, abunde etiam charitatem asciscat, ut illæsam in omnibus mentem custodiat.

ξβ'. Ὁ τοῦ χαρίσματος τῆς γνώσεως καταξιωθείς, καὶ λύπην, ἢ μνησικακίαν πρὸς ἄνθρωπον ἔχων, ἢ μῖσος, ὅμοιός ἐστι τῷ ἀκάνθαις καὶ τριβόλοις τοὺς

62. Qui scientiæ donum consecutus, tristitiam adversus aliquem, vel injuriarum memoriam, sive odium habet, similis illi est, qui spinis et tribulis

[15] Hebr. xii, 14. [16] I Cor. viii, 1. [17] Philipp. iii, 12. [18] I Cor. xiii, 4

(p) *Τὸ παθητικὸν μέρος.* Affectibus obnoxiam partem, ac patibilem. Non bene Obsop. et Gesn. *concupiscibilem partem*, quæ est altera solum pars τοῦ παθητικοῦ, condistincta contra partem irascentem; cujus perfectionem alias τὴν ἀγάπην docuit Maximus, ut et concupiscentis τὴν ἐγκράτειαν· quæ sit velut severior disciplina modum voluptatibus ponens, cum ea pugna, quæ propria est exercentium ad pietatem, donec perfectam σωφροσύνην (id est, temperantiam, ipsamque sic spiritalibus celebratam, ἀπάθειαν) nacti fuerint. Hic summa Maximus plenam doctrinam tradit, quam sic exotici homines per imperitiam diminutam repræsentant. Vide cap. 80, itemque cap. 66, primi centenarii cum sch. ad illud.

(q) *Ἀπάθεια καὶ ταπείνωσις.* Quas Paulus Hebr. xii, virtutes vocat, εἰρήνην καὶ ἁγιασμόν, has Maximus hic ἀπάθειαν καὶ ταπείνωσιν. Ac prioris quidem clara ratio; in idem enim pene sonant pax, animique imperturbatio ac summa tranquillitas. Alterum plus mysterii habet, quod nempe naturæ utentis ratione sanctimonia in humilitate vel maxime posita sit, qua subjicitur Deo, ut ab ipso perficienda, inque ejus laudem, et ut quidquid est (timore illo casto qui manet in æternum, ac præcipue sanctos insignit, ipsumque Sanctum sanctorum eo plenum) illi ascribat.

(r) *Οὐδὲ λογίζεται ἑαυτὸν ἤδη κατειληφέναι.* Verba sunt Apostoli Philipp. iii, ac superflua Gesn. conjectura, *forte* σκοπόν, tanquam illa vox Maximo desideretur; ut etiam adnotaverat Bill. Auctor schol. ad intentum Maximi, bene refert ad scientiam: Ὁ δοκῶν ἤδη κατειληφέναι καὶ μηδὲν ἀγνοεῖν, δῆλον ὡς ἀγάπην οὐκ ἔχει· *Qui se jam apprehendisse* (seu consecutum esse) *existimat, et nihil ignorare, liquet non habere charitatem.*

(s) *Ἡ οἴησις καὶ φθόνος.* Obsop. et Gesn. *opinio et invidia*, quasi esset δόξα. Non enim vox *opinio*, sic absolute prolata, id significat quod Græcis οἴησις, aut rite comes assignatur invidiæ. Suid. οἴησις, ἔπαρμα, ὑπόνοια, ubi Portus, *elatio animi, opinio, quam quis de se præclaram habet, suspicio.* Quod tamen ultimum non placet. Recte quidem Suid. ὑπόνοια· sed quam vocem ejus hic sensu, vox Latina non satis exprimit; sed quod eam exponit Hesych. ὑπερηφανία, θράσος· *superbia, audacia, temeritas.* Hinc οἰηματίας eidem Suid. ἐπηρμένος. Port. *elatus, inflatus, superbus.* Idem pluribus Phavor. nec in re tam clara diutius hærendum.

Digitized by Google

oculos compungit. Quo fit, ut charitas necessario scientiæ copulanda sit.

63. Cave omne otium tuum atque operam carni impenderis, sed quantam præstare potes, exercitatione ei constituta, vim omnem animi ad interiora verte : *Corporalis enim exercitatio ad modicum utilis est; pietas autem ad omnia utilis est* [19], etc.

64. Qui indesinenter in interioribus moratur, sobrius et longanimis et benignus et humilis est. Neque id modo, verum etiam contemplationi studet divinæque scientiæ, ac precibus assiduus est. Atque hoc est quod ait Apostolus : *Spiritu ambulate* [20], etc.

65. Qui spiritalem viam nescit ambulare, libidinosarum et cum affectu cogitationum curam non agit, sed omnem operam circa carnem ponit; ac vel gulæ ac luxuriæ indulget, doletque et irascitur et injuriarum memor est; indeque tenebris obscurat animum, aut immoderantius **453** disciplina utens, mentem turbat.

66. Nullam rerum nobis a Deo ad usum concessarum tollit Scriptura, sed immoderantiam castigat, et quod a ratione exorbitat, id emendat. Puta, non prohibet edere, filios procreare, habere pecunias, ac recte dispensare; sed prohibet ventri indulgere et scortari, etc. Sed neque hæc cogitare vetat (in hoc enim facta sunt), sed libidinose et cum affectu cogitare.

67. Ea quæ a nobis pietate geruntur, partim ex præcepto geruntur, partim non ex præcepto, sed quasi voluntaria, ut quis dicat, oblatione. Puta ex præcepto quidem, diligere Deum ac proximum, inimicos diligere, non mœchari, nec occidere, et quæ sequuntur; quorum etiam trangressione, damnationis rei efficimur. Non ex præcepto autem, virginitatem colere, cælibem et pauperem atque monachum seu solitarium agere, ac reliqua. Habent hæc munerum rationem, ut si qua præcepta ex infirmitate rite exsequi nequiverimus, munerum ope benignissimum Dominum nostrum propitium reddamus.

68. Qui vitam cælibem colit aut virginitatem, necesse est ut habeat lumbos præcinctos, et lucernam ardentem [21] : lumbos quidem præcinctos, per continentiam; lucernam autem ardentem, per precationem et contemplationem ac dilectionem spiritalem.

69. Quidam fratrum, extraneos se a Spiritus sancti donis existimant. Nec enim norunt, qua negligentia ac incuria divina mandata exsequuntur, eum qui fidem in Christum sinceram habet, omnia divina dona velut uno comprehensa fasce in seipso

[19] I Tim. IV, 8. [20] Galat. V, 16. [21] Luc. XII, 35.

ὀφθαλμοὺς κατακεντοῦντι [*Fr.* τοῦ κατακεντοῦντος] (*t*). Διὸ ἀναγκαίως δέεται ἡ γνῶσις ἀγάπης.

ξγ'. Μὴ ὅλην τὴν σχολήν σου περὶ τὴν σάρκα ἔχε, ἀλλὰ ὅρισον αὐτῇ τὴν κατὰ δύναμιν ἄσκησιν· καὶ ὅλον τὸν νοῦν σου, περὶ τὰ ἔνδον τρέφον· *Ἡ μὲν γὰρ σωματικὴ γυμνασία, πρὸς ὀλίγον ἐστὶν ὠφέλιμος· ἡ δὲ εὐσέβεια, πρὸς πάντα ἐστὶν ὠφέλιμος*, καὶ τὰ ἑξῆς.

ξδ'. Ὁ ἀδιαλείπτως περὶ τὰ ἔνδον τὰς διατριβὰς ποιούμενος, σωφρονεῖ, μακροθυμεῖ, χρηστεύεται, ταπεινοφρονεῖ. Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ θεωρεῖ, καὶ θεολογεῖ, καὶ προσεύχεται. Καὶ τοῦτό ἐστιν ὃ λέγει ὁ Ἀπόστολος· *Πνεύματι περιπατεῖτε*, καὶ τὰ ἑξῆς.

ξε'. Ὁ τὴν πνευματικὴν ὁδὸν ὁδεύειν μὴ ἐπιστάμενος, τῶν ἐμπαθῶν νοημάτων οὐ ποιεῖται φροντίδα· ἀλλ' ὅλην τὴν σχολὴν περὶ τὴν σάρκα ἔχει καὶ, ἢ γαστριμαργεῖ καὶ ἀκολασταίνει, λυπεῖταί τε καὶ ὀργίζεται καὶ μνησικακεῖ, καὶ ἐντεῦθεν τὸν νοῦν σκοτίζει· ἢ ἀμέτρως τῇ ἀσκήσει κέχρηται, καὶ θολοῖ τὴν διάνοιαν.

ξς'. Οὐδὲν τῶν ἐκ Θεοῦ εἰς χρῆσιν ἡμῖν δοθέντων ἀναιρεῖ ἡ Γραφή· ἀλλὰ τὴν ἀμετρίαν κολάζει, καὶ τὴν ἀλογιστίαν διορθοῦται. Οἷον, οὐ κωλύει ἐσθίειν, οὐδὲ παιδοποιεῖν, οὐδὲ χρήματα ἔχειν καὶ ὀρθῶς διοικεῖν· ἀλλὰ κωλύει γαστριμαργεῖν, πορνεύειν, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἀλλ' οὐδὲ τὸ νοεῖν ταῦτα κωλύει (διὰ τοῦτο γὰρ γεγόνασιν), ἀλλὰ τὸ ἐμπαθῶς νοεῖν.

ξζ'. Τὰ μὲν τῶν ὑφ' ἡμῶν κατὰ Θεὸν πραττομένων, κατ' ἐντολὴν πράττεται· τὰ δὲ, οὐ κατ' ἐντολὴν, ἀλλ' ὡς ἄν τις εἴποι, καθ' ἑκούσιον προσφοράν. Οἷον κατ' ἐντολὴν μὲν, τὸ ἀγαπᾷν τὸν Θεὸν καὶ τὸν πλησίον· τὸ ἀγαπᾷν τοὺς ἐχθρούς· τὸ μὴ μοιχεύειν μηδὲ φονεύειν [*anus Reg.* φθονεῖν], καὶ τὰ λοιπά· ἅτινα καὶ παραβάντες, καταχρινόμεθα. Οὐ κατ' ἐντολὴν δὲ, τὸ παρθενεύειν, ἢ ἀγαμία, ἢ ἀκτημοσύνη, ἢ ἀναχώρησις, καὶ τὰ ἑξῆς. Ταῦτα δώρων λόγον ἐπέχουσιν· ἵνα ἐάν τινας τῶν ἐντολῶν κατορθῶσαι ἐξ ἀσθενείας μὴ δυνηθῶμεν, διὰ τῶν δώρων τὸν ἀγαθὸν ἡμῶν ἐξιλεωσώμεθα Δεσπότην.

ξη'. Ὁ τὴν ἀγαμίαν τιμῶν ἢ παρθενίαν, ἀναγκαίως ὀφείλει ἔχειν τὴν ὀσφὺν περιεζωσμένην, καὶ τὸν λύχνον καιόμενον· τὴν μὲν ὀσφὺν δι' ἐγκρατείας· τὸν δὲ λύχνον, διὰ προσευχῆς καὶ θεωρίας καὶ ἀγάπης πνευματικῆς.

ξθ'. Τινὲς τῶν ἀδελφῶν, ἐκτὸς ἑαυτοὺς εἶναι νομίζουσι, τῶν τοῦ ἁγίου Πνεύματος χαρισμάτων. Οὐ γὰρ ἴσασι διὰ τὴν ἀμέλειαν τῆς τῶν ἐντολῶν ἐργασίας, ὅτι ὁ τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν ἀνόθευτον ἔχων, πάντα τὰ θεῖα χαρίσματα συλλήβδην ἔχει ἐν ἑαυτῷ.

(*t*) *Τοὺς ὀφθαλμοὺς κατακεντοῦντι.* Quod erat, τὸν νοῦν, ac mendose Obsop. editum erat *amicum*, et Gesn. emendatum, *animum* (quod et Græca vox sonat) nihil plane aptum : nec enim spinæ et tribuli (res scilicet corporea) attingunt animum aut mentem (rem utique spiritalem) ut in eis exemplum ponere debuerit Maximus. Secus in oculis, quos his compungi gravissimum est, ut et quod illa (adversa scilicet charitati vitia) in animo habeas.

Digitized by Google

Ἐπειδὴ γὰρ τῆς εἰς αὐτὸν κατ' ἐνέργειαν ἀγάπης διὰ τὴν ἀργίαν μακρὰν ἐσμεν, τῆς δεικνυούσης ἡμῖν τοὺς ἐν ἡμῖν θείους θησαυροὺς, εἰκότως ἐκτὸς ἑαυτοὺς τῶν θείων νομίζομεν χαρισμάτων.

A babere. Quia enim a charitate in actu quæ in ipsum est, ac quæ nobis ostendit divinos thesauros, quo torpemus otio, longe facti sumus, merito nos extraneos a divinis donis existimamus.

ο'. Εἰ ὁ Χριστὸς ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν κατοικεῖ διὰ τῆς πίστεως, κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον· πάντες δὲ οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας καὶ τῆς γνώσεως ἐν αὐτῷ εἰσιν ἀπόκρυφοι· πάντες ἄρα οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας καὶ τῆς γνώσεως ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν εἰσιν ἀπόκρυφοι. Φανεροῦνται δὲ τῇ καρδίᾳ, κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς ἑκάστου διὰ τῶν ἐντολῶν καθάρσεως.

70. Cum, divini Apostoli sententia, Christus per fidem habitet in cordibus nostris [22], omnesque thesauri sapientiæ et scientiæ sint in eo absconditi [23]; fit plane, ut omnes thesauri sapientiæ et scientiæ absconditi sint in cordibus nostris. Fiunt autem cordi manifesti, pro cujusque puritatis certo modulo, quam implendo mandata consecutus sit.

οα'. Οὗτός ἐστιν ὁ θησαυρὸς ὁ ἐν τῷ ἀγρῷ κεκρυμμένος τῇ καρδίᾳ σου, ὃν οὔπω εὗρες διὰ τὴν ἀργίαν. Εἰ γὰρ εὗρες, ἄρα ἂν πέπρακες πάντα, καὶ ἐκτήσω τὸν ἀγρὸν τοῦτον. Νῦν δὲ τὸν ἀγρὸν ἀφεὶς, τὰ περὶ B τὸν ἀγρὸν περιέπεις· ἐν οἷς οὐδὲν ἄλλο εὑρίσκεται, πλὴν ἀκανθῶν καὶ τριβόλων (45).

71. Hic thesaurus in cordis tui agro est absconditus, quem præ inertia nondum 454 invenisti. Nam si invenisses, certe vendidisses omnia, et eum agrum comparasses [24]. Nunc autem, agro dimisso, quæ sunt circa illum, hæc consectaris et colis; in quibus præter spinas et tribulos nihil occurrit.

οβ'. Διὰ τοῦτο λέγει ὁ Σωτήρ· *Μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται.* Τότε δὲ ὄψονται αὐτὸν, καὶ τοὺς ἐν αὐτῷ θησαυροὺς, ὅτε διὰ ἀγάπης καὶ ἐγκρατείας ἑαυτοὺς καθαίρουσι· καὶ τοσούτῳ πλέον, ὅσῳ τὴν κάθαρσιν ἐπιτείνουσι.

72. Idcirco ait Salvator : *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt* [25]. Tunc autem eum sunt visuri, et thesauros, qui in ipso sunt, cum per dilectionem et continentiam scipsos emundaverint; tantoque limpidius, quanto majori augmento eam puritatem cumulaverint.

ογ'. Διὰ τοῦτο πάλιν λέγει· *Πωλήσατε τὰ ὑπάρχοντα ὑμῶν, καὶ δότε ἐλεημοσύνην, καὶ ἰδοὺ πάντα ὑμῖν καθαρὰ ἔσται·* ὡς μηκέτι τοῖς περὶ τὸ σῶμα σχολάζουσι πράγμασιν, ἀλλὰ τὸν νοῦν καθαίρειν σπουδάζουσι, ἀπὸ μίσους καὶ ἀκρασίας· ὃν καρδίαν ὀνομάζει ὁ Κύριος. Ταῦτα γὰρ τὸν νοῦν ρυπτοῦντα, οὐκ ἐῶσι βλέπειν τὸν ἐν αὐτῷ κατοικοῦντα Χριστὸν, διὰ τῆς χάριτος τοῦ ἁγίου βαπτίσματος (κ).

73. Idcirco ait iterum : *Vendite quæ possidetis, et date eleemosynam; et ecce omnia munda erunt vobis* [26]; tanquam nimirum iis, quæ ad corpus spectant, non amplius animum adhibeant, sed ab odio ac luxuria emundare eum satagant; quem scilicet C Dominus significatum voluit cordis nomine. Hæc enim animum inquinando, non sinunt ut Christum per gratiam sancti baptismatis in ipso habitantem, videant.

οδ'. Ὅθους ἡ Γραφὴ τὰς ἀρετὰς ὀνομάζει. Μείζων δὲ πασῶν τῶν ἀρετῶν, ἡ ἀγάπη καθέστηκε. Διὰ τοῦτο ἔλεγεν ὁ Ἀπόστολος· *Ἔτι καθ' ὑπερβολὴν ὁδὸν ὑμῖν δείκνυμι·* ὡς καταφρονεῖν πείθουσαν τῶν ὑλικῶν πραγμάτων, καὶ μηδὲν τῶν προσκαίρων προτιμᾷν τῶν αἰωνίων.

74. Virtutes Scriptura vias appellat. Major autem omnibus virtutibus est charitas; quamobrem aiebat Apostolus : *Adhuc excellentiorem viam vobis demonstro* [27]; velut nimirum quæ res humanas contemptui habere, nullaque temporanea æternis anteferre, suadeat.

οε'. Ἡ εἰς Θεὸν ἀγάπη, ἀνθίσταται τῇ ἐπιθυμίᾳ (46)· πείθει γὰρ τὸν νοῦν ἐγκρατεύεσθαι ἀπὸ τῶν ἡδονῶν. Ἡ δὲ εἰς τὸν πλησίον, ἀνθίσταται τῷ θυμῷ· ποιεῖ γὰρ καταφρονεῖν δόξης καὶ χρημάτων. Καὶ ταῦτά εἰσι τὰ δύο δηνάρια, ἅπερ ὁ Σωτὴρ δέ- D δωκε τῷ πανδοχεῖ, ἵνα σου ἐπιμέλειαν ποιήσηται. Ἀλλὰ μὴ φανῇς ἀγνώμων τοῖς λησταῖς συνδυάζων, μή ποτε πάλιν πληγῇς, καὶ οὐκ ὄντι ἡμιθανὴς, ἀλλὰ νεκρὸς εὑρεθῇς.

75. Quæ ad Deum est charitas, cupiditati resistit; suadet enim auctorque animo est, ut se a voluptatibus contineat. Quæ autem ad proximum est, iræ adversatur; quippe, quo auctore, gloriam ac divitias contemnamus. Atque hi duo denarii sunt, quos Salvator [28] dedit stabulario, ut tui curam agat. Cave autem ne, te latronibus adjungens iisque communicans, ingratus videaris, ne forte, iterum acceptis plagis, non jam semivivus, sed relpsa mortuus inveniaris.

[22] Ephes. III, 17. [23] Coloss. II, 3. [24] Matth. XIII, 44. [25] Matth. V, 8. [26] Luc. XII, 33; XI, 41. [27] I Cor. XII, 32. [28] Luc. X, 35.

(κ) *Διὰ τὴν χάριν τοῦ ἁγίου βαπτίσματος.* Quin scripserit Maximus, Πνεύματος, nullus dubito, ad illud Pauli Ephes. III, respexisse, δυνάμει κραταιωθῆναι διὰ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ εἰς τὸν ἔσω ἄνθρωπον, κατοικῆσαι τὸν Χριστὸν διὰ τῆς πίστεως ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν· quibus verbis aperte Apostolus, inhabitationem Christi in cordibus nostris, Spiritus sancti gratiæ ascribit. Gratia autem baptismatis, etsi et ipsa Spiritus sancti gratia est, in paucis tamen adultis, ad quos hæc spectant, incolumis est, sed magis quæ ex pœnitentia exsistit. Non ergo ad eam debuit Maximi doctrina arctari : ac proclive fuit ex vocis affinitate sic imperito antiquario mutare, ex quo error in alios codd. productus sit

Digitized by Google

76. Emunda animum tuum ab ira et simultate, ac turpibus cogitationibus. Idque ubi præstiteris, inhabitantem Christum nosse poteris.

77. Quis te illuminavit in fidem sanctæ et consubstantialis ac adorandæ Trinitatis; aut quis dispensationis in carne unius e sancta Trinitate notitiam intulit? Quis vero spirituum seu animorum rationes docuit, vel eas, quæ ad ortum spectant ac consummationem mundi hujus oculis aspectabilis, sive etiam ad resurrectionem mortuorum et vitam æternam, vel ad gloriam et regnum cœlorum tremendumque judicium? **455** Nonne quæ in te habitat Christi gratia, estque arrhabo sancti Spiritus? Quid hac majus gratia? aut quid hac præstantius sapientia et scientia, quidve iis, quæ promissa sunt, sublimius? Sin autem inertes segnesque sumus, nec a perturbationibus ac affectibus impedientibus mentemque excæcantibus, nos ipsi emundamus, ut vel ipso clarius sole horum rationes videre possimus, in nos ipsos causam referamus, nec quæ in nobis habitat, gratiam abnegemus.

78. Qui tibi æterna bona pollicitus est, Deus, itaque tuo pectore Spiritus arrhabonem dedit, is, magna cura ac diligentia vitæ rationes tibi instituendas præcepit; ut homo interior ab affectibus atque vitiis liberatus, jam tum bonis frui inciperet.

79. Divinorum ac sublimium contemplationum compos effectus, magnam charitati ac continentiæ diligentiam habe: quo nempe partem animi affectibus obnoxiam, imperturbatam servans, indeficiens animi jubar obtineas.

80. Irascentem animi partem charitate frena; ejusque partem concupiscentem continentiæ laboribus macera: vim autem rationis orationis cultu sublimem leva; nec ullas unquam mentis tuæ lumen tenebras incurret.

81. Quæ dilectionem solvunt, hæc fere sunt; nempe, detractus honor, damni illati injuria, calumnia, sive in fide, sive in vita ac moribus; verbera, vulnera, etc. Atque hæc vel quæ ipsi contingant, vel quæ affinium cuipiam seu amicorum irrogentur. Qui igitur horum alicujus causa dilectionem solvit ac charitatem, is necdum quisnam finis sit mandatorum Christi cognovit.

82. Stude quanta facultas quemvis hominum diligere. Sin autem id necdum præstare vales, vel certe neminem oderis. Ac ne hoc quidem vales præstare, nisi quæ sunt mundi contempseris.

83. Tibi aliquis maledixit? Ne illum oderis, sed quod in te jactatum est maledictum, ejusque jactandi auctorem, diabolum. Sin autem ipsum oderis, qui maledixit, hominem odisti, reusque es violati mandati: ac quod ille fecit verbo, tu facis opere. Sin autem servas mandatum, quæ dilectionis sunt, exhibe, ac si quid per facultatem licet, ferto opem ut a malo liberes.

84. Non vult Christus, ut adversus quempiam

ος'. Κάθαιρε τὸν νοῦν σου ἀπὸ ὀργῆς, καὶ μνησικακίας, καὶ τῶν αἰσχρῶν λογισμῶν. Καὶ τότε δυνήσῃ γνῶναι τὴν τοῦ Χριστοῦ ἐνοίκησιν.

οζ'. Τίς σε ἐφώτισεν εἰς τὴν πίστιν τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου καὶ προσκυνητῆς Τριάδος (47); ἢ τίς σοι ἐγνώρισε τὴν ἔνσαρκον οἰκονομίαν τοῦ ἑνὸς τῆς ἁγίας Τριάδος; Τίς δέ σε ἐδίδαξε τοὺς περὶ ἀσωμάτων λόγους, ἢ τοὺς περὶ γενέσεως καὶ συντελείας τοῦ ὁρωμένου κόσμου· ἢ περὶ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως καὶ αἰωνίου ζωῆς, ἢ περὶ τῆς δόξης τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, καὶ τῆς φοβερᾶς κρίσεως; Οὐχὶ ἡ χάρις τοῦ Χριστοῦ ἡ ἐνοικοῦσα ἐν σοί; ἥτις ἐστὶν ὁ ἀρραβὼν τοῦ ἁγίου Πνεύματος; Τί μεῖζον ταύτης; τῆς χάριτος; ἢ τί κρεῖττον ταύτης τῆς σοφίας καὶ τῆς γνώσεως; ἢ τί τῶν ἐπαγγελιῶν ὑψηλότερον; Εἰ δέ ἐσμεν ἀργοὶ καὶ ἀμελεῖς, καὶ μὴ καθαίρομεν ἑαυτοὺς τῶν κωλυόντων ἡμᾶς, καὶ τὸν νοῦν ἡμῶν ἐκτυφλούντων παθῶν, ὥστε δύνασθαι καὶ τρανότερον ἡλίου τοὺς περὶ τούτων λόγους ὁρᾷν, ἑαυτοὺς αἰτιασώμεθα, καὶ μὴ τὴν τῆς χάριτος ἐνοίκησιν ἀρνησώμεθα.

οη'. Ὁ ἐπαγγειλάμενός σοι Θεὸς τὰ αἰώνια ἀγαθὰ, καὶ τὸν ἀρραβῶνα τοῦ Πνεύματος ἐν τῇ καρδίᾳ δεδωκὼς, ἐνετείλατό σοι ἐπιμελεῖσθαί σε τοῦ βίου, ἵνα ὁ ἔσω ἄνθρωπος τῶν παθῶν ἐλευθερωθεὶς, ἄρξηται ἀπεντεῦθεν τῆς τῶν ἀγαθῶν ἀπολαύσεως.

οθ'. Τῶν θείων καὶ ὑψηλῶν καταξιωθεὶς θεωρημάτων, σφόδρα ἐπιμελοῦ ἀγάπης καὶ ἐγκρατείας· ἵνα τὸ παθητικὸν ἀτάραχον διαφυλάττων, ἀνέκλειπτον ἕξῃς τὸ τῆς ψυχῆς φέγγος.

π'. Τὸ θυμικὸν τῆς ψυχῆς, ἀγάπῃ χαλίνωσον· καὶ τὸ ἐπιθυμητικὸν αὐτῆς ἐγκρατείᾳ καταμάρανον· καὶ τὸ λογικὸν αὐτῆς προσευχῇ πτέρωσον· καὶ οὐ φῶς τοῦ νοῦ οὐκ ἀμαυροῦταί ποτε.

πα'. Τὰ τὴν ἀγάπην λύοντα, εἰσὶ ταῦτα· οἷον, ἀτιμία, ζημία, συκοφαντία, ἢ εἰς πίστιν, ἢ εἰς βίον· δαρμοὶ, πληγαὶ, καὶ τὰ ἐξῆς· καὶ ταῦτα ἢ αὐτῷ συμβαίνοντα, ἢ τινι τῶν αὐτοῦ συγγενῶν ἢ φίλων. Ὁ οὖν διά τι τούτων λύων τὴν ἀγάπην, οὔπω ἔγνω τίς ὁ σκοπὸς τῶν τοῦ Χριστοῦ ἐντολῶν.

πβ'. Σπούδασον ὅσον δύνασαι πάντα ἄνθρωπον ἀγαπῆσαι. Εἰ δὲ τοῦτο οὔπω δύνασαι, κἂν μηδένα μισήσῃς. Οὐ δύνασαι δὲ οὐδὲ τοῦτο ποιῆσαι, εἰ μὴ τῶν τοῦ κόσμου πραγμάτων καταφρονήσῃς.

πγ'. Ὁ δεῖνα ἐβλασφήμησε· μὴ μισήσῃς ἐκεῖνον, ἀλλὰ τὴν βλασφημίαν, καὶ τὸν βλασφημῆσαι παρασκευάσαντα δαίμονα. Εἰ δὲ τὸν βλασφημήσαντα μισεῖς, ἄνθρωπον ἐμίσησας, καὶ τὴν ἐντολὴν παρέβης· καὶ ὅπερ ἐκεῖνος τῷ λόγῳ ἐποίησε, ποιεῖς σὺ τῷ ἔργῳ. Εἰ δὲ τὴν ἐντολὴν φυλάττεις, τὰ τῆς ἀγάπης ἐπίδειξαι· καὶ εἴ τι δύνασαι, βοήθησον, ἵνα τοῦ κακοῦ αὐτὸν ἀπαλλάξῃς.

πδ'. Οὐ θέλει σε ὁ Χριστὸς μῖσος ἔχειν πρὸς ἄν-

Digitized by Google

θρωπον, ἢ λύπην ἢ ὀργὴν ἢ μνησικακίαν τοσύνολον καθ' οἱονδήποτε τρόπον, ἢ δι' οἱονδήποτε πρᾶγμα πρόσκαιρον. Καὶ τοῦτο πάντη βοῶσι τὰ τέσσαρα Εὐαγγέλια.

πε'. Πολλοί ἐσμεν οἱ λέγοντες, ὀλίγοι δὲ οἱ ποιοῦντες. Ἀλλ' οὖν τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ οὐδεὶς ὤφειλε νοθεύειν διὰ τὴν ἰδίαν ἀμέλειαν· ἀλλ' ὁμολογεῖν μὲν τὴν ἑαυτοῦ ἀσθένειαν, μὴ ἀποκρύπτειν δὲ τὴν τοῦ Θεοῦ ἀλήθειαν· ἵνα μὴ ὑπόδικοι γενώμεθα, μετὰ τῆς τῶν ἐντολῶν παραβάσεως, καὶ τῆς τοῦ λόγου τοῦ Θεοῦ παρεξηγήσεως.

πς'. Ἀγάπη καὶ ἐγκράτεια, παθῶν τὴν ψυχὴν ἐλευθεροῦσιν· ἀνάγνωσις καὶ θεωρία, ἀγνοίας τὸν νοῦν ἀπαλλάττουσιν· ἡ δὲ τῆς προσευχῆς κατάστασις (v), αὐτῷ παρίστησιν αὐτὸν τῷ Θεῷ.

πζ'. Ὅταν ἴδωσιν ἡμᾶς οἱ δαίμονες τῶν πραγμάτων τοῦ κόσμου καταφρονοῦντας (48), ἵνα μὴ δι' αὐτὰ τοὺς ἀνθρώπους μισήσωμεν καὶ τῆς ἀγάπης ἐκπέσωμεν, τότε συκοφαντίας καθ' ἡμῶν ἐγείρουσιν, ἵνα τὴν λύπην μὴ φέροντες, τοὺς συκοφαντήσαντας μισήσωμεν.

πη'. Οὐκ ἔστι πόνος ψυχῆς βαρύτερος συκοφαντία; (49), κἂν τε εἰς πίστιν, κἂν τε εἰς βίον τις συκοφαντεῖται· καὶ οὐδεὶς ταύτης καταφρονεῖν δύναται, εἰ μὴ μόνος ὁ εἰς Θεὸν ἀποβλεπόμενος ὡς ἡ Σωσάννα, τὸν μόνον δυνάμενον καὶ ἐξ ἀναγκῶν ῥύσασθαι ὥσπερ κἀκείνην, καὶ τοὺς ἀνθρώπους πληροφορῆσαι, ὡς καὶ περὶ ἐκείνης· καὶ τὴν ψυχὴν τῇ ἐλπίδι παραμυθήσασθαι.

πθ'. Ὅσον εὔχῃ ἐκ τῆς ψυχῆς ὑπὲρ τοῦ συκοφαντήσαντος, τοσοῦτον καὶ ὁ Θεὸς πληροφορεῖ τοὺς σκανδαλισθέντας.

ι'. Φύσει ἀγαθὸς μόνος ὁ Θεός· καὶ γνώμῃ ἀγαθὸς, μόνος ὁ θεομίμητος. Σκοπὸς γὰρ αὐτῷ ἐστι, τῷ φύσει ἀγαθῷ τοὺς πονηροὺς συνάψαι, ἵνα γένωνται ἀγαθοί. Διὰ τοῦτο ὑπ' αὐτῶν λοιδορούμενος εὐλογῇ· διωκόμενος ἀνέχεται· βλασφημούμενος παρακαλεῖ· φονευόμενος ὑπερεύχεται. Πάντα ποιεῖ, ἵνα τοῦ σκοποῦ τῆς ἀγάπης μὴ ἐκπέσῃ.

ια'. Αἱ μὲν ἐντολαὶ τοῦ Κυρίου, διδάσκουσιν ἡμᾶς τοῖς μέσοις εὐλόγως χρήσασθαι πράγμασι· ἡ δὲ εὔλογος τῶν μέσων χρῆσις, τὴν τῆς ψυχῆς καθαίρει κατάστασιν· ἡ δὲ καθαρὰ κατάστασις, τίκτει τὴν διάκρισιν· ἡ δὲ διάκρισις, τίκτει τὴν ἀπάθειαν, ἐξ ἧς τίκτεται ἡ τελεία ἀγάπη.

ιβ'. Οὔπω ἔχει τὴν ἀπάθειαν, ὁ διὰ σύμβασιν πειρασμοῦ, τὸ ἐλάττωμα τοῦ φίλου παραβλέπειν μὴ δυνάμενος, ἢ ὃν τυχὸν, ἢ δὲ εἶναι δοκοῦν. Τὰ

A hominum odium habeas, **456** aut ægri animi sensum, aut iram, ullamve quovis omnino modo, vel ob ullam prorsus rem temporaneam, teneas injuriarum memoriam. Atque hoc omnino quatuor Evangelia clamant.

85. Multi sumus qui dicamus, pauci qui faciamus. Nemo tamen, quod ipse negligens inersque est, Dei verbum debet adulterare : sed suam quidem fateri infirmitatem, nec tamen propterea Dei celare veritatem; ne duplicis criminis rei inveniamur, quod non solum mandata transgrediamur, verum etiam Dei verbum ac Scripturam male interpretemur.

86. Dilectio et continentia animam ab affectibus atque vitiis liberant : lectio autem et contemplatio, B mentem ab ignorantia eximunt; at eam orationis status ipsi Deo sistit.

87. Cum nos viderint dæmones ea quæ sunt mundi spernere, ne illorum causa quempiam oderimus ac charitatis jacturam faciamus : tunc calumnias in nos excitant, ut, ægri animi dolorem non ferentes, earum nobis structores oderimus.

88. Nullus animæ gravior labor, quam calumniæ, sive hæc fidem petat, sive vitam moresque respiciat; nec quisquam contemnendo sit, nisi solum qui instar Susannæ in Deum aspiciat [39]; qui solus, velut illam, a necessitatibus potest liberare; ac sicut in illa, malum nomen depellere, atque animum spei solatio levare. C

89. Quantum ex animo pro eo oras, a quo aspersus calumnia es, tantum Deus apud illos abstergit, quos illa offenderat, læsæque fidem innocentiæ facit.

90. Solus Deus natura bonus est : voluntate autem animique sententia solus bonus est, qui Deum imitatur. Id enim omnino satagit, ut ei, qui natura bonus sit, malos conjungat, quo et ii boni fiant. Idcirco illis maledicentibus benedicit; persequentibus sustinet; blasphemantibus, obsecrat; enecantibus, precatur [40]. Omnia denique facit, ut ab scopo dilectionis non excidat.

91. Præcepta Dominica his quæ sunt medii D ordinis docent convenienter ex ratione uti : conveniens autem exque ratione rerum mediarum usus, animi statum purgat; isque purgatus, discretionem parit; discretio, imperturbationem animique affectionibus vacui tranquillitatem; ex qua demum perfecta charitas procedit.

457 92. Nondum imperturbationem animique sedatis affectibus, tranquillitatem adeptus est, qui eo quod tentatio duriusque aliquid accidit, amici

[39] Dan. XIII, 1 seqq. [40] I Cor. IV, 12.

(v) *Ἡ δὲ τῆς προσευχῆς κατάστασις.* Pro statu ac indole accipio; secundum quod Hesych. et Varino τὸ, κατάστασις, voce ἦθος redditur. Hoc enim volunt ipsæ orationis definitionis Damasceno et aliis traditæ : *Ascensio mentis in Deum, petitio decentium a Deo*, etc. Oratio itaque suapte indole et ratione, mentem ipsi Deo sistit. Sic. cap. 91 accipi videtur, ἡ τῆς ψυχῆς κατάστασις, quam rerum mediarum conveniens usus et ex ratione, mundam præstet; ut sic animus quasi sibi suæque indoli reddatur, depulsis vitiorum sordibus.

Digitized by Google

defectum, sive qui vere reipsa sit, sive qui videatur, dissimulare nescit. Ingruentes enim animo turbati ac exasperati affectus, mentem excæcant, nec fulgentes veritatis radios videre sinunt, nec ut virtus discernatur a vitio. Ergo qui ejusmodi est, necdum perfectam comparavit charitatem, quæ foras mittit judicii timorem [31].

93. *Amici fidelis nulla est commutatio* [32] : Quod is, amici æruminas ac mala, sua ipsius reputet; duraque ac molesta illi socius ad mortem usque toleret.

94. Amicorum quidem ingens numerus, id vero rebus secundis ac prosperis : cæterum iisdem nubilis atque turbatis, vix unum inveneris.

95. Omnes quidem ex animo diligendi sunt : verum in solo Deo collocanda spes, exque tota virtute illi serviendum. Quandiu enim nos ipse conservat, tum nos omnes amici colunt, tum inimici omnes ac adversarii nihil nocere possunt. Illo autem deserente, tum nos amici omnes aversantur, tum inimici omnes adversum nos prævalent.

96. Quatuor universim sunt derelictionis modi : primus certa quadam dispensatione ac consilii ratione, velut in Christo, ut per eam quæ videbatur, derelictionem, qui derelicti erant salutem consequerentur; secundus, qui est probationis causa, ut in Jobo ac Josepho, ut alter quidem fortitudinis, alter vero castitatis erectæ columnæ titulique exsisterent; tertius, eruditionis causa spiritalis, ut in Apostolo, quo ille, sensus modestia ac humilitate, præcellentem gratiam conservaret; quartus per aversionem, ut in Judæis, ut scilicet castigatione eruditi, ad pœnitentiam flecterentur. Sunt vero omnes hi modi salutares, divinæque bonitatis pleni ac miserationis.

97. Ii duntaxat qui mandata diligenter servant, suntque veri divinorum judiciorum mystæ, amicos, qui divina permissione tententur, non deserunt. Qui autem mandata contemnunt, nec divina judicia docti sunt, tum quidem cum amicus secundis rebus utitur, ejus socii felicitatis accedunt : ubi autem in tentatione positus malis afficitur, eum deserunt. Quin et quandoque in adversariorum partes concedunt.

458 98. Christi amici, vere et ex animo cunctos diligunt : non tamen ab omnibus diliguntur. Mundi autem amici, nec omnes diligunt, nec ab omnibus diliguntur. Ac quidem Christi amici, in finem usquam perfectam servant charitatem ; mundi autem, donec alter alterum rerum sæculi causa offenderint.

99. *Fidelis amicus, protectio firma* [33]. Quod nempe amico, et dum secundis rebus utitur, probus monitor sit ac consiliarius unanimisque adjutor; tum illis nubilis atque adversis, sincerissimus defensor ac propugnator officiosissimus.

[31] Joan. IV, 18. [32] Eccli. IV, 15. [33] Eccli. VI, 14.

A γὰρ ἐγκείμενα τῇ ψυχῇ πάθη ἐκταραττόμενα (ὡσὶ, ἐκτυφλοῖ τὴν διάνοιαν, καὶ οὐκ ἐᾷ διαβλέψαι εἰς τὰς τῆς ἀληθείας αὐγάς, οὐδὲ διακρῖναι τὸ κρεῖττον ἀπὸ τοῦ χείρονος. Οὐκ ἄρα οὖν οὐδὲ τὴν τελείαν ἀγάπην ὁ τοιοῦτος ἐκτήσατο, τὴν ἔξω βάλλουσαν τὸν φόβον τῆς κρίσεως.

ιγ'. *Φίλου πιστοῦ οὐκ ἔστιν ἀντάλλαγμα.* Ἐπειδὴ τὰς τοῦ φίλου συμφορὰς, ἰδίας λογίζεται· καὶ συνυποφέρει αὐτῷ μέχρι θανάτου κακοπαθῶν.

ιδ'. Πολλοὶ μὲν οἱ φίλοι, ἀλλ' ἐν καιρῷ εὐημερίας· ἐν δὲ καιρῷ πειρασμῶν, μόλις ἂν εὑρήσεις ἕνα.

ιε'. Πάντα μὲν ἄνθρωπον, ἐκ ψυχῆς ἀγαπητέον· B ἐπὶ τῷ Θεῷ δὲ μόνῳ τὴν ἐλπίδα θετέον, καὶ ἐξ ὅλης ἰσχύος αὐτὸν θεραπευτέον. Ἐφόσον γὰρ αὐτὸς ἡμᾶς συντηρεῖ, οἵ τε φίλοι πάντες ἡμᾶς περιέπουσι, καὶ οἱ ἐχθροὶ πάντες πρὸς ἡμᾶς ἀδυνατοῦσιν. Ἐπὰν δὲ αὐτὸς ἡμᾶς ἐγκαταλίπῃ, εἴτε φίλοι πάντες ἡμᾶς ἀποστρέφονται, καὶ οἱ ἐχθροὶ πάντες καθ' ἡμῶν ἰσχύουσι.

ις'. Τέσσαρές εἰσι γενικοὶ ἐγκαταλείψεως τρόποι· ἡ μὲν, οἰκονομικὴ, ὡς ἐπὶ τοῦ Κυρίου· ἵνα διὰ τῆς δοκούσης ἐγκαταλείψεως, οἱ ἐγκαταλελειμμένοι σωθῶσιν. Ἡ δὲ, πρὸς δοκιμὴν, ὡς ἐπὶ τοῦ Ἰὼβ καὶ Ἰωσὴφ· ἵνα ὁ μὲν, ἀνδρείας· ὁ δὲ, σωφροσύνης στῆλαι ἀναφανῶσιν. Ἡ δὲ, πρὸς παίδευσιν πνευματικὴν, ὡς ἐπὶ τοῦ Ἀποστόλου, ἵνα ταπεινοφρονῶν, τὴν ὑπερβολὴν φυλάξῃ τῆς χάριτος. Ἡ δὲ C κατὰ ἀποστροφὴν, ὡς ἐπὶ τῶν Ἰουδαίων, ἵνα κολαζόμενοι πρὸς μετάνοιαν κατακαμφθῶσι. Σωτήριοι δὲ πάντες οἱ τρόποι ὑπάρχουσι, καὶ τῆς θείας ἀγαθότητος καὶ φιλανθρωπίας ἀνάμεστοι.

ιζ'. Μόνοι οἱ ἀκριβεῖς τῶν ἐντολῶν φύλακες, καὶ γνήσιοι τῶν θείων κριμάτων μύσται, τοὺς κατὰ συγχώρησιν Θεοῦ πειραζομένους, οὐ καταλιμπάνουσι φίλους. Οἱ δὲ τῶν ἐντολῶν καταφρονηταὶ, καὶ τῶν θείων κριμάτων ἀμύητοι, ὅταν μὲν ὁ φίλος εὐημερῇ, συναπολαύουσιν αὐτῷ· ἐπὰν δὲ πειραζόμενος κακοπαθῇ, καταλιμπάνουσιν αὐτόν. Ἔστι δὲ ὅτε καὶ μετὰ τῶν ἐναντίων ἵστανται.

ιη'. Οἱ μὲν τοῦ Χριστοῦ φίλοι, πάντας ἀγαπῶσι γνησίως. Οὐχ ὑπὸ πάντων δὲ ἀγαπῶνται. Οἱ δὲ τοῦ κόσμου φίλοι, οὐδὲ πάντας ἀγαπῶσι, οὐδὲ ὑπὸ πάντων ἀγαπῶνται. Καὶ οἱ μὲν τοῦ Χριστοῦ, μέχρι τέλους τὴν συνέχειαν τῆς ἀγάπης διατηροῦσιν· οἱ δὲ τοῦ κόσμου, μέχρις οὗ ἀλλήλοις διὰ τὰ κόσμου προσκρούσωσι.

ιθ'. *Φίλος πιστὸς, σκέπη κραταιά.* Ἐπειδὴ καὶ εὐημεροῦντι τῷ φίλῳ σύμβουλός ἐστιν ἀγαθὸς καὶ συνεργὸς σύμψυχος· καὶ κακοπαθοῦντι ἀντιλήπτωρ γνησιώτατος καὶ ὑπέρμαχος συμπαθέστατος.

Digitized by Google

ρ'. Πολλοὶ μὲν πολλὰ περὶ ἀγάπης εἰρήκασιν· ἐν μόνοις δὲ τοῖς Χριστοῦ μαθηταῖς ταύτην ζητήσας, εὑρήσεις· ἐπεὶ καὶ μόνοι αὐτοὶ εἶχον τὴν ἀληθινὴν Ἀγάπην τῆς ἀγάπης διδάσκαλον, περὶ ἧς ἔλεγον· *Ἐὰν ἔχω προφητείαν, καὶ εἰδῶ τὰ μυστήρια πάντα, καὶ πᾶσαν τὴν γνῶσιν, ἀγάπην δὲ μὴ ἔχω, οὐδέν ὠφελοῦμαι.* Ὁ οὖν κτησάμενος τὴν ἀγάπην, αὐτὸν τὸν Θεὸν ἐκτήσατο· ἐπειδὴ ὁ *Θεὸς ἀγάπη ἐστίν.* Αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. A

100. Multi de charitate locuti sunt : hanc enimvero si quæsieris, in solis invenies Christi discipulis. Nam et hi soli veram charitatem habebant, quæ doceret charitatem ; de qua aiebat Apostolus : *Si habuero prophetiam et noverim mysteria omnia, et omnem scientiam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest* [34]. Qui ergo nactus est charitatem, Deum nactus est, eo quod *Deus charitas est* [35]. Ipsi gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Τέλος τῶν περὶ ἀγάπης κεφαλαίων τῆς τετάρτης ἑκατοντάδος.

Finis quater centenorum capitum de charitate.

ΑΝΕΠΙΓΡΑΦΟΥ ΣΧΟΛΙΑ (x).

INCERTI AUCTORIS SCHOLIA.

α'. Ἡμεῖς οὐδὲ λόγοις οὐδὲ ἔργοις παιδεύειν, ἢ κἂν παιδεύεσθαι δυνάμενοι, λόγοις παιδεύειν ἐπιχειροῦμεν· καὶ ἄλλων γίνεσθαι ἰατροὶ ἕλκεσιν αὐτοὶ βρύοντες. Ὅρα δὲ τὸ, ὅτι *Οὐ πάντα τοῖς βουλομένοις εἰσὶν εὔληπτα, κἂν τοῦτο δοκῇ.* Καὶ τίς οὐ θαυμάσεται τοὺς καὶ γυναῖκας χλιδώσας καὶ νήπια ταῦτα διδάσκειν ἐπαγγελλομένους μετὰ σοβαροῦ τοῦ φρονήματος ; B

1. Nos qui nec verbis nec operibus docere, aut saltem doceri valeamus, verbis ac sermonibus docere tentamus, atque aliorum effici medici, qui ulceribus ipsi scateamus. Observa vero illud : *Non omnia his qui velint, capi facile possunt ac intelligi, etsi ita videatur.* Ecquis non miretur eos, qui et luxuriosas mulierculas et infantes, hæc se docturos, sensu tumido ac superbo, profiteantur ?

β'. Λέγων ὁ Ἀπόστολος· *Εἰ δέ τις ἀγαπᾷ τὸν Θεόν, οὗτος ἔγνωσται ὑπ' αὐτοῦ·* δῆτα ἀγαπῶντας ἡμᾶς τὸν Κύριον γινώσκεσθαι βούλεται· *Ἐκ δὲ τοῦ γινώσκεσθαι, τὸ διδάσκεσθαι*, καθάφησιν ὁ μέγας καὶ τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν θεολογίαν Γρηγόριος. Ταύτης οἶμαι τῆς ἐννοίας ἐστὶ, καὶ τόδε τὸ κεφάλαιον· *Ἀγάπην μὲν, τίκτει ἀπάθεια· ἡ δὲ ἀγάπη, τοῦ φωτισμοῦ τῆς γνώσεώς ἐστι γεννητική.*

2. Cum dicat Apostolus : *Si quis autem diligit Deum, hic cognitus est ab eo* [36] ; nimirum vult nos diligendo Dominum cognosci : *Ex eo autem quod cognoscimur, doceri*, sicut ait, tum virtutis præstantia, tum laude theologiæ magnus Gregorius. Hunc puto sensum habere et hoc capitulum : *Charitatem quidem parit imperturbatio; charitas autem illustrationis scientiæ parens exsistit.*

γ'. Τίνων οὐχ ἅπτεται αὕτη ἔννοια, οἶμαι δὲ μάλιστα, τῶν τοῦ μαμωνᾶ ὑπεραποθνησκόντων· ταυτὸν δὲ εἰπεῖν τοῦ λεγομένου δημοσίου καὶ τοῦ κοσμοκράτορος. C

3. Quos sententia hæc non perstringat : Præcipue vero eos, qui mammonæ causa moriuntur : perindeque est ac dicas, ejus quod publicum (quasi forte *ærarium*) vocant, et mundi rectorem.

δ'. Ὁ Θεὸς πάντας ἀνθρώπους θέλει σωθῆναι, καὶ ὑπὲρ πάντων ἀπέθανεν, ἵνα οἱ πάντες σωθῶσιν. Ὁ οὖν ἀγαπῶν τὸν Θεὸν, τὸ θελητὸν τοῦ Θεοῦ φυλάττει. Φυλάττων δὲ, πῶς οὐκ ἀγαπήσει πάντας ὡς ἑαυτὸν, καὶ θελήσει πάντας σωθῆναι, τοῦτο θέλοντος τοῦ Θεοῦ;

4. Deus omnes homines vult salvos fieri, et pro omnibus mortuus est, ut omnes salutem consequantur [37]. Qui ergo Deum diligit, hoc custodit, quod ex Dei voluntate exsistit. Qui vero custodiat, quomodo non omnes ut seipsum diligit, vultque omnes salvos fieri, cum hæc Dei voluntas exsistat ?

ε'. Γνῶσιν τοῦ Θεοῦ τὴν πίστιν λέγει· ἀγάπην δὲ, τὴν τήρησιν τῶν ἐντολῶν· ἣν καὶ θέλημα καλεῖ καὶ δικαιώματα καὶ ἐντάλματα καὶ προστάγματα καὶ φῶς· κατὰ τὸ, *Διότι φῶς τὰ προστάγματά σου.* Τὴν ἐμπρακτον δὲ γνῶσιν παρίστησι τὸ κεφάλαιον. D

5. Scientiam Dei, fidem vocat. Charitatem vero, observationem mandatorum, quam et voluntatem appellat, et justificationes et mandata et præcepta et lumen, juxta illud : *Quia lux mandata* [38]. Porro caput hoc scientiam exhibet cum actione conjunctam eamque dirigentem.

ς'. Αἰτία τῶν ἀρετῶν ἐστιν ὁ Θεός. Τούτου δὲ, κατ' ἐνέργειαν γνῶσις, ἡ τοῦ κατ' ἀλήθειαν ἐπεγνωκότος τὸν Θεὸν, πρὸς τὸ πνεῦμα κατὰ τὴν ἕξιν ἀλλοίωσις.

6. Scientiæ auctor Deus est. Ejus autem in actu scientia, ejus est qui Deum scit, in spiritum habitu immutatio.

ζ'. Ἀνάγνωθι τὸ ος' τῆς αὐτῆς ρ', καὶ εὑρήσεις ὅμοιον πάντη, παρὰ τὸ τῶν ὀνομάτων διάφορον.

7. Lege caput septuagesimum sextum ejusdem centenarii, inveniesque prorsus simile, nisi quod alia nomina posita sunt.

η'. Εἰ φάρμακον τῆς ἀγάπης ἡ ἐντολὴ κατὰ τοῦ θυμοῦ ἐδόθη· πάντως ἡ ἐγκράτεια κατὰ τῆς ἐπιθυμίας δεδώρηται. Ἀνάγνωθι τὸ οθ'.

459 8. Si charitatis mandatum remedium adversus iram datum est, plane continentia adversus concupiscentiam concessa est. Lege cap. 79.

[34] I Cor. XIII, 2. [35] I Joan. IV, 16. [36] I Cor. VIII, 3. [37] I Tim. II, 4. [38] Isa. XXVI, 9.

(x) Ex Raphaelis Dufrenii, nunc Regio, codice.

Digitized by Google

9. Nos vero qui horum trium servi simus, quantum alii in alios odium alimus; qui insatiabili cupiditate toti teneamur. Lege cap. 64.

θ'. Οἱ δὲ τῶν τριῶν δοῦλοι, πόσον μῖσος κατ' ἀλλήλων τρέφομεν· τοῦ πάθους ὅλοι τῆς ἀπληστίας γενόμενοι. Ἀνάγνωθι τὸ ξδ'.

10. Ubi dixerat, cap. 77, per mandata ab affectibus ac vitiis immunes præstare : hoc nunc capitulo modum ostendit; nempe in charitate et jejunio, continentiaque et oratione.

ι'. Εἰπὼν ἐν τῷ οζ', ὅτι διὰ μὲν τῶν ἐντολῶν, ἀπαθεῖς ἐργάζεται· νῦν διὰ τοῦδε τοῦ κεφαλαίου δείκνυσι πῶς· ὅτι ἐν ἀγάπῃ καὶ νηστείᾳ, τῇ τε ἐγκρατείᾳ καὶ προσευχῇ.

11. Etiam quis spiritalis ac scientia præditus, rursus detrahitur ac degravatur.

ια'. Καὶ γνωστικός τις ἐγκατασπᾶται πάλιν.

12. Nos vero qui affectibus atque vitiis obruti simus, quomodo contemplabimur : aut quomodo quæ fuerimus contemplati, non nos ex sanctæ Trinitatis scientia extrudent?

ιβ'. Ἡμεῖς δὲ συγκεχωσμένοι τοῖς πάθεσι, πῶς θεωρήσωμεν; ἢ πῶς ἃ θεωροῦμεν οὐκ ἐκβάλλει ἡμᾶς τῆς γνώσεως τῆς ἁγίας Τριάδος;

13. Vides contemplationis ascensiones?

ιγ'. Τὰς ἀναβάσεις τῆς θεωρίας βλέπεις;

14. Quemadmodum in fide, nulla infidelitatis ratio est; sic neque in rationibus quæ sunt ex natura, aliquid inest quod a ratione abhorreat. Opus autem mandatorum, ratio est ac sermo reipsa exercitus. Lege cap. 84, et conquiesces; factum scilicet tibi satis invenies.

ιδ'. Ὅτι ὥσπερ ἀπιστιδίας ἐν πίστει λόγος οὐδείς· οὕτως οὐδὲ ἐν τοῖς λόγοις κατὰ φύσιν ὑπάρχει τὸ παράλογον. Ἔργον δὲ τῶν ἐντολῶν, λόγος ἐστὶν ἐνεργούμενος. Ἀνάγνωθι τὸ πδ' κεφάλαιον, καὶ ἀναπαύσῃ.

15. Naturalis, inquit, contemplatio mandatorum, sinceraque erga proximum dilectio, eos qui observent, a pravo ac carnali amore et tyrannide liberant. Rerum vero scientia, eos qui spiritales eaque instructi sunt, ab oblivione et ignorantia itidem liberat. Quibus omnibus docetur, animam tribus partibus ac facultatibus divisam, dum ex ratione naturaque moveatur, omnem præstare virtutem, dum vero contra rationem et naturam, omne vitium efficere ac malitiam. Memento tria hæc originalia esse, summaque omnis pravitatis malitiæque principia; ignorantiam scilicet, amorem illum corporum seu carnalem, ac tyrannidem. Hæc in nobis nequissimus ille condidit, per animi in nobis virium abusum.

ιε'. Ἡ φυσικὴ φησι θεωρία τῶν ἐντολῶν, ἥ τε ἡ πρὸς τὸν πλησίον ἀνόθευτος ἀγάπη, φιλαυτίας καὶ τυραννίδος ἐλευθεροῖ τοὺς φυλάσσοντας. Ἡ δὲ γνῶσις τῶν ὄντων, λήθης καὶ ἀγνοίας ἀπαλλάττει τοὺς γνωστικούς. Διὰ τούτων δὲ πάντων, τὸ τριμερὲς τῆς ψυχῆς ὑποτίθεται, κατὰ λόγον μὲν καὶ φύσιν κινούμενον, πᾶσαν ἀρετὴν κατορθοῦν· παρὰ λόγον δὲ καὶ φύσιν, πᾶσαν κακίαν ἐργάζεσθαι. Μέμνησο, ὅτι τὰ ἀρχέγονα καὶ πάσης κακίας γεννητικὰ, τρία ταῦτά ἐστιν, ἄγνοια, φιλαυτία, καὶ τυραννίς· καὶ ὅτι ὑπεστήσατο ταύτας ὁ πονηρὸς ἐν ἡμῖν, τῷ κατὰ παράχρησιν λόγῳ τῶν ἐν ἡμῖν δυνάμεων προσχρησάμενος.

16. Mandata rerum cogitatus sensaque a libidinosis istis et cum affectu tenuant cogitationibus, ut in cap. 4, ait istlusmet centenaril.

ις'. Τούτων τῶν ἐμπαθῶν λογισμῶν ψιλοῦσιν αἱ ἐντολαὶ, τὰ τῶν πραγμάτων νοήματα· καθὰ ἐν τῷ δ' κεφαλαίῳ τῆς αὐτῆς ρ' φησί.

17. Quæ præter Dei voluntatem fiunt (bonam illam et beneplacitam et perfectam [49]) quæ scilicet bona in proximum propter Deum animi affectio est, præter rectum finem ac destinatum fiunt. Quod vero Dei voluntati adversetur, non bono animo erga proximum esse, ostendit Dominus in Evangeliis, cum ait : *Quatenus fecistis*, vel *non fecistis* [50]; enumerans charitatis atque odii genera. Observa vero, quod qui contra rectum finem ac destinatum (contra Dei scilicet mandatum), excusso humanitatis sensu, fecerunt, cum nihil ad defensionem haberent, neque etiam finem ac destinatum opponere videntur : quod nempe scirent, eum qui contra rectum Dei finem ac destinatum faciat, tametsi innumeras opponat rationes, haud unquam gehennam evasurum.

ιζ'. Τὰ παρὰ τὸ θέλημα πραττόμενα τοῦ Θεοῦ, τὸ ἀγαθὸν καὶ εὐάρεστον καὶ τέλειον, ὅπερ ἐστὶν ἡ διὰ τὸν Θεὸν πρὸς τὸν πλησίον ἀγαθὴ διάθεσις, παρὰ τὸν ὀρθὸν ἐστι σκοπὸν γινόμενα. Ὅτι δὲ παρὰ τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ τὸ πρὸς τὸν πλησίον οὐ καλῶς διακεῖσθαι, δείκνυσιν ἐν Εὐαγγελίοις λέγων ὁ Κύριος· Ἐφ ὅσον ἐποιήσατε, καὶ ἐφ ὅσον οὐκ ἐποιήσατε, τῆς ἀγάπης τὰ εἴδη καὶ τοῦ μίσους ἀπαριθμούμενος. Ὅρα δὲ ὅτι οἱ παρὰ τὸν ὀρθὸν ποιήσαντες σκοπὸν, ἤγουν παρὰ τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ, ἀπεσεισάμενοι τὸ φιλάνθρωπον, οὐδεμίαν ἔχοντες ἀπολογίαν εἰπεῖν, οὐδὲ τὸν σκοπὸν προβαλλόμενοι φαίνονται· εἰδότες, ὡς ὁ παρὰ τὸν ὀρθὸν σκοπὸν τοῦ Θεοῦ τι πράττων, κἂν μυρίους λόγους προβάλλοι, τὴν γέενναν οὐκ ἐκφεύξεται.

18. Cupiditatem sistit Dei charitas : proximi autem dilectio ira exasperatum animum sedat.

ιη'. Ἐπιθυμίαν ἵστησιν ἡ τοῦ Θεοῦ ἀγάπη· ἡ τοῦ πλησίον δὲ, παύει θυμὸν ἠγριωμένον.

19. Qui imaginum materias, divinas figuras exi-

ιθ'. Οἱ εἰκονικὰς ὕλας τοὺς θείους χαρακτῆρας

[49] Rom. xii, 2. [50] Matth. xxv, 40.

Digitized by Google

ὑπολαμβάνοντες, παραχρῶνται τοῖς τῶν χαρακτήρων νοήμασι. Τοῦ γὰρ χαρακτῆρος τὴν ὑπόστασιν δηλοῦντος· αὐτοὶ τὴν οὐσίαν, ἤτοι τὴν ὕλην, ἐν ᾗ ὁ χαρακτὴρ προσκυνεῖται, χαρακτῆρα ὑπέλαβον. Ἐνθεντοι καὶ παραχρησάμενοι τῷ νοήματι, ἐξ ἀνάγκης καὶ τῷ πράγματι παρεχρήσαντο· ὡς ὕλην ψιλὴν καὶ κωφὴν τοὺς ἱεροὺς χαρακτῆρας ἀναιδῶς κατακαύσαντες.

κ'. Βλέπε τὸ διάφορον τῆς λύπης καὶ τῆς ὀδύνης· καὶ ὅτι παρακολουθήματά εἰσιν· ἡ μὲν, τῆς ἡδονῆς· ἡ δὲ, τῆς κενοδοξίας.

κα'. Πάσης ἡμᾶς ἀπολογίας ἀποπαύει τοῦ ἀποτιθέναι τὰ χρήματα, τὰ καθεξῆς τρία ταῦτα κεφάλαια.

κβ'. Τεχνικὴν σοφίαν, οὐ τὴν ἐκ μαθήσεως λέγει, ἀλλὰ τὴν δι' ἧς ὁ Θεὸς τὰ πάντα ἐποίησε.

κγ'. Τοῖς τέσσαρσιν ὁ νοῦς μου ἀκάθαρτος. Ἔχει δέ τι καὶ πλέον, ὅτι καὶ τῶν ἄλλων ἑαυτὸν σοφώτερον ἡγηται.

κδ'. Οὐδέποτε ἡ ψυχή μου κατὰ φύσιν ἐνήργησεν· οἶδεν, ὁ μηδὲν ἀγνοῶν· καὶ οὐδέποτε τῆς κατ' ἐνέργειαν ἁμαρτίας ἠρέμησεν.

κε'. Ὥστε μὴ διὰ τὸν Χριστόν τι ποιοῦντες· δι' ἄλλο δέ τι, οὐ δυνάμεθα προβάλλεσθαι τὸν σκοπόν· ἐπεὶ παρὰ τὸν σκοπὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ κατὰ τὸ ἡμέτερον ἐργαζόμεθα.

κς'. Εἰ διψᾷ τις ἁλίσκειν καὶ ἁρπάζειν ἁλλότρια, ὃ μή ἐστι θέλημα τοῦ Θεοῦ, πῶς προβαλεῖται τὸν σκοπὸν, οὗ σκοπὸς τὸ ἐλεεῖν ἡμᾶς καὶ δανείζειν ἐστίν;

κζ'. Ὅτι ὁ φιλαυτίᾳ δουλεύων, βαρυκάρδιός ἐστι, ματαιότητα καὶ ψεῦδος ἀγαπῶν καὶ ζητῶν· ὅπερ ἐστὶ τὸ σαρκικὸν φρόνημα· ἤτοι τῆς σαρκὸς ἡ εὐπάθεια.

κη'. Τῶν προειρημένων, δῆλον φιληδονίας καὶ φιλοδοξίας καὶ φιλαργυρίας. Εἰ δέ τις τούτοις ἀπριξ ἐνίσχεται ὡς ἐγὼ, πῶς Θεοῦ καταξιωθήσεται γνώσεως, συνιδεῖν οὐκ ἔχω.

κθ'. Ἢ γὰρ ὡς δοῦλοι ἢ καὶ μίσθιοι, ἢ ὡς υἱοί· τουτέστιν, ἢ ὡς πρακτικοὶ μόνον, ἢ καὶ ὡς γνώσεως καταξιωθέντες.

λ'. Ψιλὸς λογισμὸς, ὁ δίχα πάθους, ὁ ἁπλοῦς· ὁ γὰρ ἐμπαθὴς, ἀπάγει Θεοῦ. Οὕτως οὐδὲ ἡ ψιλὴ γνῶσις ἀπάγει τῶν ἀνθρωπίνων· ἀλλ' ἡ παθοῦσα τὴν ἀγάπην· ὅπερ ἐστὶν ἡ πρὸς τὸ πνεῦμα κατὰ τὴν ἕξιν ἀλλοίωσις.

λα'. Ὅτι οἱ υἱοὶ, γνώσει καὶ ἀγάπῃ τῶν παθῶν ἀπέχουσιν· οἱ δὲ δοῦλοι καὶ μίσθιοι, ἤτοι οἱ πρακτικοὶ, ἢ φόβῳ, ἢ ἐλπίδι.

λβ'. Καὶ ταῦτα ἀπείργει τοὺς γράφειν ἠρημένους· δεικνύντα σαφῶς τὴν βλάβην ἐκ τοῦ τέλους.

λγ'. Οἶμαι πρὸς ἡμᾶς ἔβλεπε ταῦτα γράφων.

λδ'. Οὐκ ἐνόησαν τὸ ἐκ τῆς μεθόδου ταύτης κέρδος

A stimant, figurarum conceptibus abutuntur. Nam cum figura seu character personam significet, ipsi substantiam (id est, materiam) in qua figura adoratur, figuram existimaverunt. Hincque adeo conceptu, reique notione abutentes, necessario etiam reipsa abusi sunt; ita nimirum ut nudam mutamque materiam sacras figuras ac imagines impudenter igni abolendas putaverint.

20. Vide discrimen inter tristitiam et dolorem; quodque velut appendices, altera voluptatis, alter inanis gloriæ sint.

21. Omnem nobis adimunt excusationem quin pecunias abjiciamus, quæ sequuntur tria hæc capita.

B 22. Artificialem sapientiam vocat, non quæ ex disciplina habetur, sed qua Deus condidit omnia.

23. Quadruplici ea labe mens mea impura est. Quin et aliud quid amplius habet, quod et reliquis majorem sibi sapientiam arrogavit.

24. Nunquam anima mea operata est, ut illi ex natura comparatum est: novitque, quem nulla res latet: ac nullum actu peccandi unquam fecit finem.

25. Idcirco non propter Christum aliquid facientes, sed ob aliquid aliud, non possumus finem objicere ac propositum: quippe qui præter Dei voluntatem, exque nostra opera præstemus.

460 26. Si quis sitit ut aliena auferat atque rapiat (quod non est Dei voluntatis), quonam is C modo propositum finemque objiciet ejus cujus finis est, ut misereatur nostri ac commodet?

27. Qui carnali amori servit, gravi corde est; qui nempe vanitatem et mendacium diligat ac quærat, quod est carnis sensus ac prudentia: ejus scilicet luxuries bonaque habitudo.

28. Quæ dicta sunt, nempe amoris voluptatum, gloriæ ac pecuniæ. Si quis autem in mei morem, his mordicus hæret, quomodo Dei scientia dignandus sit, nullus intelligere valeo.

29. Aut enim tanquam servi, seu etiam mercenarii, vel ut filii, hoc est, vel ut qui solum studeant actioni, vel qui etiam scientiæ donum sint consecuti.

D 30. Nuda cogitatio est, quæ affectum conjunctum non habet, quæ est simplex: quæ enim cum affectu est ac libidinosa, abducit a Deo. Sic quoque nuda ac simplex scientia, non ab humanis abducit, sed quæ dilectionem patitur; quod est immutatio in spiritum quæ habitu est.

31. Qui filii sunt, scientia et charitate se a vitiis abstinent: servi autem et mercenarii (id est, qui actionem colunt) aut timore aut spe.

32. Hæc quoque deterrent, quibus ut scribant animo constitutum sit: quæ nempe damnum palam ex fine ostendant.

33. Et hæc puto dum scriberet, ad nos animum intendebat.

34. Non intellexerunt, quod ex hac methodo se-

Digitized by Google

quitur lucrum, qui se scire existimant : nam si scivissent, commodum hoc reportassent, ut in scientia proficerent.

35. Morante simplici nudaque cogitatione, excitatur affectus : uti etiam ea quæ affectui conjuncta ac libidinosa est, præstatur consensus.

36. Scis, Domine, quomodo judicer hodie, et quam ob causam ne derelinquas me.

37. Non potest hæc præstare, qui suis fidit rationibus, ac se jam comprehendisse existimat, quæ, posteaquam etiam comprehensa sunt, natura incomprehensa manent.

38. Tristitia (ægri scilicet animi affectio) et odium, vitia sunt partis animi expertis rationis.

39. Vide quomodo decipiamur, qui contraria faclamus, et Christiana nos pietate vivere existimemus, quodque gravius est, jam quoque spiritalem pati dilectionem arbitremur.

40. Habet quis vitium avaritiæ : non indiget ut per avaritiam sibi aliquid arroget, aut ut injuste aliquem circumveniat. Ejus rei nactus facultatem, statim deprehenditur. Atque id notum est.

41. Vide in quibus longanimitate et in quibus patientia utendum. Tametsi enim utrumque in tentationibus dicatur, quæ invitis exteriusque eveniunt : quod tamen illæ in sermones atque verbera seu plagas dividuntur, una quoque hæc secum videntibus dividunt.

42. Per continentiam et charitatem, bona in actu scientia præstatur.

43. Quid vero delirant vitiis scatentes quidem atque superbi, existimantes (qua tument arrogantia ac fastu) divina scientia se præditos esse ? Ita enim illi ex ingenti animi pravitate et elatione.

44. Qui autem existimat se jam comprehendisse, ac nihil ignorare, liquet eum charitate præditum non esse. Qui autem non ea præditus sit, quomodo in scientia proficiet ?

45. Qui vitii et ignorantiæ spinis ac tribulis conferti simus, virtutem ac spiritalem scientiam nos habere confidimus.

46. Hic perfectius charitatem descripsit : duosque denarios, charitatem in Deum et proximum statuit.

47. In emundatione tribus partibus divisæ animæ facultatis, Christi scientiam præstari.

48. Necessario qui mundi res colunt eisque animo addicti sunt, sanctam charitatem amittunt ; implacabileque odium erga contribules, earum causa, habent.

49. In utrisque sanctus monachus Cedonius calumniam passus est : qui tamen ad Deum Susannæ respiciat, divina corroboratur spe.

50. Qui servit affectui ac libidini, cæcus animo est : habensque obcæcatum judicium, virtutem a vitio discernere non potest.

A οἱ νομίζοντες εἰδέναι. Εἰ γὰρ ἔγνωσαν, ἐκέρδησαν ἂν τὸ προκόπτειν εἰς τὸ εἰδέναι.

λε'. Ὅτι χρονίζοντος τοῦ ψιλοῦ λογισμοῦ, κινεῖται τὸ πάθος· ὥσπερ καὶ τοῦ ἐμπαθοῦς, γίνεται συγκατάθεσις.

λς'. Οἶδας, Κύριε, ὅπως κρίνομαι σήμερον, καὶ δι' ἣν αἰτίαν· μὴ ἐγκαταλίπῃς ἡμᾶς.

λζ'. Οὐ δύναται ταῦτα ποιῆσαι, ὁ τοῖς οἰκείοις πιστεύσας λογισμοῖς, καὶ δόξας ἤδη κατειληφέναι, τὰ καὶ μετὰ τὸ κατειλῆφθαι ἀκατάληπτα κατὰ φύσιν ὑπάρχοντα.

λη'. Λύπη καὶ μῖσος, τοῦ ἀλόγου μέρους τῆς ψυχῆς ἐλαττώματα.

λθ'. Βλέπε ὡς ἀπατώμεθα, τἀναντία ποιοῦντες. B καὶ νομίζοντες κατὰ Χριστὸν πολιτεύεσθαι· τὸ βαρύτερον, καὶ ἤδη παθεῖν τὴν πνευματικὴν ἀγάπην ὑπολαμβάνοντες.

μ'. Ἔχει τις πάθος πολεονεξίας· οὐ δεῖται δὲ πλεονεκτεῖν; εἰ λάβοι δύναμιν πλεονεκτεῖν, εὐθὺς ἐξελέγχεται· καὶ τοῦτο δῆλον.

μα'. Ὅρα ποῦ τῷ μακροθυμεῖν καὶ ποῦ τῷ ὑπομένειν χρηστέον. Κἂν γὰρ ἄμφω ἐπὶ τῶν ἀκουσίων λέγηται πειρασμῶν· ἀλλ' οἱ ἀκούσιοι εἰς λόγους διαιρούμενοι καὶ πληγάς, συνδιαιροῦσι καὶ ταῦτα τοῖς βλέπουσι.

μβ'. Ὅτι δι' ἐγκρατείας καὶ ἀγάπης, ἡ κατ' ἐνέργειαν ἀγαθὴ γνῶσις ἐγγίνεται. C

μγ'. Καὶ τί ληροῦσιν ἐμπαθεῖς τινες ἄνθρωποι καὶ ὑψαύχενες γνῶσιν ἔχειν ἀλαζονευόμενοι θείαν ; Ἐξ ἐμπαθείας γὰρ καὶ ἐπάρσεως.

μδ'. Ὁ δὲ δοκῶν ἤδη κατειληφέναι καὶ μηδὲν ἀγνοεῖν, δῆλον ὡς ἀγάπην οὐκ ἔχει. Μὴ ἔχων δέ, πῶς προκόψει εἰς γνῶσιν ;

με'. Ἀκάνθας ἔχοντες καὶ τριβόλους κακίας καὶ ἀγνωσίας· ἀρετὴν ἐλπίζομεν ἔχειν καὶ γνῶσιν πνευματικήν.

μς'. Τελειώτερον ὧδε τὴν ἀγάπην ὑπεζωγράφησε· καὶ τὰ δύο δηνάρια, τὴν εἰς τὸν Θεὸν καὶ τὸν πλησίον ἀγάπην ὑπέφηνε.

μζ'. Ὅτι ἐν τῇ καθάρσει τῆς τριμεροῦς τῆς ψυ- D χῆς δυνάμεως, ἡ γνῶσις τοῦ Χριστοῦ ἐπιγίνεται.

μη'. Ὅτι ἐξ ἀνάγκης οἱ τὰ τοῦ κόσμου περιπόντες πράγματα, τῆς ἁγίας ἀγάπης ἐκπίπτουσι· καὶ μῖσος δι' ὃ πρὸς τοὺς ὁμοφύλους ἀκατάλλακτον ἔχουσι.

μθ'. Ἐν ἀμφοτέροις ὁ ἅγιος μοναχὸς Κηδώνιος συκοφαντεῖται· εἰς τὸν τῆς Σωσάννης Θεὸν ἀποβλέπων, ταῖς θείαις ἐλπίσι ῥωννύεται.

ν'. Ὅτι ὁ πάθει δουλεύων, πεπήρωται τὴν διάνοιαν, καὶ τυφλὸν περιφέρων διάκρισιν, οὐ δύναται διακρῖναι τὸ κρεῖττον ἀπὸ τοῦ χείρονος.

Digitized by Google

MONITUM

Ad bis centena capita, de theologia Deique Verbi in carne dispensatione.

Ut ducentena hæc capita, quingentis aliis Pico editis anteferrem, ac quadringentis de charitate ad Elpidium proxime subnecterem, fecit argumenti dignitas. Quamvis enim utraque Περὶ θεολογίας καὶ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας prænotentur, sicque argumentum commune videatur; sunt tamen illa quinquies centena capita etiam Περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας quo uno titulo Maximus Margunius retulit, et a bis centenis istis distinxit. Item præstare visa, quod non tantæ allegoriæ, nec ipsæ passim αὐτολεξεί, quæ in Quæstionibus ad Thalassium, exque illis desumptæ, sed paulo castigatiores aliæque fere atque alia compositione. Quin duo hæc centenaria sublegerit Photius, ad eaque spectare, quam præmisi, illius censuram seu judicium, nulla sinit ratio dubitare; nam præter numerum capitum, etiam alia omnia conveniunt; probatque Photius hujus operis γνήσιον, ex ipsa quadam argumenti ac tractandi diversitate a quadringentis illis capitibus ad Elpidium de charitate; quod illa ab eis dissonantia necessitudinem habeat et affinitatem cum opere Quæstionum ad Thalassium, consectando pariter allegoriam; quod illius operum pene palmarium est, maximeque indubitatum. Photii interpres nihil rem assecutus est, ejusque invertit sensum, ut quod ille, de affinitate horum capitum cum opere ad Thalassium, ob materiæ similitudinem, hoc interpres trahat ad affinitatem eorum cum capitibus ad Elpidium. De iis jam locutus erat Photius; nec habebat necesse repetere, sed ostendere ex ipsa ab illis diserepantia, hisce capitibus τὸ γνήσιον vel maxime constare. Unum videtur Photii diligentiam fugisse, quod non advertit longe plura horum capitum a Marco asceta accepta esse. Jam tamen in censura operis ad Thalassium notaverat, Maximum in illo suisque allegoricis partim aliorum dicta referre, partim sua scite adjungere. Exstant hæc capita in pluribus Regiis codicibus; quibus accessit et V. cl. Raphaelis Dufrene optimus codex, ut ad textus puritatem ac integritatem nihil videatur desiderari posse. Hæc capita, ut et superiora, necnon quæ Roma accepi e Vaticana, nulli inscripta sunt seu nuncupata; cum soleat Maximus etiam minora opuscula alicui inscribere; cujus rei nulla a nobis afferri ratio potest, nec forte ab alio: sunt et aliorum capita ejusmodi sic nulli inscripta. Hoc forsitan, quod in suum potius, quam aliorum usum hæc ita viri sancti ac eruditi digererent, ut essent quasi scite quædam dicta ipsa in promptu et ad memoriam parata, exque brevitate ad eam expedita.

461 *Ἐκ τῶν Φωτίου.*

Ἐν τῷ αὐτῷ τεύχει συνανεγνώσθη *Λόγος, κεφαλαίοις ἑκατὸν διειλημμένος*· καὶ, *Ἕτερος ὁμοίως τοῖς ἴσοις ἀπηρτισμένος*· Ἐν οἷς θεολογία τε διαλάμπει καὶ ἠθῶν διακόσμησις. Καὶ οὐκ ἂν ἐν οὐδενὶ τὸ ὁμοφυὲς αὐτοῖς πρὸς τὰ τετρακόσια κεφάλαια ἐνοθεύετο, εἰ μὴ τὸ ἀλληγορικὸν ἐν πολλοῖς ὑποβαλλόμενον, καὶ ὁμόφυλά πως αὐτὰ παραστῆσαν ἦν τῇ συντάξει, ἤτις Γραφικῶν ἀπορημάτων καὶ λύσεων ἔκθεσιν σπουδάζει, καὶ Θαλασσίῳ ἐστὶ πρεσβυτέρῳ καὶ ἡγουμένῳ προσπεφωνημένη. Καὶ τὸ πρὸς ταῦτα δὲ συγγενὲς διὰ τῆς πρὸς ἐκείνην οἰκειώσεως, ὑποβολιμαῖον εἶναι λογισμοὺς ἀναῤῥιπίζει.

Photii censura.

In eodem ipso volumine, lectus pariter est *Liber centum constans Capitibus*, et, *Alter item totidem Capitibus absolutus*: in quibus, tum divinarum rerum scientia elucet, tum moribus exornandis apposita doctrina. Quorum quidem nulla in re character a quadringentis illis capitibus (de charitate scilicet) dissideret; si non supposita plerisque allegoriæ, affinia hæc illi scripto quodammodo facerent, quo dubiorum et solutionum ex Scriptura explanationem, Thalassio presbytero et hegumeno inscriptam, diligenter exsecutus est. Sed et quæ cum istis intercedit affinitas, ob necessitudinem cum illa argumentique similitudinem, fetum hunc suppositum esse, suspicari non sinit.

Digitized by Google

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΜΑΞΙΜΟΥ ΤΟΥ ΟΜΟΛΟΓΗΤΟΥ

ΚΕΦΑΛΑΙΑ Σ'

Περὶ θεολογίας καὶ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας τοῦ Υἱοῦ Θεοῦ.

—

S. P. N. MAXIMI CONFESSORIS,

CAPITA DUCENTA

Ad theologiam Deique Filii in carne dispensationem spectantia.

—

CENTENA PRIMUM CAPITA.

1. Deus unus est, principii expers, incomprehensus, totam prorsus essendi vim complectens; ac qui omnem temporis modique essendi excludat rationem, velut omnibus inaccessus, nullique rei nativa ex repræsentatione cognitus.

2. Deus, sui ipse ratione (quantum nobis scire concessum est) neque principium, neque medium, neque finis est *; nec quidquam prorsus eorum, quæ his, quæ ab illo secunda sunt, per naturam inesse intelliguntur. Est enim immensus et immobilis et infinitus, ut qui omni substantia et potentia et actione infinitis partibus superior sit.

3. Omni substantiæ, quæ una secum suam definitionem inducat, comparatum est ut ejus motus, qui illi potentia inesse intelligitur, principium exsistat. Omnis autem naturalis ad operationem motus, **462** qui posterior quidem substantia, prior vero operatione intelligatur, medium est, pro medii scilicet inter utrumque ratione natura intercedens. Omnis denique operatio sua ipsius ratione natura circumscripta, finis est essentialis ejus motus, qui illa prior ratione (subtili nimirum mentis cogitatu) est.

4. Non est Deus substantia, pro ejus substantiæ ratione, quæ simpliciter aut tali modo substantia dicitur, ut et principium sit : neque potentia seu facultas est, pro ejus potentiæ seu facultatis ratione, quæ simpliciter aut tali modo potentia seu facultas appellatur, ut et medium sit : nec denique operatio seu actio, pro ejus actionis ratione, quæ simpliciter vel tali modo operatio seu actio nuncupatur, ut et finis sit atque terminus essentialis ejus motus, qui secundum potentiam illa prior intelligatur; sed est res ejusmodi atque entitas (ut sic loqui liceat) quæ sit substantiæ auctor, ac emineat; firmitasque vim præstans et potentiam, quam pro substantiæ seu essentiæ ratione altius ac quæ vim ompem ac potentiam superexcedat :

* Cap. 5 *De myst. theol.*

ΕΚΑΤΟΝΤΑΣ Α'.

Α

α'. Εἷς Θεὸς, ἄναρχος, ἀκατάληπτος, ὅλην ἔχων τοῦ εἶναι τὴν δύναμιν ὅλου· τὴν, πότε καὶ πῶς εἶναι παντάπασιν ἀπωθούμενος ἔννοιαν· ὡς πᾶσιν ἄβατος, καὶ μηδενὶ τῶν ὄντων ἐκ φυσικῆς ἐμφάσεως διεγνωσμένος.

β'. Ὁ Θεὸς, οὐκ ἔστι δι' ἑαυτὸν, ὡς ἡμᾶς εἰδέναι δυνατόν· οὔτε ἀρχὴ, οὔτε μεσότης, οὔτε τέλος, οὔτε τι τὸ σύνολον ἕτερον τῶν τοῖς μετ' αὐτὸν φυσικῶς ἐνθεωρουμένων· ἀόριστος γάρ ἐστι καὶ ἀκίνητος καὶ ἄπειρος, ὡς πάσης οὐσίας καὶ δυνάμεως καὶ ἐνεργείας ὑπερέκεινα ἀπείρως ὤν.

γ'. Πᾶσα οὐσία τὸν ἑαυτῆς ὅρον ἑαυτῇ συνεισάγουσα, ἀρχὴ πέφυκεν εἶναι, τῆς ἐπιθεωρουμένης αὐτῇ κατὰ δύναμιν κινήσεως. Πᾶσα δὲ φυσικὴ πρὸς ἐνέργειαν κίνησις, τῆς μὲν οὐσίας μετεπινοουμένη· προεπινοουμένη δὲ τῆς ἐνεργείας, μεσότης ἐστὶν, ὡς ἀμφοῖν κατὰ τὸ μέσον φυσικῶς διειλημμένη· καὶ πᾶσα ἐνέργεια τῷ κατ' αὐτὴν λόγῳ φυσικῶς περιγραφομένη, τέλος ἐστὶ τῆς πρὸ αὐτῆς κατ' ἐπίνοιαν οὐσιώδους κινήσεως. Β

δ'. Οὐκ ἔστιν ὁ Θεὸς οὐσία, κατὰ τὴν ἁπλῶς ἢ πῶς λεγομένην οὐσίαν, ἵνα καὶ ἀρχή· οὔτε δύναμις κατὰ τὴν ἁπλῶς ἢ πῶς λεγομένην δύναμιν, ἵνα καὶ μεσότης· οὔτε ἐνέργεια, κατὰ τὴν ἁπλῶς ἢ πῶς λεγομένην ἐνέργειαν, ἵνα καὶ τέλος ἐστὶ τῆς κατὰ δύναμιν προεπινοουμένης οὐσιώδους κινήσεως· ἀλλ' οὐσιοποιὸς καὶ ὑπερούσιος ὀντότης· καὶ δυναμοποιὸς καὶ ὑπερδύναμος ἴδρυσις· καὶ πάσης ἐνεργείας δραστικὴ καὶ ἀτελεύτητος ἕξις· καὶ συντόμως εἰπεῖν, πάσης οὐσίας καὶ δυνάμεως καὶ ἐνεργείας, ἀρχῆς τε καὶ μεσότητος καὶ τέλους ποιητική. C

Digitized by Google

habitus denique omnis operationis seu actionis efficax ac immortalis. Atque, ut summa dicam, omnis substantiæ seu essentiæ, et potentiæ et operationis, principiique et medii et finis seu termini causa effectrix.

ε'. Ἡ ἀρχὴ καὶ ἡ μεσότης καὶ τὸ τέλος, τῶν χρόνῳ διαιρετῶν εἰσι γνωρίσματα· εἴποι δ' ἂν τις ἀληθεύων, καὶ τῶν ἐν αἰῶνι συνορωμένων. Ὁ μὲν γὰρ χρόνος, μετρουμένην ἔχων τὴν κίνησιν, ἀριθμῷ περιγράφεται· ὁ αἰὼν δὲ συνεπινοουμένην ἔχων τῇ ὑπάρξει τὴν πότε κατηγορίαν, πάσχει διάστασιν, ὡς ἀρχὴν τοῦ εἶναι λαβών. Εἰ δὲ χρόνος καὶ αἰὼν οὐκ ἄναρχα, πολλῷ μᾶλλον τὰ ἐν τούτοις περιεχόμενα. A

5. Principium, medium et finis, notæ sunt eorum quæ tempore dividua sunt; nec a vero aberraverit qui dicat, etiam eorum quæ in ævo ac sæculo esse intelliguntur. Nam tempus quidem, cujus motus numero mensuretur, suis terminis circumscribitur. Ævum autem seu sæculum, cujus exsistentiæ prædicamentum quando comes intelligatur, distantiam admittit, seu res ejusmodi, quæ esse incœperit. Sin autem ne tempus quidem ac ævum principio vacant, potiori longe ratione nec ea quæ illis comprehenduntur.

ς'. Εἷς καὶ μόνος κατὰ φύσιν ἀεὶ κυρίως ἐστὶν ὁ Θεός, ὅλον τὸ κυρίως εἶναι κατὰ πάντα τρόπον ἑαυτῷ περικλείων, ὡς καὶ αὐτοῦ τοῦ εἶναι κυρίως ὑπέρτερος. Εἰ δὲ τοῦτο, οὐδαμῶς οὐδὲν οὐδαμοῦ (a) τῶν εἶναι λεγομένων τὸ σύνολον ἔχει τὸ, κυρίως εἶναι. Οὐκοῦν οὐδὲν αὐτῷ τὸ παράπαν ἐξ ἀϊδίου συνθεωρεῖται κατ' οὐσίαν διάφορον· οὐκ αἰών, οὐ χρόνος, οὐδέ τι τῶν τούτοις ἐνδιαιτωμένων. Οὐ γὰρ συμβαίνουσιν ἀλλήλοις πώποτε, τὸ κυρίως εἶναι καὶ οὐ κυρίως. B

6. Unus solusque per naturam semper vere ac proprie est Deus, ejus quod est esse vim omnem omni modo in se concludens ac comprehendens, ut qui ipso esse vere proprieque emineat. Quod si ita est, nihil prorsus est eorum, quæ omnino esse dicuntur, quod vere ac proprie esse habeat. Nihil itaque penitus ab æterno, essentiæ ratione distinctum, una cum illo ac velut ei essendi comes, intelligitur : non ævum seu sæculum, non eorum aliquid quæ in illis versantur. Nunquam enim fiat, ut esse vere et proprie, et non vere ac proprie esse, conveniant ac concurrant.

ζ'. Ἀρχὴ πᾶσα καὶ μεσότης καὶ τέλος, εἰς ἅπαν τὴν σχετικὴν δι' ὅλου κατηγορίαν οὐκ ἥρνηται· Θεὸς δὲ καθόλου πάσης σχέσεως ὑπάρχων ἀπειράκις ἀπείρως ἀνώτερος, οὔτε ἀρχὴ οὔτε μεσότης οὔτε τέλος εἰκότως ἐστίν· οὐδέ τι τὸ σύνολον ἕτερον, τῶν, οἷς ἐνθεωρεῖσθαι κατὰ τὴν σχέσιν ἡ τοῦ *πρός τι* δύναται κατηγορία. C

463 7. Nullum principium, nullumque medium aut finis, omnem penitus habitudinem, seu relationem, quia alia aliis comparentur, excludit. Deus vero qui infinities infinite omni penitus habitudini ac relationi emineat, merito nec principium neque medium neque finis exsistit : nec prorsus aliud quidpiam eorum, in quibus parium comparatione, quam vocant *ad aliquid*, categoria intelligi possit.

η'. Πάντα τὰ ὄντα, νοούμενα λέγεται· τῶν ἐπ' αὐτὰ γνώσεων ἐναποδείκτους ἔχοντα τὰς ἀρχάς· ὁ δὲ Θεὸς, οὐ νοούμενος ὀνομάζεται· ἀλλ' ἐκ τῶν νοουμένων μόνον εἶναι πιστεύεται· διόπερ οὐδὲν τῶν νοουμένων αὐτῷ καθ' ὁτιοῦν παραβάλλεται.

8. Res omnes atque entia, ea dicuntur, quæ intelliguntur; quæ scilicet eorum, quæ de illis sunt, notionum demonstrabilia principia habeant. Deus autem is dicitur, qui non intelligatur, sed ex rebus quæ intelliguntur, solummodo esse credatur : quod nimirum earum rerum quæ intelliguntur, nulla ullo modo cum eo comparetur.

θ'. Αἱ τῶν ὄντων γνώσεις, συνηρτημένους φυσικῶς ἔχουσι πρὸς ἀπόδειξιν τοὺς οἰκείους λόγους, οἷς περιγραφὴν φυσικῶς ὑπομένουσιν· ὁ δὲ Θεὸς, διὰ τῶν ἐν τοῖς οὖσι λόγων εἶναι μόνον πιστεύεται· πάσης ἀποδείξεως βασιμώτερον, τοῖς εὐσεβέσι τὴν ὅτι κυρίως ἐστὶν ὁμολογίαν καὶ πίστιν διδούς. Πίστις γάρ ἐστι, γνῶσις ἀληθὴς ἀναποδείκτους ἔχουσα τὰς ἀρχὰς, ὡς τῶν ὑπὲρ νοῦν καὶ λόγον ὑπάρχουσα πραγμάτων ὑπόστασις. D

9. Rerum scientiæ ac notiones, connexas natura quibus demonstratio instituatur, suas rationes habent, quibus scilicet natura circumcribuntur : Deus autem per rationes quæ sunt in rebus, solummodo esse creditur : sic tamen, ut omni firmiorem demonstratione, eam mentem piis ingerat, ut esse eum vere ac proprie credant ac confiteantur. Fides namque vera cognitio est, indemonstrabilia habens principia, ut quæ earum rerum substantia exsistat, quæ vim omnem mentis ac rationis excedunt.

ι'. Ἀρχὴ τῶν ὄντων καὶ μεσότης καὶ τέλος ἐστὶν

10. Deus, rerum et principium est et medium

(a) *Οὐδαμῶς οὐδὲν οὐδαμοῦ*. Sic quoque locis aliis Maximus, fusiusque in Quæst. ad Gregorium Theologum. Ac quidem si sermo est de coæterno proprie, ut nec virtualem quasi successionem ejus exsistentia admittat; sic certum est nihil potuisse esse coæternum Deo. Sin autem de coæterno quod extrinsece æternitati cum virtuali successione respondeat, non facile evinci potest non potuisse rem aliquam vel mundum ipsum sic ab æterno a Deo creari, ita ut semper ei coexsisteret, uti et in æternum Dei munere illi coexsistet, ipso in perpetuum conservante, etsi libero decreto ac voluntate.

Digitized by Google

76. Emunda animum tuum ab ira et simultate, ac turpibus cogitationibus. Idque ubi præstiteris, inhabitantem Christum nosse poteris.

77. Quis te illuminavit in fidem sanctæ et consubstantialis ac adorandæ Trinitatis; aut quis dispensationis in carne unius e sancta Trinitate notitiam intulit? Quis vero spirituum seu animorum rationes docuit, vel eas, quæ ad ortum spectant ac consummationem mundi hujus oculis aspectabilis, sive etiam ad resurrectionem mortuorum et vitam æternam, vel ad gloriam et regnum cœlorum tremendumque judicium? **455** Nonne quæ in te habitat Christi gratia, estque arrhabo sancti Spiritus? Quid hac majus gratia? aut quid hac præstantius sapientia et scientia, quidve iis, quæ promissa sunt, sublimius? Sin autem inertes segnesque sumus, nec a perturbationibus ac affectibus impedientibus mentemque excæcantibus, nos ipsi emundamus, ut vel ipso clarius sole horum rationes videre possimus, in nos ipsos causam referamus, nec quæ in nobis habitat, gratiam abnegemus.

78. Qui tibi æterna bona pollicitus est, Deus, hique tuo pectore Spiritus arrhabonem dedit, is, magna cura ac diligentia vitæ rationes tibi instituendas præcepit; ut homo interior ab affectibus atque vitiis liberatus, jam tum bonis frui inciperet.

79. Divinorum ac sublimium contemplationum compos effectus, magnam charitati ac continentiæ diligentiam habe: quo nempe partem animi affectibus obnoxiam, imperturbatam servans, indeficiens animi jubar obtineas.

80. Irascentem animi partem charitate frena; ejusque partem concupiscentem continentiæ laboribus macera: vim autem rationis orationis cultu sublimem leva; nec ullas unquam mentis tuæ lumen tenebras incurret.

81. Quæ dilectionem solvunt, hæc fere sunt; nempe, detractus honor, damni illati injuria, calumnia, sive in fide, sive in vita ac moribus; verbera, vulnera, etc. Atque hæc vel quæ ipsi contingant, vel quæ affinium cuipiam seu amicorum irrogentur. Qui igitur horum alicujus causa dilectionem solvit ac charitatem, is necdum quisnam finis sit mandatorum Christi cognovit.

82. Stude quanta facultas quemvis hominum diligere. Sin autem id necdum præstare vales, vel certe neminem oderis. Ac ne hoc quidem vales præstare, nisi quæ sunt mundi contempseris.

83. Tibi aliquis maledixit? Ne illum oderis, sed quod in te jactatum est maledictum, ejusque jactandi auctorem, diabolum. Sin autem ipsum oderis, qui maledixit, hominem odisti, reusque es violati mandati: ac quod ille fecit verbo, tu facis opere. Sin autem servas mandatum, quæ dilectionis sunt, exhibe, ac si quid per facultatem licet, ferto opem, ut a malo liberes.

84. Non vult Christus, ut adversus quempiam

ος'. Κάθαιρε τὸν νοῦν σου ἀπὸ ὀργῆς, καὶ μνησικακίας, καὶ τῶν αἰσχρῶν λογισμῶν. Καὶ τότε ἂν νήψῃ γνῶναι τὴν τοῦ Χριστοῦ ἐνοίκησιν.

οζ'. Τίς σε ἐφώτισεν εἰς τὴν πίστιν τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου καὶ προσκυνητῆς Τριάδος (47); ἢ τίς σοι ἐγνώρισε τὴν ἔνσαρκον οἰκονομίαν τοῦ ἑνὸς τῆς ἁγίας Τριάδος; Τίς δέ σε ἐδίδαξε τοὺς περὶ ἀσωμάτων λόγους, ἢ τοὺς περὶ γενέσεως καὶ συντελείας τοῦ ὁρωμένου κόσμου· ἢ περὶ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως καὶ αἰωνίου ζωῆς, ἢ περὶ τῆς δόξης τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, καὶ τῆς φοβερᾶς κρίσεως; Οὐχὶ ἡ χάρις τοῦ Χριστοῦ ἡ ἐνοικοῦσα ἐν σοί; ἥτις ἐστὶν ὁ ἀῤῥαβὼν τοῦ ἁγίου Πνεύματος; Τί μεῖζον ταύτης τῆς χάριτος; ἢ τί κρεῖττον ταύτης τῆς σοφίας καὶ τῆς γνώσεως; ἢ τί τῶν ἐπαγγελιῶν ὑψηλότερον; Εἰ δέ ἐσμεν ἀργοὶ καὶ ἀμελεῖς, καὶ μὴ καθαίρομεν ἑαυτοὺς τῶν κωλυόντων ἡμᾶς, καὶ τὸν νοῦν ἡμῶν ἐκτυφλούντων παθῶν, ὥστε δύνασθαι καὶ τρανότερον ἡλίου τοὺς περὶ τούτων λόγους ὁρᾶν, ἑαυτοὺς αἰτιασώμεθα, καὶ μὴ τὴν τῆς χάριτος ἐνοίκησιν ἀρνησώμεθα.

οη'. Ὁ ἐπαγγειλάμενός σοι Θεὸς τὰ αἰώνια ἀγαθὰ, καὶ τὸν ἀῤῥαβῶνα τοῦ Πνεύματος ἐν τῇ καρδίᾳ δεδωκὼς, ἐνετείλατό σοι ἐπιμελεῖσθαί σε τοῦ βίου, ἵνα ὁ ἔσω ἄνθρωπος τῶν παθῶν ἐλευθερωθεὶς, ἄρξηται ἀπεντεῦθεν τῆς τῶν ἀγαθῶν ἀπολαύσεως.

οθ'. Τῶν θείων καὶ ὑψηλῶν καταξιωθεὶς θεωρημάτων, σφόδρα ἐπιμελοῦ ἀγάπης καὶ ἐγκρατείας· ἵνα τὸ παθητικὸν ἀτάραχον διαφυλάττων, ἀνέκλειπτον ἕξῃς τὸ τῆς ψυχῆς φέγγος.

π'. Τὸ θυμικὸν τῆς ψυχῆς, ἀγάπῃ χαλίνωσον· καὶ τὸ ἐπιθυμητικὸν αὐτῆς ἐγκρατείᾳ καταμάρανον· καὶ τὸ λογικὸν αὐτῆς προσευχῇ πτέρωσον· καὶ τὸ φῶς τοῦ νοῦ οὐκ ἀμαυροῦταί ποτε.

πα'. Τὰ τὴν ἀγάπην λύοντα, εἰσὶ ταῦτα· αἶσχος, ἀτιμία, ζημία, συκοφαντία, ἢ εἰς πίστιν, ἢ εἰς βίον· δαρμοὶ, πληγαὶ, καὶ τὰ ἑξῆς· καὶ ταῦτα ἢ αὐτῷ συμβαίνοντα, ἢ τινι τῶν αὐτοῦ συγγενῶν ἢ φίλων. Ὁ οὖν διά τι τούτων λύων τὴν ἀγάπην, οὔπω ἔγνω τίς ὁ σκοπὸς τῶν τοῦ Χριστοῦ ἐντολῶν.

πβ'. Σπούδασον ὅσον δύνασαι πάντα ἄνθρωπον ἀγαπῆσαι. Εἰ δὲ τοῦτο οὔπω δύνασαι, κἂν μηδένα μισήσῃς. Οὐ δύνασαι δὲ οὐδὲ τοῦτο ποιῆσαι, εἰ μὴ τῶν τοῦ κόσμου πραγμάτων καταφρονήσῃς.

πγ'. Ὁ δεῖνα ἐβλασφήμησε· μὴ μισήσῃς ἐκεῖνον, ἀλλὰ τὴν βλασφημίαν, καὶ τὸν βλασφημήσαντα παρασκευάσαντα δαίμονα. Εἰ δὲ τὸν βλασφημήσαντα μισεῖς, ἄνθρωπον ἐμίσησας, καὶ τὴν ἐντολὴν παρέβης· καὶ ὅπερ ἐκεῖνος τῷ λόγῳ ἐποίησε, ποιεῖς σὺ τῷ ἔργῳ. Εἰ δὲ τὴν ἐντολὴν φυλάττεις, τὰ τῆς ἀγάπης ἐπίδειξαι· καὶ εἴ τι δύνασαι, βοήθησον, ἵνα τοῦ κακοῦ αὐτὸν ἀπαλλάξῃς.

πδ'. Οὐ θέλει σε ὁ Χριστὸς μῖσος ἔχειν πρὸς ἄν-

Digitized by Google

θρωπον, ἢ λύπην ἢ ὀργὴν ἢ μνησικακίαν τοσύνολον A καθ' οἱονδήποτε τρόπον, ἢ δι' οἱονδήποτε πρᾶγμα πρόσκαιρον. Καὶ τοῦτο πάντη βοῶσι τὰ τέσσαρα Εὐαγγέλια.

hominum odium habeas, **456** aut ægri animi sensum, aut iram, ullamve quovis omnino modo, vel ob ullam prorsus rem temporaneam, teneas injuriarum memoriam. Atque hoc omnino quatuor Evangelia clamant.

πε'. Πολλοί ἐσμεν οἱ λέγοντες, ὀλίγοι δὲ οἱ ποιοῦντες. Ἀλλ' οὖν τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ οὐδεὶς ὤφειλε νοθεύειν διὰ τὴν ἰδίαν ἀμέλειαν· ἀλλ' ὁμολογεῖν μὲν τὴν ἑαυτοῦ ἀσθένειαν, μὴ ἀποκρύπτειν δὲ τὴν τοῦ Θεοῦ ἀλήθειαν· ἵνα μὴ ὑπόδικοι γενώμεθα, μετὰ τῆς τῶν ἐντολῶν παραβάσεως, καὶ τῆς τοῦ λόγου τοῦ Θεοῦ παρεξηγήσεως.

85. Multi sumus qui dicamus, pauci qui faciamus. Nemo tamen, quod ipse negligens inersque est, Dei verbum debet adulterare : sed suam quidem fateri infirmitatem, nec tamen propterea Dei celare veritatem; ne duplicis criminis rei inveniamur, quod non solum mandata transgrediamur, verum etiam Dei verbum ac Scripturam male interpretemur.

πς'. Ἀγάπη καὶ ἐγκράτεια, παθῶν τὴν ψυχὴν ἐλευθεροῦσιν· ἀνάγνωσις καὶ θεωρία, ἀγνοίας τὸν νοῦν ἀπαλλάττουσιν· ἡ δὲ τῆς προσευχῆς κατάστα- B σις (v), αὐτῷ παρίστησιν αὐτὸν τῷ Θεῷ.

86. Dilectio et continentia animam ab affectibus atque vitiis liberant : lectio autem et contemplatio, mentem ab ignorantia eximunt; at eam orationis status ipsi Deo sistit.

πζ'. Ὅταν ἴδωσιν ἡμᾶς οἱ δαίμονες τῶν πραγμάτων τοῦ κόσμου καταφρονοῦντας (48), ἵνα μὴ δι' αὐτὰ τοὺς ἀνθρώπους μισήσωμεν καὶ τῆς ἀγάπης ἐκπέσωμεν, τότε συκοφαντίας καθ' ἡμῶν ἐγείρουσιν, ἵνα τὴν λύπην μὴ φέροντες, τοὺς συκοφαντήσαντας μισήσωμεν.

87. Cum nos viderint dæmones ea quæ sunt mundi spernere, ne illorum causa quempiam oderimus ac charitatis jacturam faciamus : tunc calumnias in nos excitant, ut, ægri animi dolorem non ferentes, earum nobis structores oderimus.

πη'. Οὐκ ἔστι πόνος ψυχῆς βαρύτερος συκοφαντίας (49), κἂν τε εἰς πίστιν, κἂν τε εἰς βίον τις συκοφαντεῖται· καὶ οὐδεὶς ταύτης καταφρονεῖν δύναται, εἰ μὴ μόνος ὁ εἰς Θεὸν ἀποβλεπόμενος ὡς ἡ Σωσάννα, τὸν μόνον δυνάμενον καὶ ἐξ ἀναγκῶν ῥύσασθαι ὥσπερ κἀκείνην, καὶ τοὺς ἀνθρώπους πληροφορῆσαι, ὡς καὶ περὶ ἐκείνης· καὶ τὴν ψυχὴν τῇ C ἐλπίδι παραμυθήσασθαι.

88. Nullus animæ gravior labor, quam calumniæ, sive hæc fidem petat, sive vitam moresque respiciat; nec quisquam contemnendo sit, nisi solum qui instar Susannæ in Deum aspiciat [29]; qui solus, velut illam, a necessitatibus potest liberare; ac sicut in illa, malum nomen depellere, atque animum spei solatio levare.

πθ'. Ὅσον εὔχῃ ἐκ τῆς ψυχῆς ὑπὲρ τοῦ συκοφαντήσαντος, τοσοῦτον καὶ ὁ Θεὸς πληροφορεῖ τοὺς σκανδαλισθέντας.

89. Quantum ex animo pro eo oras, a quo aspersus calumnia es, tantum Deus apud illos abstergit, quos illa offenderat, læsæque fidem innocentiæ facit.

ι'. Φύσει ἀγαθὸς μόνος ὁ Θεός· καὶ γνώμῃ ἀγαθὸς, μόνος ὁ θεομίμητος. Σκοπὸς γὰρ αὐτῷ ἐστι, τῷ φύσει ἀγαθῷ τοὺς πονηροὺς συνάψαι, ἵνα γένωνται ἀγαθοί. Διὰ τοῦτο ὑπ' αὐτῶν λοιδορούμενος εὐλογῇ· διωκόμενος ἀνέχεται· βλασφημούμενος παρακαλεῖ· φονευόμενος ὑπερεύχεται. Πάντα ποιεῖ, ἵνα τοῦ σκοποῦ τῆς ἀγάπης μὴ ἐκπέσῃ.

90. Solus Deus natura bonus est : voluntate autem animique sententia solus bonus est, qui Deum imitatur. Id enim omnino satagit, ut ei, qui natura bonus sit, malos conjungat, quo et ii boni fiant. Idcirco illis maledicentibus benedicit; persequentibus sustinet; blasphemantibus, obsecrat; enecantibus, precatur [30]. Omnia denique facit, ut ab scopo dilectionis non excidat.

ια'. Αἱ μὲν ἐντολαὶ τοῦ Κυρίου, διδάσκουσιν ἡμᾶς τοῖς μέσοις εὐλόγως χρήσασθαι πράγμασι· ἡ δὲ D εὔλογος τῶν μέσων χρῆσις, τὴν τῆς ψυχῆς καθαίρει κατάστασιν· ἡ δὲ καθαρὰ κατάστασις, τίκτει τὴν διάκρισιν· ἡ δὲ διάκρισις, τίκτει τὴν ἀπάθειαν, ἐξ ἧς τίκτεται ἡ τελεία ἀγάπη.

91. Præcepta Dominica his quæ sunt medii ordinis docent convenienter ex ratione uti : conveniens autem exque ratione rerum mediarum usus, animi statum purgat; isque purgatus, discretionem parit; discretio, imperturbationem animique affectionibus vacui tranquillitatem; ex qua demum perfecta charitas procedit.

ιβ'. Οὔπω ἔχει τὴν ἀπάθειαν, ὁ διὰ σύμβασιν πειρασμοῦ, τὸ ἐλάττωμα τοῦ φίλου παραβλέπειν μὴ δυνάμενος, ἢ ὃν τυχὸν, ἢ δὲ εἶναι δοκοῦν. Τὰ

457 92. Nondum imperturbationem animique sedatis affectibus, tranquillitatem adeptus est, qui eo quod tentatio duriusque aliquid accidit, amici

[29] Dan. XIII, 1 seqq. [30] 1 Cor. IV, 12.

(v) *Ἡ δὲ τῆς προσευχῆς κατάστασις.* Pro statu ac indole accipio; secundum quod Hesych. et Varino τὸ, κατάστασις, voce ἦθος redditur. Hoc enim volunt ipsæ orationis definitionis Damasceno et aliis traditæ : *Ascensio mentis in Deum, petitio decentium a Deo*, etc. Oratio itaque suapte indole et ratione, mentem ipsi Deo sistit. Sic. cap. 91 accipi videtur, ἡ τῆς ψυχῆς κατάστασις, quam rerum mediarum conveniens usus et ex ratione, mundam præstet; ut sic animus quasi sibi suæque indoli reddatur, depulsis vitiorum sordibus.

Digitized by Google

defectum, sive qui vere reipsa sit, sive qui videatur, dissimulare nescit. Ingruentes enim animo turbati ac exasperati affectus, mentem excæcant, nec fulgentes veritatis radios videre sinunt, nec ut virtus discernatur a vitio. Ergo qui ejusmodi est, necdum perfectam comparavit charitatem, quæ foras mittit judicii timorem [31].

93. *Amici fidelis nulla est commutatio* [32] : Quod is, amici æruminas ac mala, sua ipsius reputet; duraque ac molesta illi socius ad mortem usque toleret.

94. Amicorum quidem ingens numerus, id vero rebus secundis ac prosperis : cæterum iisdem nubilis atque turbatis, vix unum inveneris.

95. Omnes quidem ex animo diligendi sunt : verum in solo Deo collocanda spes, exque tota virtute illi serviendum. Quandiu enim nos ipse conservat, tum nos omnes amici colunt, tum inimici omnes ac adversarii nihil nocere possunt. Illo autem deserente, tum nos amici omnes aversantur, tum inimici omnes adversum nos prævalent.

96. Quatuor universim sunt derelictionis modi : primus certa quadam dispensatione ac consilii ratione, velut in Christo, ut per eam quæ videbatur, derelictionem, qui derelicti erant salutem consequerentur; secundus, qui est probationis causa, ut in Jobo ac Josepho, ut alter quidem fortitudinis, alter vero castitatis erectæ columnæ titulique exsisterent; tertius, eruditionis causa spiritalis, ut in Apostolo, quo ille, sensus modestia ac humilitate, præcellentem gratiam conservaret; quartus per aversionem, ut in Judæis, ut scilicet castigatione eruditi, ad pœnitentiam flecterentur. Sunt vero omnes hi modi salutares, divinæque bonitatis pleni ac miserationis.

97. Ii duntaxat qui mandata diligenter servant, suntque veri divinorum judiciorum mystæ, amicos, qui divina permissione tententur, non deserunt. Qui autem mandata contemnunt, nec divina judicia docti sunt, tum quidem cum amicus secundis rebus utitur, ejus socii felicitatis accedunt : ubi autem in tentatione positus malis afficitur, eum deserunt. Quin et quandoque in adversariorum partes concedunt.

458 98. Christi amici, vere et ex animo cunctos diligunt : non tamen ab omnibus diliguntur. Mundi autem amici, nec omnes diligunt, nec ab omnibus diliguntur. Ac quidem Christi amici, in finem usquam perfectam servant charitatem ; mundi autem, donec alter alterum rerum sæculi causa offenderint.

99. *Fidelis amicus, protectio firma* [33]. Quod nempe amico, et dum secundis rebus utitur, probus monitor sit ac consiliarius unanimisque adjutor; tum illis nubilis atque adversis, sincerissimus defensor ac propugnator officiosissimus.

[31] Joan. IV, 18. [32] Eccli. IV, 15. [33] Eccli. VI, 14.

A γὰρ ἐγκείμενα τῇ ψυχῇ πάθη ἐκταραττόμενα (ὠσι), ἐκτυφλοῖ τὴν διάνοιαν, καὶ οὐκ ἐᾷ διαβλέψαι εἰς τὰς τῆς ἀληθείας αὐγάς, οὐδὲ διακρῖναι τὸ κρεῖττον ἀπὸ τοῦ χείρονος. Οὐκ ἄρα οὖν οὐδὲ τὴν τελείαν ἀγάπην ὁ τοιοῦτος ἐκτήσατο, τὴν ἔξω βάλλουσαν τὸν φόβον τῆς κρίσεως.

ιγ'. *Φίλου πιστοῦ οὐκ ἔστιν ἀντάλλαγμα.* Ἐπειδὴ τὰς τοῦ φίλου συμφορὰς, ἰδίας λογίζεται · καὶ συνυποφέρει αὐτῷ μέχρι θανάτου κακοπαθῶν.

ιδ'. Πολλοὶ μὲν οἱ φίλοι, ἀλλ' ἐν καιρῷ εὐημερίας· ἐν δὲ καιρῷ πειρασμῶν, μόλις ἂν εὑρήσεις ἕνα.

ιε'. Πάντα μὲν ἄνθρωπον, ἐκ ψυχῆς ἀγαπητέον· B ἐπὶ τῷ Θεῷ δὲ μόνῳ τὴν ἐλπίδα θετέον, καὶ ἐξ ὅλης ἰσχύος αὐτὸν θεραπευτέον. Ἐφόσον γὰρ αὐτὸς ἡμᾶς συντηρεῖ, οἵ τε φίλοι πάντες ἡμᾶς περιέπουσι, καὶ οἱ ἐχθροὶ πάντες πρὸς ἡμᾶς ἀδυνατοῦσιν. Ἐπὰν δὲ αὐτὸς ἡμᾶς ἐγκαταλίπῃ, εἴτε φίλοι πάντες ἡμᾶς ἀποστρέφονται, καὶ οἱ ἐχθροὶ πάντες καθ' ἡμῶν ἰσχύουσι.

ις'. Τέσσαρές εἰσι γενικοὶ ἐγκαταλείψεως τρόποι · ἡ μὲν, οἰκονομικὴ, ὡς ἐπὶ τοῦ Κυρίου· ἵνα διὰ τῆς δοκούσης ἐγκαταλείψεως, οἱ ἐγκαταλελειμμένοι σωθῶσιν. Ἡ δὲ, πρὸς δοκιμὴν, ὡς ἐπὶ τοῦ Ἰὼβ καὶ Ἰωσήφ· ἵνα ὁ μὲν, ἀνδρείας · ὁ δὲ, σωφροσύνης στῆλαι ἀναφανῶσιν. Ἡ δὲ, πρὸς παίδευσιν πνευματικὴν, ὡς ἐπὶ τοῦ Ἀποστόλου, ἵνα ταπεινοφρονῶν, τὴν ὑπερβολὴν φυλάξῃ τῆς χάριτος. Ἡ δὲ κατὰ ἀποστροφὴν, ὡς ἐπὶ τῶν Ἰουδαίων, ἵνα κολαζόμενοι πρὸς μετάνοιαν κατακαμφθῶσι. Σωτήριοι δὲ πάντες οἱ τρόποι ὑπάρχουσι, καὶ τῆς θείας ἀγαθότητος καὶ φιλανθρωπίας ἀνάμεστοι.

ιζ'. Μόνοι οἱ ἀκριβεῖς τῶν ἐντολῶν φύλακες, καὶ γνήσιοι τῶν θείων κριμάτων μύσται, τοὺς κατὰ συγχώρησιν Θεοῦ πειραζομένους, οὐ καταλιμπάνουσι φίλους. Οἱ δὲ τῶν ἐντολῶν καταφρονηταὶ, καὶ τῶν θείων κριμάτων ἀμύητοι, ὅταν μὲν ὁ φίλος εὐημερῇ, συναπολαύουσιν αὐτῷ· ἐπὰν δὲ πειραζόμενος κακοπαθῇ, καταλιμπάνουσιν αὐτόν. Ἔστι δὲ ὅταν καὶ μετὰ τῶν ἐναντίων ἵστανται.

ιη'. Οἱ μὲν τοῦ Χριστοῦ φίλοι, πάντας ἀγαπῶσι γνησίως. Οὐχ ὑπὸ πάντων δὲ ἀγαπῶνται. Οἱ δὲ τοῦ κόσμου φίλοι, οὐδὲ πάντας ἀγαπῶσι, οὐδὲ ὑπὸ πάντων ἀγαπῶνται. Καὶ οἱ μὲν τοῦ Χριστοῦ, μέχρι τέλους τὴν συνέχειαν τῆς ἀγάπης διατηροῦσιν· οἱ δὲ τοῦ κόσμου, μέχρις οὗ ἀλλήλοις διὰ τὰ κόσμου προσκρούσωσι.

ιθ'. *Φίλος πιστὸς, σκέπη κραταιά.* Ἐπειδὴ καὶ εὐημεροῦντι τῷ φίλῳ σύμβουλός ἐστιν ἀγαθὸς καὶ συνεργὸς σύμψυχος · καὶ κακοπαθοῦντι ἀντιλήπτωρ γνησιώτατος καὶ ὑπέρμαχος συμπαθέστατος.

Digitized by Google

ρ'. Πολλοὶ μὲν πολλὰ περὶ ἀγάπης εἰρήκασιν· ἐν μόνοις δὲ τοῖς Χριστοῦ μαθηταῖς ταύτην ζητήσας, εὑρήσεις· ἐπεὶ καὶ μόνοι αὐτοὶ εἶχον τὴν ἀληθινὴν Ἀγάπην τῆς ἀγάπης διδάσκαλον, περὶ ἧς ἔλεγον· *Ἐὰν ἔχω προφητείαν, καὶ εἰδῶ τὰ μυστήρια πάντα, καὶ πᾶσαν τὴν γνῶσιν, ἀγάπην δὲ μὴ ἔχω, οὐδέν ὠφελοῦμαι.* Ὁ οὖν κτησάμενος τὴν ἀγάπην, αὐτὸν τὸν Θεὸν ἐκτήσατο· ἐπειδὴ ὁ *Θεὸς ἀγάπη ἐστίν.* Αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. A

100. Multi de charitate locuti sunt : hanc enimvero si quæsieris, in solis invenies Christi discipulis. Nam et hi soli veram charitatem habebant, quæ doceret charitatem ; de qua aiebat Apostolus : *Si habuero prophetiam et noverim mysteria omnia, et omnem scientiam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest* [35]. Qui ergo nactus est charitatem, Deum nactus est, eo quod *Deus charitas est* [36]. Ipsi gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Τέλος τῶν περὶ ἀγάπης κεφαλαίων τῆς τετάρτης ἑκατοντάδος.

Finis quater centenorum capitum de charitate.

ΑΝΕΠΙΓΡΑΦΟΥ ΣΧΟΛΙΑ (x).

INCERTI AUCTORIS SCHOLIA.

α'. Ἡμεῖς οὐδὲ λόγοις οὐδὲ ἔργοις παιδεύειν, ἢ κἂν παιδεύεσθαι δυνάμενοι, λόγοις παιδεύειν ἐπιχειροῦμεν· καὶ ἄλλων γίνεσθαι ἰατροὶ ἕλκεσιν αὐτοὶ βρύοντες. Ὅρα δὲ τὸ, ὅτι *Οὐ πάντα τοῖς βουλομένοις εἰσὶν εὐληπτα, κἂν τοῦτο δοκῇ.* Καὶ τίς οὐ θαυμάσεται τοὺς καὶ γυναῖκας χλιδώσας καὶ νήπια ταῦτα διδάσκειν ἐπαγγελλομένους μετὰ σοβαροῦ τοῦ φρονήματος ; B

1. Nos qui nec verbis nec operibus docere, aut saltem doceri valeamus, verbis ac sermonibus docere tentamus, atque aliorum effici medici, qui ulceribus ipsi scateamus. Observa vero illud : *Non omnia his qui velint, capi facile possunt ac intelligi, etsi ita videatur.* Ecquis non miretur eos, qui et luxuriosas mulierculas et infantes, hæc se docturos, sensu tumido ac superbo, profiteantur ?

β'. Λέγων ὁ Ἀπόστολος· *Εἰ δέ τις ἀγαπᾷ τὸν Θεὸν, οὗτος ἔγνωσται ὑπ' αὐτοῦ·* δῆτα ἀγαπῶντας ἡμᾶς τὸν Κύριον γινώσκεσθαι βούλεται· *Ἐκ δὲ τοῦ γινώσκεσθαι τὸ διδάσκεσθαι*, καθά φησιν ὁ μέγας καὶ τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν θεολογίαν Γρηγόριος. Ταύτης οἶμαι τῆς ἐννοίας ἐστὶ, καὶ τόδε τὸ κεφάλαιον· *Ἀγάπην μὲν, τίκτει ἀπάθεια· ἡ δὲ ἀγάπη, τοῦ φωτισμοῦ τῆς γνώσεώς ἐστι γεννητική.*

2. Cum dicat Apostolus : *Si quis autem diligit Deum, hic cognitus est ab eo* [36] ; nimirum vult nos diligendo Dominum cognosci : *Ex eo autem quod cognoscimur, doceri*, sicut ait, tum virtutis præstantia, tum laude theologiæ magnus Gregorius. Hunc puto sensum habere et hoc capitulum : *Charitatem quidem parit imperturbatio ; charitas autem illustrationis scientiæ parens exsistit.*

γ'. Τίνων οὐχ ἅπτεται αὕτη ἔννοια, οἶμαι δὲ μάλιστα, τῶν τοῦ μαμωνᾶ ὑπεραποθνησκόντων· ταυτὸν δὲ εἰπεῖν τοῦ λεγομένου δημοσίου καὶ τοῦ κοσμοκράτορος. C

3. Quos sententia hæc non perstringat : Præcipue vero eos, qui mammonæ causa moriuntur : perindeque est ac dicas, ejus quod publicum (quasi forte *ærarium*) vocant, et mundi rectorem.

δ'. Ὁ Θεὸς πάντας ἀνθρώπους θέλει σωθῆναι, καὶ ὑπὲρ πάντων ἀπέθανεν, ἵνα οἱ πάντες σωθῶσιν. Ὁ οὖν ἀγαπῶν τὸν Θεὸν, τὸ θελητὸν τοῦ Θεοῦ φυλάττει. Φυλάττων δὲ, πῶς οὐκ ἀγαπήσει πάντας ὡς ἑαυτὸν, καὶ θελήσει πάντας σωθῆναι, τοῦτο θέλοντος τοῦ Θεοῦ ;

4. Deus omnes homines vult salvos fieri, et pro omnibus mortuus est, ut omnes salutem consequantur [37]. Qui ergo Deum diligit, hoc custodit, quod ex Dei voluntate exsistit. Qui vero custodiat, quomodo non omnes ut seipsum diligit, vultque omnes salvos fieri, cum hæc Dei voluntas exsistat ?

ε'. Γνῶσιν τοῦ Θεοῦ τὴν πίστιν λέγει· ἀγάπην δὲ, τὴν τήρησιν τῶν ἐντολῶν· ἣν καὶ θέλημα καλεῖ καὶ δικαιώματα καὶ ἐντάλματα καὶ προστάγματα καὶ φῶς· κατὰ τὸ, *Διότι φῶς τὰ προστάγματά σου.* Τὴν ἔμπρακτον δὲ γνῶσιν παρίστησι τὸ κεφάλαιον. D

5. Scientiam Dei, fidem vocat. Charitatem vero, observationem mandatorum, quam et voluntatem appellat, et justificationes et mandata et præcepta et lumen, juxta illud : *Quia lux mandata* [38]. Porro caput hoc scientiam exhibet cum actione conjunctam eamque dirigentem.

ς'. Αἰτία τῶν ἀρετῶν ἐστιν ὁ Θεός. Τούτου δὲ, κατ' ἐνέργειαν γνῶσις, ἡ τοῦ κατ' ἀλήθειαν ἐπεγνωκότος τὸν Θεὸν, πρὸς τὸ πνεῦμα κατὰ τὴν ἕξιν ἀλλοίωσις.

6. Scientiæ auctor Deus est. Ejus autem in actu scientia, ejus est qui Deum scit, in spiritum habitu immutatio.

ζ'. Ἀνάγνωθι τὸ ος' τῆς αὐτῆς ρ', καὶ εὑρήσεις ὅμοιον πάντη, παρὰ τὸ τῶν ὀνομάτων διάφορον.

7. Lege caput septuagesimum sextum ejusdem centenarii, inveniesque prorsus simile, nisi quod alia nomina posita sunt.

η'. Εἰ φάρμακον τῆς ἀγάπης ἡ ἐντολὴ κατὰ τοῦ θυμοῦ ἐδόθη· πάντως ἡ ἐγκράτεια κατὰ τῆς ἐπιθυμίας δεδώρηται. Ἀνάγνωθι τὸ οθ'.

459 8. Si charitatis mandatum remedium adversus iram datum est, plane continentia adversus concupiscentiam concessa est. Lege cap. 79.

[35] I Cor. XIII, 2. [36] I Joan. IV, 46. [36] I Cor. VIII, 3. [37] I Tim. II, 4. [38] Isa. XXVI, 9.

(x) Ex Raphaelis Dufrenii, nunc Regio, codice.

Digitized by Google

9. Nos vero qui horum trium servi simus, quantum alii in alios odium alimus; qui insatiabili cupiditate toti teneamur. Lege cap. 64.

θ'. Οἱ δὲ τῶν τριῶν δοῦλοι, πόσον μῖσος κατ' ἀλλήλων τρέφομεν· τοῦ πάθους ὅλοι τῆς ἀπληστίας γενόμενοι. Ἀνάγνωθι τὸ ξδ'.

10. Ubi dixerat, cap. 77, per mandata ab affectibus ac vitiis immunes præstare : hoc nunc capitulo modum ostendit; nempe in charitate et jejunio, continentiaque et oratione.

ι'. Εἰπὼν ἐν τῷ οζ', ὅτι διὰ μὲν τῶν ἐντολῶν, ἀπαθεῖς ἐργάζεται· νῦν διὰ τοῦδε τοῦ κεφαλαίου δείκνυσι πῶς· ὅτι ἐν ἀγάπῃ καὶ νηστείᾳ, τῇ τε ἐγκρατείᾳ καὶ προσευχῇ.

11. Etiam quis spiritalis ac scientia præditus, rursus detrahitur ac degravatur.

ια'. Καὶ γνωστικός τις ἐγκατασπᾶται πάλιν.

12. Nos vero qui affectibus atque vitiis obruti simus, quomodo contemplabimur : aut quomodo quæ fuerimus contemplati, non nos ex sanctæ Trinitatis scientia extrudent?

ιβ'. Ἡμεῖς δὲ συγκεχωσμένοι τοῖς πάθεσι, πῶς θεωρήσωμεν ; ἢ πῶς ἃ θεωροῦμεν οὐκ ἐκβάλλει ἡμᾶς τῆς γνώσεως τῆς ἁγίας Τριάδος ;

13. Vides contemplationis ascensiones?

81. Quandiu nostra pariter eorumque omnium quæ a Deo secunda sunt, substantia ac natura, mentis intelligentia non omnino excesserimus, necdum immutabilitatis habitum, quæ virtute præstatur, consecuti sumus. Ubi autem per dilectionem hanc nacti dignitatem fuerimus, divinæ promissionis vim pernoscemus. Ibi enim firma ac immobili statione fore credendum est, eos qui digni ac probi B sunt, ubi jam per charitatem, suam mens facultatem radicitus fixit. Qui enim seipso, cunctisque quæ ullo modo intelligi possunt non excesserit, atque in silentio, quod omnem mentis cogitatum superat constiterit, fieri non potest ut ab omni mutatione immunis sit.

πα'. Ἕως τῆς ἡμῶν τε καὶ πάντων τῶν μετὰ Θεὸν οὐσίας κατὰ διάνοιαν καθαρῶς οὐκ ἐκβεβήκαμεν (*q*), οὔπω τὴν τῆς κατ' ἀρετὴν ἀτρεψίας ἕξιν ἐλάβομεν. Ὁπηνίκα δὲ τοῦτο δι' ἀγάπης ἡμῖν κατορθωθῇ τὸ ἀξίωμα (ὅ), τότε γνωσόμεθα τῆς θείας ἐπαγγελίας τὴν δύναμιν. Ἐκεῖ γὰρ εἶναι χρὴ πιστεύειν καθ' ἕδρυσιν ἀμετάθετον τοὺς ἀξίους, ἔνθα προλαβὼν ὁ νοῦς δι' ἀγάπης τὴν σφετέραν ἐνερρίζωσε δύναμιν. Ὁ γὰρ μὴ ἐκβὰς ἑαυτοῦ, καὶ πάντων τῶν ὁπωσοῦν νοεῖσθαι δυναμένων, καὶ εἰς τὴν ὑπὲρ νόησιν σιγὴν καταστὰς, οὐ δύναται τροπῆς εἶναι πάμπαν ἐλεύθερος.

82. Mentis omnis cogitatio seu intellectio, plurium profecto, aut duorum minimum vim habet et expressionem. Est enim media inter extrema quædam habitudo seu relatio, inter se mutuo nectens, tum quod intelligit menteque percipit, tum quod ea percipitur. Neutri autem ut simplicitatem servet, est comparatum. Tum enim quod intelligit, quoddam omnino subjectum est, quæ illi comes intelligatur, intelligendi vim habens ; tum et quod intelligitur, aliquod prorsus subjectum vel in subjecto est, quæ una cum ipso intelligatur, vim passive intelligendi, ipsum quoque habens ; seu cujus illa virtus est ac facultas, præjacentem substantiam. Nihil enim prorsus in rebus ipsum per se simplex substantia aut intellectio est, ut et unitas indivisa sit. Deus autem, sive substantiam dixerimus, non ejusmodi est, ut vis passive intelligendi una ei

πβ'. Πᾶσα νόησις, πλήθους· ἢ τοὐλάχιστον, δυάδος πάντως ἔμφασιν ἔχει. Μέση γάρ ἐστι τινῶν ἀκροτήτων σχέσις, ἀλλήλοις συνάπτουσα, τό τε νοοῦν καὶ τὸ νοούμενον (*r*). Οὐδέτερον δὲ διόλου τὴν ἁπλότητα πέφυκε σώζειν. Τό τε γὰρ νοοῦν, ὑποκείμενόν τί ἐστι, πάντως συνεπινοουμένην αὐτῷ τὴν τοῦ νοεῖν ἔχον δύναμιν. Καὶ τὸ νοούμενον ὑποκείμενόν τι πάντως ἐστὶν, ἢ ἐν ὑποκειμένῳ· συνεπινοουμένην αὐτῷ τὴν τοῦ νοεῖσθαι δύναμιν ἔχον· ἢ προϋποκειμένην τὴν, οὗ ἐστι δύναμις, οὐσίαν. Οὐ γάρ τι τῶν ὄντων τὸ σύνολον αὐτὸ καθ' αὐτὸ ἁπλῆ τις οὐσία ἢ νόησίς ἐστιν, ἵνα καὶ μονὰς ἀδιαίρετος. Τὸν δὲ Θεὸν, εἴτε οὐσίαν εἴπωμεν, οὐκ ἔχει φυσικῶς συνεπινοουμένην αὐτῷ τὴν τοῦ νοεῖσθαι δύναμιν, ἵνα μὴ σύνθετος· εἴτε νόησιν, οὐκ ἔχει φυσικῶς δεκτικὴν τῆς νοήσεως ὑποκειμένην οὐσίαν· ἀλλ' αὐτὸς κατ' οὐσίαν νόησίς ἐστιν ὁ Θεός· καὶ ὅλος νόησις, καὶ

[45] Joan. v, 8.

(*p*) *Ὑπὸ τοῦ κρείττονος.* Τὸ κρεῖττον hic Maximo, animus est atque mens; τὸ χεῖρον, corpus : pars scilicet potior et deterior, quarum altera alteram, vel in cœlum, quæ hominis domus est, tollat, vel in voluptariæ vitæ ac libidinis barathrum præcipitem agat.

(*q*) *Οὐκ ἐκβεβήκαμεν.* Est νηπτικῶν Marci capitum 7, apud quem male Pico editum, ἐμβεβήκαμεν. Sed illud pejus, quod illi verbo jungit quod sequitur, τὴν ἕξιν, cum et ipse ἐκβεβήκαμεν legerit, quæ vox gignendi casu gaudet, non accusandi : ex qua littera sic composita, quod sit commodum nihil reddit. Τὴν κατ' ἀρετὴν ἀτρεψίαν, quod reddit, *immunitatem aversionis a virtute*, liberioris paraphrasis est. Scholiastes paucis perstrinxit, ἄλλως ἀτρεπτοι μένειν ἐν τῷ καλῷ οὐ δυνάμεθα· *immutabiles in bono honestique studio esse non possumus*, nisi carne et mundo, per charitatem in Deum proximumque excesserimus.

(*r*) *Τό τε νοοῦν καὶ τὸ νοούμενον.* Et hoc caput Marci νηπτικῶν 8, in quo nihil felicius desudavit Picus, ipso multis vitioso ejus cod., ut quod ipsum hoc hic relatum, habet, τότε οὖν· sequente etiam mox hiatu, ex quibus quidquid redditum, obscuræ ambages sunt; nullus sensus. Hincque forsitan est quod in Marci capitibus non bene quandoque sapit, aut certe pars magna inde sit; faceretque e re litteraria et sacra, qui bono fultus codice ejus omnia castigate repræsentaret. Abscederet scilicet fumi plurimum, elucerentque theologiæ et probatæ ἀσκήσεως lumina. Nec S. Maximus ejus tanta αὐτοῦ mutuatus esset, nisi virum magnum, solertemque theologum ac probatum ascetam agnovisset. Hic igitur divina simplicitas, qui sit actus omni vacans compositione, suaque ipsi operatio, rite explicata, ad quam quoquomodo animus accedit, in silentio illo versans quod intelligendi vim omnem actumque excedit, ut superiori cap. uterque theologus; ipsoque hoc, τὴν τοῦ νοεῖν ὑπεροχικῶς ἀποθέμενος δύναμιν, quasi *excussa semotaque secundum excellentiæ rationem intelligendi vi ac facultate* : nempe quominus intelligit ac suspensus caligine et ἀγνωσίᾳ animus est (ardoribus scilicet charitatis) sic altissime intelligens; ubi Picus, *Aliquantisper in unitate eum intelligendi præstantissime deposuit;* non satis apte hæc superioribus jungens, γέγονε ποσῶς ἐν τῇ μονάδι, ac utrisque id reddens *quod mysticorum* nemo intellexerit.

Digitized by Google

μόνον· καὶ αὐτὸς κατὰ τὴν νόησιν οὐσία, καὶ ὅλος οὐσία καὶ μόνον· καὶ ὑπὲρ οὐσίαν ὅλος, καὶ ὑπὲρ νόησιν ὅλος, διότι καὶ μονὰς ἀδιαίρετος καὶ ἀμερὴς καὶ ἁπλῆ. Ὁ τοίνυν καθ' ὁτιοῦν νόησιν ἔχων, οὕπω τῆς δυάδος ἐξῆλθεν· ὁ δὲ ταύτην πάμπαν ἀπολιπὼν, γέγονε πῃῶς ἐν τῇ μονάδι, τὴν τοῦ νοεῖν ὑπερεχικῶς ἀποθέμενος δύναμιν.

A comes intelligatur, ne compositus sit; sive intellectionem, non habet natura subjectam substantiam, quæ sit capax intellectionis eamque recipiat: sed Deus ipse per essentiam intellectio est; totusque ac solum intellectio; ipseque qua ratione **480** intellectio est, substantia seu natura; totusque, et solum substantia; totusque substantiam excedens seu essentiam et naturam, ac totus excedens cogitatum ac intellectionem, quippe quæ unitas indivisa nullasque admittens partes ac simplex exsistit. Quisquis igitur ulla ratione intellectionem seu cogitatum habet, nondum binario excessit seu dualitate: qui autem hunc prorsus abdicavit, ut in unitate versetur tantisper nactus est, qui secundum excellentiæ rationem intelligendi vim excusserit.

πγ'. Ἐν μὲν τοῖς πολλοῖς, ἑτερότης καὶ ἀνομοιότης ἐστὶ καὶ διαφορά· ἐν δὲ τῷ Θεῷ, κυρίως ἑνὶ καὶ μόνῳ τυγχάνοντι, ταυτότης καὶ ἁπλότης μόνον (*s*) ἐστὶ, καὶ ὁμοιότης. Οὐκ ἀσφαλὲς οὖν πρὶν ἔξω γενέσθαι τῶν πολλῶν, ἐπιβάλλειν ταῖς περὶ Θεοῦ θεωρίαις· καὶ δηλοῖ τοῦτο Μωϋσῆς, ἔξω τῆς παρεμβολῆς πηγνύμενος τὴν σκηνὴν τῆς διανοίας, καὶ τότε προτομιλῶν τῷ Θεῷ. Τὸ γὰρ μετὰ λόγου τοῦ κατὰ προφορὰν πειρᾶσθαι φάναι τὸν ἄῤῥητον, ἐπικίνδυνον· ὅτι δυὰς, καὶ πλέον ἐστὶν ὁ κατὰ προφορὰν λόγος. Τὸ δὲ ἄνευ φωνῆς μόνῃ τῇ ψυχῇ τὸ ὂν θεωρεῖν, ἰσχυρότατον· ὅτι κατὰ τὴν ἀδιαίρετον ἵσταται μονάδα, καὶ οὐκ ἐν τοῖς πολλοῖς. Ὁ γὰρ ἀρχιερεὺς, ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ εἰς τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων εἴσω τοῦ καταπετάσματος εἰσιέναι μέλλις προστεταγμένος, διδάσκει μόνον δεῖν ἐκεῖνον, τὸν τὴν αὐλὴν καὶ τὰ ἅγια διαβάντα, καὶ εἰς τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων εἴσω γενόμενον· τουτέστι, τὴν ἅπασαν τῶν αἰσθητῶν τε καὶ νοητῶν παρελθόντα φύσιν, καὶ πάσης τῆς κατὰ γένεσιν ἰδιότητος γενόμενον καθαρὸν*, ἀνείμονι καὶ γυμνῇ τῇ διανοίᾳ προσβάλλειν ταῖς περὶ Θεοῦ φαντασίαις.

83. In multis, diversitas est et dissimilitudo atque discrimen; in Deo autem qui vere unus solusque exsistat, identitas et simplicitas solummodo ac similitudo. Haud igitur tutum aut satis cautum, B ut contemplationibus, quæ de Deo sunt, adjicias animum, priusquam e multis excesseris. Idque Moyses declarat [46], cum extra castra fixo mentis tabernaculo, postea cum Deo in colloquium venit. Non enim vacat periculo, eo sermonis genere quod ore profertur, cum tentare fari atque eloqui, qui vim omnem sermonis excedit: quod nimirum ejusmodi sermo dualis sit, et quid amplius: solo autem animo absque voce, eum qui est considerare ac contemplari, id vero validissimum est; quod nimirum in indivisa unitate, et non in multis ille consistit. Pontifex namque, qui vix semel in anno intra velum in Sancta sanctorum ingredi jubeatur [47], hoc docet; nempe, eum duntaxat qui atria sanctaque superavit, atque in Sancta sanctorum C penetravit (hoc est, qui omnium rerum, tum quæ sensu percipiuntur, tum quæ mente intelliguntur, naturam excesserit atque ab omni purus ortus ac naturæ proprietate evaserit) investi nudaque mente divinas visiones ac contemplationes assequi.

πδ'. Μωϋσῆς ὁ μέγας, ἔξω τῆς παρεμβολῆς πηξάμενος ἑαυτοῦ τὴν σκηνήν· τουτέστι, τὴν γνώμην καὶ τὴν διάνοιαν ἱδρυσάμενος ἔξω τῶν ὁρωμένων, προσκυνεῖν τὸν Θεὸν ἄρχεται· καὶ εἰς τὸν γνόφον εἰσελθὼν, τὸν ἀειδῆ καὶ ἄῦλον τῆς γνώσεως τόπον (*t*), ἐκεῖ μένει τὰς ἱερωτάτας τελούμενος τελετάς.

84. Magnus ille Moses, fixo extra castra suo tabernaculo (mente scilicet atque animo extra res oculis subjectas firma statione locata) Deum adorare cœpit; ingressusque in caliginem (obscurum scilicet invisumque ac materiæ expertem scientiæ locum) sacratissima peragens mysteria iisque initiandus, illic moratur [48].

[46] Exod. xxxiii, 7. [47] Hebr. ix, 7. [48] Exod. xxxiii, 7; xx, 21.

* Marg. Fr. Ὅρα, ἡ κατὰ γένεσιν ἰδιότης, ἡ τῶν αἰσθητῶν καὶ νοητῶν ἐστι φύσις· ἤτουν πάντα τὰ μετὰ Θεόν· *Vide, Ortus proprietas, natura est eorum, quæ sensu percipiuntur, et quæ mente intelliguntur; cuncta scilicet quæ a Deo secunda sunt.*

(*s*) *Ταυτότης καὶ ἁπλότης μόνον.* Etiam hoc Marci νηπτικῶν, cap. 9. Est et hic hiatus, quem nec advertit Picus; sic temere rapit, certatque reddere quidquid occurrerit; vel si nullum invenit sensum, nullumque ipse meliori conjectura restituit, sed verba solum fundit. Altissimæ mysticæ theologiæ Marci hæc omnia, ipsa solidissima, omnisque labis pura; merito proinde Maximo suis his capitibus inserta.

(*t*) *Τὸν ἀειδῆ καὶ ἄῦλον τῆς γνώσεως τόπον.* Hic quoque Picus in Marco, cujus est νηπτικῶν, cap. 10, ἀηδῆ legit et decoquit, *inamœnum*. Id enim ἀηδὲς, στυγνὸν, λυπηρὸν Hesych. *triste, molestum*. Sed non ejusmodi, ex quo Deus videtur in secreto contemplationis, inque nube et caligine, locus: nam, teste Bernardo, *Brevis hora, felix* in eo *mora*: sed, ἀειδὲς, eidem, ἀφανὲς, ἄμορφον· *obscurum, quod videri non potest, quod omni forma caret;* idcirco quod ἄῦλον, ἀσώματον· *extra materiam et corpus est.* His enim excedat animus necesse est, qui cum Deo alta contemplatione amorisque commercio consuescere habet. Quodque in Pici σφάλμασι tantisper versor, nec illud non possum advertere, quod Hesychii *Antirrheticon* cent. 1, c. 25, habet, Ὅρα μὴ οἰηθῇς κατὰ τὸν πάλαι Ἰσραὴλ, redditque *Observa, ne qua ducaris opinione more populi Israelitici;* pro, οἰνωθῇς, *ne vino implearis*, seu te illo ingurgites. De vituli enim fabrica sermo est, cui præivit non quævis opinio, sed temulentia, ut liquet ex sacro textu, exque PP. Basilio et aliis, quibus nihil crebrius hoc argumento, ut ab ebrietate poculisque deterreant.

Digitized by Google

85. Caligo, obscurus est seu invisus, expersque materiæ ac incorporeus status, exemplarem rerum scientiam habens : in quam qui ingressus est, vel ut alius quispiam Moses, mortali naturæ inaspecta considerat; hac nimirum, divinarum **481** in se virtutum decorem informans, tanquam tabella graphice picta descendit, principis formæ ejusque decoris expressam pulchre similitudinem referens; ipse se illis exemplum producens, quibus ut virtutem imitentur animo constitutum est; hincque adeo perceptæ gratiæ atque muneris benignam largitionem atque affluentiam ostendens.

86. Qui labis puri, religiosa pietate nitentem colunt philosophiam, maximum ex ejus scientia lucrum nanciscuntur; hoc nempe, ut mens una cum rebus, earumque immutatione non amplius mutetur; sed constanti firmitate, quidquid virtutis rationi congruat, prompto animo atque alacri aggrediantur.

87. Qui per Spiritum prima in Christo carne incorruptione baptizati sumus, supremam secundum ipsum in spiritu, augmento scilicet bonorum operum, mortisque illius quæ animi proposito præstatur, priore incontaminata servata, exspectamus : quam quisquis adeptus est, eorum quæ habet bonorum jacturam non timet.

88. Cum Deo constitutum esset, ut mortalium generi, qua in ipsum misericordia est, divinæ e cœlo virtutis munus demitteret, sacrum symbolice tabernaculum, ejusque vasa omnia fabricatus est; quod nimirum expressa sapientiæ imago figuraque ac simulacrum esset.

89. Novi Testamenti gratia mystice in Veteris Testamenti littera abscondita est : idcirco ait Apostolus legem spiritalem esse [49]. Lex itaque, litteræ quidem ratione antiquatur, senescitque evacuanda [50]; spiritu vero semper efficax viget. Ejusmodi enim est gratia, ut nulla omnino sentiat vetustatis dispendia.

90. Lex quidem, Evangelii umbram habet; at Evangelium, futurorum bonorum imago est; atque illa quidem, mala operari prohibet; hoc, agenda bona proponit atque exhibet.

91. Universam Scripturam sacram, instar spiritalis cujusdam hominis, carne dividi ac spiritu dicimus. Nam qui dicat Scripturæ contextum, ver-

A πε'. Ὁ γνόφος ἐστὶν, ἡ ἀειδὴς καὶ ἄϋλος καὶ ἀσώματος κατάστασις, ἡ τὴν παραδειγματικὴν τῶν ὄντων ἔχουσα γνῶσιν· ἐν ᾗ ὁ γενόμενος ἐντὸς, καθάπερ τις ἄλλος Μωϋσῆς, φύσει θνητῇ κατανοεῖ τὰ ἀθέατα· δι' ἧς τῶν θείων ἀρετῶν ἐν ἑαυτῷ ζωγραφήσας τὸ κάλλος, ὥσπερ γραφὴν εὐμιμήτως [*unus Reg.* εὐμίμητον] ἔχουσαν τοῦ ἀρχετύπου κάλλους τὸ ἀπεικόνισμα, κάτεισιν· ἑαυτὸν προβαλλόμενος τοῖς βουλομένοις μιμεῖσθαι τὴν ἀρετὴν, καὶ ἐν τούτῳ δεικνὺς, ἧς μετειλήφει χάριτος, τὸ φιλάνθρωπόν τε καὶ ἄφθονον.

πς'. [*] Οἱ ἀσπίλως τὴν κατὰ Θεὸν μετερχόμενοι φιλοσοφίαν, μέγιστον ἐκ τῆς κατ' αὐτὴν ἐπιστήμης κέρδος εὑρίσκουσι· τὸ, μηκέτι τὴν γνώμην τοῖς B πράγμασι συμμεταβάλλεσθαι· ἀλλὰ μετ' εὐσταθοῦς βεβαιότητος [*unus Reg.* γενναιότητος] (u) πᾶσιν ἐγχειρεῖν προθύμως τοῖς ἁρμόζουσι τῷ λόγῳ τῆς ἀρετῆς.

πζ'. Τὴν κατὰ σάρκα πρώτην ἐν Χριστῷ διὰ Πνεύματος βαπτισθέντες [*Isc.* κτηθέντες, *primam nacti incorruptionem*] ἀφθαρσίαν, τὴν ἐσχάτην κατ' αὐτὸν ἐν Πνεύματι· δι' ἐπιδόσεως ἔργων ἀγαθῶν δηλονότι, καὶ τοῦ κατὰ πρόθεσιν θανάτου, τὴν πρωτέραν φυλάξαντες ἀκηλίδωτον, ἐκδεχόμεθα· καθ' ἣν τῶν ἐχόντων, οὐδεὶς ἀποβολὴν δέδοικε τῶν κτηθέντων ἀγαθῶν.

πη'. Τοῖς ἐπὶ γῆς, τῆς θείας ἀρετῆς ἀπ' οὐρανοῦ δι' ἔλεον τὸν πρὸς ἡμᾶς τὴν χάριν καταπέμψαι βουλη- θεὶς ὁ Θεὸς, συμβολικῶς τὴν ἱερὰν σκηνὴν καὶ τὰ C ἐν αὐτῇ πάντα κατεσκεύασε· σοφίας οὖσαν ἀπεικόνισμα καὶ τύπον καὶ μίμημα.

πθ'. Ἡ χάρις τῆς Νέας Διαθήκης, μυστικῶς τῷ τῆς Παλαιᾶς κέκρυπται γράμματι· διό φησιν ὁ Ἀπόστολος, ὅτι ὁ νόμος πνευματικῶς ἐστιν. Ὁ οὖν νόμος, τῷ μὲν γράμματι, παλαιοῦται καὶ γηράσκει καταργούμενος· τῷ δὲ πνεύματι, νεάζει διαπαντὸς ἐνεργούμενος. Ἡ γὰρ χάρις παντελῶς ἀπαλαίωτος.

ρ'. Ὁ μὲν νόμος, σκιὰν ἔχει τοῦ Εὐαγγελίου· τὸ δὲ Εὐαγγέλιον, εἰκὼν ἐστι τῶν μελλόντων ἀγαθῶν. Ὁ μὲν γὰρ κωλύει τὰς τῶν κακῶν ἐνεργείας· τὸ δὲ, τὰς πράξεις τῶν ἀγαθῶν παρατίθεται.

ρα'. Τὴν ἁγίαν ὅλην Γραφὴν, σαρκὶ διαιρεῖσθαι λέγομεν καὶ πνεύματι· καθάπερ τινὰ πνευματικὸν D ἄνθρωπον οὖσαν. Ὁ γὰρ τὸ ῥητὸν τῆς Γραφῆς εἰπὼν

[49] Rom. VII. 14. [50] Hebr. VIII, 13.

[*] Marg. Fr. Καὶ ταῦτα κατὰ τῶν Χριστιανοκατηγόρων, ἤτοι Εἰκονοκαυστῶν. *Hæc quoque adversus Christianorum vituperatores, eos scilicet qui sacras imagines igni absumunt.*

(u) *Μετ' εὐσταθοῦς βεβαιότητος.* Obscurum videri queat, quo ex capite existimaverit Scholiastes Dufrenii, hæc adversari imaginum eversoribus, cum Maximus nihil hactenus locutus sit de imaginibus. An quia illi causabantur descivisse ad idololatriam Christianos earum cultu, quod longe est ab eorum constantia, qui divinam strenue philosophiam colunt, nec rerum mutatione mutantur; quales præsertim eluxerunt per hæc tempora, qui sanctiore instituto per Orientem vixerunt. Quod de tabernaculo refert Maximus in seq. Dei jusso conditum esse ut sapientiæ simulacrum, ἀπεικόνισμα καὶ τύπον καὶ μίμημα, cum illis omnibus quæ in eo continebantur, propius ad imagines spectat, earumque cultum; nam et tabernaculum veneratione habebat, ut quid scilicet Dei atque divinum σχετικῶς, qui unus legitimus est Christianis imaginum cultus.

Digitized by Google

εἶναι σάρκα· τὸν δὲ ταύτης νοῦν, πνεῦμα, ἤγουν ψυχήν, τῆς ἀληθείας οὖν ἁμαρτήσεται. Σοφὸς δὲ προδήλως, ὁ τὸ μὲν φθειρόμενον ἀφεὶς· ὅλος· [*unus Reg.* ὅλως] δὲ τοῦ ἀφθάρτου γενόμενος.

A baque ipsa carnem esse; intellectum autem ac sensum, spiritum appellaverit, is a veritate nihil aberraverit. Perspicue autem ille sapit, qui misso eo quod corrumpitur atque interit, totus illi adhæret, quod nulli corruptioni obnoxium est.

ιβ'. Ὁ μὲν νόμος, σάρξ ἐστι τοῦ κατὰ τὴν ἁγίαν Γραφὴν πνευματικοῦ ἀνθρώπου· αἴσθησις δὲ, οἱ προφῆται· τὸ δὲ Εὐαγγέλιον, ψυχὴ νοερά· διὰ σαρκὸς τοῦ νόμου, καὶ δι' αἰσθήσεως τῶν προφητῶν ἐνεργοῦσα· καὶ τὴν ἑαυτῆς δύναμιν ταῖς ἐνεργείαις ἐμφαίνουσα.

92. Lex, caro est, ejus spiritalis hominis, qui in Scriptura consideratur; prophetæ, sensus; Evangelium, anima intelligens; **482** quæ videlicet per carnem (nempe legem), et per sensum (id est, prophetas) operetur, suamque ipsa vim actibus manifestet.

ιγ'. Σκιὰν μὲν εἶχεν ὁ νόμος, εἰκόνα δὲ οἱ προφῆται τῶν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ θείων καὶ πνευματικῶν ἀγαθῶν. Αὐτὸ δὲ τὸ Εὐαγγέλιον, αὐτὴν παροῦσαν ἡμῖν διὰ τῶν γραμμάτων ἔδειξε τὴν ἀλήθειαν· τὴν τῷ νόμῳ προσκιασθεῖσαν, καὶ τοῖς προφήταις προεικονισθεῖσαν.

93. Lex, umbram solummodo habuit; prophetæ vero, divinorum ac spiritalium bonorum, quæ in Evangelio continentur, imaginem. Ipsum denique Evangelium, ipsam nobis rebus præsentem veritatem exhibuit, quam lex præeuntibus figuris obscurius adumbraverit; prophetæ vero velut ducta imagine clarioribus lineis tantisper repræsentaverint.

ιδ'. Ὁ τὸν νόμον διὰ βίου καὶ πολιτείας ἐπιτελῶν, μόνων τῶν τῆς κακίας ἀργεῖ συμπερασμάτων (*v*), καταθύων τῷ Θεῷ τῶν ἀλόγων παθῶν τὴν ἐνέργειαν· καὶ τούτῳ πρὸς σωτηρίαν ἀρκεῖται τῷ τρόπῳ, διὰ τὴν ἐν αὐτῷ πνευματικὴν νηπιότητα.

94. Qui vita ac conversatione legem exsequitur, a solis vacat mali vitiique conclusionibus (id est extremis) immolans Deo, quod irrationalium affectuum ac libidinum nutu, actu geritur. Hocque illi modo, ob spiritalem in eo infantiam, ad salutem satis consulitur.

ιε'. Ὁ τῷ προφητικῷ λόγῳ παιδαγωγούμενος, πρὸς τῇ ἀποβολῇ τῆς τῶν παθῶν ἐνεργείας, καὶ τὰς κατὰ ψυχὴν συνισταμένας αὐτῶν ἐκτίθεται συγκαταθέσεις· ἵνα μὴ τῷ χείρονι, φημὶ δὴ τῇ σαρκὶ, δοκῶν κακίας ἀπέχεσθαι· τῷ κρείττονι, λέγω δὲ τῇ ψυχῇ, λάθῃ ταύτην δαψιλῶς ἐνεργούμενος.

95. Qui prophetico sermone eruditur, nedum affectuum vitiorumque actum abjicit seu effectum, verum etiam qui animo conflantur, eorum ponit consensus, ne dum deteriori parte (carne scilicet) a malo ac pravitate abstinere videtur, ea, quæ præstantior est (nempe animo), illud imprudens large operetur.

ις'. Ὁ τὴν εὐαγγελικὴν ζωὴν γνησίως ἀσπαζόμενος, καὶ ἀρχὴν καὶ τέλος ἑαυτοῦ τῆς κακίας ἐξέτεμε· καὶ πᾶσαν ἀρετὴν ἔργῳ τε καὶ λόγῳ μετέρχεται· θύων θυσίας αἰνέσεως καὶ ἐξομολογήσεως, πάσης τῆς κατ' ἐνέργειαν τῶν παθῶν ἀπηλλαγμένος ὀχλήσεως, καὶ τῆς κατὰ νοῦν πρὸς αὐτὰ μάχης ὑπάρχων ἐλεύθερος· καὶ μόνην ἔχων τὴν ἐπ' ἐλπίδι τῶν μελλόντων ἀγαθῶν τὴν ψυχὴν διατρέφουσαν, ἀκόρεστον ἡδονήν.

96. Qui vere ex animo evangelicam vitam amplectitur, a se mali atque vitii cum initium, tum finem amputavit, omnemque et opere et ratione seu sermone virtutem colit, nempe immolans Deo hostias laudis et confessionis, qui omni affectuum ac libidinum in actu atque opere solutus molestia sit, atque a pugna quæ cum illis animo geritur, liber: quique sola demum insatiabili voluptate, futurorum bonorum spe pascente ac delectante, præditus sit.

ιζ'. Τοῖς σπουδαιοτέροις τῶν θείων Γραφῶν ἐπιμελητοῖς, δύο ἔχων ἀναφαίνεται μορφὰς ὁ κατὰ Κύριον Λόγος· τὴν μὲν κοινὴν καὶ δημωδεστέραν καὶ οὐκ ὀλίγοις θεατὴν, καθ' ἣν λέγεται τὸ, *Εἴδομεν αὐτὸν, καὶ οὐκ εἶχεν εἶδος οὐδὲ κάλλος*· τὴν δὲ κρυφιωτέραν καὶ ὀλίγοις ἐφικτὴν, τοῖς ἤδη κατὰ Πέτρον καὶ Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην, τοὺς ἁγίους ἀποστόλους γεγονόσιν, ἐφ' ὧν ὁ Κύριος μετεμορφώθη πρὸς δόξαν νικῶσαν τὴν αἴσθησιν· καθ' ἣν *ἔστιν ὡραῖος κάλλει παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀν-*

97. Divinis Scripturis impensiori diligentia navantibus operam, duplici quasi forma Domini Sermo apparet seu conspicitur; altera communi, magisque ex usu vulgi nec paucis aspectabili, ex cujus ratione dicitur illud: *Vidimus eum, et non habebat speciem neque decorem* [81]: altera abstrusiore, ac quam pauci assequantur; ii scilicet qui jam sanctis apostolis, Petro et Jacobo et Joanni, similes exstiterint; sub quorum præsentia Dominus transformatus est, ea claritate quæ sensum exsupe-

[81] Isa. LIII, 2.

(*v*) *Μόνων τῶν τῆς κακίας ἀργεῖ συμπερασμάτων.* Hoc quoque Marci νηπτικῶν cap. 11. Sensus est, eum qui soli vitæ studet ac conversationi, seu qui pro incipientium ratione, exteriori virtutis cultui solum impenditur, hoc unum cavere, ne quid opere peccet, ipsaque vitia et affectus, seu concupiscentias exsequendo: quæ sunt τῶν ἀλόγων παθῶν συμπεράσματα, *velut conclusiones*; quo nempe irrationales affectus et libidines innectunt et trahunt, uti exponit Jac. I, 14. Ducta metaphora a syllogismo, in quo sic præmissæ ad conclusionem ejusque ascensum inducunt ac cogunt. Nihil bene Picus, *in vitiosis duntaxat connexionibus vacat*; tum quod verbo ἀργεῖ contrarium videtur sensum affingere; tum quod vocem συμπερασμάτων non satis exponit.

Digitized by Google

rat; qua *est speciosus forma præ filiis hominum* [82]. Porro duplicis hujus formæ, prior quidem his qui inducuntur ac tironibus conveniens est; altera vero ex eorum est ratione, qui perfecti scientia sunt ac consummati, quoad ejus licet. **483** Ac quidem prima, Domini prioris adventus speciem refert, ad quem referenda Evangelii littera, qui nempe malorum ac ærumnarum perpessione eos emundet, qui actioni student : altera, secundi gloriosique adventus designatio est atque figura, ad quem spectare intelligimus spiritum ; qui videlicet spiritales ac divinorum scientia excultos, sapientiæ munere ad deificationem transformet; ex Verbi facie speculantes [83].

A θρώπων. Τούτων δὲ τῶν δύο μορφῶν, ἡ μὲν προτέρα, τοῖς εἰσαγομένοις ἁρμόδιος · ἡ δευτέρα δὲ, τοῖς κατὰ τὴν γνῶσιν ὡς ἐφικτὸν τελειωθεῖσιν ἀνάλογος. Καὶ ἡ μὲν, τῆς πρώτης τοῦ Κυρίου παρουσίας ἐστὶν εἰκὼν, ἐφ' ἧς τὸ ῥητὸν τοῦ Εὐαγγελίου θετέον τῆς διὰ παθημάτων καθαιρούσης τοὺς πρακτικούς · ἡ δὲ, τῆς δευτέρας καὶ ἐνδόξου παρουσίας ἐστὶ προδιατύπωσις, ἐφ' ἧς τὸ πνεῦμα νοεῖται · τῆς διὰ σοφίας τοὺς γνωστικοὺς μεταμορφούσης πρὸς θέωσιν · ἐκ τῆς ἐν αὐτοῖς τοῦ λόγου μεταμορφώσεως, ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ τὴν δόξαν Κυρίου κατοπτριζομένους.

98. Qui immota constantia propter virtutem mala tolerat, primum in se Verbi adventum, ab omni emundantem labe, efficacem habet : qui vero per contemplationem ad statum angelis affinem animum traduxit, secundi vim adventus nactus est, illi a malis immunitatem præstantem et ut lædi contrariis non possit.

B ιη'. Ὁ μὲν ἀκατασείστως ὑπὲρ ἀρετῆς ἐγκαρτερῶν τοῖς δεινοῖς, ἐνεργουμένην ἐφ' ἑαυτὸν ἔχει τὴν πρώτην τοῦ Λόγου παρουσίαν, πάσης αὐτὸν κηλίδος καθαίρουσαν · ὁ δὲ τὸν νοῦν πρὸς τὴν τῶν ἀγγέλων διὰ θεωρίας μεταβιβάσας κατάστασιν, τῆς δευτέρας ἔχει παρουσίας τὴν δύναμιν, ἐνεργοῦσαν αὐτῷ τὸ ἀπαθὲς καὶ ἀνάλωτον.

99. Sensus illi comes est, qui actionem colit; qui nempe labore virtutibus fungitur; sapienti autem ac spiritali, sensus absentia ac stupor, qui mentem a carne et mundo in Deum contraxerit. Nam prior quidem, qui actionem præstando, naturalis ad carnem habitudinis vinculis animum solvere connitatur, eumdem crebro laboribus fatiscentem habet : alter vero, qui ejus habitudinis clavos contemplationis vi evulserit, nulli jam prorsus mancipabilis est, ab eo jam mundus effectus, ex cujus indole est ut afficiatur ac teneatur seu subigatur, ab eis, qui capere ac expugnare velint.

ιθ'. Αἴσθησις μὲν ἕπεται τῷ πρακτικῷ, διὰ πόνων κατορθοῦντι τὰς ἀρετάς· ἀναισθησία δὲ τῷ γνωστικῷ, τὸν νοῦν ἀπὸ τῆς σαρκὸς καὶ τοῦ κόσμου συστείλαντι πρὸς Θεόν. Ὁ μὲν γὰρ λῦσαι τὴν ψυχὴν τῶν κατὰ φύσιν τῆς σχέσεως πρὸς τὴν σάρκα δεσμῶν διὰ τῆς πρακτικῆς ἀγωνιζόμενος, ἔχει τὴν γνώμην τοῖς πόνοις συνεχῶς * ἐποκλάζουσαν· ὁ δὲ, ταύτης τῆς σχέσεως ἀνασπάσας διὰ τῆς θεωρίας [*unus Reg.* θεωρητικῆς] τοὺς ἧλους, οὐδενὶ τὸ σύνολόν ἐστι καθεκτός· καθαρὸς ἤδη τοῦ πάσχειν τε καὶ κρατεῖσθαι παφυκότος παρὰ τῶν ἐλεῖν βουλομένων, γενόμενος.

C

100. Quod in deserto Israelitis manna datum est, Dei sermo est, his, qui illo vescuntur, ad spiritalem omnem voluptatem sufficiens, proque sumentium diversa cupiditate, ad omnem contemperatus gustum [84] : quippe qui omnis cibi spiritalis gustum habeat ac qualitatem. Eam ob rem, his quidem qui denuo ex incorrupto semine per Spiritum nati sunt, rationale sine dolo lac efficitur [85]; illis autem qui sunt infirmi, olus [86], laborantem vim animi affectibusque obnoxiam recreans : iis denique qui propter habitum, sensus animi exercitatos habent ad discretionem boni et mali [87], seipsum præbens solidum cibum. Quin et infinitas alias virtutes Dei sermo habet, quas præsenti ævo, nemo capiat; quas ipsas omnes, seu aliquas, eo quod in modico fidelis exstiterit, accepturus est, qui mortali solutus vita, dignus habebitur qui supra multa, sive omnia constituatur [88]. Omnis enim præsentis vitæ donorum summitas, minimum quid est et modicum, comparatione futurorum.

ρ'. Τὸ μάννα δοθὲν τῷ Ἰσραὴλ κατὰ τὴν ἔρημον, ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος ἐστὶ, πρὸς πᾶσαν ἡδονὴν πνευματικὴν ἁρμῶν τοῖς ἐσθίουσιν αὐτὸν, καὶ πρὸς πᾶσαν γεῦσιν κατὰ τὴν διαφορὰν τῆς τῶν ἐσθιόντων ἐπιθυμίας, μετακιρνώμενος. Πάσης γὰρ ἔχει πνευματικῆς βρώσεως ποιότητα. Διὸ τοῖς μὲν ἄνωθεν ἐκ σπόρου ἀφθάρτου διὰ πνεύματος γεννηθεῖσι, λογικὸν ἄδολον γίνεται γάλα · τοῖς δὲ ἀσθενοῦσι, λάχανον, τὴν παθοῦσαν τῆς ψυχῆς παραμυθούμενος δύναμιν · τοῖς δὲ διὰ τὴν ἕξιν τὰ αἰσθητήρια τῆς ψυχῆς γεγυμνασμένα ἔχουσι πρὸς διάκρισιν καλοῦ τε καὶ κακοῦ, στερεὰν ἑαυτὸν δίδωσι τροφήν. Ἔχει δὲ καὶ ἄλλας ἀπείρους δυνάμεις ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, ἐνταῦθα μὴ χωρουμένας · ἀναλύσας δέ τις, καὶ ἄξιος γενόμενος ἐπὶ πολλῶν, ἢ ἐπὶ πάντων κατασταθῆναι, λήψεται κἀκείνας ὅλας, ἢ τινας τοῦ λόγου τὰς δυνάμεις, διὰ τὸ ἐν ἐλαχίστῳ αὐτὸν ἐνταῦθα πιστὸν γεγονέναι. Πᾶσα γὰρ τῶν ἐνταῦθα διδομένων θείων χαρισμάτων ἀκρότης, συγκρίσει τῶν μελλόντων, ἐλάχιστόν τι καὶ μέτριόν ἐστιν.

D

484 *CENTENA ITERUM GNOSTICA CAPITA.*

ΕΚΑΤΟΝΤΑΣ Β' ΓΝΩΣΤΙΚΩΝ ΚΕΦΑΛΑΙΩΝ.

1. Unus Deus, quod una deitas : unitas principii

α'. Εἷς Θεὸς, ὅτι μία θεότης· μονὰς [*deest* τὴ, μο-

[82] Psal. xliv, 3. [83] II Cor. iii, 18. [84] Sap. xvi, 20. Matth. xxiv, 47; xxv, 21. [85] I Petr. ii, 2. [86] Rom. xiv, 2. [87] Hebr. v, 14. [88]

* Unus Reg. σαφῶς· alter, συχνῶς, quæ et videatur melior lectio.

Digitized by Google

νὰς, *in tribus Regiis*] ἄναρχος καὶ ἁπλῆ καὶ ὑπερούσιος· καὶ ἀμερὴς καὶ ἀδιαίρετος· ἡ αὐτὴ μονὰς καὶ Τριάς· ὅλη μονὰς ἡ αὐτὴ, καὶ ὅλη Τριὰς ἡ αὐτή· μονὰς ὅλη κατὰ τὴν οὐσίαν ἡ αὐτὴ, καὶ Τριὰς ὅλη κατὰ τὰς ὑποστάσεις ἡ αὐτή. Πατὴρ γὰρ, καὶ Υἱὸς, καὶ Πνεῦμα ἅγιον ἡ θεότης, καὶ ἐν Πατρὶ, καὶ Υἱῷ, καὶ ἁγίῳ Πνεύματι ἡ θεότης. Ὅλη ἐν ὅλῳ τῷ Πατρὶ ἡ αὐτὴ· καὶ ὅλος ἐν ὅλῃ τῇ αὐτῇ ὁ Πατὴρ· καὶ ὅλη ἐν ὅλῳ τῷ Υἱῷ ἡ αὐτή· καὶ ὅλος ἐν ὅλῃ τῇ αὐτῇ ὁ Υἱός. Καὶ ὅλη ἐν ὅλῳ τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ ἡ αὐτή· καὶ ὅλον ἐν ὅλῃ τῇ αὐτῇ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ὅλη Πατὴρ, καὶ ἐν ὅλῳ τῷ Πατρὶ· καὶ ὅλος ἐν ὅλῃ ὁ Πατὴρ, καὶ ὅλη ὅλος ὁ Πατήρ. Καὶ ὅλη ὅλος ὁ Υἱὸς ἡ αὐτὴ· καὶ ὅλη ἐν ὅλῳ τῷ Υἱῷ ἡ αὐτή· καὶ ὅλος ὅλη, καὶ ἐν ὅλῃ τῇ αὐτῇ ὁ Υἱός. Καὶ ὅλη Πνεῦμα ἅγιον ἡ αὐτὴ, καὶ ἐν ὅλῳ τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ· καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ὅλον ὅλη, καὶ ὅλον ἐν ὅλῃ τῇ αὐτῇ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Οὐ γὰρ ἐκ μέρους ἡ θεότης ἐν τῷ Πατρὶ, ἢ ἐκ μέρους Θεὸς ὁ Πατὴρ· οὔτε ἐκ μέρους ἐν τῷ Υἱῷ ἡ θεότης, ἢ ἐκ μέρους Θεὸς ὁ Υἱός· οὔτε ἐκ μέρους ἐν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι ἡ θεότης, ἢ ἐκ μέρους Θεὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Οὔτε γὰρ μεριστὴ ἡ θεότης· οὔτε ἀτελὴς Θεὸς ὁ Πατὴρ, ἢ ὁ Υἱὸς, ἢ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· ἀλλ' ὅλη ἐστὶν ἡ αὐτὴ τελεία τελείως ἐν τελείῳ τῷ Πατρὶ· καὶ ὅλη τελεία τελείως ἐν τελείῳ τῷ Υἱῷ ἡ αὐτή· καὶ ὅλη τελεία τελείως ἡ αὐτὴ ἐν τελείῳ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι. Ὅλος γὰρ ἐν ὅλῳ τῷ Υἱῷ καὶ τῷ Πνεύματι τελείως ἐστὶν ὁ Πατήρ· καὶ ὅλος ἐν ὅλῳ τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Πνεύματι τελείως ἐστὶν ὁ Υἱός· καὶ ὅλον ἐν ὅλῳ τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ τελείως ἐστὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Διὸ καὶ εἷς Θεὸς ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Μία γὰρ καὶ ἡ αὐτὴ οὐσία καὶ δύναμις καὶ ἐνέργεια Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος· οὐκ ὄντος οὐδενὸς τοῦ ἑτέρου χωρὶς ἢ νοουμένου.

A expers, simplexque et superessentialis; impartibilisque et indivisa; eadem ipsa et unitas et Trinitas: unitas tota eadem, eademque tota Trinitas: unitas eadem tota essentiæ ratione, eademque ipsa personarum ratione tota Trinitas. Pater enim et Filius et Spiritus sanctus, deitas; et in Patre et Filio et Spiritu sancto, deitas; tota in toto Patre eadem, totusque in tota eadem Pater; totaque in toto Filio eadem, ac totus in tota eadem Filius; tota item in toto Spiritu sancto eadem, ac totus in tota eadem Spiritus sanctus: tota Pater, et in toto Patre, totusque in tota Pater, et tota totus Pater: totaque totus Filius eadem, et tota in toto Filio eadem, totusque tota, et in tota eadem Filius; totaque Spiritus sanctus eadem, et in toto Spiritu sancto, B ac Spiritus sanctus totus tota, totusque in tota eadem Spiritus sanctus. Non enim deitas partim in Patre, aut Pater partim Deus; neque partim in Filio deitas, autve Filius partim Deus; nec vero partim in Spiritu sancto deitas, aut partim Deus Spiritus sanctus. Nam neque deitas ejusmodi est quæ possit dividi, neque Pater Deus imperfectus est, vel Filius, aut Spiritus sanctus; sed tota eadem ipsa perfecta perfecte in perfecto Patre, totaque perfecta perfecte in perfecto Filio eadem, ac tota perfecta perfecte in perfecto Spiritu sancto. Totus enim in toto Filio et Spiritu sancto perfecte est Pater, totusque in toto Patre et Spiritu perfecte est Filius, ac totus in toto Patre et Filio perfecte C est Spiritus sanctus. Quamobrem etiam unus Deus Pater et Filius et Spiritus sanctus. Una enim ac eadem essentia est, virtusque et operatio Patris et Filii et Spiritus sancti; cum neuter eorum sine altero exsistat aut intelligatur.

β'. Πᾶσα νόησις, τῶν νοούντων καὶ νουμένων ἐστίν· ὁ δὲ Θεὸς, οὔτε τῶν νοούντων ἐστὶν, οὔτε τῶν νουμένων· ὑπὲρ ταῦτα γάρ· ἐπεὶ περιγράφεται, τῆς τοῦ νουμένου σχέσεως, ὡς νοῶν, προσδεόμενος· ἢ τῷ νοοῦντι φυσικῶς ὑποπίπτων, διὰ τὴν σχέσιν νοούμενος. Λείπεται γοῦν, μήτε νοεῖν, μήτε νοεῖσθαι τὸν Θεὸν ὑπολαμβάνειν· ἀλλ' ὑπὲρ τὸ νοεῖν εἶναι καὶ νοεῖσθαι. Τῶν γὰρ μετ' αὐτὸν, φυσικῶς ἐστι τὸ νοεῖν καὶ τὸ νοεῖσθαι.

2. Omnis intellectio, eorum est quæ intelligunt, et quæ intelliguntur: Deus vero, neque horum, neque illorum est. Quippe utrisque superior: alias namque circumscriberetur; velut scilicet intelligens, ejus quod intelligitur habitudinem necessariam habens, vel sub intelligente, qui ob habitudinem intelligeretur, naturaliter cadens. Superest igitur, ut nec intelligere nec intelligi Deum existimemus; **485** sed utrolibet horum superiorem putemus. Ambo enim (tum nimirum intelligere tum intelligi) ad ea quæ a Deo secunda sunt, naturaliter spectant.

γ'. Πᾶσα νόησις, ὥσπερ ἐν οὐσίᾳ πάντως ἔχει τὴν θέσιν ὡς ποιότης, οὕτω καὶ περὶ οὐσίαν πεποιωμένην ἔχει τὴν κίνησιν. Οὐ γὰρ ἄφετόν τι καθόλου καὶ ἁπλοῦν καθ' ἑαυτὸ ὑφεστὼς δυνατόν ἐστιν αὐτὴν ὑποδέξασθαι, ὅτι μὴ ἄφετός ἐστι καὶ ἁπλῆ. Ὁ δὲ Θεὸς, κατ' ἄμφω πάμπαν ὑπάρχων ἁπλοῦς, καὶ οὐσία τοῦ ἐν ὑποκειμένῳ χωρὶς, καὶ νόησις μὴ ἔχουσά τι καθάπαξ ὑποκείμενον· οὐκ ἔστι τῶν νοούντων καὶ νουμένων, ὡς ὑπὲρ οὐσίαν ὑπάρχων δηλονότι καὶ νόησιν.

D 3. Omnis intellectio sicut omnino in substantia sedem habet, quippe cum sit qualitas; sic quoque circa substantiam qualitate imbutam motum habet. Non enim fieri potest, ut quid omnino absolutum ac simplex per se exsistens, illam suscipiat, cum neque illa absoluta ac simplex exsistat. Deus autem utroque modo ipse prorsus simplex, ac substantia non in subjecto, intellectioque nihil ipse omnino subjectum habens, non eorum est quæ intelligunt aut intelliguntur, ut qui nimirum supra substantiam intellectionemque exsistat.

δ'. Ὥσπερ ἐν τῷ κέντρῳ τῶν ἐξ αὐτοῦ κατ' εὐθεῖαν ἐκτεταμένων γραμμῶν ἀδιαίρετος θεωρεῖται παν-

4. Quemadmodum linearum recta a centro ductarum indivisa penitus in eo consideratur positio;

Digitized by Google

sic qui versari cum Deo meruerit, omnes in eo creatorum præexsistentes rationes, simplici quadam ac indivisa cognitione intelliget.

5. Intellectio, iis formata quæ intelliguntur, una cum sit, pro cujusque eorum quæ intelliguntur specie formaque, plures intellectiones efficitur. Ubi autem eam formantium varietate superata, tum scilicet eorum quæ sensu percipiuntur, tum quæ sola mente intelliguntur, omnino formæ expers evaserit : tunc convenienter mentis omnem cogitatum superans ratio seu Verbum sibi eam asciscens, ab illis cessare præstat, quæ per rerum animo intellectarum formas ex alia aliam immutant. Cui vero id accidit, *requievit et ipse ab operibus suis, sicut Deus a suis* [59].

6. Qui ad eum evasit perfectionis modum, qui pro hac vita concessus mortalibus est, fructificat Deo, dilectionem, pacem, longanimitatem : pro futuro autem ævo, incorruptionem, essendi perennitatem, hisque similia. Ne forte vero prima illi conveniant, qui actionis partes absolvit; secunda vero et sequentia, ei, qui per veram scientiam a creatis excessit.

7. Sicut peccatum, proprium inobedientiæ opus est; sic et virtus, proprium opus obedientiæ. Ac sicut inobedientiæ comes est mandatorum transgressio, atque ab eo, qui in mandatis dederat, divisio; sic et obedientiæ comes est mandatorum observatio, ac cum eo qui præceperat, unio. Qui igitur obediendo mandatum servavit, tum justitiam operatus **486** est, tum cum eo qui præceperat, indivisam per dilectionem unionem servavit. Qui vero per inobedientiam mandatum transgressus est, tum peccatum fecit, tum se ab ejus qui præceperat unitate abjunxit.

8. Qui a divisione, quæ ex transgressione inolevit, colligitur, primum ab affectibus vitiisque abjungitur : exinde a libidinosis et quæ vitio hærent, cogitationibus : tum a natura, illisque rationibus quæ circa eam versantur; postea a rebus spiritalibus et quæ in mentem cadunt, iisque scientiis quæ de illis habentur : ac postremo, Providentiæ rationum varietate ipsa superata, ad ipsam ignote devenit unitatis rationem; ex qua sola suam mens immutabilitatem considerans, gaudio gaudet inenarrabili [60]; ut quæ pacem nacta sit, quæ exsuperat omnem sensum [61], ac quæ eum qui ipsam assequi meruerit, ab omni jugiter præstet ruina tutum atque securum.

9. Gehennæ metus, malitiam vitiaque præstat fugere, his qui inducuntur ac tirones sunt. Bonorum autem remunerationis amor ac desiderium, proficientibus tribuit, ut virutibus alacri animo fungantur. At charitatis mysterium, creatis omni-

A τελῶς ἡ θέσις· οὕτως ὁ ἀξιωθεὶς ἐν τῷ Θεῷ γενέσθαι, πάντας εἴσεται τοὺς ἐν αὐτῷ τῶν γεγονότων προϋφεστῶτας λόγους, καθ' ἁπλῆν τινα ἀδιαίρετον γνῶσιν.

ε'. Μορφουμένη τοῖς νοουμένοις νόησις, πολλαὶ νοήσεις ἡ μία καθίσταται νόησις, κατ' εἶδος ἕκαστον μορφουμένη τῶν νοουμένων. Ὅπηνίκα δὲ τῶν μορφούντων αὐτὴν αἰσθητῶν τε καὶ νοητῶν τὸ πλῆθος περάσασα, γένηται πάμπαν ἀνείδεος, τηνικαῦτα προσφυῶς αὐτὴν ὁ ὑπὲρ νόησιν οἰκειοῦται Λόγος, καταπαύων τῶν ἀλλοιοῦν αὐτὴν ταῖς τῶν νοημάτων μορφαῖς πεφυκότων· ὅπερ ὁ παθὼν, *καὶ αὐτὸς κατέπαυσεν ἀπὸ τῶν ἔργων αὐτοῦ, ὥσπερ ἀπὸ τῶν ἰδίων ὁ Θεός.*

B ς'. Ὁ τὴν ἐφικτὴν ἀνθρώποις ἐνταῦθα τελειότητα φθάσας, καρποφορεῖ τῷ Θεῷ ἀγάπην, χαρὰν, εἰρήνην, μακροθυμίαν· πρὸς δὲ τὸ μέλλον, ἀφθαρσίαν καὶ ἀϊδιότητα, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια· καὶ μήπω τὰ μὲν πρῶτα προσήκει τῷ τὴν πρακτικὴν τελειώσαντι· τὰ δεύτερα δὲ, τῷ διὰ γνώσεως ἀληθοῦς ἑστάντι τῶν πεποιημένων.

ζ'. Ὥσπερ ἴδιον παρακοῆς ἔργον ἐστὶν ἡ ἁμαρτία, οὕτως ἴδιον ὑπακοῆς ἔργον ἐστὶν ἡ ἀρετή· καὶ ὥσπερ τῇ μὲν παρακοῇ παρακολουθεῖ παράβασις ἐντολῶν, καὶ τοῦ ἐντειλαμένου διαίρεσις, οὕτω τῇ ὑπακοῇ ἕπεται συντήρησις ἐντολῶν, καὶ ἡ πρὸς τὸν ἐντειλάμενον ἕνωσις. Ὁ γοῦν συντηρήσας δι' ὑπακοῆς ἐντολὴν, καὶ δικαιοσύνην εἰργάσατο, καὶ πρὸς τὸν ἐντειλάμενον, ἕνωσιν διὰ τῆς ἀγάπης ἐτήρησεν ἀδιαίρετον· ὁ δὲ παραβὰς διὰ παρακοῆς ἐντολὴν, καὶ τὴν ἁμαρτίαν εἰργάσατο, καὶ τῆς κατ' ἀγάπην ἑαυτὸν πρὸς τὸν ἐντειλάμενον διεῖλεν ἑνώσεως.

η'. Ὁ ἐκ τῆς κατὰ τὴν παράβασιν διαιρέσεως συναγόμενος, πρῶτον χωρίζεται τῶν παθῶν· ἔπειτα τῶν ἐμπαθῶν λογισμῶν· εἶτα φύσεως καὶ τῶν περὶ φύσιν λόγων· εἶτα νοημάτων, καὶ τῶν περὶ αὐτὰ γνώσεων· καὶ τελευταῖον, τῶν περὶ Προνοίας λόγων διαδρὰς τὸ ποικίλον, εἰς αὐτὸν ἀγνώστως κατανταῖ τὸν περὶ μονάδος λόγον· καθ' ὃν μόνον θεωρήσας ἑαυτοῦ ἀτρεψίαν ὁ νοῦς, χαίρει τὴν ἀνεκλάλητον χαράν· ὡς τὴν εἰρήνην εἰληφὼς τοῦ Θεοῦ, τὴν D ὑπερέχουσαν πάντα νοῦν· καὶ φρουροῦσαν διηνεκῶς ἄπτωτον τὸν αὐτῆς ἀξιούμενον.

θ'. Ὁ τῆς γεέννης φόβος, κακίαν φεύγειν παρασκευάζει τοὺς εἰσαγομένους· ὁ δὲ πόθος τῆς τῶν ἀγαθῶν ἀντιδόσεως (*x*), τοῖς προκόπτουσι τὴν ἐκ' ἐνεργείᾳ τῶν ἀρετῶν χαρίζεται προθυμίαν· τὸ δὲ τῆς ἀγάπης μυστήριον, πάντων ὑπεραίρει τῶν γεγονό-

[59] Hebr. IV, 10. [60] I Petr. I, 8. [61] Philipp. IV, 7.

(*x*) *Ὁ δὲ πόθος τῆς τῶν ἀγαθῶν ἀντιδόσεως.* Et hoc Marci νηπτικῶν cap. 13, in quo nihil scabrum aut difficile. Sic tamen plana Picus, *Desiderium autem remunerandi accepta bona.* Certe, *Desiderium remunerationis bonorum;* eorum scilicet quæ Deo adjutore virtutum opera præstamus. Quorum præmium sperare et desiderare Christianæ pietati non obest; eoque motivo uti ad humani cordis excitandum torporem. Eo spectat quod Dominus Christianæ pietatis capita *Beatitudinum* nomine proponit. Sed in re facili non amplius hærendum.

Digitized by Google

των τὸν νοῦν, πρὸς πάντα τὰ μετὰ Θεὸν τυφλὸν ἀπεργαζόμενον. Μόνους γὰρ τοὺς τυφλοὺς πρὸς πάντα τὰ μετὰ Θεὸν γεγενημένους ὁ Κύριος σοφίζει, δεικνὺς τὰ θειότερα.

ι'. Ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, κόκκῳ σινάπεως ἐοικώς, πρὸ τῆς γεωργίας πάνυ εἶναι δοκεῖ μικρός· ἐπειδὰν δὲ γεωργηθῇ δεόντως, τοσοῦτον διαδείκνυται μέγας, ὥστε τοὺς τῶν αἰσθητῶν καὶ τῶν νοητῶν κτισμάτων μεγαλοφυεῖς λόγους πτηνῶν δίκην αὐτῷ ἐπαναπαύεσθαι. Πάντων γὰρ οἱ λόγοι καθεστήκασιν αὐτῷ χωρητοί· αὐτὸς δὲ, τῶν ὄντων ἐστὶν οὐδενὶ χωρητός. Διὸ τὸν ἔχοντα πίστιν ὡς κόκκον σινάπεως, δύνασθαι μεταθεῖναι λόγῳ τὸ ὄρος ὁ Κύριος ἔφη· τουτέστι, τὸ καθ' ἡμῶν τοῦ διαβόλου κράτος ἀποδιώκειν, καὶ μετατιθέναι τῆς βάσεως.

ια'. Κόκκος τοῦ σινάπεώς ἐστιν ὁ Κύριος, κατὰ πίστιν ἐν Πνεύματι σπειρόμενος ἐν ταῖς καρδίαις τῶν δεχομένων· ὃν ὁ ἐπιμελῶς διὰ τῶν ἀρετῶν γεωργήσας, τὸ μὲν ὄρος τοῦ χοϊκοῦ φρονήματος μετατίθησι, τὴν δυσκίνητον ἕξιν ἑαυτοῦ τῆς κακίας κατ' ἐξουσίαν ἀπωθούμενος· τοὺς δὲ λόγους ἑαυτῷ τῶν ἐντολῶν καὶ τοὺς τρόπους, ἢ καὶ τὰς θείας δυνάμεις, ὥσπερ πετεινὰ οὐρανοῦ ἐπαναπαύει.

ιβ'. Τῷ Κυρίῳ καθάπερ τινὶ θεμελίῳ πίστεως, τὸ ὕψος ἐποικοδομοῦντες τῶν ἀγαθῶν, χρυσίον, ἀργύριον, λίθους τιμίους ἐπιθώμεθα· τουτέστι, θεολογίαν καθαρὰν καὶ ἀκίβδηλον, καὶ βίον διαφανῆ καὶ λαμπρὸν, καὶ θείους λογισμοὺς τὰ μαργαρώδη νοήματα· ἀλλὰ μὴ ξύλα, μὴ χόρτον μήτε καλάμην· τουτέστι, μήτε εἰδωλολατρείαν· ἤγουν τὴν περὶ τὰ αἰσθητὰ πτόησιν· μήτε βίον ἀλόγιστον, μήτε λογισμοὺς ἐμπαθεῖς, καὶ τῆς κατὰ σοφίαν συνέσεως ὥσπερ ἀσταχύων ἐστερημένους.

ιγ'. Ὁ γνώσεως ἐφιέμενος, ἀμετακινήτους τὰς βάσεις τῆς ψυχῆς ἐρεισάτω παρὰ τῷ Κυρίῳ, καθάφησιν ὁ Θεὸς τῷ Μωϋσῇ· *Σὺ δὲ αὐτοῦ στῆθι μετ' ἐμοῦ.* Ἰστέον δὲ, ὅτι καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς ἱσταμένοις παρὰ τῷ Κυρίῳ ἐστὶ διαφορά· εἴπερ ἐκεῖνο μὴ παρέργως ἀναγινώσκεται τοῖς φιλομαθέσι, τὸ, *Εἰσί τινες τῶν ὧδε ἑστώτων, οἵτινες οὐ μὴ γεύσωνται θανάτου, ἕως ἂν ἴδωσι τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ ἐληλυθυῖαν ἐν δυνάμει.* Οὐ γὰρ πᾶσιν ἀεὶ μετὰ δόξης ὁ Κύριος ἐπιφαίνεται τοῖς παρ' αὐτῷ ἱσταμένοις, ἀλλὰ τοῖς μὲν εἰσαγομένοις, ἐν δούλου μορφῇ παραγίνεται· τοῖς δὲ δυναμένοις ἀκολουθῆσαι αὐτῷ ἐπὶ τὸ ὑψηλὸν ἀναβαίνοντι τῆς αὐτοῦ μεταμορφώσεως ὄρος, ἐν μορφῇ Θεοῦ ἐπιφαίνεται (*y*)· ἐν ᾗ ὑπῆρχε,

A bus superiorem mentem attollens, ad omnia quæ a Deo secunda sunt, cæcam reddit. Eos namque unos Dominus sapientes facit, ostendens quæ sunt diviniora, illis qui ad omnia quæ a Deo secunda sunt, cæci exsistunt [62].

10. Dei sermo, grano sinapis similis, priusquam colatur, exiguus admodum apparet : ubi autem eam, quæ decoat, culturam acceperit, tanta proceritate excrescit, ut creatorum, tum quæ sensu percipiuntur, tum quæ sola mente intelliguntur, magnificæ rationes volucrum instar in eo requiescant [63]. Omnium enim ille rationes capit : ipsum autem quod possit capere, nihil in rebus exstat. Ideo etiam dixit Dominus eum, qui fidem habeat sicut granum sinapis posse transferre montem [64] :
B diaboli scilicet adversum nos imperium et potestatem fugare, a sede dejicere.

11. Granum sinapis Dominus est, per fidem in spiritu in suscipientium cordibus seminatus : quem qui diligenter virtutes præstando colit, terreni sensus montem transfert (difficile scilicet mobilem atque hærentem malitiæ habitum vitiique a se ipse per potestatem depellens) mandatorumque rationes et **487** modos, sive etiam divinas virtutes, velut cœli volucres in se requiescere facit.

12. Qui super Dominum, tanquam fidei quoddam fundamentum, excelsum bonorum culmen exstruamus; aurum, argentum, lapides pretiosos (puram scilicet atque sinceram de Deo doctrinam, claramque atque illustrem vitam, necnon sensa animi unionum nitore fulgentia) ; non ligna, fenum, stipulam [65]
C (neque scilicet idolorum cultum, id est, terrenis addictum animum iisque defixum neque aversam a ratione vitam, neque demum libidinosas cogitationes, ut quæ tanquam spicis, sapientiæ intelligentia careant) illi imponamus.

13. Qui scientiæ desiderio tenetur, immobiles animi gressus apud Dominum statuat, quemadmodum ait Deus Mosi, *Tu autem hic sta mecum* [66]. Istud porro observandum, in iis etiam discrimen esse qui stant apud Dominum, si modo studiosi verique amantes, quod ita scriptum est, non obiter legimus : *Sunt quidam de hic stantibus, qui non gustabunt mortem, donec viderint regnum Dei veniens in virtute* [67]. Non enim Dominus semper
D omnibus cum claritate apparet, qui stant apud ipsum; sed iis quidem qui inducuntur ac tirones sunt, advenit in forma servi : iis autem qui eum sequi valent ascendentem in montem excelsum suæ transfigurationis, in Dei forma apparet, in qua erat,

[62] Psal. CXLV, 8. [63] Matth. XIII, 31. [64] Matth. XVII, 19. [65] I Cor. III, 12. [66] Exod. XXXIII 2. [67] Marc. VIII, 39.

(*y*) *Ἐν μορφῇ Θεοῦ ἐπιφαίνεται. In Dei forma apparet.* Est Marci νηπτικῶν cap. 14, suumque Maximus exscribendo fecit : in quo præcipua difficultas quid sit illa claritas Dei, in qua Christus apparuit. Idcirco quod Græci sequiores, occasione dictorum quorumdam Patrum, de Thaborio lumine sic digladiati sunt, ut res per Palamitarum contentionem in putidissimam hæresim abierit; existimantium Dei illam claritatem, τὴν δόξαν, aliquid Deo coævum esse, illique natura conjunctum ; nec tamen ipsam Dei essentiam esse, sed quasi illius virtutem seu potentiam; quod certe repugnat maximæ Dei simplicitati, quam ipse Maximus paulo superius c. 2 et 3, rite prosecutus est, omnem omnino a Deo compositionem excludens. Quod autem ipsa lux et claritas, corporalibus apostolorum oculis objecta,

Digitized by Google

antequam mundus esset. Fieri igitur potest, ut idem ipse Dominus non eadem ratione cunctis appareat, qui stant apud ipsum; sed alio alioque, aliis atque aliis modo, pro cujusque scilicet fidei modulo visionem varians.

14. Ubi in nobis Dei sermo splendidus clarusque exstiterit, ejusque facies solis instar effulserit, tunc quoque ejus vestimenta apparent candida : sacræ nimirum Evangeliorum Scripturæ lucida verba et perspicua, nihilque occultum abstrusiusque habentia. Sed et Moyses Eliasque una adveniunt, legis scilicet et prophetarum spiritaliores sermones seu rationes.

15. Quemadmodum venturus est Filius hominis, sicut scriptum est [68], cum angelis suis in gloria Patris : sic Dei sermo singulis quibusque virtutis profectibus, his qui digni sint transformatur, veniens cum angelis suis in gloria Patris. Spiritaliores enim in lege et prophetis exsistentes sermones ac rationes, quorum Moyses et Elias suis ipsi rationibus **488** figura exstiterunt, cum Domino apparentes, quo tempore Dominus transformatus est, ejus claritatis, quæ in ipsis est, modum congruum servant; quam hactenus digni possint capere, virtutem ac potentiam patefacientes.

16. Qui tantisper unitatis rationem doctus est, omnino etiam illi conjunctas providentiæ ac judicii exploratas habet rationes. Quare etiam, velut Petrus, æquum decernit, ut tria apud ipsum fiant tabernacula, his qui apparuerunt; tres nimirum habitus, quibus saluti propense consulatur, virtutis scilicet scientiæ ac theologiæ. Nam prior quidem, actionis robore ac castitate eget, cujus figura exstitit beatus Elias. Sequens vero, naturalis contemplationis justitia, quam magnus Moyses typo designavit. Tertius demum, vera prudentiæ perfectione, quam Dominus significabat. Dicta vero sunt tabernacula, quod aliæ sint his meliores ac illustriores in futurum dignos excepturæ sedes

17. Qui actioni operam ponit, in carne advena agere dicitur, qui scilicet virtutum cultu, ab animo abscindat, qua ad carnem affectione ac libidine ducitur, et a se ipse terrenorum deceptionem amoliatur. Qui autem studet contemplationi doctusque

πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι. Δυνατὸν οὖν ἐστι, μὴ κατὰ τὸ αὐτὸ τὸν αὐτὸν πᾶσι τοῖς παρ' αὐτῷ τυγχάνουσιν ἐπιφαίνεσθαι Κύριον· ἀλλὰ τοῖς μὲν οὕτως, τοῖς δὲ ἑτέρως, κατὰ τὸ μέτρον τῆς ἐν ἑκάστῳ πίστεως δηλονότι ποικίλλων τὴν θεωρίαν.

ιδ'. Ὅταν περιφανὴς καὶ λαμπρὸς ἐν ἡμῖν ὁ τοῦ Θεοῦ γένηται λόγος, καὶ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ λάμψῃ καθάπερ ἥλιος, τότε καὶ τὰ ἱμάτια αὐτοῦ φαίνεται λευκά· τουτέστι, τὰ ῥήματα τῆς ἁγίας τῶν Εὐαγγελίων Γραφῆς, τρανὰ καὶ σαφῆ, καὶ μηδὲν ἔχοντα κεκαλυμμένον. Ἀλλὰ καὶ Μωϋσῆς καὶ Ἠλίας μετ' αὐτοῦ παραγίνονται· τουτέστιν, οἱ τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν πνευματικώτεροι λόγοι.

ιε'. Ὥσπερ ἔρχεται ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, ὡς γέγραπται, μετὰ τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Πατρὸς, οὕτως καθ' ἑκάστην προκοπὴν ἀρετῆς μεταμορφοῦται τοῖς ἀξίοις ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, ἐρχόμενος μετὰ τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Πατρός. Οἱ γὰρ ἐν νόμῳ καὶ προφήταις πνευματικώτεροι λόγοι, οὓς Μωϋσῆς καὶ Ἠλίας δι' ἑαυτῶν προτυποῦσι, μετὰ τοῦ Κυρίου φαινόμενοι, κατὰ τὴν μεταμόρφωσιν τοῦ Κυρίου, τὴν ἀναλογίαν σώζουσι τῆς ἐν αὐτοῖς δόξης, τὴν τέως χωρητὴν τοῖς ἀξίοις ἀποκαλύπτοντες δύναμιν.

ις'. Ὁ τὸν περὶ μονάδος ποσῶς μυηθεὶς λόγον, πάντως καὶ τοὺς περὶ προνοίας καὶ κρίσεως ἐπέχω λόγους, συνόντας αὐτῷ. Διὸ καὶ τρεῖς γενέσθαι σκηνὰς παρ' ἑαυτῷ [*unus Reg.* παρ' αὐτῷ] κατὰ τὸν ἅγιον Πέτρον, τοῖς ὁραθεῖσι καλὸν εἶναι ψηφίζεται· τουτέστι, τὰς τρεῖς ἕξεις τῆς σωτηρίας· τὴν τῆς ἀρετῆς λέγω, καὶ τὴν τῆς γνώσεως, καὶ τὴν τῆς θεολογίας. Ἡ μὲν γὰρ δεῖται τῆς κατὰ πρᾶξιν ἀνδρείας καὶ σωφροσύνης, ἧς ὁ μακάριος τύπος ὑπῆρχεν Ἠλίας· ἡ δὲ, τῆς κατὰ τὴν φυσικὴν θεωρίαν δικαιοσύνης, ἣν ὁ μέγας ἐμήνυε δι' ἑαυτοῦ Μωϋσῆς· ἡ δὲ, τῆς κατὰ τὴν φρόνησιν ἀκραιφνοῦς τελειότητος, ἣν ὁ Κύριος ἐδήλου. Σκηναὶ δὲ προσηγορεύθησαν, διὰ τὸ ἄλλας εἶναι τούτων κρείττους καὶ περιφανεστέρας, τὰς τοὺς ἀξίους κατὰ τὸ μέλλον διεξομένας λήξεις.

ιζ'. Ὁ μὲν πρακτικὸς, ἐν σαρκὶ λέγεται παροικεῖν (6)· ὡς τῆς ψυχῆς τὴν πρὸς τὴν σάρκα σχέσιν διὰ τῶν ἀρετῶν ἐκτέμνων, καὶ τῶν ὑλικῶν ἑαυτὸν περιελόμενος τὴν ἀπάτην. Ὁ δὲ γνωστικὸς, καὶ ἐν αὐτῇ τῇ ἀρετῇ λέγεται παροικεῖν· ὡς ἐν ξένῃ

[68] Matth. xvi, 27.

divinum ipsum lumen intransitive ac Patris splendor exstiterit, quem eorum oculi intuerentur, non quasi ipsi a se natura sufficientes, sed confortati a Deo et elevati, absurdius est, quam ut egeat confutatione; Deum scilicet ejusque essentiam ac Deitatis arcanum, nedum videri oculis corporeis posse, sed et reipsa visum esse in monte Transfigurationis; quidquid viro docto in sua Orientalis Occidentalisque Ecclesiæ perpetua concordia, eam in rem obrepserit, tribuatque plerisque sanctis Græcis doctoribus, qui festivis Encomiis mysterium transfigurationis Christi exornarunt, vel qui de illo peculiarius strictimque scripserunt : in quibus etiam Maximo; hunc ipsum forte ejus locum respiciens : in quo tamen nulla alia difficultas est, quam quæ ipsorum verborum Domini est, Joan. xvii, 5 : *Clarifica me, tu Pater, apud temetipsum, claritate quam habui, prius quam mundus esset, apud te*; exponitque August., tract. 105 *in Joan.* divinam eam claritatem, gloriam humanitatis exponens; quam sic habuit antequam mundus esset et apud Patrem, divina scilicet prædestinatione, non quod illa reipsa et in se exsisteret. Fuit itaque divina claritas, gloriosa species ex Christi anima, beata Deitatis consortio, in corpus emanans, et qualem decebat divinum corpus ac Deo unitum; quam ipsam miraculo, ut esset passibile, per reliquam vitam suspenderat.

Digitized by Google

ἔτι καὶ αἰνίγμασι θεωρῶν τὴν ἀλήθειαν. Οὕπω γὰρ αὐτῷ τὰ τῶν ἀγαθῶν αὐθυπόστατα εἴδη καθώς εἰσιν ἐθεάσθησαν, διὰ τῆς πρόσωπον πρὸς πρόσωπον ἀπολαύσεως. Ἐν εἰκόνι γὰρ τῶν ἀγαθῶν, ὡς πρὸς τὸ μέλλον, πᾶς ἅγιος διαπορεύεται, βοῶν· *Πάροικός εἰμι καὶ παρεπίδημος καθὼς πάντες οἱ πατέρες μου.*

A spiritalis est, etiam in virtute advena esse dicitur; ut qui hactenus veritatem in speculis et ænigmate speculetur. Nec dum enim ea jucunditate quæ est facie ad faciem, ipsæ bonorum vere exsistentes formæ, quales sunt, illi patuerunt. Quisquis enim sanctitatis radiis fulget, si cum eo compares, quod futurum exspectatur, in bonorum imagine ambulat, clamans: *Advena ego sum et peregrinus, sicut omnes patres mei*[69].

ιη'. Τὸν εὐχόμενον οὐ δεῖ στῆναί ποτε τῆς ἐπὶ θεὸν ἀγούσης ὑψηλῆς ἀναβάσεως. Ὡς γὰρ ἀναβάσεις χρὴ νοεῖσθαι [*duo Regii*, ποιεῖσθαι, *ut et Fr.*], κατὰ τὴν ἐκ δυνάμεως εἰς δύναμιν, τὴν ἐν τῇ πρακτικῇ τῶν ἀρετῶν προκοπὴν· καὶ τὴν ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν, τῶν πνευματικῶν τῆς θεωρίας γνώσεων ἐπανάβασιν· καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ ῥητοῦ τῆς ἁγίας καὶ θείας Γραφῆς, ἐπὶ τὸ πνεῦμα μετάβασιν· οὕτω καὶ ἐν τῷ περὶ εὐχῶν τόπῳ γινόμενον χρὴ ποιεῖν· ἐπαίρειν τὸν νοῦν ἀπὸ τῶν ἀνθρωπίνων· καὶ τὸ φρόνημα τῆς ψυχῆς, ἐπὶ τὰ θειότερα· ἵνα καὶ δυνηθῇ ὁ νοῦς ἀκολουθῆσαι τῷ διεληλυθότι τοὺς οὐρανοὺς, Ἰησοῦ τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ, παντοχοῦ ὄντι, καὶ πάντα διερχομένῳ δι' ἡμᾶς οἰκονομικῶς, ἵνα καὶ ἡμεῖς ἀκολουθοῦντες αὐτῷ, πάντα διέλθωμεν τὰ μετ' αὐτόν· καὶ γενώμεθα πρὸς αὐτὸν, ἐάν γε νοῶμεν αὐτὸν, οὐ κατὰ τὴν σμικρότητα τῆς οἰκονομικῆς συγκαταβάσεως, ἀλλὰ κατὰ τὴν μεγαλειότητα τῆς φυσικῆς ἀοριστίας.

18. Ei qui precibus incumbit, nunquam committendum ut a sublimi ascensu provehente ad Deum cesset. Velut enim ascensus intelligamus necesse est, qui est de virtute in virtutem colenda actione virtutum profectus[70], spiritaliumque contemplationis notitiarum a claritate in claritatem excessus[71]; B atque a sacræ divinæque Scripturæ littera, ad spiritum transitus: sic quoque se gerat oportet qui in orationis loco constitutus est, mentem scilicet ab humanis, animique sensum ad diviniora attollat, quo nempe etiam Jesum Filium Dei, qui cœlos penetravit[72], sequi valeat; qui nimirum ipse ubique exsistens, omnia propter nos secundum dispensationem (hominis **489** scilicet ratione) pertranseat; ut et nos ipsum sequendo, quæ ab eo secunda sunt, omnia transeuntes, ad eum evadamus; si modo non ex carnis, qua se nobis dispensatione demisit ac inclinavit parvitate, sed ex majestatis naturali immensitate eum intellexerimus[73].

ιθ'. Καλὸν ἀεὶ σχολάζειν καὶ ζητεῖν τὸν Θεὸν, ὡς προσετάγημεν. Κἂν γὰρ κατὰ τὴν παροῦσαν ζωὴν ζητοῦντες ἐπὶ τὸ πέρας ἐλθεῖν τοῦ βάθους τοῦ Θεοῦ οὐ δυνάμεθα· ἀλλ' ἴσως καὶ ἐπ' ὀλίγον τοῦ βάθους αὐτοῦ φθάνοντες, θεωροῦμεν ἁγίων ἁγιώτερα, καὶ πνευματικῶν πνευματικώτερα. Καὶ δηλοῖ τυπικῶς ὁ ἀρχιερεὺς, ἀπὸ τῶν ἁγίων τῶν τῆς αὐλῆς ἁγιωτέρων, ἐπὶ τὰ ἅγια τῶν Ἁγίων, ἁγιώτερα τῶν ἁγίων εἰσιών.

19. Præstat, pro eo ac nobis præceptum est, vacare semper Deumque quærere[74]. Quanquam enim C dum mortali hac vita quærimus, divinæ altitudinis finem assequi non possumus; forsitan tamen modicum saltem tantisperque eam assequentes, sanctis sanctiora, et spiritalibus spiritaliora contuebimur. Idque per figuram declarat summus sacerdos, cum a sanctis, quæ sunt atrio sanctiora, ad Sancta sanctorum, quæ sunt sanctis sanctiora ingreditur.

κ'. Πᾶς τοῦ Θεοῦ λόγος, οὔτε πολύλογος, οὔτε πολυλογία ἐστίν· ἀλλ' εἷς, συνεστὼς [*Regii quidam et Fr.* συνετὸς] ἐκ διαφόρων θεωρημάτων· ὧν ἕκαστον μέρος ἐστὶ τοῦ λόγου. Ὥστε ὁ λέγων ὑπὲρ ἀληθείας, κἂν οὕτως εἰπεῖν δυνηθῇ ὡς μηδὲν εἰς τὸ ζητούμενον παραλιπεῖν, ἕνα λόγον εἴρηκε τοῦ Θεοῦ.

20. Omnis Dei sermo, nec multiloquio constat, nec multiloquium seu garrulitas est; sed unus ex diversis theorematis ac considerationibus constans; quorum quodlibet, pars sermonis est. Qui itaque causa veritatis orat, vel si ita perorare eum contigerit, ut nihil quod spectet ad quæstionem illi desi- D deretur, unum Dei sermonem dixit.

κα'. Ἐν μὲν τῷ Χριστῷ, Θεῷ ὄντι καὶ Λόγῳ τοῦ Πατρὸς, ὅλον κατ' οὐσίαν οἰκεῖ τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς· ἐν ἡμῖν δὲ κατὰ χάριν οἰκεῖ τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος, ἡνίκα πᾶσαν ἐν ἑαυτοῖς ἀθροίσωμεν ἀρετὴν καὶ σοφίαν, μηδενὶ τρόπῳ κατὰ τὸ δυνατὸν ἀνθρώπῳ λειπομένην τῆς πρὸς τὸ ἀρχέτυπον ἀληθοῦς ἐκμιμήσεως. Οὐ γὰρ ἀπεικὸς κατὰ τὴν θέσει λόγον, καὶ ἐν ἡμῖν οἰκῆσαι τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος, τὸ ἐκ διαφόρων συνεστηκὸς πνευματικῶν θεωρημάτων.

21. Sane in Christo, qui Deus sit ac Patris Sermo, tota secundum essentiam habitat plenitudo divinitatis corporaliter[75]: in nobis vere per gratiam habitat plenitudo divinitatis; tunc nimirum, cum in nobis omnem cumulo virtutem sapientiamque acervaverimus, qua nihil desit, quoad homini concessum est, quo veram principem formam imiteinur. Nec enim quidquam abhorret quominus gratuito Dei munere ejusque voluntate, in nobis quoque inhabitet plenitudo divinitatis, quæ ex diversis theorematis sensisque spiritalibus coalita est.

κβ'. Ὥσπερ ὁ παρ' ἡμῖν λόγος, ἐκ τοῦ νοῦ κατὰ

22. Quemadmodum noster hominum sermo, per

[69] Psal. xxxviii, 13. [70] Psal. lxxxiii, 8. [71] II Cor. iii, 18. [72] Hebr. iv, 14. [73] II Cor. v, 16. [74] Psal. xlv, 11; civ, 4. [75] Coloss. ii, 9.

Digitized by Google

naturam ex mente procedens, occultorum animi motuum nuntius ac interpres est : sic et Dei Sermo, qui velut Sermo ac Verbum gignentem Mentem, secundum essentiam Patrem noverit ; quem sine illo nullum creatum cognoscere possit ; quem novit Patrem, ut natura Sermo ac Verbum, patefacit; eaque ratione magni consilii nuntius audit [76].

23. Magnum Dei ac Patris consilium est, olim tacitum atque ignotum dispensationis mysterium ; quod carnis assumptione completum Unigenitus manifestavit, magni Dei ac Patris prææternique **490** consilii factus nuntius. Magni autem consilii Dei nuntius efficitur, qui, mysterii cognita ratione, tantum opere ac sermone per omnia indesinenter assurgit, donec ad eum evadat, qui se tanta dignatione ad ipsum demisit.

24. Cum Dei Sermo propter nos, carnis dispensatione in inferiores terræ partes descenderit, et super omnes cœlos ascenderit [77] ; qui ipse per naturam immobilis sit ; in se velut homine, quæ futura sunt, secundum dispensationem ac humanitus occupans ; mystice gaudio exsultans consideret, qui scientiæ amore impenditur, qualis quantusque sit secundum repromissionem eorum finis, qui diligunt Dominum.

25. Siquidem eo nomine Dei ac Patris Filius Deus Sermo, hominis filius ac homo factus est, ut homines deos Deique filios efficeret ; certo fore credamus, ut illic quandoque simus, ubi nunc ipse Christus tanquam caput totius corporis [78] ac pro nobis præcursor factus ad Patrem [79], humana carne exsistit. Deus enim in synagoga deorum (id est, salvandorum) medius stabit [80], futuræ illic beatitudinis dignitates distribuens ; quem a dignis atque electis nulla locorum distantia separet.

26. Qui libidinosas adhuc carnis cupiditates implet, tanquam idolorum cultor et fabricator terram Chaldæorum colit. Ubi autem tantisper dispectis rebus saniorique judicio, convenientium naturæ modorum morumque sensum perceperit, relicta Chaldæorum terra, Charran Mesopotamiæ petit [81] ; confinem scilicet virtuti atque vitio statum : hoc enim sibi vult quod Charran dicitur. Sin autem etiam mediocrem, quæ sensu præstatur, boni honestique intelligentiam excesserit, gradum contendet ad terram optimam (ad habitum scilicet ab omni vitio et pravitate ac ignorantia immunem) quem

A φύσιν προερχόμενος, ἄγγελος τῶν κρυπτομένων τοῦ νοῦ κινημάτων ἐστίν· οὕτως ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, κατ' οὐσίαν ἐγνωκὼς τὸν Πατέρα, καθάπερ Λόγος τὸν γεννήσαντα Νοῦν, οὐδενὸς τῶν γεννητῶν προσβλέπειν αὐτῷ χωρὶς αὐτοῦ δυναμένου, ἀποκαλύπτει δὲ ἔγνω Πατέρα, ὡς κατὰ φύσιν Λόγος, καθὸ καὶ Μεγάλης βουλῆς ἄγγελος λέγεται.

κγ'. Μεγάλη βουλὴ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός ἐστι, τὸ σεσιγημένον καὶ ἄγνωστον τῆς οἰκονομίας μυστήριον· ὅπερ πληρώσας διὰ τῆς σαρκώσεως ὁ μονογενὴς Υἱός, ἀπεκάλυψεν, ἄγγελος γενόμενος τῆς μεγάλης τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς καὶ προαιωνίου βουλῆς. Γίνεται δὲ τῆς μεγάλης τοῦ Θεοῦ βουλῆς ἄγγελος, ὁ γνοὺς τοῦ μυστηρίου τὸν λόγον, καὶ τοσοῦτον ἔργῳ τε καὶ λόγῳ διὰ πάντων ἀκαταλήκτως ὑφούμενος,
B μέχρις ἂν φθάσῃ τὸν πρὸς αὐτὸν τοσοῦτον καταβάντα.

κδ'. Εἰ δι' ἡμᾶς ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος οἰκονομικῶς κατῆλθεν εἰς τὰ κατώτερα μέρη τῆς γῆς, καὶ ἀνῆλθεν ὑπεράνω πάντων τῶν οὐρανῶν, ὁ πάντη κατὰ φύσιν ἀκίνητος· ἐν ἑαυτῷ κατ' οἰκονομίαν (z), ὡς ἀνθρώπῳ, προενεργῶν τὰ ἐσόμενα· σκοπείτω χαίρων μυστικῶς, ὁ τὴν φιλίαν στέργων τῆς γνώσεως, ὁποῖόν ἐστι τὸ κατ' ἐπαγγελίαν τέλος τῶν ἀγαπώντων τὸν Κύριον.

κε'. Εἰ διὰ τοῦτο γέγονεν υἱὸς ἀνθρώπου καὶ ἄνθρωπος ὁ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς Υἱὸς Θεὸς Λόγος (Π), ἵνα ποιήσῃ θεοὺς καὶ υἱοὺς Θεοῦ τοὺς ἀνθρώπους· ἐκεῖ γενήσεσθαι πιστεύσωμεν, ἔνθα νῦν αὐτός ἐστιν
C ὁ Χριστὸς ὡς κεφαλὴ τοῦ ὅλου σώματος, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν γενόμενος πρόδρομος πρὸς τὸν Πατέρα, τὸ καθ' ἡμᾶς. Ἐν γὰρ συναγωγῇ θεῶν, τῶν σῳζομένων, ἔσται Θεὸς μέσος ἱστάμενος, διανέμων τὰς ἀξίας τῆς ἐκεῖθεν μακαριότητος· τοπικὴν οὐκ ἔχων ἀπὸ τῶν ἀξίων διάστασιν.

κς'. Ὁ τὰς ἐμπαθεῖς τῆς σαρκὸς ὀρέξεις ἐπιπληρῶν (8), ὡς εἰδωλολάτρης καὶ εἰδωλοποιὸς τὴν γῆν οἰκεῖ τῶν Χαλδαίων (a). Ἐπὰν δὲ μικρὸν τὰ πράγματα διακρίνας, αἴσθησιν λάβῃ τῶν καθηκόντων τῆς φύσεως τρόπων, τὴν γῆν τῶν Χαλδαίων ἀφείς, ἔρχεται εἰς Χαρρὰν τῆς Μεσοποταμίας· τὴν μεταλλαγὴν ἀρετῆς καὶ κακίας λέγω κατάστασιν, τὴν μήπω τῆς κατ' αἴσθησιν πλάνης καθαρὰν γενομένην. Τοῦτο
D γὰρ ἡ Χαρράν. Εἰ δὲ καὶ τὴν δι' αἰσθήσεως γενομένην σύμμετρον τοῦ καλοῦ σύνεσιν ὑπερκύψῃ πρὸς τὴν γῆν ἐπείξεται τὴν ἀγαθήν· τοῦτ' ἔστιν, εἰς τὴν πάσης κακίας καὶ ἀγνωσίας ἐλευθέραν κατάστασιν.

[76] Isa. IX, 6. [77] Ephes. IV, 9, 10. [78] Coloss. I, 18. [79] Hebr. VI, 20. [80] Psal. LXXXI, 1. [81] Gen. XI, 28-31.

(z) *Κατ' οἰκονομίαν.* Quod ita frequenter Maximus ac theologi reliqui de Christo loquuntur (pro quo etiam οἰκονομικῶς dicunt) etsi *dispensationis* nomine Latini sæpius exprimunt, seu etiam quandoque ipsam vocem Græcam retinent ; ego tamen *hominis ratione* et *humanitus* reddendo, clarius fortasse expressisse videar ; formam denotando secundum quam, altissimo Dei ac Patris consilio, hæc sic dicta et οἰκονομικὰ Christo conveniant.

(a) *Τὴν γῆν οἰκεῖ τῶν Χαλδαίων.* Præivit Maximo Marcus, cap. 18, τῶν νηπτικῶν, ubi perinde Chaldæorum terram τὸν ἐμπαθῆ βίον interpretatur : *vitam libidinosam.* Verum hoc ipsum caput ac sequens habet Maximus cap. 48 et 49, pluribusque *Qu. ad Thalassium*, in locum Jeremiæ, quo necessitas serviendi regi Babylonis Hierosolymitis Judæisque indicitur, quidquid ejus Providentiæ est, erudite pieque exsequitur.

Digitized by Google

ἦν ὁ ἀψευδὴς Θεὸς δείκνυσι καὶ ἐπαγγέλλεται· δώσειν ὥσπερ ἔπαθλον ἀρετῆς, τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν. A

κζ'. Εἰ ἐσταυρώθη δι' ἡμᾶς ἐξ ἀσθενείας ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, καὶ ἠγέρθη ἐκ δυνάμεως Θεοῦ, δῆλον ὅτι πνευματικῶς δι' ἡμᾶς ἀεὶ τοῦτο καὶ ποιεῖ καὶ πάσχει· ὡς πᾶσι πάντα γινόμενος, ἵνα σώσῃ τοὺς πάντας. Οὐκοῦν καλῶς ὁ θεῖος Ἀπόστολος ἐν τοῖς Κορινθίοις ἀσθενοῦσιν, οὐδὲν ἔκρινεν εἰδέναι, εἰ μὴ Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ τοῦτον ἐσταυρωμένον. Ἐφεσίοις δὲ γράφει, τελείοις οὖσι, τὸ, *Συνήγειρε καὶ συνεκάθισεν ἡμᾶς ὁ Θεὸς ἐν τοῖς ἐπουρανίοις ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ*· κατὰ τὴν ἀναλογοῦσαν ἑκάστῳ δύναμιν, τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον γίνεσθαι φάσκων. Σταυροῦται τοίνυν τοῖς ἔτι πρὸς εὐσέβειαν πρακτικῶς εἰσαγομένοις, τὰς ἐμπαθεῖς αὐτῶν τῷ θείῳ φόβῳ προστηλῶν ἐνεργείας. Ἀνίσταται δὲ καὶ ἀνεισιν εἰς οὐρανοὺς, τοῖς ὅλον τὸν παλαιὸν ἀπεκδυσαμένοις ἄνθρωπον, τὸν φθειρόμενον κατὰ τὰς ἐπιθυμίας τῆς ἀπάτης· καὶ ὅλον τὸν νέον ἐνδυσαμένοις, τὸν διὰ τοῦ πνεύματος κατ' εἰκόνα Θεοῦ κτιζόμενον, καὶ πρὸς τὸν Πατέρα τῆς ἐν αὐτοῖς χάριτος γενομένοις· *Ὑπεράνω πάσης Ἀρχῆς καὶ Ἐξουσίας καὶ Δυνάμεως καὶ Κυριότητος, καὶ παντὸς ὀνόματος ὀνομαζομένου, εἴτε ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, εἴτε ἐν τῷ μέλλοντι.* Πάντα γὰρ τὰ μετὰ Θεὸν, καὶ πράγματα καὶ ὀνόματα καὶ ἀξιώματα, ὑπὸ τὸν ἐν τῷ Θεῷ διὰ τῆς χάριτος γενησόμενον ἔσται. B

κη'. Ὥσπερ πρὸ τῆς ἐμφανοῦς καὶ κατὰ σάρκα παρουσίας (9), νοητῶς ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος τοῖς πατριάρχαις καὶ προφήταις ἐνεδήμει, προτυπῶν τὰ μυστήρια τῆς αὐτοῦ παρουσίας· οὕτω καὶ μετὰ ταύτην τὴν ἐνδημίαν, οὐ μόνον ἐν τοῖς ἔτι νηπίοις παραγίνεται, διατρέφων πνευματικῶς καὶ ἄγων πρὸς ἡλικίαν τῆς κατὰ Θεὸν τελειότητος· ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς τελείοις, προδιαγράφων αὐτοῖς κρυφίως τῆς μελλούσης αὐτοῦ παρουσίας ὡς ἐν εἰκόνι τοὺς χαρακτῆρας. C

κθ'. Ὥσπερ οἱ τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν λόγοι, πρόδρομοι τυγχάνοντες τῆς κατὰ σάρκα τοῦ Λόγου παρουσίας, τὰς ψυχὰς εἰς Χριστὸν ἐπαιδαγώγουν· οὕτω καὶ αὐτὸς ὁ δεδοξασμένος τοῦ Θεοῦ Λόγος σαρκωθεὶς, πρόδρομος τῆς πνευματικῆς αὐτοῦ παρουσίας γεγένηται· παιδαγωγῶν τὰς ψυχὰς διὰ τῶν οἰκείων λόγων, πρὸς ὑποδοχὴν τῆς ἐμφανοῦς αὐτοῦ θεϊκῆς παρουσίας· ἣν ἀεὶ μὲν ποιεῖται, μεταβάλλων ἀπὸ τῆς σαρκὸς πρὸς τὸ πνεῦμα διὰ τῶν ἀρετῶν τοὺς ἀξίους· ποιήσει δὲ καὶ ἐπὶ τέλει τοῦ αἰῶνος, ἐμφανῶς ἀποκαλύπτων τὰ τέως πᾶσιν ἀπόῤῥητα. D

λ'. Ὅσον ἐγώ εἰμι ἀτελὴς καὶ ἀνυπότακτος, μὴ ὑπακούων τοῦ Θεοῦ διὰ τῆς ἐργασίας τῶν ἐντολῶν (*b*)· μήτε γινόμενος κατὰ τὴν γνῶσιν τέλειος ταῖς φρεσίν· ἀτελὴς καὶ ἀνυπότακτος τὸ κατ' ἐμὲ καὶ Χριστὸς νομίζεται δι' ἐμέ· μειῶ γὰρ αὐτὸν καὶ

Deus ostendit, ac se daturum quasi virtutis præmio pollicetur, his qui ipsum diligunt.

27. Siquidem Dei Sermo ex infirmitate nostri causa crucifixus est, et resurrexit in virtute Dei[82]; plane liquet id eum semper propter nos spiritaliter agere, tumque illi accidere; ut qui omnibus omnia fiat, ut omnes salvos faciat. Recte igitur divinus Apostolus, apud Corinthios, qui infirmi essent, nihil se judicavit scire nisi Jesum Christum, et hunc crucifixum[83]. Ephesiis autem, qui perfecti **491** essent, in hæc verba scribit: *Conresuscitavit nos, et consedere nos fecit Deus in cœlestibus in Christo Jesu*[84]; pro cujusque facultatis modulo, Dei Sermonem ac Verbum se habere dicens. Itaque crucifigitur, iis, qui actionis cultu ad pietatem rudimenta ponunt, seu, qui illa inducuntur, eorum libidinosas vitioque concretas actiones divino timore configens. Resurgit vero et in cœlos ascendit, his, qui veterem totum hominem exuentes, qui corrumpitur secundum desideria erroris, totum novum induerunt, qui per Spiritum creatur secundum Dei imaginem[85]; et ad ejus, quæ in illis est, gratiæ Parentem evaserunt: *Super omnem Principatum et Potestatem Virtutemque et Dominationem, et omne nomen quod nominatur sive in hoc sæculo, sive in futuro*[86]. Omnia enim quæ a Deo secunda sunt, res pariter et capita et dignitates, illi, qui in Deo per gratiam erit, subjicientur.

28. Quemadmodum ante conspicuum ac carne exhibitum adventum, Dei Sermo spiritaliter patriarchis et prophetis adveniebat, adventus sui mysteria præfigurans: sic quoque eo jam adventu completo, non modo illis advenit, qui adhuc parvuli sunt, quos spiritaliter alat, et ad ejus perfectionis ætatem, quæ est secundum Deum, ducat; verum etiam perfectis, occulte eis futuri adventus sui characteres velut in imagine designans.

29. Quemadmodum legis ac prophetarum sermones, qui Sermonis in carne (seu Verbi) præcursores essent, pro pædagogi quasi munere animas ad Christum erudiebant: sic et ipse clarificatus Dei Sermo incarnatus, spiritalis adventus sui præcursor effectus est, per sermones suos atque doctrinam, ipse quoque ad conspicuum divinum adventum suum suscipiendum, animos erudiens. Hunc ille adventum semper facit, virtutum cultu eos qui digni sint a carne ad spiritum convertens, tum vero etiam in fine sæculi facturus est, ea quæ cunctis hactenus arcana sunt, palam faciens.

30. Quandiu ego imperfectus sum et non subjectus, qui mandata implendo, Deo non paream; nec, quod attinet ad scientiam, animi sensibus perfectus fiam; etiam Christus mei causa, quatenus homo, imperfectus et ipse audit et non subje-

[82] II Cor. XIII, 4. [83] I Cor. II, 2. [84] Ephes. II, 6. [85] Ephes. IV, 22-24; Coloss. III, 9, 10. [86] Ephes. I, 21.

(*b*) Hæc pluribus Gregorius Naz., orat. 4 *De theologia*.

Digitized by Google

ctus. Minuo enim eum et detero, qui paribus cum illo augmentis non crescam, cum Christi corpus et membra ex parte exsistam [87].

492 31. *Oritur sol, et occidit sol*, inquit Scriptura [88]. Igitur et ipsum Verbum, seu Sermo, quandoque sursum, quandoque deorsum esse existimatur, pro eorum scilicet dignitate, ipsaque ratione aut modo, qui virtutem colunt, et circa divinam scientiam moventur. Cæterum beatus, qui instar Jesu filii Nave [89], Solem justitiæ in se servat ab occasu liberum (nullo scilicet malitiæ ac ignorantiæ vespere circumscriptum) quandiu præsentis vitæ diei linea tenditur; quo insurgentes in eum nequissimos dæmones, legitime fundere atque fugare illi tribuatur.

32. Exaltatus in nobis Dei Sermo actionis cultu et contemplationis, omnes ad se trahit [90]; nostras scilicet tum cogitationes tum rationes, circa carnem animamque ac naturam versantes; ipsaque adeo membra corporis ac sensus virtute scientiaque sanctificans, atque sub suum mittens jugum. Qui igitur divinorum inspector est, festine ascendat Sermonem sequens, donec ad locum, in quo ille versatur, perveniat. Illic enim *trahit*, quemadmodum ait Ecclesiastes, *atque in locum suum trahit* [91]; eos nempe, qui velut magnum Pontificem, et qui inducat in Sancta sanctorum, sequuntur; quo ille secundum quod homo, *pro nobis præcursor ingressus est* [92].

33. Qui pietatis rationibus hærentem philosophiam colit, adversumque inaspectabiles potestates instructa acie consistit, precibus satagat, ut tum naturalis discretio (cujus modicum lumen exsistat), tum illuminatrix Spiritus gratia, illi maneant ac pervigeant. Nam prior quidem, actionis cultu, carnem erudit ad consectandam virtutem; altera autem animum illustrat, ut pluris omnibus sapientiæ convictum ac consuetudinem faciat [93]; qua nimirum *malitiæ munitiones omnemque sublimitatem extollentem se adversus scientiam Dei, destruit convellitque* [94]. Ostenditque Jesus filius Nave, precibus orans *Stare solem contra Gabaon* [95]; hoc est, ut divinæ lumen scientiæ, in monte contemplationis quæ animo est, occasus expers illi servaretur; *et luna contra vallem* [96]; ut scilicet naturalis discretio in carnis imbecillitate posita, nulla virtutis labe in ea perseveraret.

A κολοβῶ, μὴ συναυξάνων αὐτῷ κατὰ πνεῦμα, ὡς σῶμα Χριστοῦ τυγχάνων καὶ μέλη ἐκ μέρους.

λα'. Ἀνατέλλει ὁ ἥλιος, καὶ δύνει ὁ ἥλιος, φησὶν ἡ Γραφή. Οὐκοῦν καὶ ὁ Λόγος, ποτὲ μὲν νομίζεται ἄνω, ποτὲ δὲ κάτω, κατὰ τὴν ἀξίαν δηλονότι, καὶ αὐτὸν τὸν λόγον ἢ τὸν τρόπον, τῶν μετερχομένων τὴν ἀρετὴν, καὶ περὶ τὴν θείαν κινουμένων γνῶσιν. Μακάριος δὲ, ὁ κρατῶν ἄδυτον (c) ἐν ἑαυτῷ, κατὰ τὸν τοῦ Ναυῆ Ἰησοῦν, τὸν τῆς δικαιοσύνης ἥλιον· ὅλον τὸ μέτρον τῆς κατὰ τὴν παροῦσαν ζωὴν ἡμέρας, κακίας ἑσπέρᾳ καὶ ἀγνωσίας μὴ περιγραφόμενον, ἵνα δυνηθῇ νομίμως τροπώσασθαι τοὺς ἐπανισταμένους αὐτοῦ πονηροὺς δαίμονας.

B λβ'. Ὑφούμενος ἐν ἡμῖν ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος διὰ πράξεως καὶ θεωρίας, πάντας ἕλκει πρὸς ἑαυτόν· τούς τε περὶ σάρκα καὶ ψυχὴν καὶ φύσιν τῶν ὄντων ἡμετέρους λογισμούς τε καὶ λόγους, καὶ αὐτὰ τὰ μέλη τοῦ σώματος καὶ τὰς αἰσθήσεις κατ' ἀρετὴν καὶ γνῶσιν ἁγιάζων, καὶ ὑπὸ τὸν αὐτοῦ ζυγὸν ποιούμενος. Ὁ τοίνυν θεατὴς τῶν θείων ἀναβαινέτω κατὰ σπουδὴν, ἀκολουθῶν τῷ Λόγῳ· μέχρις οὗ φθάσῃ τὸν τόπον, οὗ ἐστιν. Ἐκεῖ γὰρ ἕλκει, καθώς φησιν ὁ Ἐκκλησιαστὴς, *Καὶ εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ ἕλκει*· δηλονότι τοὺς ἀκολουθοῦντας αὐτῷ, ὡς μεγάλῳ Ἀρχιερεῖ, καὶ εἰσάγοντι εἰς τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων· ἔνθα τὸ καθ' ἡμᾶς αὐτὸς *ὑπὲρ ἡμῶν πρόδρομος εἰσῆλθεν*.

C λγ'. Ὁ τὴν κατ' εὐσέβειαν μετιὼν φιλοσοφίαν, καὶ πρὸς τὰς ἀοράτους παρατασσόμενος δυνάμεις· εὐχέσθω, τήν τε φυσικὴν διάκρισιν αὐτῷ παραμεῖναι (φῶς ἔχουσαν σύμμετρον), καὶ τὴν φωτιστικὴν τοῦ Πνεύματος χάριν. Ἡ μὲν γὰρ, παιδαγωγεῖ τὴν σάρκα πρὸς ἀρετὴν διὰ πράξεως· ἡ δὲ, φωταγωγεῖ τὸν νοῦν, τὴν τῆς σοφίας πάντων προκρίνει συμβιῶσιν· καθ' ἣν, *τῶν τε τῆς κακίας ἐχυρωμάτων καὶ παντὸς ὑψώματος ἐπαιρομένου κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ, ποιεῖται τὴν καθαίρεσιν*. Καὶ δηλοῖ δι' εὐχῆς αὐτῶν ὁ τοῦ Ναυῆ Ἰησοῦς, *στῆναι τὸν ἥλιον κατὰ Γαβαώ*· τουτέστιν, ἄδυτον αὐτῷ τὸ φῶς τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ, κατὰ τὸ ὅρος τῆς κατὰ νοῦν θεωρίας φυλαχθῆναι· *καὶ τὴν σελήνην κατὰ φάραγγα*· τουτέστι, τὴν φυσικὴν διάκρισιν D ἐπὶ τῆς σαρκικῆς ἀσθενείας κειμένην, ἀπὸ τῆς ἀρετῆς ἀναλλοίωτον διαμεῖναι.

[87] I Cor. XII, 27. [88] Eccle. I, 5. [89] Josue X, 12. [90] Joan. XII, 32. [91] Eccle. I, 5. [92] Hebr. VI, 20. [93] Sap. VIII, 2. [94] II Cor. X, 4. [95] Josue X, 12. [96] ibid.

(c) Ὁ κρατῶν ἄδυτον. Est Marci νηπτικῶν cap. 15. Quod reddit Picus : *Qui possidet adytum* : durius est; nec desunt Latinæ voces, quibus illa apte satis reddatur. Non tamen quod idem paulo post reddidit, Marci iterum cap. 16, quod est Maximi 33, ἄδυτον αὐτὸν τὸ φῶς τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ· *arcanum illud lumen cognitionis Dei*. Quo et ostendit, quo sensu τὸ, *aditum* ex Græco corraserat, ac si de templo ac penetralibus ageretur, non de sole ac luna, quos non occidere rogavit Josue, donec plena illi constaret victoria; non ut occulti manerent. Igitur ἄδυτον φῶς, *lumen quod non occidat;* sicque de sole et luna. Sequentia ipsa Pico aliquid in textu laborant ex his nostris restituenda : τὸ περιγραφόμενον hic *circumscribere*, id est, auferre, subducere; quo sensu etiam Latini, Cicero aliique, eam vocem usurparunt. Rogandum ergo monet, ne quo malitiæ aut ignorantiæ vespere, nobis Sol justitiæ subducatur, autve occidat. Ὅλον τὸ μέτρον τῆς κατὰ τὴν παροῦσαν ζωὴν ἡμέρας : *Quandiu tenditur præsentis vitæ dici linea, seu mensura;* non ineptum illud : *Quæ totus est modus diei æquilis præsentis vitæ;* quod in Solem justitiæ relatum (ad quem unum inscita illa versione referri potest) si quid sensus habet, sordidæ impietatis labe non caret.

Digitized by Google

λδ'. Ἡ Γαβαὼ ἐστιν, ὁ ὑψηλὸς νοῦς· ἡ δὲ φαραγξ A ἐστὶν, ἡ τῷ θανάτῳ ταπεινωθεῖσα σάρξ. Καὶ ὁ μὲν ἥλιός ἐστιν, ὁ φωτίζων τὸν νοῦν Λόγος, καὶ χορηγῶν αὐτῷ θεωρημάτων δύναμιν· καὶ πάσης ἀγνοίας αὐτὸν ἀπαλλάσσων· ἡ δὲ σελήνη, ὁ κατὰ φύσιν νόμος ἐστὶν, ὁ πείθων τὴν σάρκα νομίμως ὑποταγῆναι τῷ πνεύματι, πρὸς τὸ δέξασθαι τῶν ἐντολῶν τὸν ζυγόν. Φύσεως δὲ σύμβολον ἡ σελήνη, διὰ τὸ τρεπτόν· ἀλλ' ἐν τοῖς ἁγίοις ἄτρεπτος διαμένει, διὰ τὴν ἀναλλοίωτον ἕξιν τῆς ἀρετῆς.

λε'. Οὐκ ἔξω τῶν ζητούντων χρὴ ζητεῖσθαι τὸν Κύριον· ἀλλ' ἐν ἑαυτοῖς, διὰ τῆς ἐν ἔργοις πίστεως αὐτὸν χρὴ ζητεῖν τοὺς ζητοῦντας. *Ἐγγὺς γάρ σου, φησὶ, τὸ ῥῆμά ἐστιν ἐν τῷ στόματί σου καὶ ἐν τῇ καρδίᾳ σου· τουτέστι τὸ ῥῆμα τῆς πίστεως·* ὡς αὐτοῦ ὄντος τοῦ Χριστοῦ καὶ ῥήματος τοῦ ζητουμένου. B

λς'. Μήτε τὸ ὕψος τῆς θείας ἀπειρίας ἐννοήσαντες, ἀπελπίσωμεν τὴν τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν, ὡς οὐ φθάνουσαν διὰ τὸ ὕψος μέχρις ἡμῶν· μήτε ἄπειρον βάθος τῆς ἡμῶν διὰ τὴν ἁμαρτίαν πτώσεως ἐνθυμηθέντες, ἀνάστασιν γίνεσθαι τῆς ἐν ἡμῖν νεκρωθείσης ἀρετῆς ἀπιστήσωμεν. Ἀμφότερα γὰρ δυνατὰ τῷ Θεῷ· καὶ τὸ κατελθεῖν καὶ φωτίσαι τὸν νοῦν ἡμῶν διὰ γνώσεως· καὶ τὸ ἀναστῆσαι πάλιν τὴν ἀρετὴν ἐν ἡμῖν, καὶ ἑαυτῷ συνυψῶσαι διὰ τῶν ἔργων τῆς δικαιοσύνης. *Μὴ γὰρ εἴπῃς, φησὶν, ἐν τῇ καρδίᾳ σου· Τίς ἀναβήσεται εἰς τὸν οὐρανόν; τουτέστι Χριστὸν καταγαγεῖν· ἢ, Τίς καταβήσεται εἰς τὴν ἄβυσσον; τουτέστι Χριστὸν ἐκ νεκρῶν ἀναγαγεῖν.* Τυχὸν δὲ κατ' ἄλλην ἐκδοχὴν, ἄβυσσός ἐστι, πάντα C τὰ μετὰ Θεόν· ἐν οἷς ὅλος ὅλοις κατὰ πρόνοιαν ὁ τοῦ Θεοῦ γίνεται Λόγος, ὡς ζωὴ νεκροῖς ἐπιφοιτῶσα τοῖς οὖσι. Νεκρὰ γὰρ πάντα τὰ ζῶντα μεθέξει ζωῆς. Οὐρανὸν δὲ, τὴν φυσικὴν τοῦ Θεοῦ κρυφιότητα, καθ' ἣν πᾶσίν ἐστιν ἀκατάληπτος. Εἰ δέ τις ἐκλάβοι πάλιν, οὐρανὸν μὲν εἶναι τὸν τῆς θεολογίας λόγον· ἄβυσσον δὲ, τὸ τῆς οἰκονομίας μυστήριον οὐκ ἀπεικότως ἐρεῖ κατὰ τὸν ἐμὸν λόγον. Ἀμφότερα γὰρ δυσεπίβατα τοῖς ἀποδεικτικῶς ζητεῖν ἐπιχειροῦσι· μᾶλλον δὲ παντελῶς ἄβατα, δίχα πίστεως ἐρευνώμενα.

λζ'. Ἐν μὲν πρακτικῷ, τοῖς τῶν ἀρετῶν τρόποις παχυνόμενος ὁ λόγος, γίνεται σάρξ· ἐν δὲ τῷ θεωρητικῷ, τοῖς πνευματικοῖς νοήμασι λεπτυνόμενος, D γίνεται ὥσπερ ἦν ἐν ἀρχῇ, Θεὸς Λόγος.

λη'. Ποιεῖ σάρκα τὸν λόγον, ὁ παραδείγμασι καὶ ῥήμασι παχυτέροις διὰ τὴν ἀνάλογον τῶν ἀκουόντων δύναμιν, ἠθικὴν τοῦ λόγου τὴν διδασκαλίαν ποιούμενος· καὶ πάλιν ποιεῖ πνεῦμα τὸν λόγον, ὁ τοῖς ὑψηλοῖς θεωρήμασι τὴν μυστικὴν ἐκτιθέμενος θεολογίαν.

λθ'. Ὁ μὲν ἐκ τῶν θέσεων καταφατικῶς θεολογῶν, σάρκα ποιεῖ τὸν λόγον· οὐκ ἔχων ἄλλοθεν, ἢ ἐκ τῶν ὁρωμένων καὶ ψηλαφωμένων τὸν Θεὸν γινώ-

34. Gabaon, mens sublimis est : vallis vero, mortis occasu in humile depressa caro. Ac quidem sol, Verbum est mentem illuminans, spiritaliumque sensorum vim illi subministrans, atque **493** ab omni ignorantia eam liberans; luna autem, lex naturalis, carni suadens ut legitime spiritui subjiciatur, ad subeundum mandatorum jugum. Luna naturæ symbolum est, quod mutabilis est : in sanctis tamen, ob virtutis invariabilem ac constantem habitum, immutabilis permanet.

35. Non extra ipsos quærentes, quærendus est Dominus : sed in seipsis per efficacem fidem ipsi qui quæruntur, necesse est ut eum quærant. *Prope te* enim, inquit, *est verbum in ore tuo, et in corde tuo; hoc est verbum fidei* [97] : ac si Christus ipsum Verbum sit, quod quæritur.

36. Ne divinæ infinitatis celsitudinem anima reputantes, divinæ misericordiæ ac clementiæ, tanquam ad nos usque ob tantam illam sublimitatem non pertingentis, spem abjiciamus; neve infinitam nostræ ex peccato ruinæ profunditatem considerantes, fore ut exstincta in nobis virtus conviviscat diffidamus. Utrumque enim Deo possibile est; tum nempe ut ipse ad nos inclinatione utatur, nostramque mentem scientia illustret; tum ut in nobis denuo virtutem exsuscitet, ac una secum per justitiæ opera nos exaltet. *Ne enim*, inquit, *dixeris in corde tuo : Quis ascendet in cœlum? hoc est Christum deducere : aut quis descendet in abyssum? hoc est, Christum a mortuis revocare* [98]. Forsan vero alio sensu, abyssus est, quæcunque a Deo secunda sunt, in quibus Dei sermo secundum providentiam totus totis immeat, tanquam scilicet vita mortuis rebus adveniens. Sunt enim mortua omnia, quæ ea ratione vivant, quod vitam participent. Cœlum porro cum audis, quod in Dei natura occultum intellige, quo ex universis incomprehensus est. Sin quis autem rursus etiam ita exponat, ut cœlum, quæ de Deo est, doctrinam intelligat; abyssum autem, dispensationis mysterium dicat; is, haud absurde, ut mihi sane videtur, loquatur aut sentiat. Sunt enim ambo hæc accessu difficilia, si quis demonstrationum vi quærere connitatur; quin et omnino inaccessa, nisi scrutanti fides comes una accedat.

37. In eo quidem qui actioni studet, virtutum modis crassatus sermo, caro efficitur; in eo autem qui contemplationi animum addicit, spiritalibus sensis ac conceptibus tenuatus, id evadit quod in principio erat, Deus Verbum.

38. Sermonem carnem facit, qui **494** exemplis verbisque crassioribus auditorum se facultati convenienter attemperans, moralem sermonis doctrinam instituit. Rursusque sermonem spiritum reddit, qui sublimibus theorematis ac sensis, abstrusiorem, quæ de Deo est, doctrinam exponit.

39. Qui ex positionibus affirmate de Deo disserit, sermonem carnem facit; qui nempe nonnisi ex iis quæ oculis subjecta sunt, ac manu contrectantur,

[97] Rom. x, 8. [98] ibid. 6, 7.

Digitized by Google

Deum ut auctorem cognoscere possit. Qui autem inficianter ex negationibus de Deo loquitur, sermonem spiritum facit, velut in principio Deum, ac apud Deum; qui rite ex nullo prorsus eorum, quæ cognosci possunt, ipsum supra quam ignotum probe cognoscat.

A σκειν ὡς αἴτιον· ὁ δὲ ἀποφατικῶς ἐκ τῶν ἀφαιρέσεων θεολογῶν, πνεῦμα ποιεῖ τὸν λόγον, ὡς ἐν ἀρχῇ Θεὸν ὄντα, καὶ πρὸς Θεὸν ὄντα, ἐξ οὐδενὸς τὸ παράπαν τῶν γνωσθῆναι δυναμένων, καλῶς γινώσκων τὸν ὑπεράγνωστον.

40. Qui patriarcharum more actionis cultu ac contemplationis, in ipso exsistentes virtutis ac scientiæ puteos novit fodere, intus Christum fontem vitæ offendet, ex quo Sapientia jubet ut bibamus, dicens: *Bibe aquas de vasis tuis, et de vena puteorum tuorum* [10]; quod dum fecerimus, ejus intra nos exsistentes thesauros inveniemus.

μ'. Ὁ μαθὼν ὀρύσσειν κατὰ τοὺς πατριάρχας διὰ πράξεως καὶ θεωρίας τὰ ἐν αὐτῷ τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς γνώσεως φρέατα, τὸν Χριστὸν ἔνδον εὑρήσει τὴν πηγὴν τῆς ζωῆς· ἀφ' ἧς πίνειν ἡμᾶς ἡ σοφία παρακελεύεται, λέγουσα· *Πίνε ὕδατα ἀπὸ σῶν ἀγγείων, καὶ ἀπὸ σῶν φρεάτων πηγῆς*· ὅπερ ποιοῦντες, εὑρήσομεν ἔνδον ἡμῶν ὄντας τοὺς αὐτῆς θησαυρούς.

41. Qui brutarum animantium more, demerendo solummodo sensui vitam instituunt, grandi sibi periculo sermonem carnem faciunt; qui nempe ut affectibus ac libidini morem gerant creatis a Deo abutantur; nec sapientiæ, quæ in omnibus elucet, rationem considerent, ut Deum ex ejus operibus cognoscant ac clarificent; inteligantque, unde, ac quid, in quemve finem, ac quo ut feramur, per ea quæ oculis conspicua sunt, conditi simus; sed in tenebris totum quod agimus sæculum ambulantes, solam Dei ignorantiam ambabus manibus palpent.

B μα'. Οἱ κτηνωδῶς πρὸς μόνην τὴν αἴσθησιν ζῶντες, ἐπισφαλῶς ἑαυτοῖς σάρκα ποιοῦσι τὸν λόγον· εἰς ὑπηρεσίαν μὲν παθῶν, τοῖς τοῦ Θεοῦ κατεχρώμενοι κτίσμασι· τὸν δὲ τῆς σοφίας τῆς πᾶσιν ἐμφαινομένης, οὐ κατανοοῦντες λόγον, πρὸς τὸ γνῶναι καὶ δοξάσαι τὸν Θεὸν ἐκ τῶν αὐτοῦ ποιημάτων· καὶ συνιέναι πόθεν, καὶ τί, καὶ ἐπὶ τίνι, καὶ ποῦ φέρεσθαι διὰ τῶν ὁρωμένων γεγόναμεν· ἀλλ' ἐν σκότει τὸν αἰῶνα τοῦτον διαπορευόμενοι, μόνην τὴν περὶ Θεὸν ἀμφοῖν ταῖν χεροῖν ψηλαφῶσιν ἀγνωσίαν.

42. Qui solis sacræ Scripturæ verbis animum adhibentes, corporali legis cultu animi ingenuitatem obligant, vituperando ausu sermonem sibi carnem faciunt; sic nimirum, ut brutarum animantium C victimis Deum delectari existiment; homines scilicet, qui corpori exterius lustrando non levem curam adhibeant, animi vero pulchritudinem, vitiorum maculis compuncti, negligant; cujus causa omnis rerum oculis subjectarum virtus producta est, omnisque divinus sermo ac lex edita.

μβ'. Οἱ μόνῳ τῷ ῥητῷ τῆς ἁγίας Γραφῆς παρακαθήμενοι, καὶ τῇ σωματικῇ τοῦ νόμου λατρείᾳ δεσμοῦντες τῆς ψυχῆς τὸ ἀξίωμα, ψεκτῶς ποιοῦσιν ἑαυτοῖς σάρκα τὸν λόγον· ἀλόγων ζώων θυσίαις εὐαρεστεῖσθαι νομίζοντες τὸν Θεόν· οἷς πολὺ τὸ σῶμα περρόντισται, τοῖς ἐκτὸς καθαρσίοις· τῆς δὲ ψυχῆς παρημέληται τὸ κάλλος, ταῖς τῶν παθῶν κηλίσι στιζόμενον· ὑπὲρ ἧς, ἡ πᾶσα τῶν ὁρωμένων προβέβληται δύναμις, καὶ πᾶς λόγος θεῖος καὶ νόμος ἐκδέδοται.

43. In ruinam et resurrectionem multorum in Israele positum esse Dominum, testatur sacrum Evangelium [1]. **495** Animo igitur attendamus, num in eorum quidem ruinam, qui sola sensus gratia naturam oculis subjectam contuentur, eorumque qui solis Scripturæ verbis hærent; quippe qui per amentiam ac stoliditatem, ad novum gratiæ spiritum transire non valeant; resurrectionem vero eorum, qui spiritali ratione tum res Deo D auctore conditas, tum ejus verba conspiciunt atque audiunt; hincque adeo soli divinæ imagini, quæ in animo residet, congruis moribus curam impendunt.

μγ'. Εἰς πτῶσιν καὶ ἀνάστασιν πολλῶν κεῖσθαι τὸν Κύριον λέγει τὸ ἅγιον Εὐαγγέλιον. Οὐκοῦν σκοπήσωμεν, μήπως εἰς πτῶσιν μὲν, τῶν τε πρὸς μόνην τὴν αἴσθησιν τὴν ὁρωμένην θεωρούντων κτίσιν, καὶ τῶν μόνῳ τῷ ῥητῷ στοιχούντων τῆς ἁγίας Γραφῆς· ὡς μὴ δυνάμενοι πρὸς τὸ καινὸν πνεῦμα διαβῆναι τῆς χάριτος διὰ τὴν ἄνοιαν· ἀνάστασιν δὲ, τῶν πνευματικῶς τά τε κτίσματα τοῦ Θεοῦ καὶ τὰ ῥήματα θεωρούντων τε καὶ ἀκουόντων, καὶ τοῖς καθήκουσι τρόποις μόνης τῆς κατὰ ψυχὴν θείας εἰκόνος ἐπιμελουμένων.

44. Quod ita scriptum est, positum esse Dominum in ruinam et resurrectionem multorum in Israele, si in laudis partem solum intelligatur, in ruinam accipiendum tum vitiorum et libidinum, tum pravarum cogitationum in singulis quibusque fidelium; resurrectionem vero virtutum, piarumque omnium ac religiosarum cogitationum.

μδ'. Τὸ, κεῖσθαι τὸν Κύριον εἰς πτῶσιν πολλῶν καὶ ἀνάστασιν ἐν τῷ Ἰσραὴλ, ἐπαινετῶς μόνον νοούμενον, εἰς πτῶσιν μὲν νοεῖται, τῶν ἐν ἑκάστῳ τῶν πιστευόντων τῶν παθῶν τε καὶ πονηρῶν λογισμῶν· ἀνάστασιν δὲ, τῶν ἀρετῶν καὶ παντὸς θεοφιλοῦς λογισμοῦ.

45. Qui rerum solummodo generabilium ac cor-

με'. Ὁ μόνον τῶν ἐν γενέσει καὶ φθορᾷ δημιου-

[10] Prov. v, 15. [1] Luc. II, 34

Digitized by Google

τὸν νομίζων τὸν Κύριον, εἰς κηπουρὸν αὐτὸν παραγωρίζει, κατὰ τὴν Μαγδαληνὴν Μαρίαν. Διὸ πρὸς ὠφέλειαν φεύγει τοῦ τοιούτου τὴν ἁφὴν ὁ Δεσπότης, μήπω παρ' αὐτῷ δυνηθεὶς ἀναβῆναι πρὸς τὸν Πατέρα, λέγων· *Μή μου ἅπτου*. Γινώσκει γὰρ βλάπτεσθαι, τὸν μετὰ τοιαύτης αὐτῷ προσερχόμενον ταπεινοτέρας προλήψεως.

A ruptibilium auctorem Dominum esse arbitratur, instar Mariæ Magdalenæ, circa eum in hortulani specie decipitur. Idcirco etiam Dominus id spectans quod utile sit, tangi se cavet ab eo qui ejusmodi est, quod necdum illius æstimatione ac sensu ascendere ad Patrem potuerit, dicens: *Noli me tangere* [a]. Scit enim fore ut lædatur damnoque afficiatur, qui humili illa occupato opinione laborans ad eum accesserit.

μς'. Οἱ διὰ τὸν φόβον τῶν Ἰουδαίων κατὰ τὴν Γαλιλαίαν (*d*) ἐν τῷ ὑπερῴῳ κλείσαντες τὰς θύρας καθήμενοι· τουτέστι, οἱ διὰ τὸν φόβον τῶν πνευμάτων τῆς πονηρίας, κατὰ τὴν χώραν τῶν ἀποκαλύψεων, ἐν τῷ ὕψει τῶν θείων θεωρημάτων ἀσφαλῶς βεβηκότες, θυρῶν δίκην μύσαντες τὰς αἰσθήσεις, παραγινόμενον ἀγνώστως δέχονται τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον, ἄνευ τῆς κατ' αἴσθησιν ἐνεργείας αὐτοῖς ἐπιφαινόμενον· ἀπάθειάν τε διὰ τῆς εἰρήνης, καὶ μερισμοὺς Πνεύματος ἁγίου διὰ τῆς ἐμπνεύσεως δωρούμενον· καὶ τὴν κατὰ πνευμάτων πονηρῶν ἐξουσίαν παρέχοντα, καὶ δεικνύοντα τῶν αὐτοῦ μυστηρίων τὰ σύμβολα.

46. Qui ob metum Judæorum in Galilæa in cœnaculo januis clausis sedent [a], hoc est, qui metu spirituum nequitiæ, in revelationum regione, in sublimi divinorum sensorum ac contemplationum arce tuto consistunt, clausis januarum more sensibus; hi, ignota ratione, advenientem Dei Sermonem suscipiunt, absque ulla sensus operatione se illis conspicuum reddentem, pacisque acclamatione sedatis affectibus imperturbationem, necnon insufflatione, Spiritus sancti distributiones donantem, adversusque spiritus nequam potestatem præbentem, ac mysteriorum suorum symbola exhibentem.

μζ'. Τοῖς μὲν κατὰ σάρκα τὸν περὶ τοῦ Θεοῦ λόγον ἐρευνῶσιν, ὁ Κύριος οὐκ ἀναβαίνει πρὸς τὸν Πατέρα· τοῖς δὲ κατὰ πνεῦμα διὰ τῶν ὑψηλῶν θεωρημάτων ἐκζητοῦσιν αὐτὸν, ἀναβαίνει πρὸς τὸν Πατέρα. Μὴ τοίνυν διὰ παντὸς κρατῶμεν κάτω, τὸν ὑπὲρ ἡμῶν κάτω διὰ φιλανθρωπίαν γενόμενον· ἀλλ' ἄνω πρὸς τὸν Πατέρα σὺν αὐτῷ γενώμεθα, τὴν γῆν ἀφέντες καὶ τὰ περὶ τὴν γῆν, ἵνα μὴ καὶ ἡμῖν εἴπῃ τὸ ῥηθὲν τοῖς Ἰουδαίοις ἀδιορθώτοις μείνασιν, *Ὑπάγω ὅπου ὑμεῖς οὐ δύνασθε ἐλθεῖν*. Χωρὶς γὰρ τοῦ Λόγου, πρὸς τὸν Πατέρα τοῦ Λόγου γενέσθαι, ἀμήχανον.

47. Qui carnali ratione, quæ de Deo est, doctrinam scrutantur, his Dominus ad Patrem non ascendit; iis vero qui spiritali ratione per sublimia sensa ipsum exquirunt, ad Patrem ascendit. Caveamus ergo ne semper in terra inque infimis eum teneamus, qui propter nos clementi bonitate in terram descendit; sed sursum ad Patrem illi comites relicta **496** terra ac quæ terrena sunt, ascendamus, ne nobis perinde ac Judæis, cum nihil emendati essent, dicat: *Vado, quo vos non potestis venire* [b]. Nisi enim Sermonis ope, ad Sermonis Patrem venire minime concessum est.

μη'. Ἡ γῆ τῶν Χαλδαίων ἐστὶν, ὁ ἐμπαθὴς βίος· ἐν ᾧ τῶν ἁμαρτημάτων δημιουργεῖται καὶ προσκυνεῖται τὰ εἴδωλα. Ἡ δὲ Μέση τῶν ποταμῶν ἐστιν, ὁ ἐπαμφοτερίζων τοῖς ἐναντίοις τρόπος. Ἡ δὲ γῆ τῆς ἐπαγγελίας ἐστὶν, ἡ παντὸς ἀγαθοῦ πεπληρωμένη κατάστασις. Πᾶς οὖν ὁ ταύτης κατὰ τὸν παλαιὸν Ἰσραὴλ ἀμελῶν τῆς ἕξεως (10), πρὸς δουλείαν πάλιν κατασύρεται παθῶν, τῆς δοθείσης ἐλευθερίας στερούμενος.

48. Chaldæorum terra, vita est vitiis dedita et libidinosa, in qua fabricantur et adorantur peccatorum idola. Mesopotamia autem, mores sunt contrariis commistis ancipites. Terra denique promissa, status bonis omnibus confertus. Quisquis ergo more veteris Israelis huncce habitum negligit, in vitiorum rursus ac perturbationum servitutem trahitur, amissa, quam libertatem fuerat consecutus.

μθ'. Σημειωτέον, ὡς οὐδεὶς τῶν ἁγίων ἑκουσίως φαίνεται κατελθὼν εἰς τὴν Βαβυλωνίαν. Οὐ γὰρ θέμις, οὔτε συνέσεώς ἐστι λογικῆς, τῶν ἀγαθῶν ἀνθαιρεῖσθαι τὰ χείρονα, τοὺς τὸν Θεὸν ἀγαπῶντας. Εἰ δέ τινες αὐτῶν κατὰ βίαν ἐκεῖ τῷ λαῷ συναπήχθησαν, νοοῦμεν διὰ τούτων τοὺς μὴ προηγουμένως, ἀλλὰ κατὰ περίστασιν (*e*), σωτηρίας ἕνεκεν τῶν χρηζόν-

49. Observandum est, non videri sanctorum aliquem ipsum sponte in Babylonem descendisse. Neque enim fas est, eve rationis prudentia, ut qui Deum diligunt, bonis posthabitis, quæ sunt deteriora ipsi deligant. Sin autem eorum aliqui, una cum populo vi illo abacti sunt atque abducti, horum figura illos intelligamus, qui non ipsi desti-

[a] Joan. xx, 17. [b] ibid. 19. [c] Joan. viii, 21.

(*d*) *Κατὰ τὴν Γαλιλαίαν*. Gesta hæc Hierosolymis, ipsa Resurrectionis die, et post eam octava, nec ante apostoli videntur in Galilæam concessisse, quod Marcus, cujus est istud caput, illius νηπτικῶν, 17, non satis videtur attendisse: sive noluit Maximus emendare, sive illi arrisit Marci allegoria, quæ tamen niti debuit ipsa rei gestæ veritate, ut esset probata. Τὸ ἐν τῷ ὑπερῴῳ, quod reddit Picus, *in tabulato*, minime placet. Cœnaculi vox, ipsa apta, sacroque et profano usu recepta; sed quod sequentibus reddit: *Quod per tranquillitatem et distributionem Spiritus sancti insufflans confert affectionum vacuitatem*: nescio cui bilem non moveat. Per pacem et insufflationem (dando scilicet pacem et insufflando) hæc Domino præstita; data tranquillitas seu imperturbatio, datæ Spiritus sancti distributiones; non per hæc dicatur insufflasse.

(*e*) *Ἀλλὰ κατὰ περίστασιν*. Marc., cap. 19. Op-

Digitized by Google

nata voluntate, sed casu aliquo ac necessitate, eorum salutis causa qui duce egeant ac præceptore, sublimiori scientiæ sermone tantisper omisso, quæ de vitiis est et affectibus, exsequuntur doctrinam. Hincque adeo est cur et magnus Apostolus utilius judicaverit esse in carne (immorari scilicet morum doctrinæ in discipulorum gratiam) cum toto desiderio optaret ea exsolvi, ac per supermundanam simplicemque mentis contemplationem, cum Christo versari [5].

A των χειραγωγίας, ἀφέντας τὸν ὑψηλότερον τῆς γνώσεως λόγον, καὶ τὴν περὶ παθῶν μετερχομένους διδασκαλίαν· καθ' ἣν καὶ ὁ μέγας Ἀπόστολος ἐν σαρκὶ λυσιτελέστερον ἔκρινεν εἶναι· τουτέστι, τῇ ἠθικῇ διδασκαλίᾳ, διὰ τοὺς μαθητάς· ὅλον ἔχων τὸν πόθον ἀναλῦσαι τῆς ἠθικῆς διδασκαλίας, καὶ σὺν Χριστῷ γενέσθαι, διὰ τῆς κατὰ νοῦν ὑπερκοσμίου καὶ ἁπλῆς θεωρίας.

50. Quemadmodum Saulem, angente maligno spiritu, beatus David pulsans citharam, psallensque levabat [6]; sic et omnis spiritalis sermo, sapientibus doctisque sensis ac theorematis conditus, quasi morbo sontico laborantem levat animum atque recreat, ab angente eum mala conscientia liberans.

ν'. Ὥσπερ πνιγόμενον τῷ πονηρῷ πνεύματι τὸν Σαοὺλ, ψάλλων μετὰ τῆς κιννύρας ἀνέπαυεν ὁ μακάριος Δαβίδ· οὕτω καὶ πᾶς λόγος πνευματικὸς, γνωστικοῖς ἡδυνόμενος θεωρήμασιν, ἀναπαύει τὸν ἐπιληπτευόμενον νοῦν, τῆς πνιγούσης αὐτὸν πονηρᾶς ἐλευθερῶν συνειδήσεως. B

51. Colore rufus cum oculorum venustate, haud secus ac magnus David, exsistit [7], qui cum vitæ ex divinis rationibus institutæ claritate, scientiæ sermonem una allucentem adjungit; quibus geminis actio consistit et contemplatio: illa quidem, virtutum præclare modis nitens; hæc vero, divinis sensis ac conceptibus splendescens.

να'. Πυῤῥάκης μετὰ κάλλους ὀφθαλμῶν ἐστι κατὰ τὸν μέγαν Δαβὶδ (11), ὁ τῷ φαιδρῷ τοῦ κατὰ Θεὸν βίου, τὸν τῆς γνώσεως λόγον ἔχων συνεπιλάμποντα· καθ' οὓς ἡ πρᾶξίς τε καὶ ἡ θεωρία συνεστήκασιν· ἡ μὲν, ἀρετῶν λαμπρυνομένη τρόποις· ἡ δὲ, θείοις φωτιζομένη νοήμασιν.

52. Saulis regnum, corporalis legis cultus præfert imaginem; quem Dominus abrogavit, eo quod nulli præstaret **497** absolutionem. *Nihil* enim, inquit, *ad perfectum adduxit lex* [8]. Magni autem Davidis regnum, figura est cultus evangelici; quippe qui omnes in corde Dei exsistentes voluntates perfecte complectatur [9].

νβ'. Ἡ μὲν τοῦ Σαοὺλ βασιλεία, τῆς σωματικῆς τοῦ νόμου λατρείας ἐστὶν εἰκών· ἣν ὁ Κύριος κατήργησεν, ὡς μηδὲν τελειώσασαν. *Οὐδὲν* γὰρ, φησὶν, *ἐτελείωσεν ὁ νόμος*. Ἡ δὲ τοῦ μέγαλου Δαβὶδ βασιλεία, τῆς εὐαγγελικῆς ἐστι λατρείας προδιατύπωσις· πάντα γὰρ τὰ ἐν καρδίᾳ τοῦ Θεοῦ θελήματα τελείως περιέχει. C

53. Saul, naturæ lex est, cui a principio naturæ imperium a Deo concreditum est. Is porro per inobedientiam divinum transgressus mandatum, parcendo Agag regi Amalec (hoc est, corporis) lapsusque in vitia ac libidines, regno ejectus est [10]; quo scilicet David Israelem regendum susciperet: nempe lex spiritus, ipsa Pacis * parens quæ contemplationis templum Deo magnifice exstruat.

νγ'. Ὁ Σαοὺλ, ὁ φυσικός ἐστι νόμος· ὁ κατ' ἀρχὰς κυριεύειν τῆς φύσεως παρὰ τοῦ Κυρίου λαχών. Ὃς ἐπειδὴ παρέβη τὴν ἐντολὴν διὰ παρακοῆς, φεισάμενος τοῦ Ἀγὰγ βασιλέως Ἀμάληκ· τουτέστι τοῦ σώματος· καὶ πρὸς τὰ πάθη κατώλισθεν· ἐξωθεῖται τῆς βασιλείας, ἵνα παραλάβῃ τὸν Ἰσραὴλ ὁ Δαβίδ· τουτέστιν ὁ νόμος τοῦ πνεύματος, ὁ γενῶν τὴν εἰρήνην τὴν οἰκοδομοῦσαν περιφανῶς τῷ Θεῷ τὸν τῆς θεωρίας ναόν.

54. Samuel, si nomen interpreteris, *Dei obedientia* dicitur. Quandiu ergo per obedientiam Sermo in nobis sacerdotio fungitur, tametsi Saul Agago parcat (terreno scilicet sensui) zelo tamen accensus Sermo sacerdos, illum perimit [11], animumque peccati libidine impensum confundens, ceu divinorum transgressorem jurium, percellit ac ferit.

νδ'. Σαμουὴλ *ὑπακοὴ Θεοῦ* ἑρμηνεύεται. Οὐκοῦν ἕως ἂν καθ' ὑπακοὴν ὁ λόγος ἐν ἡμῖν ἱερατεύῃ, κἂν φείσηται τοῦ Ἀγὰγ ὁ Σαοὺλ· τουτέστι, τοῦ χοϊκοῦ φρονήματος· ἀλλ' οὖν ἀποκτενεῖ τοῦτον ζηλώσας ὁ ἱερεὺς Λόγος, καὶ πλήττει καταισχύνων τὸν φιλαμαρτήμονα νοῦν, ὡς παραβάτην τῶν θείων δικαιωμάτων. D

55. Ubi animus superbia elatus, doctrinæ sermonem, a quo adversus vitia affectusque inunctus

νε'. Ἐπὰν ὁ νοῦς ὑψηλοφρονήσας, τὸν κατὰ παθῶν αὐτὸν χρίσαντα τῆς διδασκαλίας λόγον (12), διὰ τῆς

[5] Philipp. I, 23. [6] I Reg. XVI, 23. [7] ibid. 12. [8] Hebr. VII, 19. [9] I Reg. XVI, 1; Act. XIII, 22. [10] I Reg. XV, 9. [11] I Reg. XV, 17.

* Nempe Salomonis, quod dictum a pace nomen.

ponit τῷ, προηγουμένως· *Cogente aliqua necessitate*, non ultro ac destinata voluntate. Picus περίστασιν σωτηρίας, *circumstantia quadam salutis*, pro eo quod est, σωτηρίας ἕνεκεν· *salutis causa*. Τὸ, τὴν περὶ παθῶν μετερχομένους διδασκαλίαν, quod reddit, *affectuum disciplina præterita*; valde alienum est; ipsumque ejus quod Marcus Maximusque statuunt, contrarium; ac velut hæc ipsa sit sublimioris sermonis dimissa scientia, non illi opposita.

Digitized by Google

προτηκούσης ἐρεύνης ἐπερωτῶν περὶ τῶν ποιητέων καὶ οὐ ποιητέων παύσαιτο, τοῖς πάθεσι πάντως ἐξ ἀγνοίας ἁλίσκεται· δι' ὧν κατὰ μέρος τοῦ Θεοῦ χωριζόμενος, ἐν ταῖς ἀκουσίοις περιστάσεσι προσχωρεῖ τοῖς δαίμοσι, τὴν κοιλίαν θεοποιῶν· ἐκεῖθεν εὑρέσθαι θέλων τῶν πιεζόντων παράκλησιν. Καὶ πειθέτω σε Σαοὺλ, ἐν πᾶσι σύμβουλον μὴ λαμβάνων τὸν Σαμουὴλ, ἐξ ἀνάγκης πρὸς εἰδωλολατρίαν μεταστρεφόμενος, καὶ τὴν Ἐγγαστρίμυθον ὡς δή τινα Θεὸν ἐπερωτᾷν ἀνεχόμενος. A fuerat, qua par est diligentia ac scrutandi sedulitate, de agendis et non agendis percontari desierit, omnino ex ignorantia iisdem obnoxius fit; quibus a Deo paulatim recedens, adversis casibus quibus invitus examinatur, ad dæmones accedit; qui Deum ventrem faciat [13], indeque a malis, quibus premitur, levamen ac solatium quærat. Fidemque faciat Saul, idcirco quod non in omnibus consuluit Samuelem, necessario ad idolorum servitutem conversus, ac qui ventriloquam ceu numen quoddam ac oraculum consulere non abnuerit [13].

νς'. Ὁ τὸν ἄρτον εὐχόμενος λαβεῖν τὸν ἐπιούσιον, οὐ πάντως ὅλον δέχεται καθὼς αὐτὸς ὁ ἄρτος ἐστίν· ἀλλὰ καθὼς αὐτὸς ὁ δεχόμενος δύναται. Πᾶσι μὲν γὰρ ἑαυτὸν δίδωσι τοῖς αἰτοῦσι ὁ τῆς ζωῆς ἄρτος ὡς φιλάνθρωπος, οὐ κατὰ τὸ αὐτὸ δὲ πᾶσιν· ἀλλὰ τοῖς μὲν μεγάλα δικαιοσύνης ἔργα πεποιηκόσι, πλειόνως· τοῖς δὲ τούτων ἥττοσιν, ἠττόνως· ἑκάστῳ καθὼς ἡ κατὰ νοῦν ἀξία δέξασθαι δύναται. 56. Qui panem quotidianum rogat accipere, non omnino totum accipit, quantus ipse panis est, sed quoad accipienti per facultatem licet. Nam ipse quidem panis vitæ [14], propensa bonitate sua, cunctis se petentibus, etsi non eadem omnibus ratione parique distributione præbet; sed, illis quidem abunde, qui magna designaverint justitiæ opera; his autem qui minores exstiterint, paulo parcius, cuique scilicet, quantum pro animi dignitate atque merito potest capere. B

νζ'. Ὁ Κύριος ποτὲ μὲν ἀποδημεῖ, ποτὲ δὲ ἐνδημεῖ. Ἀποδημεῖ, κατὰ τὴν πρόσωπον πρὸς πρόσωπον θεωρίαν· ἐνδημεῖ, κατὰ τὴν ἐν ἐσόπτρῳ καὶ αἰνίγμασι θεωρίαν. 57. Dominus, partim quidem absens, partim præsens est. Absens est, quod ad eam visionem attinet, quæ est facie ad **498** faciem; est vero præsens, quantum ad eam contemplationem quæ in speculo ac ænigmate est [15].

νη'. Τῷ μὲν πρακτικῷ, ἐνδημεῖ διὰ τῶν ἀρετῶν ὁ Κύριος· τοῦ δὲ μηδένα λόγον ποιουμένου τῆς ἀρετῆς, ἀποδημεῖ. Καὶ πάλιν, τῷ μὲν θεωρητικῷ, διὰ γνώσεως τῶν ὄντων ἀληθοῦς ἐνδημεῖ· τοῦ δὲ ταύτης κατά τι παρασφαλέντος, ἀποδημεῖ. 58. Ei, qui se actioni impendit, Dominus per virtutes adest; ab eo autem qui nullam virtutis rationem habet, peregre est. Rursusque colenti scientiam, ac contemplationi dedito per veram rerum cognitionem præsens fit; ab eo autem absens est, qui ulla ratione ab ea aberraverit. C

νθ'. Ἀποδημεῖ σαρκὸς, ὁ πρὸς τὴν γνωστικὴν ἕξιν μεταβὰς ἀπὸ τῆς πρακτικῆς· ἁρπαζόμενος ὡς ἐν νεφέλαις, τοῖς ὑψηλοτέροις νοήμασιν, εἰς τὸν διαφανῆ τῆς μυστικῆς θεωρίας ἀέρα· καθ' ὃν σὺν Κυρίῳ εἶναι δυνήσεται πάντοτε. Ἐκδημεῖ δὲ ἀπὸ τοῦ Κυρίου, ὁ μήπω δίχα τῶν κατ' αἴσθησιν ἐνεργειῶν καθαρῷ νοῒ θεωρῆσαι κατὰ τὸ ἐφικτὸν τὰ νοήματα δυνάμενος, καὶ τὸν περὶ τοῦ Κυρίου λόγον ἁπλοῦν χωρὶς αἰνιγμάτων μὴ χωρῶν. 59. Peregre est a carne, qui ab actione commigravit ad scientiæ habitum; qui velut in nubibus rapiatur (sublimibus scilicet sensis) in mysticæ contemplationis pellucidum aerem, ubi esse cum Domino semper poterit [16]. Peregre vero est a Domino, qui necdum otiante sensu ejusque submota actione, pura mente, sensa ipsa, quoad homini concessum est, contemplari potest; is denique, qui simplicem de Deo sermonem atque doctrinam, absque ænigmatum involucris non capit.

ξ'. Ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος (*β*), οὐ μόνον καθότι σεσάρκωται λέγεται σάρξ· ἀλλὰ καθότι Θεὸς Λόγος ἁπλῶς νοούμενος ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα, καὶ σαφεῖς καὶ γυμνοὺς τοὺς τῆς ἀληθείας περὶ τῶν ὅλων ἔχων τύπους, οὐ περιέχει παραβολὰς καὶ αἰνίγματα· οὐδὲ ἱστορίας δεομένας ἀλληγορίας· ἐπὰν δὲ ἀνθρώποις ἐπιδημήσῃ μὴ δυναμένοις γυμνῷ τῷ νοῒ γυμνοῖς προσβάλλειν τοῖς νοητοῖς· ἀπὸ τῶν αὐτοῖς συνήθων διαλεγόμενος, διὰ τῆς τῶν ἱστοριῶν καὶ αἰνιγμάτων καὶ παραβολῶν καὶ σκοτεινῶν λόγων ποικι- 60. Dei Verbum, nedum qua ratione carnem assumpsit, caro appellatur; sed qua etiam Deus Verbum simpliciter in principio apud Deum et Patrem intellectum, clarasque ac nudas universorum veritatis formas habens, nullas parabolas ac ænigmata cum complectatur, easve historias quas per allegoriam exponere necesse sit; ubi ad homines venit, qui nuda mente res spiritales, ipsas nudas intelligere non possint; ex iis disserens quæ illis consueta exque usu essent, historiarum ænigma- D

[13] Philipp. III, 19. [13] I Reg. XXVIII, 7 seqq. [14] Joan. VI, 35. [15] I Cor. XIII, 12. [16] I Thess. IV, 16.

(*β*) *Ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος.* Utuntur Græci theologi quadam amplitudine hac voce, nec sæpe aptum omnino est quod Verbum redditur: uti etiam cum hic Maximus, per singula scripta verba, δι' ἑκάστου τῶν ἀναγεγραμμένων ῥημάτων, ait incarnari τὸν Λόγον· ita ut verba et voces sint velut caro, illius eximiæ Λόγου, *Verbi, Sermonis*, quem et Scripturæ νοῦν dicit, et Verbum in principio apud Patrem, etc.

Digitized by Google

tumque et parabolarum obscuriorumque sermonum varietate compositum, caro efficitur. Non enim prima statim consideratione, mens nostra nudum ipsum Verbum attingit ac intelligit, sed Verbum incarnatum, dictionum scilicet varietate implexum: ipsum quidem natura Verbum; sed quod tamen caro conspiciatur, sic nimirum ut plures carnem non Verbum videre sibi videantur; etsi revera Verbum est. Non enim qui vulgo videtur, is Scripturæ sensus est ac intellectus, sed alius quam qui ita videtur. Nam Verbum (Λόγος, seu Sermo) per

A λίας συντιθέμενος, γίνεται σάρξ. Κατὰ γὰρ τὴν πρώτην προσβολὴν, οὐ γυμνῷ προσβάλλει Λόγῳ ὁ ἡμέτερος νοῦς· ἀλλὰ Λόγῳ σεσαρκωμένῳ· δηλαδὴ τῇ ποικιλίᾳ τῶν λέξεων· Λόγῳ μὲν ὄντι, τῇ φύσει· σαρκὶ δὲ τῇ ὄψει· ὥστε τοὺς πολλοὺς, σάρκα καὶ οὐ Λόγον ὁρᾷν δοκεῖν κἂν εἰ κατὰ ἀλήθειάν ἐστι Λόγος. Οὐ γὰρ ὅπερ δοκεῖ τοῖς πολλοῖς, τοῦτο τῆς Γραφῆς ἐστιν ὁ νοῦς, ἀλλ' ἕτερον παρὰ τὸ δοκοῦν. Ὁ γὰρ Λόγος, δι' ἑκάστου τῶν ἀναγεγραμμένων ῥημάτων γίνεται σάρξ.

singulas quæ scriptæ sunt voces (ῥημάτων) caro efficitur.

61. Prima nominum ad pietatem rudimenta, quasi ad carnem fieri consueverunt. Littera enim, non spiritu consuescimus; cum primum ad pietatem animum adjicimus. Paulatim vero ad spiritum provehentes, subtilioribusque **499** sensis dictionum crassitiem deradentes ac tenuantes, in puro pure Christo, quoad per facultatem hominibus licet, invenimur; ita ut juxta magnum Apostolum possimus dicere: *Etsi cognovimus Christum secundum carnem, sed nunc non novimus*[17]; eo scilicet quod simplici mentis consideratione Verbum intelligamus, absque illis involucris quibus tegitur; nempe proficientes ab eo quod est Verbum carnem cognoscere, ad ejus gloriam quasi Unigeniti a Patre[18].

ξα'. Ἡ ἀπαρχὴ τῆς πρὸς εὐσέβειαν μαθητείας τῶν ἀνθρώπων, ὡς πρὸς σάρκα γίνεσθαι πέφυκε. B Γράμματι γὰρ, ἀλλ' οὐ πνεύματι κατὰ τὴν πρώτην εἰς θεοσέβειαν προσβολὴν ὁμιλοῦμεν. Κατὰ μέρος δὲ προσβαίνοντες τῷ πνεύματι, καὶ τὸ παχὺ τῶν ῥημάτων τοῖς λεπτοτέροις θεωρήμασιν ἀποξέοντες, ἐν καθαρῷ καθαρῶς τῷ Χριστῷ γινόμεθα κατὰ τὸ δυνατὸν ἀνθρώποις· εἰς τὸ δύνασθαι λέγειν κατὰ τὸν Ἀπόστολον· *Εἰ καὶ ἐγνώκαμεν κατὰ σάρκα Χριστὸν, ἀλλὰ νῦν οὐκέτι γινώσκομεν*· διὰ τὴν ἁπλῆν δηλονότι πρὸς τὸν Λόγον χωρὶς τῶν ἐπ' αὐτῷ καλυμμάτων τοῦ νοὸς προσβολήν· ἀπὸ τοῦ σάρκα τὸν Λόγον γινώσκειν, εἰς τὴν, ὡς Μονογενοῦς παρὰ Πατρὸς αὐτοῦ δόξαν προκόψαντες.

62. Qui vitam quæ est in Christo instituit, is tum legalis, tum naturalis justitiæ metas excessit; quod divinus Apostolus hisce verbis significavit: C *In Christo Jesu neque circumcisio est, neque præputium*[19]; circumcisionis quidem nomine, legalem justitiam declarans; præputii vero, æquabilitatem naturæ convenientem subindicans.

ξβ'. Ὁ τὴν ἐν Χριστῷ ζήσας ζωὴν, τήν τε τοῦ νόμου καὶ τῆς φύσεως ὑπερέβη δικαιοσύνην· ὅπερ ὁ θεῖος ἐνδεικνύμενος Ἀπόστολός φησιν· *Ἐν γὰρ Χριστῷ Ἰησοῦ, οὔτε περιτομή ἐστιν, οὔτε ἀκροβυστία.* Διὰ μὲν τῆς περιτομῆς, τὴν νομικὴν δικαιοσύνην δηλώσας· διὰ δὲ τῆς ἀκροβυστίας, τὴν φυσικὴν ἰσονομίαν αἰνιξάμενος.

63. Alii ex aqua et spiritu renascuntur; alii in Spiritu sancto et igne baptisma suscipiunt[20]. Porro quatuor hæc, aquam scilicet et spiritum et ignem et Spiritum sanctum, unum eumdemque Spiritum Dei intelligo. Aliis namque Spiritus sanctus aqua est, velut qui exterius sordes corporis detergere habeat; aliis vero solummodo spiritus, ut qui virtutis bona vi sua efficiat; aliis autem ignis, ut qui intus ipso animi sinu hærentes sordes emundandi vi polleat: iis denique qui magnum Danielem moribus referant, Spiritus sanctus, ut qui sapientiam ac scientiam subministret. Ex diversa enim circa subjectum operatione, alias aliasque unus atque idem Spiritus sortitur appellationes.

ξγ'. Οἱ μὲν, δι' ὕδατος ἀναγεννῶνται καὶ πνεύματος· οἱ δὲ, ἐν πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρὶ τὸ βάπτισμα δέχονται. Τὰ τέσσαρα δὲ ταῦτα, τὸ ὕδωρ τὸ φημι, καὶ τὸ πνεῦμα, καὶ τὸ πῦρ, καὶ τὸ πνεῦμα ἅγιον, τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα νοῶ τοῦ Θεοῦ. Τοῖς μὲν γὰρ ὕδωρ ἐστὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς ῥυπτικὸν τῶν ἐκτὸς περὶ τὸ σῶμα μολυσμῶν· τοῖς δὲ πνεῦμα μόνον, ὡς ἐνεργητικὸν τῶν κατ' ἀρετὴν ἀγαθῶν· τοῖς δὲ πῦρ, ὡς καθαρτικὸν τῶν ἐντὸς κατὰ τὸ βάθος περὶ ψυχὴν κηλίδων· τοῖς δὲ κατὰ τὸν μέγαν D Δανιὴλ, πνεῦμα ἅγιον, ὡς σοφίας καὶ γνώσεως χορηγόν. Ἐκ γὰρ τῆς διαφόρου περὶ τὸ ὑποκείμενον ἐνεργείας, διαφόρους λαμβάνει τὸ ἓν καὶ αὐτὸ Πνεῦμα τὰς προσηγορίας.

64. Ea lex ratione Sabbatum concessit, *Ut*, inquit, *requiescat jumentum tuum et servus tuus*[21]. Porro ambo hæc verborum quadam ambage obscurique sermonis perplexitate, corpus significant. Corpus enim jumentum est animi colentis actionem, quod nimirum tanquam onus, virtutum modis per actionem, vi portare cogatur. Ejus vero servus qui studet contemplationi, velut jam spiritalibus

ξδ'. Ὁ νόμος τὸ Σάββατον δέδωκεν, *Ἵνα*, φησὶν, *ἀναπαύσηται τὸ ὑποζύγιόν σου καὶ ὁ παῖς σου.* Ἀμφότερα δὲ ταῦτα δι' αἰνιγμάτων τὸ σῶμα δηλοῦσι. Τοῦ γὰρ πρακτικοῦ νοὸς ὑποζύγιόν ἐστι τὸ σῶμα, ἀχθοφορεῖν βίᾳ τοῖς τρόποις τῶν ἀρετῶν κατὰ τὴν πρᾶξιν ἀναγκαζόμενον. Τοῦ δὲ θεωρητικοῦ παῖς, ὡς ἤδη λογισθὲν θεωρήμασι, καὶ λογικῶς ταῖς γνωστικαῖς ἐπιταγαῖς τοῦ νοὸς ὑπηρε-

[17] II Cor. v, 16. [18] Joan. I, 14. [19] Galat. VI, 15. [20] Matth. III, 11; Joan. III, 5. [21] Exod. XXIII, 12.

Digitized by Google

τούμενον. Ἀμφοτέροις δὲ Σάββατόν ἐστι, τῶν αὐτοῖς ἐνεργουμένων κατά τε πρᾶξιν καὶ θεωρίαν καλῶν, τὸ πέρας, τὴν πρόσφορον ἑκάστῳ παρέχον ἀνάπαυσιν.

sensis ratione imbutum, exque ea, quibus mens sapienter præcipit, morem gerens. Amborum autem Sabbatum finis est, ab iis bonis, quibus sive actione, sive contemplatione funguntur, convenientem unicuique requiem præbens.

ξε. Ὁ τὴν ἀρετὴν μετὰ τῆς πρεπούσης γνώσεως ἐξανύων, ὑποζύγιον ἔχει τὸ σῶμα, λόγῳ ἐλαύνων πρὸς τὴν τῶν καθηκόντων ἐνέργειαν· παῖδα δὲ, τὸν ἐπ' ἀρετῇ κατὰ τὴν πρᾶξιν τρόπον· ἡγοῦν αὐτὸν τὸν καθ' ὃν ἡ ἀρετὴ πέφυκε γίνεσθαι τρόπον· ὥσπερ ἀργυρίῳ τοῖς διακριτικοῖς ὠνηθέντα λογισμοῖς. Σάββατον δὲ, ἡ κατ' ἀρετὴν ἀπαθὴς καὶ εἰρηναία τῆς τε ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος κατάστασις, ἡγοῦν ἀναλλοίωτος ἕξις.

65. Qui convenienti scientia instructus virtute defungitur, corpus jumentum **500** habet, ipsum ratione impellens ad ea præstanda, quæ officii sunt; servum autem, qui in virtute est actionis modum: ipsum nimirum modum, quo virtuti comparatum ut efficiatur, velut pecunia, discretionis rationibus coemptum. Sabbatum vero, tranquillus est ac pacatus animi corporisque virtutis cultu status; constans scilicet ac immobilis habitus.

ξς'. Ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, τοῖς μὲν ἔτι περὶ τὰ σωματικὰ τῆς ἀρετῆς εἴδη τὸ πλέον ἔχουσι τῆς φροντίδος, ἄχυρον γίνεται καὶ χόρτος· διατρέφων αὐτῶν τὸ παθητικὸν τῆς ψυχῆς μέρος, πρὸς τὴν τῶν ἀρετῶν ὑπηρεσίαν· τοῖς ἀνηγμένοις δὲ τῇ θεωρίᾳ τῆς ἀληθοῦς τῶν θείων κατανοήσεως, ἔστιν ἄρτος διατρέφων αὐτῶν τῆς ψυχῆς τὸ νοερὸν πρὸς θεοειδῆ τελειότητα. Διὸ τοὺς πατριάρχας εὑρίσκομεν ἐπισιτιζομένους ἐν τῇ ὁδῷ, καὶ ἑαυτοῖς ἄρτους, καὶ τοῖς ὄνοις αὐτῶν χορτάσματα. Καὶ ὁ ἐν τοῖς Κριταῖς δὲ Λευίτης, τῷ ἐν Γαβαᾷ ξεναγήσαντι (g) αὐτὸν πρεσβύτῃ φησίν· *Εἰσὶ καὶ ἡμῖν ἄρτοι, καὶ τοῖς ὄνοις ἡμῶν ἄχυρα· καὶ οὐκ ἔστιν ὑστέρημα τοῖς παισί σου, παντός τινος.*

66. Divinus sermo, his qui adhuc majorem studii partem atque operam circa virtutum corporalia genera collocant, palea videtur ac fenum, eorum animi partem affectibus obnoxiam et patibilem (sentientem scilicet affectum) virtutum ministerio laborantem, alens; iis autem qui vera divinarum rerum solertique contemplatione provecti sunt, panis est, illorum mentem ad deiformem perfectionem nutriens. Quamobrem etiam patriarchas iter agentes invenimus, sibi pariter panes, jumentisque gramina atque pabula congerentes [22]. In libro quoque Judicum, ait Levites seni, apud quem in Gabaa acceptus hospitio est: *Sunt et nobis panes, et jumentis nostris paleæ; nullaque re indigemus, servi tui* [23].

ξζ'. Ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος καὶ δρόσος λέγεται καὶ ἔστιν· καὶ ὕδωρ καὶ πηγὴ καὶ ποταμὸς, ὡς γέγραπται· κατὰ τὴν ὑποκειμένην δηλονότι τῶν δεχομένων δύναμιν, ταῦτα καὶ ὢν καὶ γινόμενος. Τοῖς μὲν γάρ ἐστι δρόσος, ὡς τῆς ἔξωθεν ἐπικειμένης αὐτοῖς περὶ τὸ σῶμα τῶν παθῶν πυρώσεώς τε καὶ ἐνεργείας, σβεστικός. Τοῖς δὲ τὸ βάθος τῷ ἰῷ τῆς κακίας φρυσομένοις [*Fr. et quidam Regii* φυσσωμένοις], ἐστὶν ὕδωρ· οὐ μόνον ὡς δι' ἀντιπαθείας τοῦ ἀντικειμένου φθαρτικὸς, ἀλλὰ καὶ ὡς μεταδοτικὸς ζωτικῆς πρὸς τὸ εὖ εἶναι δυνάμεως. Πηγὴ δὲ, ἀεννάως ἔχουσιν ἀναβλύζουσαν τὴν ἕξιν τῆς θεωρίας, ὡς σοφίας χορηγός. Ποταμὸς δὲ, τοῖς τὴν εὐσεβῆ καὶ ὁρ-

67. Divinus Sermo ros tum appellatur, tum etiam est, et aqua et fons fluviusque, sicut scriptum est [24]; qui nempe juxta subjectam suscipientium vim ac facultatem, hæc et exsistat et efficiatur. Nam aliis quidem ros est, ut qui scilicet exstinguendo, quod illis exterius circa corpus inardescit, libidinum incendio atque fomiti seu operationi exsistat. Iis vero qui malitiæ veneno intus animo exæstuant ac velut torrentur, aqua est, non ea solum ratione, quod per contrariam affectionem, ejus quod adversatur perimendi vim habet, sed quod etiam vitalem facultatem ad bene beateque vivendum ex se proclive præbet. Fons autem, quibus jugi scaturigine

[22] Gen. xxiv, 32. [23] Judic. xix, 19. [24] Deut. xxxii, 2; Eccli. i, 5; xv, 3; xxiv, 41, 43.

(g) *Τῷ ἐν Γαβαᾷ ξενήσαντι.* Erat ἐν Γαβαὼ· quo etiam modo superius quibusdam scriptum est, cap. 33, quod est Marc. 16, Σπῆναι τὸν ἥλιον κατὰ Γαβαὼ· in Marco editum Γαβαῶ· sed plane legendi Γαβαών· nec aliter eam vocem et LXX aliique scribunt; estque urbs longe diversa a Gabaa, de qua hic sermo est; nec putem Maximum Gabaon et Gabaa sic confudisse, ut unam ac eamdem urbem putaverit. Utraque in tribu Benjamin sita; Gabaon metropolis Hevæorum, 50 stadiis ab Jerusalem, quæ in ea tribu assignata fuit Levitis et sacerdotibus: ac teste Hier., Isa. xxviii, 21, interpretatur *collis*. Gabaa vero Saulis urbs fuit. Isa. x, 29. *Obstupuit Rama: Gabaa Saulus fugit*; Ubi Jer. sic refert ex LXX: *Timor apprehendet Rama civitatem Saul:* quod et perspicue falsum asserit; quod in Hebraico civitas Saulis non Rama, sed Gabaa appelletur. Potuit Hieron. mendoso uti Cod. vel jam tum laborabat ἡ τῶν LXX editio, inde nimirum quod omissum in ea τὸ, χρημάτισον φωνήν σου, quod ἀπὸ κοινῆς in ea suppletum est, habetque sub asterisco Procopius; estque in Hebræo. Hinc enim confusa cum Rama civitas Saul, et τὸ, φεύξεται ad sequentia relatum, ne sine verbo positum nomen videretur, quod sequitur, θύγατερ Γαλλείμ. Proxime itaque Hebraicis reddiderint sapientissimi Viri, Φόβος λήψεται Ῥαμᾶ πόλιν Σαοὺλ φεύξεται, uti Argent. aliique habent; vel certe Φόβος λήψεται Ῥαμᾶ πόλις Σαοὺλ φεύξεται. Magisque arridet, ut loco nominis proprii, quod est in Hebræo, maluerint appellativum ponere: pro Γαβαὰ, πόλις· quod proclivi errore imperitus scriba rudisque rerum Hebraicarum (ut fuerunt plerique Græci) πόλιν fecerit, et ad Ῥαμᾶ retulerit, quæ ipsa civitas; ac si nonnisi proprio urbis, appellativum apte jungi posset, non ipsum per se poni, ac proprii loco supponi: quod sit tamen ex usu interpretantis non verbum ex verbo, sed sensum ex sensu.

Digitized by Google

manans contemplationis habitus præsto est, ut qui sapientiæ præbitor sit. Illis denique fluvius est, qui piam et rectam ac salutarem doctrinam fluminis instar uberem profundunt, velut qui homines atque jumenta bestiasque et arbores stirpesque ubertim inebriet; quo scilicet tum homines deitate imbuantur, eorum quæ dicuntur sublimibus sensis evecti, tum qui vitiorum labe ac libidinum, in jumentorum sortem desciverunt, virtutis modos saniores diligenter præstando homines effecti, naturalis vim rationis recipiant : iique qui pravis habitibus **501** malisque operibus bestiarum indolem hauserunt, leni mollique admonitione deliniti ac cicurati, ad nativam mansuetudinem redeant : ac denique, qui velut stirpes, bonorum sensum amiserunt, Sermonis in profundum illapsu emolliti, sensum ad fructuum frugumque parturigines, vimque enutriendi, pinguedinem sermonis (seu doctrinæ) accipiant.

A Οὴν καὶ σωτήριον ποταμηδὸν προχέουσι διδασκαλίαν ὡς ἀνθρώπους, καὶ κτήνη καὶ θηρία καὶ φυτὰ δαψιλῶς ποτίζων · ἵνα καὶ ἄνθρωποι θεωθῶσι, τοῖς τῶν λεγομένων ὑψωθέντες νοήμασι · καὶ οἱ κτηνωθέντες τοῖς πάθεσι, διὰ τῆς ἀκριβοῦς τῶν κατ' ἀρετὴν τρόπων ἀποδείξεως ἀνθρωπισθέντες, τὴν φυσικὴν ἐπαναλάβωσι λογιότητα · καὶ οἱ θηριωθέντες ταῖς πονηραῖς ἕξεσι καὶ κακοπραγίαις, διὰ τῆς προσηνοῦς τε καὶ εὐαφοῦς παραινέσεως τιθασσευθέντες, πρὸς τὴν τῆς φύσεως ἐπανέλθωσιν ἡμερότητα · καὶ οἱ φυτῶν δίκην ἀναισθητοῦντες τῶν ἀγαθῶν, διὰ τῆς εἰς βάθος τοῦ λόγου διαβάσεως ἀπαλυνθέντες, λάβωσιν αἴσθησιν πρὸς καρποτογονίαν, καὶ δύναμιν τὴν αὐτοὺς διατρέφουσαν, τοῦ λόγου ποιότητα.

68. Divinus Sermo via est [36] his, qui rite actionis cultu strenueque virtutis stadium decurrunt; ac qui neque ad dexteram, inanis gloriæ studio, neque ad sinistram, proclivioribus in vitia ac libidines animis, declinant; rectos illis religiosa pietate gressus præstans quos cum Asa rex Juda [36], haud legitime in finem usque servasset, vergente jam ætate dicitur doluisse pedes; velut scilicet debilior factus, quam pro instituto ex divinis rationibus (religiosa scilicet pietate) cursu.

B ξη'. Ὁδός ἐστιν ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, τοῖς καλῶς κατὰ τὴν πρακτικὴν, καὶ εὐτόνως τὸ τῆς ἀρετῆς τρέχουσι στάδιον · καὶ μήτε δεξιὰ διὰ κενοδοξίας, μήτε ἀριστερὰ διὰ τῆς πρὸς τὰ πάθη ῥοπῆς ἐκκλίνουσιν, εὐθύνων κατὰ Θεὸν τὰ διαβήματα · ὅπερ εἰς τέλος μὴ φυλάξας Ἀσὰ ὁ βασιλεὺς Ἰούδα, λέγεται περὶ τὸ γῆρας αὐτοῦ πεπονηκέναι τοὺς πόδας · ὡς περὶ τὸν δρόμον τοῦ κατὰ Θεὸν βίου ἀσθενήσας.

69. Dei Sermo ostium appellatur [37], velut iis, qui omnem præclare virtutum viam irreprehenso actionis cultu peregerunt, aditum pandens ad scientiam; et ut lumen, longe lucidissimos sapientiæ thesauros ostendens. Idem enim et via et ostium et clavis et regnum nuncupatur : via quidem, ut ductor; clavis autem, ut qui dignis quibus divina prælbeantur aperiat et aperiatur; ostium autem, ut ipse admissor; regnum denique, ut qui possideatur et in omnibus sui participatione ac commercio exsistat.

C ξθ'. Θύρα λέγεται ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ὡς τοὺς καλῶς πᾶσαν διηνυκότας τὴν ὁδὸν τῶν ἀρετῶν κατὰ τὸν ἄμεμπτον δρόμον τῆς πράξεως, πρὸς γνῶσιν εἰσάγων · καὶ ὡς φῶς, δεικνὺς τοὺς πολυφαεῖς τῆς σοφίας θησαυρούς. Ὁ αὐτὸς γὰρ καὶ ὁδός ἐστι καὶ θύρα καὶ κλεὶς καὶ βασιλεία · ὁδὸς μὲν, ὡς ὁδηγός · κλεὶς δὲ, ὡς ἀνοίγων τοῖς ἀξίοις τῶν θείων καὶ ἀνοιγόμενος · θύρα δὲ, ὡς εἰσαγωγεύς · βασιλεία δὲ, ὡς κληρονομούμενος, καὶ κατὰ μέθεξιν ἐν πᾶσι γινόμενος.

70. Dominus lux appellatur, et vita et resurrectio atque veritas. [38] Lux quidem, et ut animorum claritas, et ut fugans ignorantiæ tenebras, atque ut ad ea quæ arcana sunt, intelligenda illuminans, solisque mundo corde aspectabilia mysteria propalans; vita autem, ut qui diligentibus Dominum, in his quæ divina sunt, motum præbeat; resurrectio vero, ut qui a mortua terrenorum libidine mentem exsuscitet, omnis generis corruptionis mortificationisque labe puram; ac demum veritas, velut immutabilem bonorum habitum, his qui digni sint, munifice præstans.

ο'. Φῶς ὁ Κύριος λέγεται, καὶ ζωὴ καὶ ἀνάστασις καὶ ἀλήθεια. Φῶς μὲν, καὶ ὡς λαμπρότη, ψυχῶν, καὶ ὡς ἀγνοίας σκότους διώκτης · καὶ ὡς φωτίζων τὸν νοῦν πρὸς κατανόησιν τῶν ἀπορρήτων · καὶ δεικνὺς, τὰ μόνοις θεατὰ τοῖς καθαροῖς μυστήρια · ζωὴ δὲ, ὡς τὴν πρέπουσαν ψυχαῖς ἀγαπώσαις τὸν Κύριον ἐν τοῖς θείοις παρεχόμενος κίνησιν · ἀνάστασις δὲ, ὡς τῆς νεκρᾶς τῶν ὑλικῶν προσπαθείας ἐγείρων τὸν νοῦν, φθορᾶς παντοίας καθαρὸν καὶ νεκρότητος · ἀλήθεια δὲ, ὡς ἕξιν τῶν ἀγαθῶν τοῖς ἀξίοις δωρούμενος ἄτρεπτον.

71. Dei quidem ac Patris Deus Sermo, cuilibet mystice inest, eorum, quæ præcepta ab eo sunt : Deusque ac Pater totus in toto naturaliter inest, nulla distantia, Sermone suo et Verbo. Qui igitur divinum mandatum suscipit facitque, exsistentem in illo divinum Sermonem suscipit. Qui autem per mandata **502** Sermonem susceperit, per ipsum una quoque in eo naturaliter exsistentem Patrem

οα'. Ὁ μὲν τοῦ Θεοῦ, καὶ Πατρὸς Θεὸς Λόγος, ἑκάστῃ μυστικῶς ἐνυπάρχει τῶν οἰκείων ἐντολῶν · ὁ δὲ Θεὸς καὶ Πατὴρ, ὅλος ἐστὶν ἀχώριστος ἐν ὅλῳ τῷ οἰκείῳ Λόγῳ φυσικῶς. Ὁ τοίνυν δεχόμενος θείαν ἐντολὴν καὶ ποιῶν αὐτὴν, τὸν ἐν αὐτῇ τοῦ Θεοῦ δέχεται Λόγον. Ὁ δὲ τὸν Λόγον διὰ τῶν ἐντολῶν δεξάμενος, δι' αὐτοῦ τὸν ἐν αὐτῷ φυσικῶς ὄντα συνεδέξατο Πατέρα, καὶ τὸ ἐν αὐτῷ φυσικῶς ὂν συνεδέξατο Πνεῦ-

[36] Joan. XIV, 6. [36] III Reg. XV, 23. [37] Joan. X, 9. [38] Joan. VIII, 12; XI, 25; XIV, 6.

Digitized by Google

μα. Ἀμὴν γὰρ, φησι, λέγω ὑμῖν, ὁ λαμβάνων ὅτινα πέμψω, ἐμὲ λαμβάνει· ὁ δὲ ἐμὲ λαμβάνων, λαμβάνει τὸν πέμψαντά με. Ὁ γοῦν ἐντολὴν δεξάμενος καὶ ποιήσας αὐτὴν, λαβὼν ἔχει μυστικῶς τὴν ἁγίαν Τριάδα.

A susceptit; atque in eo naturaliter etiam exsistentem susceptit Spiritum sanctum. Ait enim : *Amen dico vobis, qui accipit si quem misero, me accipit; qui autem me accipit, accipit eum qui me misit* [32]. Qui igitur mandatum accepit illudque fecit, totam mystice sanctam Trinitatem accepit.

οβ'. Δοξάζει τὸν Θεὸν ἐν ἑαυτῷ, οὐχ ὁ λόγοις μόνον γεραίρων τὸν Θεὸν, ἀλλ' ὁ διὰ τὸν Θεὸν ὑπὲρ ἀρετῆς τὰ τῶν πόνων ὑπομένων παθήματα· καὶ ἀντιδοξάζεται παρὰ Θεοῦ, τὴν ἐν τῷ Θεῷ δόξαν, οἷον ἀρετῆς ἔπαθλον κατὰ μέθεξιν τὴν τῆς ἀπαθείας κομιζόμενος χάριν (*h*). Πᾶ; γὰρ ὁ δοξάζων τὸν Θεὸν ἐν ἑαυτῷ διὰ τῶν κατὰ τὴν πρακτικὴν ὑπὲρ ἀρετῆς παθημάτων, καὶ αὐτὸς ἐν τῷ Θεῷ δοξάζεται, διὰ τῆς κατὰ τὴν θεωρίαν ἀπαθοῦς τῶν θείων ἐλλάμψεως. Φησὶ γὰρ ὁ Κύριος ἐπὶ τὸ πάθος ἐρχόμενος· *Νῦν ἐδοξάσθη ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, καὶ ὁ Θεὸς ἐδοξάσθη ἐν αὐτῷ. Εἰ ὁ Θεὸς ἐδοξάσθη ἐν αὐτῷ, καὶ ὁ Θεὸς δοξάσει αὐτὸν ἐν ἑαυτῷ· καὶ εὐθὺς δοξάσει αὐτόν.* Ὡς ἐντεῦθεν εἶναι δῆλον, ὅτι τοῖς ὑπὲρ ἀρετῆς παθήμασιν, ἐπακολουθοῦσι τὰ θεῖα χαρίσματα.

B 72. In seipso Deum clarificat, non qui verbis solummodo Deum honorat, sed qui propter Deum, virtutis causa, laborum molestias atque ærumnas patienter tolerat; vicissimque clarificatur a Deo, qui claritatem quæ in Deo est, velut virtutis præmium, ejus quodam commercio, imperturbati animi ac tranquilli munus referat. Quisquis enim virtutis causa pro activi munere labores desudando Deum clarificat, ipse etiam a Deo clarificatur, per imperturbati animi contemplandis divinis illustrationem. Ait enim Dominus ad passionem vadens : *Nunc clarificatus est Filius hominis, et Deus clarificatus est in eo. Si Deus clarificatus est in eo, et Deus clarificabit eum in semetipso, et continuo clarificabit eum* [30]. Ut inde palam queat, divina munera labores comitari quos virtutis causa sustinemus, ac ærumnas.

ογ'. Ἕως τὸν ἐν τῷ ῥητῷ (*i*) τῆς ἁγίας Γραφῆς ποικίλως διὰ τῶν αἰνιγμάτων σεσωματωμένον ὁρῶμεν τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον, οὕπω τὸν ἀσώματον καὶ ἁπλοῦν καὶ ἑνιαῖον καὶ μόνον, ὡς ἐν ἀσωμάτῳ καὶ ἁπλῷ καὶ ἑνιαίῳ καὶ μόνῳ Υἱῷ νοητῶς τεθεάμεθα Πατέρα, κατὰ τὸ, *Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ ἑώρακε τὸν Πατέρα.* Καί· *Ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί.* Πολλῆς οὖν χρεία τῆς ἐπιστήμης, ὥστε διαδύντας πρότερον τὰ περὶ τὸν Λόγον τῶν ῥημάτων καλύμματα, οὕτω γυμνῷ τῷ νοῖ καθαρὸν αὐτὸν ἐφ' ἑαυτὸν ἑστῶτα θεάσασθαι [*unus Reg.* τεθεᾶσθαι] τὸν Λόγον, τὸν ἐν ἑαυτῷ σαφῶς; ὡς ἐφικτὸν ἀνθρώποις τὸν Πατέρα δεικνύντα. Διόπερ ἀνάγκη τὸν εὐσεβῶς τὸν Θεὸν ἐπιζητοῦντα, μηδενὶ κρατεῖσθαι ῥητῷ, ἵνα μὴ ἀντὶ Θεοῦ, τὰ περὶ Θεὸν λάθῃ λαβών· τουτέστιν, ἀντὶ τοῦ Λόγου, τὰ ῥητὰ στέργων ἐπισφαλῶς τῆς Γραφῆς, τοῦ Λόγου διαφυγόντος τὸν νοῦν ἐκ τῶν περιβλημάτων κρατεῖν δοκοῦντα τὸν ἀσώματον Λόγον· κατά γε τὴν Αἴγυπτίαν, τὴν μὴ τοῦ Ἰωσὴφ, ἀλλὰ τῶν αὐτοῦ ἐπιλαβομένην ἱματίων· καὶ τοὺς παλαιοὺς ἀνθρώπους, οἱ μόνῃ τῇ εὐπρεπείᾳ τῶν ὁρωμένων ἐναπομείναντες, ἔλαθον τῇ κτίσει λατρεύοντες παρὰ τὸν κτίσαντα.

C D 73. Quandiu in sacræ Scripturæ littera varie per ænigmata Dei Sermonem corporatum cernimus, nondum incorporeum simplicemque singularem ac unicum, velut in incorporeo et simplici ac singulari atque unico Filio, vidimus Patrem, juxta quod scriptum est : *Qui vidit me, vidit et Patrem* [31]. Et : *Ego in Patre, et Pater in me est* [32]. Magna ergo nobis opus solertia est, ut perruptis prius verborum integumentis, circa Sermonem seu Verbum exstantibus ipsumque convestientibus, sic nuda mente ipsum in se purum per se exsistentem Sermonem, ipsum in se clare, quoad mortalibus concessum est, Patrem ostendentem, videamus. Quamobrem necesse est, ut qui Deum pie quærit, nulli hæreat litteræ cortici, ne pro Deo, quæ sunt circa Deum, imprudens sumat; ne scilicet Sermonis loco seu Verbi (τοῦ Λόγου) Scripturæ contexta verba errore amplectatur, Sermone ipso ac Verbo mentem fugiente : quæ videlicet ex indumentis, incorporeum se Sermonem tenere arbitretur, haud secus ac mulier illa Ægyptia quæ non Josephum, sed ejus apprehendit lacinias vestium [33]; ac sicut hominum prisca ætas, quæ in sola rerum oculis expositarum **503** magnificentia immorata, non advertit creaturæ se potius servire, quam Creatori [34].

οδ'. Ὁ τῆς ἁγίας Γραφῆς λόγος, κατὰ μέρος τοῖς

74. Sacræ Scripturæ sermo, sublimioribus pau-

[32] Joan. XIII, 20. [30] ibid. 31. [31] Joan. XIV, 9. [32] ibid. 10. [33] Gen. XXXIX, 12. [34] Rom. I, 25.

(*h*) *Τὴν τῆς ἀπαθείας κομιζόμενος χάριν, τὴν ἀπάθειαν*, universalius hic sumit Maximus, et ut etiam immunitatem dicit a virtutis laboribus vitæque ærumnis; et non solum a perturbationum libidinumque molestia; qua tamen præcipue divinorum contemplationis illustratio (ipsa divinæ claritatis participatum munus) ἀπαθὴς illi dicitur; quam *ad passionem vadens Dominus*, ἐπὶ τὸ πάθος ἐρχόμενος, sibi nobisque postulaverit.

(*i*) *Ἕως τοῦ ἐν τῷ ῥητῷ.* Est Marci capit. νηπτικῶν 21, in quo tum textus Pico laborat, tum ipse a se menda cumulavit. Nec necesse singula discutere. Sufficiat illius mutila et præpostera cum nostris integris sanisque conferre; in quibus elucet, tum Marci alta theologia, tum Maximi judicium et solertia; qui tanquam gemmis pulcherrimis, illis Marci capitibus, sua hæc putaverit ditanda vere γνωστικά, ac sapientiæ plenissima capita.

Digitized by Google

latim notionibus sensisque, eorum quæ in eo corporaliter ficta dicuntur, compositionem exuens, tanquam in voce auræ tenuis exsistens [38], perspicaciori menti ostenditur; ei nimirum quæ summe eam deficientibus naturalibus operationibus, sensum duntaxat percipere potuit, ejus simplicitatis, qua illi Sermo (seu Verbum) tantisper indicatur; haud secus ac magnus Elias, cui in specu Horeb illa visio obtigit. Horeb enim, si nomen interpreteris, *novale* est, quod virtutum habitus, in novo gratiæ spiritu est. Specus autem, occulta animo est sapientiæ latebra, illiusque velut adytum; quam qui ingressus fuerit, scientiam, quæ omnem exsuperat sensum [36], mystice persentiet; in qua Deus dicitur exsistere. Quisquis ergo instar magni Eliæ Deum vere quærit, non tantum se in Horeb conferet (tanquam scilicet qui actioni studeat; virtutum arripiet habitum), verum etiam in specum in Horeb sitam pervadet; tanquam scilicet contemplationi deditus, in sapientiæ latebram sinumque penitiorem, quæ in virtutum duntaxat habitu sedem habeat.

75. Tum clarus veritatis sermo animo illucescet, veræ ei scientiæ documenta præbens, vitæque superioris squammarum more in eo præsumptas opiniones abs spiritalibus oculis depellens, cum is a se hærentes sibi multiplices opiniones, uti se res in divino magnoque apostolo Paulo habuit, excusserit [37]. Plane enim squammæ sunt animi luminibus hærentes, nitique ac commeare ad sincerum veritatis sermonem prohibentes, tum soli Scripturæ litteræ ejusque velut cortici addictæ opiniones, tum rerum aspectabilium sensu tenus cum affectu ac libidine usurpatæ visiones.

76. Divinus quidem apostolus Paulus, ex parte se Verbi cognitionem nactum esse ait [38]; magnus vero Joannes evangelista, ejus se gloriam vidisse dicit. *Vidimus* enim, inquit, *gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti a Patre, plenum gratiæ et veritatis* [39]. Num vero sanctus quidem Paulus, ex parte nactum se scientiam dixit, tanquam Dei Verbi? Ex operationibus enim quoquo modo solum noscitur: quippe cum ejus, quod ad essentiam substantiamque spectat, notitia, **504** cunctis perinde angelisque et hominibus sit inaccessa, nulla prorsus ratione ulli explorata. Sanctus vero Joannes, perfecte, quod concessum hominibus est, Verbi incarnationem edoctus, gloriam se, quasi carnem Verbum, ait conspexisse; nempe, vidisse se rationem et finem, secundum quem Deus factus est homo, plenum gratiæ et veritatis. Non enim qua ratione secundum essentiam Deus, ejusdemque cum Patre essentiæ est, Unigenitus gratia auctus est; sed qua ratione altiori consilio ac dispensatione, factus est homo natura ejusdemque nobiscum essentiæ, ea, propter nos, qui gratia egemus, exque ejus semper plenitudine in omni profectu nostro

A ὑψηλοτέροις νοήμασι τὴν τῶν ἐπ' αὐτῷ σωματικῶς διαπεπλασμένων ῥητῶν ἐκδυσάμενος σύνθεσιν, ὡς ἐν φωνῇ αὔρας λεπτῆς ὑπάρχων δείκνυται τῷ διορατικωτέρῳ νοΐ· τῷ διὰ τὴν ἄκραν ἀπόλειψιν τῶν κατὰ φύσιν ἐνεργειῶν, αἴσθησιν μόνον δυνηθέντι λαβεῖν, τῆς τὸν Λόγον ποσῶς μηνυούσης ἁπλότητος, κατὰ τὸν μέγαν Ἠλίαν τὸν ἐν τῷ σπηλαίῳ Χωρὴβ ταύτης ἀξιωθέντα τῆς ὄψεως. Χωρὴβ γὰρ ἑρμηνεύεται *νέωμα* [*unus Reg.* νόημα], ὅπερ ἐστὶν ἡ ἐν τῷ καινῷ πνεύματι τῆς χάριτος ἕξις τῶν ἀρετῶν. Τὸ δὲ σπήλαιον, ἡ τῆς σοφίας ἐστὶ κατὰ νοῦν κρυφιότης· ἐν ᾗ ὁ γενόμενος, τῆς ὑπὲρ αἴσθησιν μυστικῶς αἰσθήσεται γνώσεως, ἐν ᾗ λέγεται τυγχάνειν ὁ Θεός. Πᾶς οὖν κατὰ τὸν μέγαν Ἠλίαν ζητῶν ἀληθῶς τὸν Θεὸν, οὐ μόνον ἐν Χωρὴβ γενήσεται· τουτέστιν, ὡς πρακτικὸς ἐν τῇ ἕξει τῶν ἀρετῶν· ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ σπηλαίῳ τῷ ἐν Χωρήβ· τουτέστιν, ὡς θεωρητικὸς ἐν τῇ κρυφιότητι τῆς σοφίας τῇ ἐν μόνῃ τυγχανούσῃ τῇ ἕξει τῶν ἀρετῶν.

B

οε'. Ὅταν ὁ νοῦς τὰς ἐπικειμένας αὐτῷ πολλὰς περὶ τῶν ὄντων ἐκτινάξηται δόξας, τότε σαφὴς αὐτῷ τῆς ἀληθείας ὁ λόγος ἀναφαίνεται, διδοὺς αὐτῷ τῆς ὄντως γνώσεως τὰς ὑποθήκας, καὶ τὰς πρώην ἐπ' αὐτῷ προλήψεις ὡσεὶ λεπίδας τῶν ὀπτικῶν δυνάμεων ἀπωθούμενος, κατὰ τὸν θεσπέσιον καὶ μέγαν Ἀπόστολον Παῦλον. Λεπίδες γάρ εἰσιν, ὡς ἀληθῶς, ἐπικείμεναι τῷ διορατικῷ τῆς ψυχῆς, καὶ ἀπείργουσαι τὴν πρὸς τὸν ἀκραιφνῆ τῆς ἀληθείας λόγον, διάβασιν, αἵ τε πρὸς τὸ ῥητὸν μόνον τῆς Γραφῆς ὑπολήψεις, καὶ τῶν ὁρωμένων αἱ κατ' αἴσθησιν προσπαθεῖς θεωρίαι.

C

ος'. Ὁ μὲν θεῖος Ἀπόστολος Παῦλος, τὴν τοῦ Λόγου γνῶσιν, ἐκ μέρους ἔφη γινώσκειν. Ὁ δὲ μέγας εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης τεθεᾶσθαι λέγει τὴν αὐτοῦ δόξαν. *Ἐθεασάμεθα* γὰρ, φησὶν, *τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς Μονογενοῦς παρὰ Πατρὸς, πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας.* Καὶ μήποτε ὁ μὲν ἅγιος Παῦλος τὴν ὡς Θεοῦ Λόγου γνῶσιν ἐκ μέρους ἔφη γινώσκειν. Ἐκ γὰρ τῶν ἐνεργειῶν, πῶς μόνον γινώσκεται. Ἡ γὰρ ἐπ' αὐτῷ κατ' οὐσίαν τε καὶ ὑπόστασιν γνῶσις, ὁμοίως πᾶσιν ἀγγέλοις τε καὶ ἀνθρώποις, καθέστηκεν ἄβατος, κατ' οὐδὲν οὐδενὶ γινωσκομένη· ὁ δὲ ἅγιος Ἰωάννης, τέλειον ὡς ἐν ἀνθρώποις, τὸν τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Λόγου μυηθεὶς λόγον, τὴν ὡς σάρκα Λόγου δόξαν ἔφη τεθεᾶσθαι· τουτέστι, τὸν λόγον, ἤγουν τὸν σκοπὸν, καθ' ὃν ὁ Θεὸς γέγονεν ἄνθρωπος, πλήρη χάριτος ἐθεάσατο, καὶ ἀληθείας. Οὐ γὰρ καθ' ὃ κατ' οὐσίαν Θεὸς, καὶ τῷ Θεῷ Πατρὶ ὁμοούσιος ὁ Μονογενὴς κεχαρίτωται, ἀλλὰ καθ' ὃ φύσει κατ' οἰκονομίαν γέγονεν ἄνθρωπος καὶ ἡμῖν ὁμοούσιος, δι' ἡμᾶς κεχαρίτωται τοὺς χρῄζοντας χάριτος· καὶ ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ διαπαντὸς κατὰ πᾶσαν ἡμῶν προκοπὴν τὴν ἀναλογοῦσαν δεχομένους χάριν. Ὥστε ὁ τὸν λόγον

D

[38] III Reg. XIX, 12. [36] Philipp. IV, 7. [37] Act. IX, 18. [38] I Cor. XIII, 9. [39] Joan. I, 14.

* Cf. Quæst. 9 ad Thalassium.

Digitized by Google

τέλειον ἐν ἑαυτῷ φυλάξας, ἀβέβηλον τοῦ δι' ἡμᾶς σαρκωθέντος Θεοῦ Λόγου, τὴν πλήρη χάριτος καὶ ἀληθείας κομίσεται δόξαν, τοῦ δι' ἡμᾶς ἑαυτὸν καθ' ἡμᾶς δοξάσαντός τε καὶ ἁγιάσαντος κατὰ τὴν αὐτοῦ παρουσίαν. *Ὅταν* γὰρ, φησὶν, *ἐκεῖνος φανερωθῇ, ὅμοιοι αὐτῷ ἐσόμεθα.*

A convenientem gratiam recipimus, gratia donatus est. Idcirco qui perfectam in seipso rationem servaverit, incontaminatam puramque Dei Verbi pro nobis incarnati, plenam gratiæ et veritatis gloriam reportabit; ejus nimirum qui nostri causa nobis similis in suo advehtu ipse se et clarificavit et sanctificavit [40]. *Cum* enim *ille*, inquit, *apparuerit, similes ei erimus* [41].

οζ'. Ἕως ἡ ψυχὴ, τὴν ἀπὸ δυνάμεως εἰς δύναμιν, καὶ τὴν ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν ποιεῖται μετάβασιν· τουτέστι, τὴν ἀπὸ ἀρετῆς εἰς ἀρετὴν μείζονα προκοπὴν, καὶ τὴν ἀπὸ γνώσεως εἰς γνῶσιν ὑψηλοτέραν ἀνάβασιν, οὐκ ἐπαύσατο παροικοῦσα, κατὰ τὸ εἰρημένον· *Πολλὰ παρώκησεν ἡ ψυχή μου.* Πολὺ γάρ ἐστι τὸ διάστημα, καὶ τὸ πλῆθος τῶν ὀφειλουσῶν παρ' αὐτῆς διαβαθῆναι γνώσεων, μέχρις οὗ *διαβεύσεται ἐν τόπῳ σκηνῆς θαυμαστῆς, ἕως τοῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ· ἐν φωνῇ ἀγαλλιάσεως καὶ ἐξομολογήσεως, ἤχου ἑορτάζοντος*· ἀεὶ φωναῖς, φωνὴν, νοεραῖς, νοερὰν προστιθεῖσα τῇ προκοπῇ τῶν θείων θεωρημάτων, μετὰ τῆς κατὰ νοῦν ἐπὶ τοῖς θεωρηθεῖσιν ἀγαλλιάσεως, ἤγουν χαρᾶς, καὶ τῆς ἀναλογούσης εὐχαριστίας. Τοιαύτας γὰρ ἑορτάζουσι πάντες, οἱ τὸ Πνεῦμα τῆς χάριτος εἰληφότες, *ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν κράζων· Ἀββᾶ, ὁ Πατήρ.*

77. Quandiu animus de virtute in virtutem, deque claritate in claritatem transit, hoc est, ad majorem de virtute in virtutem profectum, deque scientia ad scientiam ascendit altiorem, necdum finem incolatus fecit, juxta quod scriptum est: *Multum incola fuit anima mea* [42]. Longa enim distantia est, ingensque illi superanda notitiarum ac scientiarum B copia, donec *transeat in locum tabernaculi admirabilis, usque ad domum Dei; in voce exsultationis et confessionis, sonitus epulantis* [43]; ut semper vocem vocibus, intelligentis animi vocem intelligentis animi vocibus divinorum profectu contemplationum sensorumque addat, cum mentis, in iis quæ intellecta fuerint atque dispecta exsultatione, sive gaudio, convenientique pro ejus ratione gratiarum actione. Talia enim epula epulantur festaque agunt, quicunque Spiritum gratiæ acceperunt, *clamantem in eorum cordibus: Abba, Pater* [44].

οη'. Ὁ τῆς θαυμαστῆς σκηνῆς τόπος, καὶ ἀπαθὴς ἐστι καὶ ἀπήμων ἕξις τῶν ἀρετῶν· καθ' ἣν ὁ τοῦ Θεοῦ γινόμενος Λόγος, διαφόροις ἀρετῶν κάλλεσι κατακοσμεῖ καθάπερ σκηνὴν τὴν ψυχήν. Ὁ δὲ οἶκος C τοῦ Θεοῦ, ἡ ἐκ πολλῶν καὶ διαφόρων συγκειμένη θεωρημάτων γνῶσίς ἐστι· καθ' ἣν ἐνδημῶν τῇ ψυχῇ ὁ Θεὸς, τοῦ τῆς σοφίας κρατῆρος ἐμπίμπλησιν. Ἡ δὲ φωνὴ τῆς ἀγαλλιάσεώς ἐστι, τὸ ἐπὶ τῷ πλούτῳ τῶν ἀρετῶν τῆς ψυχῆς σκίρτημα. Ἡ δὲ τῆς ἐξομολογήσεως, ἡ ἐπὶ τῇ δόξῃ τῆς κατὰ τὴν σοφίαν εὐωχίας ἐστὶν εὐχαριστία. Ὁ δὲ ἦχος, ἡ ἐξ ἀμφοῖν, ἀγαλλιάσεώς φημι καὶ ἐξομολογήσεως, κατὰ σύγκρασιν γινομένη διηνεκὴς μυστικὴ δοξολογία.

78. Locus tabernaculi admirabilis, pacatissimus est et innoxius virtutum habitus; quo Dei Sermo adveniens, diverso virtutum cultu, instar tabernaculi, præclare animum ornat atque instruit. Dei autem domus, scientia est, ex multis diversisque theorematis sensisque exquisitis constituta, qua Deus animæ immeans, sapientiæ eam cratere implet. Vox vero exsultationis, animi tripudium **505** est, ob virtutum uberes divitias. Vox autem confessionis, gratiarum actio pro ea claritate, quam sapientiæ convivium tribuit. Postremo sonitus, quæ ex utraque (tum scilicet exsultatione tum confessione) quadam temperatione jugis mystica laudatio emergit.

οθ'. Ὁ γενναίως καταπαλαίσας τὰ πάθη τοῦ σώματος, καὶ τοῖς ἀκαθάρτοις πνεύμασιν ἱκανῶς πολεμήσας, καὶ τῆς ἑαυτοῦ κατὰ ψυχὴν χώρας ἐξελάσας αὐτῶν τὰ νοήματα· καρδίαν εὐχέσθω καθαρὰν αὐτῷ δοθῆναι, καὶ πνεῦμα εὐθὲς ἐν τοῖς ἐγκάτοις ἐγκαινισθῆναι· τουτέστι, τελείως τῶν μὲν φαύλων κενωθῆναι λογισμῶν, τῶν δὲ θείων ἐννοιῶν πληρωθῆναι διὰ τῆς χάριτος· ἵνα γένηται κόσμος Θεοῦ νοητῶς λαμπρός τε καὶ μέγας, ἐξ ἠθικῶν καὶ φυσικῶν καὶ θεολογικῶν συνεστὼς θεωρημάτων.

79. Qui strenue fortique robore corporis libidines atque vitia debellavit, ac quantum satis sit adversus immundos spiritus depugnavit, exque animi sui regione eorum cogitatus expulit: precibus D enitatur cor sibi mundum dari, et spiritum rectum in visceribus suis innovari [45]; ut scilicet pravis cogitationibus plene abdicatis, divinis gratiæ munere rationibus impleatur; quo nimirum splendidus magnusque Dei mundus, ex moralibus, naturalibus atque divinis theorematis sensisque constitutus, efficiatur.

π'. Ὁ τὴν καρδίαν καθαρὰν ἐργασάμενος, οὐ μόνον τῶν ὑποβεβηκότων καὶ μετὰ Θεὸν γνώσεται τοὺς λόγους, ἀλλὰ καὶ αὐτῷ ποσῶς μετὰ τὴν τῶν ὅλων διάβασιν, ἐνοῤῥ· ὅπερ ἐστὶν ἀκρότατον τέλος τῶν ἀγαθῶν· ἐν ᾗ γενόμενος ὁ Θεὸς, ἀξιοῖ τὰ ἴδια γράμματα διὰ τοῦ πνεύματος ἐγχαράττειν, καθάπερ τισὶ

80. Qui cor mundum reddidit, nedum rerum inferiorum et quæ a Deo secundæ sunt, rationes intelliget, verum etiam in ipsum Deum omnibus superatis quoquo modo animi oculum defiget; qui bonorum supremus finis est: cui nempe illabens Deus, suas ipse litteras velut Mosaicis tabulis per

[40] Joan. XVII, 10, 19. [41] I Joan. III, 2. [42] Psal. CXIX, 6. [43] Psal. XLI, 5. [44] Galat. IV, 6. [45] Psal. L 12.

Digitized by Google

Spiritum insculpere dignatur; quantum scilicet illud actionis cultu ac contemplationis seipsum diduxit et ampliavit, juxta quod mystice præceptum est, *Crescé* [46].

πλαξὶ Μωσαϊκαῖς· τοσοῦτον, ὅσον ἑαυτὴν διὰ πράξεως ἐπιδέδωκε καὶ θεωρίας, κατὰ τὴν τὸ Ἀξίνου, μυστικῶς κελεύουσαν ἐντολήν,

81. Cor mundum forte dicatur, quod omni prorsus naturali motu in rem quamlibet caret; in quo Deus velut tabula pulchre expolita atque derasa, se illi insinuans, perscribit suas leges.

πα'. Καρδία καθαρὰ τάχα ἐκείνη λέγεται, ἡ μηδεμίαν ἔχουσα φυσικὴν καθ' οἱονδήποτε τρόπον, πρὸς ὁτιοῦν κίνησιν· ἐν ᾗ καθάπερ πτυχίῳ καλῶς λειανθέντι διὰ τὴν ἄκραν ἁπλότητα γινόμενος ὁ Θεὸς, τοὺς ἰδίους νόμους ἐγχράφει.

82. Cor mundum est, quod memoriam, nullis prorsus rerum simulacris formisque imbutam, Deo adhibet; ejusque duntaxat formis, quibus illi comparatum ut fiat conspicuum, insigniri paratum est.

πβ'. Καρδία ἐστὶ καθαρὰ, ἡ πανταχόθεν ἀνείδεον τῷ Θεῷ καὶ ἀμόρφωτον (j) παρασκήσασα τὴν μνήμην· καὶ μόνοις τοῖς αὐτοῦ ἕτοιμον ἐνσημανθῆναι τύποις, δι' ὧν ἐμφανὴς πέφυκε γίνεσθαι.

83. Quam Christi mentem (seu sensum) sancti accipiunt, juxta eum qui dixit: *Nos autem sensum Christi habemus* [47], non intelligentis in nobis facultatis privatione accedit; nec ita ut mentem sensumque nostrum compleat, vel essentialiter secundum substantiam in eum transeat: sed velut qui sua qualitate mentis nostræ sensusque animi facultatem illustret, atque ad eumdem secum actum ferat. Nam sane eum ego Christi mentem sensumque habere dixerim, qui ex ejus rationibus, ipsumque adeo semper cogitet ac intelligat.

πγ'. Ὁ τοῦ Χριστοῦ νοῦς, ὃν λαμβάνουσιν οἱ ἅγιοι κατὰ τὸν φάμενον· *Ἡμεῖς δὲ νοῦν Χριστοῦ ἔχομεν*, οὐ κατὰ στέρησιν τῆς ἐν ἡμῖν νοερᾶς δυνάμεως ἐπιγίνεται· οὐδὲ ὡς συμπληρωτικὸς τοῦ ἡμετέρου νοὸς, οὐδ' ὡς μεταβαίνων οὐσιωδῶς καθ' ὑπόστασιν εἰς τὸν ἡμέτερον νοῦν· ἀλλ' ὡς τῇ οἰκείᾳ ποιότητι τὴν τοῦ ἡμετέρου νοὸς λαμπρύνων δύναμιν, καὶ πρὸς τὴν αὐτὴν αὐτῷ φέρων ἐνέργειαν. Νοῦν γὰρ ἔχειν Χριστοῦ ἔγωγέ φημι, τὸν κατ' αὐτὸν νοοῦντα, καὶ διὰ πάντων αὐτὸν νοοῦντα.

84. Christi corpus esse dicimur, juxta illud: *Nos autem Christi corpus sumus et membra ex parte* [48]; non quasi nostra ipsi corpora amittentes, illud efficiamur, vel rursus quasi illud secundum substantiam in nostrum transeat corpus, aut membratim dividatur; sed quod simili ac caro Dominica ratione, corruptionem peccati excutiamus. Nam sicut Christus natura, carne pariter atque animo, quatenus intelligitur homo, immunis a peccato erat; sic et nos ejus fideles, et qui per Spiritum ipsum induimus, voluntatis nutu a peccato immunes in eo esse possumus.

πδ'. Σῶμα Χριστοῦ εἶναι λεγόμεθα, κατὰ τὸ, *Ἡμεῖς δὲ σῶμα Χριστοῦ ἐσμεν, καὶ μέλη ἐκ μέρους*· οὐ κατὰ στέρησιν τῶν ἡμετέρων σωμάτων, ἐκείνου τὸ σῶμα γινόμενοι· οὐδ' αὖ πάλιν ἐκείνου καθ' ὑπόστασιν εἰς ἡμᾶς μεταβαίνοντος, ἢ μεληδὸν διατεμνομένου· ἀλλὰ τῷ καθ' ὁμοιότητα τῆς τοῦ Κυρίου σαρκὸς, τὴν φθορὰν ἀποσείεσθαι τῆς ἁμαρτίας. Ὡς γὰρ ὁ Χριστὸς κατὰ φύσιν σαρκί τε καὶ ψυχῇ καθ' ὃ νοεῖται ἄνθρωπος ἀναμάρτητος ἦν, οὕτω καὶ ἡμεῖς οἱ πεπιστευκότες αὐτῷ, καὶ διὰ Πνεύματος αὐτὸν ἐνδυσάμενοι, κατὰ προαίρεσιν ἐν αὐτῷ χωρὶς ἁμαρτίας εἶναι δυνάμεθα.

85. Exstant in Scriptura tum temporalia sæcula, tum quæ aliorum sæculorum consummationem complectantur, juxta illud: *Nunc autem semel in consummatione sæculorum* [49], et quæ sequuntur. Suntque iterum alia sæcula a temporis natura absoluta, post præsens istud natura temporaneum sæculum, quod est in consummatione sæculorum, juxta illud: *Ut ostenderet in sæculis supervenientibus abundantes divitias* [50], et quæ sequuntur. Invenimus autem in Scriptura etiam multitudinem sæculorum tum præteritorum, tumque præsentium, tum futurorum; sæcula item sæculorum esse quædam sæcula, et sæculum sæculi, et tempora sæcularia [51],

πε'. Εἰσὶ παρὰ τῇ Γραφῇ καὶ χρονικοὶ αἰῶνες (k) καὶ ἄλλων αἰώνων συντέλειαν περιέχοντες, κατὰ τὸ, *Νυνὶ δὲ ἅπαξ ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων*, καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ ἕτεροι πάλιν χρονικῆς ἐλεύθεροι φύσεως αἰῶνες, μετὰ τὸν ἐνεστῶτα τοῦτον χρόνον, αἰῶνα τὸν ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων, κατὰ τὸ, *Ἵνα ἐνδείξηται ἐν τοῖς αἰῶσι τοῖς ἐπερχομένοις τὸν ὑπερβάλλοντα πλοῦτον*, καὶ τὰ ἑξῆς. Εὑρίσκομεν δὲ παρὰ τῇ Γραφῇ καὶ πλῆθος αἰώνων, παρελθόντων τε καὶ ἐνεστώτων καὶ μελλόντων· καὶ αἰῶνας αἰώνων εἶναί τινας αἰῶνας, καὶ αἰῶνος αἰῶνα, καὶ χρόνους αἰωνίους, καὶ γενεὰς συνημμένας αἰῶσι. Καὶ ἵνα μὴ νῦν, τί μὲν διὰ τῶν χρονικῶν αἰώνων, τί δὲ διὰ τῶν αἰωνίων χρόνων καὶ

[46] Gen. xxxv, 11. [47] I Cor. II, 16. [48] I Cor. XII, 27. [49] Hebr. IX, 26. [50] Ephes. II, 7. [51] II Tim. I, 9.

(j) *Ἀνείδεον... καὶ ἀμόρφωτον.* Apud Marc. cujus est νηπτικῶν cap. 24, ἀδιαμόρφωτον· quod forte melius, etsi idem sensus. Picus, *Omni specie formaque vacuam.*

(k) *Καὶ χρονικοὶ αἰῶνες.* Multa Græcis ὁμωνυμία in voce αἰών. Latinis magis distinctæ voces, dum ævum et sæculum propensius creatis rebus ascribunt; Deo æternum seu æternitatem; quanquam etiam τὰ αἰώνια vulg. interpr. reddidit *æterna; montesque æternos* legamus: quod vox *sæcularis* eo sensu, et prout ἀπὸ τοῦ αἰῶνος, quod passim *sæculum* redditur, deducta, parum visa sit Latina; ac politius mundanum ac quasi ex sæculi usu, significare. Etiam Damasc. de ejus vocis varia acceptione; potuitque a Maximo mutuatus esse.

Digitized by Google

γενεῶν βούλεται δηλοῦν ὁ λόγος, λέγοντες· τίνες δὲ πάλιν ἁπλῶς οἱ αἰῶνες, καὶ τίνες αἰῶνες τῶν αἰώνων, τίς τε ὁ ἁπλῶς αἰών, καὶ ὁ αἰὼν τοῦ αἰῶνος, πολὺν παρὰ τὴν ὑπόθεσιν ἐκτείνωμεν λόγον, τὰ περὶ τούτων τοῖς φιλομαθέσι σκοπεῖν ἐάσαντες, πρὸς τὸν σκοπὸν δι' ὃν ταῦτα προηγάγομεν, ἐπανέλθωμεν.

A nec non generationes sæculis conjunctas. Ne vero in præsentiarum exponendo, quid per temporalia sæcula, quidve per sæcularia tempora et generationes significare velit Scriptura; quænam autem rursus simpliciter sæcula, ac quæ sæcula sæculorum; quodque adeo simpliciter sæculum, et sæculum sæculi, longa a proposito digressione sermonem protrahamus; his studiosorum diligentiæ ac disquisitioni relictis, ad propositum finem, ratione cujus hæc produximus, revertamur.

πς'. Οἴδαμέν τι κατὰ τὴν Γραφὴν ὑπεραιώνιον· ὅπερ ὅτι μὲν ἔστιν, ἐσήμανε· τί δὲ τοῦτό ἐστιν, οὐκ ὠνόμασε, κατὰ τὸ, *Κύριος βασιλεύων τὸν αἰῶνα, καὶ ἐπ' αἰῶνα καὶ ἔτι.* Οὐκοῦν ἔστι τι πρᾶγμα ὑπὲρ αἰῶνας, ἡ ἀκραιφνὴς τοῦ Θεοῦ βασιλεία. Οὐ γὰρ δὴ θέμις εἰπεῖν ἦρχθαι, ἢ φθάνεσθαι ὑπὸ αἰώνων ἢ χρόνων τὴν τοῦ Θεοῦ βασιλείαν. Ταύτην δὲ πιστεύομεν εἶναι τῶν σωζομένων κληρονομίαν, καὶ μονήν, καὶ τόπον, καθὼς ὁ ἀληθὴς παραδίδωσι λόγος· ὡς τέλος τῶν δι' ἐφέσεως πρὸς τὸ ἔσχατον ὀρεκτὸν κινουμένων· ἐν ᾧ γινόμενοι, πάσης τῆς ὁποιασοῦν δέχονται παῦλαν κινήσεως· ὡς μηκέτι χρόνου τινὸς ὄντος αὐτῶν ἢ αἰῶνος τοῦ διαβαθῆναι ὀφείλοντος, οἷα δὴ μετὰ πάντα κατανεήσαντες εἰς τὸν Θεόν, τὸν πρὸ πάντων ὄντα τῶν αἰώνων, καὶ ὃν φθάνειν αἰώνων φύσις οὐ πέφυκεν.

B 86. Scimus Scriptura teste esse aliquid sæculis superius; quod illa quidem esse significavit; quid tamen esset, minime ex nomine expressit; juxta quod scriptum est: *Dominus regnans sæculum, et in sæculum et ultra* [86]. Est itaque aliquid sæculis superius, verum scilicet Dei regnum. Nec enim fas est ut illud incepisse dicamus, vel esse ejusmodi, ut sive sæcula sive tempora ipsum assequantur. Hoc autem regnum, eorum hæreditatem, sedesque ac locum esse credimus, qui electi salutem consequuntur, uti traxit verus sermo; velut scilicet eorum cupiditatis finem, qui ad supremum appetibile 507 moventur: cujus ubi semel compotes effecti fuerint, ab omni penitus motu ac incitatione cessabunt; quod jam nullum eis tempus aut sæculum superandum superet; cum superatis omnibus in Deum inciderint, cunctis sæculis anteriorem, et quem nulla sæculorum natura assequi possit.

πζ'. Ἐφ' ὅσον χρόνον τίς ἐστιν ἐν τῇ ζωῇ ταύτῃ, κἂν τέλειός ἐστι κατὰ τὴν ἐνθάδε κατάστασιν, καὶ πράξει καὶ θεωρίᾳ, τὴν ἐκ μέρους ἔχει καὶ γνῶσιν καὶ προφητείαν καὶ ἀρραβῶνα Πνεύματος ἁγίου· ἀλλ' οὐκ αὐτὸ τὸ πλήρωμα· ἐλευσόμενός ποτε μετὰ τὴν τῶν αἰώνων περαίωσιν εἰς τὴν τελείαν λῆξιν, τὴν πρόσωπον πρὸς πρόσωπον τοῖς ἀξίοις δεικνῦσαν αὐτὴν ἐφ' ἑαυτῆς ἑστῶσαν τὴν ἀλήθειαν· ὡς μηκέτι ἐκ τοῦ πληρώματος μέρος ἔχειν, ἀλλ' αὐτὸ τὸ πλήρωμα τῆς χάριτος κατὰ μέθεξιν ὅλον κομίζεσθαι. *Κατακτήσεσθαι* γάρ, φησὶν ὁ Ἀπόστολος, *πάντας* (δηλονότι τοὺς σωζομένους) *εἰς ἄνδρα τέλειον, εἰς μέτρον ἡλικίας τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ· ἐν ᾧ εἰσιν οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας καὶ τῆς γνώσεως ἀπόκρυφοι·* ἧς φαινομένης, τὸ ἐκ μέρους καταργηθήσεται.

C 87. Quandiu quis vitam præsentem agit, etsi pro hujus status ratione perfectus est, tum nimirum actione tum contemplatione, ex parte tamen et scientiam et prophetiam et Spiritus sancti arrhabonem, non vero ipsam plenitudinem habet; venturus scilicet aliquando post sæculorum finem, ad perfectam illam requiem beatamque sortem, quæ dignis electisque ipsam in se facie ad faciem vere exsistentem veritatem ostendet: ita nimirum ut non amplius ex plenitudine quasi decerptam partem habeant, sed ipsam totam gratiæ plenitudinem secundum participationem referant. Ait enim Apostolus fore, *ut occurramus omnes* (qui scilicet salutem consequemur) *in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi* [87]: *in quo sunt omnes thesauri sapientiæ et scientiæ absconditi* [88]; qua prodita, evacuabitur quod ex parte exsistit.

πη'. Ζητοῦσί τινες, πῶς ἔσται τῶν ἀξιουμένων τῆς ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ τελειότητος ἡ κατάστασις; πότερον κατὰ προκοπὴν καὶ μετάβασιν, ἢ κατὰ τὴν ἐν στάσει ταυτότητα· πῶς τε τὰ σώματα καὶ τὰς ψυχὰς εἶναι χρεὼν ὑπολαμβάνειν. Πρὸς δὴ τοῦτο στοχαστικῶς ἐρεῖ τις, ὅτι καθάπερ ἐπὶ τῆς σωματικῆς ζωῆς διττός ἐστιν ὁ τῆς τροφῆς λόγος, ὁ μὲν πρὸς αὔξησιν, ὁ δὲ πρὸς συντήρησιν τῶν τρεφομένων· μέχρις οὗ γὰρ φθάσωμεν τὸ τέλειον τῆς σωματικῆς ἡλικίας, τρεφόμεθα πρὸς αὔξησιν· ἐπειδὰν δὲ τὸ σῶμα στῇ τῆς εἰς μέγεθος ἐπιδόσεως, οὐκέτι τρέφεται πρὸς αὔξησιν, ἀλλὰ πρὸς συντήρησιν. Οὕτως καὶ ἐπὶ τῆς ψυχῆς διττὸς ὁ τῆς τροφῆς λόγος. Τρέφεται γὰρ προκόπτουσα ταῖς ἀρεταῖς καὶ

D 88. Sunt qui quæramt, quisnam futurus sit status eorum qui perfectionem, quæ in regno Dei est, consequentur; utrum secundum profectum ac mutationem, an secundum eamdem fixæ quietis possessionem; quo item modo se tum corpora, tum animas esse habituras, sit existimandum. Cui quæstioni ita quis haud inani conjectura respondeat; quod nempe, sicut in corporali vita duplex est alimenti ratio; altera quidem, ad augmentum provehens; altera vero, ad eorum qui nutriuntur conferens conservationem. Quandiu enim necdum perfectam corporis staturam molemque attigimus, nutrimur ut augeamur: ubi autem corpus augmenti finem fecerit, non amplius nutritur ut au-

[86] Exod. xv, 18. [87] Ephes. iv, 13. [88] I Cor. xiii, 10.

Digitized by Google

geatur, sed ut quam adeptum est molem conservet: sic et in anima duplex alimenti ratio occurrit. Nutritur enim proficiendo virtutibus ac contemplationibus, donec omnibus superatis, ad mensuram pertingat ætatis plenitudinis Christi: quam adepta, ab omni jam profectu cessat, quo per media provehebatur atque crescebat; quæ videlicet sine medio nutriatur, immortalis illius nutrimenti genere, **508** quod intelligentiam omnem superat, eaque forsitan ratione augmento superius est; quo concessam deiformem perfectionem conservet, infinitasque ejus nutrimenti delicias exserat atque explicet: quo denique, eodem se modo semper habentem ipsi conjunctam atque præsentem nacta felicitatem, divinæ gratiæ commercio deus efficitur, tum ipsa ab omnibus mentis sensusque operationibus cessans, tum una secum naturales corporis operationes cessare præstans, quod ipsum pro sua ratione pari cum illa commercio deitate donatum sit: ita nimirum ut et animo atque corpore, amborum naturalibus qualitatibus claritatis excellentia victis velutque suppressis, unus Deus eluceat.

A τοῖς θεωρήμασι, μέχρις οὗ διαβᾶσα τὰ ὄντα πάντα φθάσῃ τὸ μέτρον τῆς ἡλικίας τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ· ἐν ᾧ γινομένη, πάσης τῆς πρὸς ἐπίδοσίν τε καὶ αὔξησιν διὰ τῶν μέσων ἵσταται προκοπῆς· ἀμέσως τρεφομένη τὸ ὑπὲρ νόησιν· καὶ διὰ τοῦτο τυχὸν ὑπὲρ αὔξησιν· τῆς ἀφθάρτου τροφῆς εἶδος, πρὸς συντήρησιν τῆς δοθείσης αὐτῇ θεοειδοῦς τελειότητος, καὶ ἔκφανσιν τῶν τῆς τροφῆς ἐκείνης ἀπείρων ἀγλαϊῶν, καθ' ἣν τὸ ἀεὶ εὖ ὡσαύτως εἶναι ἐνδημῆσαν αὐτῇ δεχομένη, γίνεται θεὸς τῇ μεθέξει τῆς θείκῆς χάριτος, πασῶν τῶν κατὰ νοῦν καὶ αἴσθησιν ἐνεργειῶν, αὐτή τε παυσαμένη, καὶ ἑαυτῇ τὰς τοῦ σώματος συναναπαύσασα φυσικὰς ἐνεργείας, συνθεωθέντος αὐτῇ κατὰ τὴν ἀναλογοῦσαν αὐτῷ μέθεξιν τῆς θεώσεως. Ὥστε μόνον τὸν Θεὸν διά τε τῆς ψυχῆς B καὶ τοῦ σώματος φαίνεσθαι, νικηθέντων αὐτῶν τῇ ὑπερβολῇ τῆς δόξης, τῶν φυσικῶν γνωρισμάτων.

89. Sunt qui indagandæ veritatis studio quærant, quonam modo futura sit cœlestium mansionum promissionumque distinctio, num locali ipsa substantia, an cujusque propria mansionis, per ratio nem, spiritali tum qualitate tum quantitate. Atque aliis quidem primum, aliis alterum placet. Cæterum qui noverit quid sibi velit: *Regnum Dei intra vos est* [55]; quidve, *Mansiones multæ sunt apud Patrem* [56], secundæ sententiæ potius adhærebit.

πθ'. Ζητοῦσί τινες τῶν φιλομαθῶν, κατὰ ποῖον ἔσται τρόπον ἡ τῶν αἰωνίων μονῶν τε καὶ ἐπαγγελιῶν διαφορά· πότερον καθ' ὑπόστασιν τοπικὴν (*l*), ἢ κατ' ἐπίνοιαν τῆς ἰδιαζούσης καθ' ἑκάστην μονὴν πνευματικῆς ποιότητός τε καὶ ποσότητος. Καὶ τοῖς μὲν δοκεῖ τὸ πρῶτον· τοῖς δὲ, τὸ δεύτερον· ὁ δὲ γνοὺς, τί τὸ, *Ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ ἐντὸς ὑμῶν ἐστι*, καὶ τί τὸ, *Πολλαὶ μοναὶ παρὰ τῷ Πατρὶ*, τοῦ δευτέρου μᾶλλον γενήσεται.

90. Sunt qui quærant, qua ratione regnum cœlorum, et regnum Dei distinguantur; num secundum substantiam atque subjecto, an mentis cogitatu et ratione. Quibus ea responsio est, distingui illa quidem, non tamen substantia atque subjecto, sed subtili cogitatu et ratione. Ambo enim unum substantia ac subjecto sunt; verum ratione subtilique cogitatu, regnum cœlorum, veræ est rerum secundum proprias in Deo præexsistentes rationes prææternæ cognitionis comprehensio: Dei autem regnum, bonorum quæ naturaliter Deo insunt per gratiam impartitio: atque alterum quidem penes rerum finem, alterum vero, quantum subtili cogitatu intelligimus, post rerum finem est.

C ι'. Ζητοῦσί τινες, ποίαν διαφορὰν ἔχει πρὸς τὴν τοῦ Θεοῦ βασιλείαν ἡ τῶν οὐρανῶν βασιλεία· πότερον καθ' ὑπόστασιν διαφέρουσιν ἀλλήλων, ἢ κατ' ἐπίνοιαν. Πρὸς οὓς ῥητέον, ὅτι διαφέρουσι μέν· οὐ καθ' ὑπόστασιν δέ. Μία γὰρ καθ' ὑπόστασιν ἄμφω· ἀλλὰ κατ' ἐπίνοιαν· ἡ μὲν γὰρ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, τῆς τῶν ὄντων ἀκραιφνοῦς κατὰ τοὺς ἑαυτῶν λόγους ἐν τῷ Θεῷ προαιωνίου γνώσεώς ἐστι κατάληψις· ἡ δὲ τοῦ Θεοῦ βασιλεία, τῶν προσόντων τῷ Θεῷ φυσικῶς ἀγαθῶν κατὰ χάριν ἐστὶ μετάδοσις· καὶ ἡ μὲν κατὰ τὸ τέλος τῶν ὄντων, ἡ δὲ κατ' ἐπίνοιαν μετὰ τὸ τέλος τῶν ὄντων ἐστί.

91. Quod ita dictum est, *Appropinquavit regnum cœlorum* [57], ut quidem existimo, non eo spectat, ut contractior temporis mora intelligatur: *Non* enim *veniet cum observatione; neque dicent: Ecce hic, ecce*

D ια'. Τὸ, *Ἤγγικεν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν*, οὐκ ἔστιν, ὡς οἶμαι, χρονικῆς συστολῆς (*m*)· *Οὐ γὰρ ἔρχεται μετὰ παρατηρήσεως· οὐδὲ ἐροῦσιν· Ἰδοὺ ὧδε, ἰδοὺ ἐκεῖ*· ἀλλὰ τῆς πρὸς αὐτὴν τῶν ἀξίων

[55] Luc. XVII, 21. [56] Joan. XIV, 2. [57] Matth. III, 3.

(*l*) *Πότερον καθ' ὑπόστασιν τοπικήν.* Crebra Marco ὑπόστασις vox, et ὑποστατικόν, pro eo quod est vere natura exsistens, et prout distinguitur ab eo, quod mente consideratur, subtilique cogitatu distinguitur. Sicque mansiones probabilius docet, non vera locorum distantia, sed ipsa gloriæ qualitate et quantitate, seu perfectione discerni. At ne hic quidem omisit Picus suos spargere furfures, laborante ei textu, quem tamen facile fuit sanare, qualem ex Maximo repræsentamus, τῆς ἰδιαζούσης πνευματικῆς ποιότητά τε καὶ ποσότητα. Quis enim non videat leg. ποιότητός τε καὶ ποσότητος? Reddit itaque, *An secundum intellectionem, hypostasi spiritali*, etc. Quæ enim hæc *spiritalis hypostasis*, et unde petita? Quibus Marco verbis expressa?

(*m*) *Οὐκ ἔστιν χρονικῆς συστολῆς.* Eadem sententia Marci sub initium libri *De pœnit.* ex quo potuit Maximus mutuari. Οὐ πάντως χρονικὴν εἰρηκὼς ἐγγύτητα τῆς βασιλείας, inquit, ὡς ἐνεστῶσ ἐπικειμένην τῷ κόσμῳ· ἀλλ' εἰδὼς τὸν ἑαυτοῦ λόγον, καὶ βασιλείας καὶ μετανοίας δύναμιν ἔχοντα· « Μετανοεῖτε, φησίν· ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν· » *Haud prorsus jam tempore propinquum, velut ipsum mundo proxime imminens, regnum dicens; sed qui sciret sermonem suum atque doctrinam, regni vim habere ac pœnitentiæ.*

Digitized by Google

αὐτῆς κατὰ διάθεσιν σχέσεώς ἐστιν· Ἡ γὰρ βασιλεία τοῦ Θεοῦ, φησίν, ἐντὸς ὑμῶν ἐστιν. A

ιβ'. Ἡ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς βασιλεία, δυνάμει μὲν ἐν πᾶσί ἐστιν τοῖς πιστεύουσιν· ἐνεργείᾳ δὲ ἐν τοῖς ἀποθεμένοις διόλου διαθέσεως πᾶσαν τὴν κατὰ φύσιν ψυχῆς τε καὶ σώματος ζωὴν, καὶ μόνην κτησαμένοις τὴν τοῦ πνεύματος, καὶ δυναμένοις λέγειν· Ζῶ δὲ, οὐκέτι ἐγὼ, ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ Χριστός.

ιγ'. Τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν εἶναί τινες λέγουσι, τὴν ἐν οὐρανοῖς τῶν ἀξίων διαγωγήν· ἕτεροι δὲ, τὴν ὁμοίαν τοῖς ἀγγέλοις τῶν σωζομένων κατάστασιν· ἄλλοι δὲ, τὸ εἶδος αὐτὸ τῆς θείκης ὡραιότητος τῶν φορεσάντων τὴν εἰκόνα τοῦ Ἐπουρανίου. Συνᾴδουσι δὲ τῇ ἀληθείᾳ, κατὰ τὸ ἐμοὶ δοκοῦν, καὶ B αἱ τρεῖς περὶ τούτου δόξαι. Πᾶσι γὰρ κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς ἐν αὐτοῖς κατὰ ποιόν τε καὶ ποσὸν δικαιοσύνης, ἡ μέλλουσα δίδοται χάρις.

ιδ'. Ἕως ὅτου κατὰ τὴν πρακτικὴν φιλοσοφίαν, ἀνδρικῶς τοὺς θείους διεξέρχεταί τις ἀγῶνας· τὸν διὰ τῶν ἐντολῶν ἐξελθόντα παρὰ τοῦ Πατρὸς εἰς τὸν κόσμον, παρ' ἑαυτῷ κατέχει Λόγον. Ἐπειδὰν δὲ τῶν κατὰ τὴν πρᾶξιν πρὸς τὰ πάθη παλαισμάτων ἀφέμενος, ὡς νικητὴς παθῶν καὶ δαιμόνων ἀποφανθείς, πρὸς τὴν διὰ θεωρίας γνωστικὴν μετέλθῃ φιλοσοφίαν, συγχωρεῖ τῷ Λόγῳ μυστικῶς ἀφεῖναι πάλιν τὸν κόσμον, καὶ πορευθῆναι πρὸς τὸν Πατέρα. Διό φησιν ὁ Κύριος τοῖς μαθηταῖς, ὅτι Ὑμεῖς ἐμὲ πεφιλήκατε, καὶ πεπιστεύκατε ὅτι ἐγὼ παρὰ τοῦ Θεοῦ ἐξῆλθον. Ἐξῆλθον παρὰ τοῦ Πατρὸς, καὶ ἐλήλυθα εἰς τὸν κόσμον· πάλιν ἀφίημι τὸν κόσμον, καὶ πορεύομαι πρὸς τὸν Πατέρα· κόσμον εἰπὼν τυχὸν, τὴν κατὰ τὴν πρᾶξιν τῶν ἀρετῶν ἐπίπονον ἐργασίαν· Πατέρα δὲ, τὴν κατὰ νοῦν ὑπερκόσμιον καὶ παντὸς ἐλευθέραν ὑλικοῦ φρονήματος κατάστασιν· καθ' ἣν ἐν ἡμῖν ὁ τοῦ Θεοῦ γίνεται Λόγος, τῆς πρὸς τὰ πάθη καὶ τοὺς δαίμονας μάχης παυόμενος.

ιε'. Ὁ δυνηθεὶς νεκρῶσαι διὰ πράξεως τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ νικῆσαι διὰ τοῦ Λόγου τῶν ἐντολῶν τὸν ἐν αὐτῷ τῶν παθῶν κόσμον, οὐδεμίαν ἕξει λοιπὸν θλῖψιν· τὸν κόσμον ἐάσας ἤδη, καὶ ἐν Χριστῷ γεγεννημένος, τῷ τὸν κόσμον νικήσαντι τῶν παθῶν, καὶ πάσης εἰρήνης χορηγῷ. Ὁ γὰρ τὴν προσπάθειαν τῶν ὑλικῶν μὴ ἀφείς, διὰ παντὸς θλῖψιν ἕξει· τοῖς κατὰ φύσιν ἀλλοιουμένοις τὴν γνώμην συναλλοιούμενος. Ὁ δὲ γενόμενος ἐν Χριστῷ, κατ' οὐδένα λόγον αἰσθήσεται τῆς οἱασοῦν ὑλικῆς μεταπτώσεως. Διό φησιν ὁ Κύριος· Ταῦτα λελάληκα ὑμῖν, ἵνα ἐν ἐμοὶ εἰρήνην ἔχητε. Ἐν τῷ κόσμῳ θλῖψιν ἕξετε· ἀλλὰ θαρσεῖτε, ἐγὼ νενίκηκα τὸν κόσμον. Τουτέστιν, Ἐν ἐμοὶ τῷ Λόγῳ τῆς ἀρετῆς, εἰρήνην ἔχετε· ἀπηλλαγμένοι τῆς τῶν ὑλικῶν παθῶν τε καὶ πραγμάτων στροβώσεώς τε καὶ ταραχῆς· ἐν δὲ τῷ κόσμῳ, τουτέστιν ἐν τῇ προσπαθείᾳ τῶν ὑλικῶν, θλῖψιν, διὰ τὴν αὐτῶν ἀλλεπάλληλον μετά-

illic [58]; sed ut eorum, qui illo digni sunt, ad ipsum affectus necessitudo significetur. *Regnum* enim *Dei*, inquit, *intra vos est* [59].

92. Dei ac Patris regnum, potentia **509** quidem in cunctis fidelibus est; actu vero, in illis qui naturali omni animi corporisque vita affectu omni abjecta, spiritalem duntaxat nacti sunt; possuntque dicere: *Vivo ego; jam non ego: vivit autem in me Christus* [60].

93. Regnum cœlorum quidam esse dicunt, quam in cœlis digni atque electi vitæ rationem agunt; alii, eorum qui salutem consequuntur angelis parem statum; alii denique, ipsam formam divinæ pulchritudinis, eorum, qui Cœlestis imaginem portant [61]. Consentiunt autem, ut quidem existimo, consonantque veritati tres illæ sententiæ. Cunctis enim, pro rata justitiæ, qua quisque præditus est, qualitate ac quantitate, futuræ munus gratiæ confertur.

94. Quandiu quis per philosophiam actioni studentem, divina strenue certamina gerit, eum, qui a Patre exivit per præcepta, et venit in mundum, apud se Sermonem detinet. Ubi autem actionis adversus affectus vitiaque lucta solutus, velut eorum atque dæmonum victor renuntiatus, per contemplationem ad doctam ac sapientem philosophiam animum transtulerit, Sermoni, ut iterum mundum relinquat, et vadat ad Patrem, permittit. Idcirco namque ait Dominus discipulis: *Vos me amastis, et credidistis quia a Deo exivi. Exivi a Patre, et veni in mundum: iterum relinquo mundum, et vado ad Patrem* [62]: mundum forte appellans, operosam actionis cultu virtutum functionem; Patrem vero, statum mentis mundo celsiorem, et ab omni terreno sensu liberum: qualem in nobis Dei Sermo sortitur, a pugna adversus affectus vitiaque atque dæmones nactus requiem.

95. Qui actionis cultu, membra quæ sunt super terram mortificare valuit [63], Sermonisque mandatorum ope atque vi, affectuum vitiorumque in ipso mundum vincere potuit, nullam deinceps pressuram habebit, qui, relicto jam mundo, ut sit in Christo mundi affectuum vitiorum victore ac pacis omnis auctore, nactus sit. Qui enim terrenorum affectum ac libidinem non reliquit, semper pressuram habebit; qui nempe una cum illis quæ natura mutantur, ipse perinde alius ex alio mutetur. At, qui nactus est ut sit in Christo, nullam ullo modo ejusmodi casuum mutationumque vicissitudinem **510** sentiet. Idcirco ait Dominus: *Hæc locutus sum vobis, ut in me pacem habeatis. In mundo pressuram habebitis; sed confidite; ego vici mundum* [64]. In me scilicet, qui virtutis Sermo sim atque ratio, pacem habebitis, liberati a terrenorum affectuum rerumque cæca vertigine ac turbatione;

[58] Luc. XVII, 20. [59] Ibid. 21. [60] Galat. II, 20. [61] I Cor. XV, 49. [62] Joan. XVI, 27. [63] Coloss. III, 5. [64] Joan. XVI, 33.

Digitized by Google

in mundo autem, terrenorum scilicet proclivione affectu, pressuram; propter nimirum continuam illorum aliam aliamque mutationem. Uterque namque pressuram habet, tum scilicet qui virtutem colit, ob conjunctum ei laborem; tum qui mundum diligit, quod terrenis plerumque frustrari contingat: atque illius quidem salubris pressura; hujus autem, plane noxia et exitiosa. Ac vero Dominus utrumque labore levat ac reficit; alterum quidem, quod in se ipse virtutis labores contemplationis otio per imperturbationem cessare faciat; alterum vero, quod libidinosiorem ad res corruptioni obnoxias affectum, pœnitentia auferat.

πτώσιν. Θλίψιν γὰρ ἔχουσι ἀμφότεροι, καὶ ὁ πρᾶττων τὴν ἀρετὴν, διὰ τὸν αὐτῇ συνημμένον πόνον· καὶ ὁ τὸν κόσμον ἀγαπῶν· διὰ τὴν τῶν ὑλικῶν ἀποτυχίαν· ἀλλ' ὁ μὲν, θλῖψιν σωτήριον· ὁ δὲ, φθαρτικὴν καὶ ὀλέθριον. Ἀμφοτέρων δὲ ἐστιν ὁ Κύριος ἄνεσις· τοῦ μὲν, καταπαύων ἐν ἑαυτῷ κατὰ τὴν θεωρίαν δι' ἀπαθείας τοὺς πόνους τῶν ἀρετῶν· τοῦ δὲ, τὴν πρὸς τὰ φθειρόμενα σχετικὴν προσπάθειαν διὰ τῆς μετανοίας ἀφαιρούμενος.

96. Quæ in titulo præscripta erat Salvatoris causa; eum qui cruci affixus erat, studentis actioni, naturalis ac divinæ philosophiæ Regem ac Dominum liquido ostendebat. Ait enim Scriptura, fuisse Latine, Græce et Hebraice scriptum [65]. Intelligo autem quod Latine scriptus titulus erat, actioni studentem philosophiam, quod scilicet regnum Romanorum ex Danielis sententia [66], universis regnis terræ fortius esse compertum sit; fortitudo autem, si quid aliud, actionem colenti philosophiæ propria exsistit. Quod autem Græce, naturalem speculationem, quod nimirum Græcorum gens supra reliquos mortales naturali philosophiæ maxime operam navaverit. Quod vero Hebraice, divinam illam abstrusiorem doctrinam, quod olim palam Hebræorum populus avita pietate Dei cultor exstiterit.

ις'. Ἡ ἐν τῷ τίτλῳ προγραφὴ τῆς τοῦ Σωτῆρος αἰτίας, πρακτικῆς καὶ φυσικῆς καὶ θεολογικῆς φιλοσοφίας ὄντα Βασιλέα τὸν σταυρωθέντα σαφῶς καὶ Κύριον ἔδειξε. Ῥωμαϊστὶ γὰρ, καὶ Ἑλληνιστὶ, καὶ Ἑβραϊστὶ φησιν ἀναγεγράφθαι τὸ λόγιον. Νοῶ δὲ, διὰ μὲν τοῦ Ῥωμαϊστὶ, τὴν πρακτικήν· ὡς τῆς Ῥωμαίων βασιλείας κατὰ τὸν Δανιὴλ ὁριοθείσης εἶναι πασῶν ἀνδρικωτέρας τῶν ἐπὶ γῆς βασιλειῶν· πρακτικῆς δὲ ἴδιον, εἴπερ τι ἄλλο, ἡ ἀνδρεία. Διὰ δὲ τοῦ Ἑλληνιστὶ, τὴν φυσικὴν θεωρίαν· ὡς μᾶλλον τοῦ Ἑλλήνων ἔθνους παρὰ τοὺς λοιποὺς ἀνθρώπους, τῇ φυσικῇ σχολάσαντος φιλοσοφίᾳ. Διὰ δὲ τοῦ Ἑβραϊστὶ, τὴν θεολογικὴν μυσταγωγίαν· ὡς τοῦ ἔθνους τούτου πρόδηλος ἀνέκαθεν τῷ Θεῷ τῶν πατέρας ἀνατεθέντος.

97. Operæ pretium est, ut nedum corporalia vitia affectusque necemus, verum etiam libidinosas animi cogitationes perdamus, pro illius sancti more, qui ait: *In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, ut disperderem de civitate Domini omnes operantes iniquitatem* [67]; tum scilicet corporis vitio, tum inique agentes animi cogitationes.

ιζ'. Δεῖ μὴ μόνον ἡμᾶς εἶναι παθῶν σωματικῶν φονευτὰς, ἀλλὰ καὶ τῶν κατὰ ψυχὴν ἐμπαθῶν λογισμῶν ὀλετῆρας, κατὰ τὸν λέγοντα ἅγιον· Εἰς τὰς πρωΐας ἀπέκτεινον πάντας τοὺς ἁμαρτωλοὺς τῆς γῆς· τοῦ ἐξολοθρεῦσαι ἐκ πόλεως Κυρίου πάντας τοὺς ἐργαζομένους τὴν ἀνομίαν· τουτέστι, τὰ τοῦ σώματος πάθη, καὶ τῆς ψυχῆς τοὺς ἀνομοῦντας λογισμούς.

98. Qui viam virtutum, nihil in alterutram partem declinando, pia rectaque **511** scientia comite, illæsam integramque servaverit, Dei ad se adventum imperturbationis animique tranquillitatis munere intelliget. Ait enim: *Psallam et intelligam in via immaculata, quando venies ad me* [68]. Psalmus enim studiosam exque virtutis ratione actionem significat; intelligentia vero, quæ a virtute accedit sapientiæ radiis nitentem scientiam: qua divinum persentiscit adventum, qui virtutum cultu pervigil ac strenuus Dominum suum exspectat.

ιη'. Ὁ τὴν ὁδὸν τῶν ἀρετῶν χωρὶς τῆς ἐφ' ἑκάτερα ροπῆς μετ' εὐσεβοῦς καὶ ὀρθῆς γνώσεως συντηρήσας ἀλώβητον, εἴσεται τὴν γενομένην πρὸς αὐτὸν τοῦ Θεοῦ διὰ τῆς ἀπαθείας παρουσίαν. Ψαλῶ γάρ, καὶ συνήσω ἐν ὁδῷ ἀμώμῳ, πότε ἥξεις πρός με. Ὁ γὰρ ψαλμὸς τὴν ἐνάρετον πρᾶξιν δηλοῖ· ἡ δὲ σύνεσις, τὴν ἐπ' ἀρετῇ γνωστικὴν ἐπιστήμην· καθ' ἣν τῆς θείας αἰσθάνεται παρουσίας, ὁ δ' ἀγρυπνίας τῶν ἀρετῶν προσδεχόμενος τὸν Κύριον αὐτοῦ.

99. Haud par est, ut qui novitius ac tiro ad pietatem inducitur, sola bonitate ad mandata actu exsequenda ducatur; sed ut etiam divinorum judiciorum memor, severiore cultu ac disciplina, certamine crebrius defungatur; ut nedum divina desiderio amet, sed et metu a vitiis temperet: *Misericordiam enim et judicium cantabo tibi, Domine* [69]; ut amore gaudens Deum alloquatur, et ad laudis canticum timore duratus contendat.

ιθ'. Οὐ δεῖ τὸν εἰσαγόμενον εἰς εὐσέβειαν, διὰ μόνης ἄγεσθαι χρηστότητος πρὸς τὴν πρᾶξιν τῶν ἐντολῶν, ἀλλὰ μὴν καὶ τῇ μνήμῃ τῶν Θείων δικαιωμάτων, δι' ἀποτομίας συχνότερον αὐτὸν ἀγωνίζεσθαι· ἐφ' ᾧ μὴ μόνον κόθῳ τῶν θείων ἐρᾷν, ἀλλὰ καὶ φόβῳ τῆς κακίας ἀπέχεσθαι· Ἔλεον γὰρ καὶ κρίσιν ᾄσομαί σοι, Κύριε· ἵνα καὶ ἀΰδῃ τῷ Θεῷ κατὰ πόθον τερπόμενος, καὶ εὐτονῇ πρὸς τὸ ᾄσμα, τῷ φόβῳ στομούμενος.

100. Qui virtutis ac scientiæ cultu corpus animo

ρ'. Ὁ δι' ἀρετῆς καὶ γνώσεως ὁρμισάμενος τὸ

[65] Joan. xix, 20. [66] Dan. viii, 5. [67] Psal. c, 8. [68] ibid. 2. [69] ibid. 1.

Digitized by Google

σῶμα πρὸς τὴν ψυχὴν, γέγονε κιθάρα Θεοῦ καὶ αὐλὸς καὶ ναός. Κιθάρα μὲν, ὡς καλῶς φυλάξας τὴν τῶν ἀρετῶν ἁρμονίαν· αὐλὸς δὲ, ὡς διὰ τῶν θείων θεωρημάτων εἰσδεχόμενος τὴν τοῦ Πνεύματος ἔμπνευσιν· ναὸς δὲ, ὡς διὰ τὴν κατὰ νοῦν καθαρότητα, τοῦ Λόγου γεγονὼς κατοικητήριον.

A concinne aptavit, Dei cithara tibiaque ac templum evasit. Cithara quidem, ut qui virtutis concentum præclare servarit : tibia autem, ut qui per divina sensa, Spiritus in se afflatum recipiat; templum vero, ut qui ob mentis puritatem Verbi habitaculum factus sit.

ΑΝΕΠΙΓΡΑΦΟΥ ΣΧΟΛΙΑ*.

INCERTI AUCTORIS SCHOLIA.

α'. Οὐχ ὡς ἐπιτυγχανόντων τινῶν τῶν πρὸς ἐπίδειξιν ἐφιεμένων, ὁ λόγος, ἀλλ' ὡς πάντως ἀποτυγχανόντων. Διὰ δὲ τοῦ, *Ἔν τινι τῶν ὁμόρων ποιείτω*, καὶ τὰ ἑξῆς, σημαίνει, τὸ μὴ ἐπιγίνεσθαί τινι γνῶσιν τὴν ἀληθῆ, εἰ μὴ διὰ πόνων σωματικῶν, ἤγουν, δι' ἐγκρατείας καὶ ἀγάπης, δι' ὧν ἡ κάθαρσις τῇ ψυχῇ· *Μακάριοι γὰρ*, φησὶν, *οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται.*

1. Non quasi aliqui, eorum, qui ostentationis causa expetunt, compotes fiant, ita loquitur, sed velut nulli prorsus fiant. Dicendo autem, *In vicinia quadam seu confinio*, etc., significat, nemini contingere ut veram acquirat scientiam, quin corporalibus laboribus (continentia scilicet et charitate, B quibus emundatur animus) fungatur. *Beati* enim, inquit, *mundo corde*, *quoniam ipsi Deum videbunt*[70].

β'. Τούτοις μάλιστα ἐλεγχόμεθα, τὴν φιλαργυρίαν νοσοῦντες, καὶ τῷ μαμωνᾷ καταθύοντες.

2. His maxime convincimur, laborare nos avaritiæ morbo, ac mammonæ sacrificare.

γ'. Καὶ ταῦτα κατὰ τῶν Εἰκονομάχων ἄντικρυς. Ὅρα δὲ ὅτι γνῶσις ἡ ἐνταῦθα λέγεται μερική· ἡ δὲ τοῦ Θεοῦ σοφία, ὅλη ἐν τῷ κόσμῳ ἐστὶ, καθ' ὃ Θεολόγος φησίν· *Ἐν τῷ κόσμῳ γὰρ ἦν, καὶ κόσμος δι' αὐτοῦ ἐγένετο.*

3. Hæc quoque palam contra Iconomachos. Observa autem. quæ hujus ævi est, scientiam, *ex parte* dici : Dei autem sapientia, tota in mundo est, quemadmodum dicit Theologus : *In mundo* enim *erat*, *et mundus per ipsum factus est*[71].

δ'. Ἔτι καὶ ἡμῶν ἕκαστος τοῖς αἰσθητοῖς προσκείμενος ἐξ ἀγνοίας, τὸν Καίσαρα βασιλέα ἐπιγράφεται· καὶ τῷ Πιλάτῳ, τῇ αἰσθήσει, προδίδωσι τὸν Λόγον εἰς θάνατον. Πάντως δὲ μετὰ Καίσαρος καὶ τῷ Ἡρῴδῃ ὑπόκειται, ὁ κατ' ἐνέργειαν C ἁμαρτάνων, καὶ ἐν ἕξει γενόμενος τοῦ κακοῦ. Ἰουδαῖός ἐστι τὴν ἀρετὴν προδιδοὺς τῇ ἕξει τῆς κακίας ὑποχείριον· καὶ τὴν μὲν τοῦ Θεοῦ βασιλείαν ἀρνούμενος, τοῦ διαβόλου δὲ τῇ τυραννίδι προσκείμενος.

4. Adhuc etiam quisque nostrum ex ignorantia terrenis addicitur, Cæsarem sibi regem asciscit, ac Pilato (id est, sensui) Sermonem neci tradendum prodit. Prorsus vero, cum Cæsare etiam Herodi subjectus est, qui opere peccat et in mali habitu versatur. Judæus est, qui virtutem habitui vitii mancipatam prodit; Dei quidem abnegans regnum, diaboli vero tyrannidis devotus cultor.

ε'. Ὅτι ἐκ τῆς τοῦ Θεοῦ ἀγνοίας, ἡ φιλαυτία καὶ τὸ γαστρίμαργον· δι' ἃ τὴν σάρκα καὶ τὸν κόσμον εὐθὺς ἠγαπήσαμεν· καὶ εἰ μὴ τούτων ἔξω γενώμεθα διὰ τῆς πρὸς Θεὸν ἀγάπης, τῆς εἰς τὸν πλησίον διὰ τῆς φυλακῆς τῶν ἐντολῶν ἐνεργουμένης, ἄλλως· ἄτρεπτοι μένειν ἐν τῷ καλῷ οὐ δυνάμεθα.

5. Ex Dei ignorantia provenit cæcus corporis amor et gula; quorum gratia statim carnem mundumque dileximus. Ac nisi Dei charitate illis excesserimus, quæ videlicet ipsa mandatorum observatione erga proximum efficax sit, ut in bono immobiles persistamus, haudquaquam fieri possit.

ς'. Πάροικοι πάντες οἱ ἅγιοι, ὡς ἐν ἐσόπτροις καὶ αἰνίγμασι βλέποντες τὴν ἀλήθειαν. Οἱ δὲ Εἰκονομάχοι μὴ παραδεχόμενοι κατιδεῖν ἐν ἐσόπτροις, παντάπασι τῆς ἀληθείας ἀποπεπτώκασι.

512 6. Sancti omnes incolæ sunt et peregrini, ut qui veritatem in speculis videant et ænigmatis (obscuris scilicet repræsentationibus). Iconomachi vero, qui non sustineant in speculis videre, a veritate D prorsus exciderunt.

ζ'. *Ὁ Θεὸς ἔστη ἐν συναγωγῇ θεῶν.* Καὶ ὅρα τὴν δύναμιν τῶν ἀγγέλων· καὶ ὅτι ὁ μὴ πιστεύων χρῆναι πρὸς τὴν κεφαλὴν συνῆφθαι τὰ μέλη, ἄπιστός ἐστι, καὶ ἐντεῦθεν ἤδη κέκριται.

7. *Deus stetit in synagoga deorum*[72]. Ac vide angelorum potentiam; itemque, qui non credit necesse esse ut membra conjungantur cum capite, infidelem, eoque nomine jam judicatum, esse.

η'. Τίς οἰκεῖ τῶν Χαλδαίων τὴν γῆν· τίς τὴν Χαρρὰν τῆς Μεσοποταμίας; Τίς πρὸς τὴν γῆν μετάγεται τὴν ἀγαθὴν, ἣν ἐπαγγέλλεται δώσειν τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν ὁ Θεός;

8. Quisnam habitet terram Chaldæorum; quisnam vero Charrhan Mesopotamiæ? Quis transferatur in terram bonam, quam Deus se daturum pollicitus est, his qui diligunt?

θ'. *Fr.* Ὅτι καὶ πάλαι πρὸ τῆς ἐπιδημίας, καὶ νῦν μετὰ τὴν ἐπιδημίαν, νοητῶς ἐν ἡμῖν ἐνδημεῖ ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, κρυφίως ἀναφέρων πρὸς τὰ θειότερα.

9. Olim quoque ante adventum, nuncque adeo post ipsum, advenire ad nos spiritaliter Dei Verbum, occultis augmentis provehens ad ea quæ diviniora sunt.

[70] Matth. v, 8. [71] Joan. i, 10. [72] Psal. LXXXI, 1.

* *Ex V. Cl. Raphaelis Dufrenii cod., nunc Regio.*

Digitized by Google

10. Nos quoque velut illi, negligendo divinam scientiam, in passionum, seu vitiorum, servitutem trahimur. Supremam enim Israel captivitatem sustinuit, quo furore ac rabie in Christum bacchatus est.

ι'. Ὅτι καὶ ἡμεῖς ἀμελοῦντες τῆς θείας γνώσεως, ὡς ἐκεῖνοι πρὸς δουλείαν παθῶν καθελκόμεθα. Τὴν τελευταίαν γὰρ Ἰσραὴλ αἰχμαλωσίαν, κατὰ Χριστοῦ λυττήσας, ὑπέστη.

11. Omnis sanctus rufus est cum venustate oculorum, hoc est, actuosa scientia magnifice prædi tus.

ια'. Ὅτι πᾶς ἅγιος, πυρράκης ἐστὶ μετὰ κάλλους ὀφθαλμῶν, ἤτοι, τὴν ἐμπρακτον γνῶσιν πλουτῶν.

12. Et tunc temporis, superioribusque temporibus, hactenusque ita contingit. Non enim aliter animus ipse sponte ad affectus vitiaque transeat, quin rationis absentia quidpiam agere statuat.

ιβ'. Καὶ τότε, καὶ πρότερον, καὶ μέχρι σήμερον οὕτω γίνεται. Ἄλλως γὰρ πρὸς τὰ πάθη ὁ νοῦς οὐκ αὐτομολεῖ, εἰ μὴ τοῦ λόγου δίχα πράττειν τι βούλοιτο.

MONITUM

AD MAXIMI QUINQUIES CENTENA CAPITA.

Edidit Picus, classium inquisitoriarum in senatu Parisiensi præses : vir quidem probus et doctus, sed pro sæculari militia non sic in theologicis versatus, ut videntur exigere hæc Maximi capita, in quibus, ut in reliquis, maximus ipse elucet theologus. Nec mihi ejus admodum probata cautio, qua lectorem monet, *ne ejus revocent animum a lectione, perpauca quædam subobscura capitula, initio primæ centuriæ posita, quæ ad Opt. Max. Trinitatem pertinent. His enim trajectis, subsequuntur ea, quæ tibi legenti futura sint longe gratissima.* Nec enim Maximus, in iis quæ de Trinitate prosequitur in his capitibus, obscurior est, aut minus gratus legentibus, quam in reliquis, si modo sermonibus de Deo et theologia sint assueti, nec in eis prorsus hospites. Mira enim perspicuitate et solertia omnia tractat, uti etiam Photius de quater centenis capitibus operis inscripti *De charitate*, advertit. Nam istud non relegit; ut non omnia in ejus manus venerunt. Quod monet idem, τὸ, οἰκονομικά, *intelligenda quæ pertinent ad divinam dispensationem, quia hic nihil de re familiari* : recte id quidem; nisi quod superflue. Quis enim cum οἰκονομικὰ juncta θεολογικοῖς audit, quæ sint rei familiaris cogitat, et non quæ sint mysterii Christi, ejusque in carne dispensationis; quam sic proclive Græci theologi οἰκονομίαν vocant? Laborat editis titulus, et quod deest copulativa, ante περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας · quasi idem Maximo sint capita theologica et œconomica, et quæ tractant de virtute et vitio, quod longe a vero abest, ejusque mente. Aliam ergo materiam seu subjectum horum capitum hæc indicant; ut in illis, quædam ad Deum, quædam ad Christum, quædam ad mores instituendos, atque adeo ad virtutem vitiumque pertineant : quod sic optime declarat particula καὶ ex mss. codd. restituta. Ex quibus etiam removendam putavi particulam, καὶ μάρτυρος, undecunque illam Picus habuerit : sic enim magis planus titulus, et ex aliorum more, quamvis non ignorem quandoque etiam μάρτυρα dici Maximum : crebrius tamen ὁμολογητήν, quod citra mortem gravissima fidei causa passus sit, ac demum ærumnis confectus in exsilio vitam finierit.

Digitized by Google

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΚΑΙ ΔΙΔΑΣΚΑΛΟΥ

ΜΑΞΙΜΟΥ ΤΟΥ ΟΜΟΛΟΓΗΤΟΥ

ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΔΙΑΦΟΡΑ ΘΕΟΛΟΓΙΚΑ ΤΕ ΚΑΙ ΟΙΚΟΝΟΜΙΚΑ

Καὶ περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας.

SANCTI PATRIS NOSTRI ATQUE MAGISTRI,

MAXIMI CONFESSORIS

DIVERSA CAPITA AD THEOLOGIAM ET ŒCONOMIAM SPECTANTIA

DEQUE VIRTUTE AC VITIO.

ΕΚΑΤΟΝΤΑΣ ΠΡΩΤΗ.

α'. Ἓν ἐστι τὸ ὑπεράναρχον καὶ ὑπερούσιον ἀγαθὸν, ἡ ἁγία τρισυπόστατος Μονὰς, Πατὴρ καὶ Υἱὸς καὶ ἅγιον Πνεῦμα· τριῶν ἀπείρων ἄπειρος συμφυΐα· τόν τε τοῦ εἶναι, καὶ πῶς, καὶ τί, καὶ ποῖον εἶναι, λόγον πάμπαν τοῖς οὖσιν ἄβατον ἔχουσα. Πᾶσαν γὰρ διαφεύγει νόησιν τῶν νοούντων, τῆς κατὰ φύσιν οὐδαμῶς κρυφίας ἐνδότητος ἐξιοῦσα, καὶ πάσης πασῶν γνώσεων ἀπείρως ὑπερεκτείνεται γνώσεως.

β'. Τὸ κατ' οὐσίαν κυρίως ὂν ἀγαθὸν, ἐστὶ τὸ μήτε ἀρχὴν, μήτε τέλος, μήτε αἰτίαν τοῦ εἶναι, μήτε τὴν οἱανοῦν κατὰ τὸ εἶναι πρὸς αἰτίαν τινὰ κίνησιν ἔχον (a). Τὸ δὲ μὴ οὕτως ἔχον, οὐδὲ κυρίως ὄν, ὡς ἀρχὴν καὶ τέλος καὶ αἰτίαν τοῦ εἶναι, καὶ τὴν κατὰ τὸ εἶναι πρὸς αἰτίαν τινὰ κίνησιν ἔχον. Τὸ δὲ κυρίως οὐκ ὄν, κἂν εἶναι λέγηται, κατὰ μέθεξιν βουλήσει τοῦ κυρίως ὄντος, καὶ ἔστι καὶ λέγεται.

γ'. Εἰ Λόγος προκαθηγεῖται τῆς τῶν ὄντων γενέσεως, οὔτε ἦν, οὔτε ἔστιν, οὔτε ἔσται τοῦ Λόγου λόγος ἀνώτερος. Λόγος δὲ, οὐκ ἄνους ἢ ζωῆς ἄμοιρος· ἀλλ' ἔννους καὶ ζῶν, ὡς γεννῶντα Νοῦν ἔχων

CENTENA PRIMA CAPITA.

1. Unum est bonum præternum et supersubstantiale, sancta trine subsistens Unitas, Pater, Filius et Spiritus sanctus; trium infinitorum infinita paris naturæ conjunctio : cujus ratio, qua est, et quomodo, quidve ac qualis est, inaccessa prorsus rebus est. Omnem enim mentium intelligentiam fugit, cum naturali suo arcano, et (ut sic dicam) intimitate non exeat, omnemque omnium scientiarum scientiam infinite supereícedat.

2. Quod vere secundum essentiam bonum est, hoc est, quod neque principium neque finem, neque causam ut sit, nec vero ullum, essendi ratione, ad causam **513** aliquam motum habet. Quod autem non ita se habet, neque vere ac proprie est; quippe quod principium et finem, ejusque quod est esse, causam, et ad causam, eo quod est, motum quemdam habet. Quod autem non vere ac proprie est, quanquam esse dicatur. per participationem, et est et dicitur esse, ejus voluntate quod vere ac proprie est.

3. Cum Verbum rerum creationi præeat, neque erat, neque est, autve erit verbum Verbo anterius. Verbum autem est, non mentis, aut vitæ expers, sed quod mente polleat ac vivat; quippe cum gi-

(a) *Πρὸς αἰτίαν τινὰ κίνησιν ἔχον.* Speetat hoc præcipue ad causam quæ finis est, ad quam movetur, quod ex illa ut efficiente, est. Nec bene Picus expressit, *Ad ullam prorsus causam refertur*; cum referri ad causam etiam dicatur, quod ad eam ut auctorem quovis modo suam refert originem, etiamsi ad eam non moveatur; ut in divinis, Filius ad Patrem ut αἰτίαν refertur (uti Græcis loqui moris est), non tamen ad ipsum moveri seu motum habere, ut πρὸς αἰτίαν (*tanquam scilicet ad finem*) ulli eorum ac Catholici dicant; quod non sit propter finem, sed ipse cum Patre, et Spiritu sancto unus sit omnium finis, quod una bonitas, uti et natura : idcirco dictus Greg. Theologo atque Maximo, propter se, ἀναίτιος· *nullam causam aut finem habens*, qui propter nos, δι' αἰτίαν· *propter causam* est, qua scilicet homo factus est. Castigatius ergo in theologia loquendum, ne quid inde nedum obscuritatis, sed et erroris theologorum castigatissimo Maximo, in suis de theologia accedat.

Digitized by Google

gnentem Mentem essentialiter subsistentem, Patrem habeat, Vitamque essentialiter subsistentem Spiritum sanctum, quæ illi coexsistat.

4. Unus Deus, unius Filii genitor, Pater, uniusque Spiritus sancti fons : unitas inconfusa ac Trinitas indivisa : Mens, principii expers, sola solius absque principio æternumque essentialiter exsistentis Verbi Parens, soliusque sempiternæ Vitæ (id est, Spiritus sancti) fons.

5. Unus Deus, quod una Deitas. Unitas principii expers, simplexque et superessentialis : nullarum ipsa partium ac individua; eadem unitas et Trinitas, etc.

6. Cum omnis participatio ante animo concipiatur, quam ea quæ participant; plane nimirum rerum ipse auctor ac causa, rebus omnibus omni modo citra omnem comparationem eminet; natura rebus prior exsistens, ac qui illis prior intelligatur: non sicut substantia accidentibus (alioqui Deitas composita probaretur, rerum scilicet substantiam ad suæ substantiæ atque naturæ complementum admittens), sed sicut essentia seu substantia, id quod omni essentia substantiaque eminentius est. Si enim artes, eorum quæ ex ipsis sunt, figuras invenerunt, universalisque natura, eorum species, quæ sub illa continentur; quanto magis Deus rerum substantias ex nihilo condidit, ipse omnem excedens substantiam; ac qui adhuc magis supersubstantiali affirmationi omni infinite eminent : qui utique et artibus solertiam ad figuras adinveniendas conjunxerit, naturæque vim formarum effectricem indiderit, atque ipsum substantiarum esse, quidquid est, produxerit.

7. Qui per essentiam nullo modo rebus participabilis est, secundum alium modum, his, quæ participare valeant, vult participari, 514 ab essentiali arcano suo occultaque ratione nihil prorsus excedit : cum et modus ipse, secundum quem (quod ita velit) participatur, cunctis in perpetuum

Α οὐσιωδῶς ὑφεστῶτα, τὸν Πατέρα· καὶ Ζωὴν ὑφεστῶσαν οὐσιωδῶς συνυπάρχουσαν (b), τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον.

δ'. Εἷς Θεὸς, ἑνὸς Υἱοῦ γεννήτωρ, Πατὴρ, καὶ Πνεύματος ἑνὸς ἁγίου πηγή· μονὰς ἀσύγχυτος, καὶ Τριὰς ἀδιαίρετος· Νοῦς ἄναρχος, μόνου μόνος οὐσιωδῶς ἀνάρχου Λόγου Γεννήτωρ (c)· καὶ μόνης ἀϊδίου Ζωῆς, ἤγουν Πνεύματος ἁγίου, πηγή.

ε'. Εἷς Θεὸς, ὅτι μία Θεότης. Μονὰς ἄναρχος, καὶ ὑπερούσιος, καὶ ἀμερὴς καὶ ἀδιαίρετος· ἡ αὐτὴ μονὰς καὶ Τριὰς, καὶ τὰ ἑξῆς.

ς'. Εἰ πᾶσα μετοχὴ τῶν μετεχόντων προεπινοεῖται· πάντων δηλαδὴ σαφῶς ὑπέρκειται τῶν ὄντων Β ἀσυγκρίτως κατὰ πάντα τρόπον ἡ τῶν ὄντων αἰτία, κατὰ φύσιν προϋπάρχουσά τε καὶ προεπινοουμένη τῶν ὄντων· οὐχ ὡς οὐσία συμβεβηκότων· ἐπεὶ σύνθετον ἀποδειχθήσεται τὸ Θεῖον, εἰς συμπλήρωσιν ἔχον τῆς οἰκείας ὑπάρξεως τὴν τῶν ὄντων ὑπόστασιν· ἀλλ' ὡς οὐσίας, τὸ ὑπερούσιον. Εἰ γὰρ αἱ μὲν τέχναι, τῶν ἐξ αὐτῶν ἐφεῦρον τὰ σχήματα, ἡ δὲ καθόλου φύσις, τὰ εἴδη τῶν ὑπ' αὐτὴν, πολλῷ μᾶλλον ὁ Θεὸς τὰς τῶν ὄντων οὐσίας ἐκ μὴ ὄντων ὑπέστησεν, ὡς ὑπερούσιος, καὶ ἔτι μᾶλλον τῆς καθ' ὑπερουσιότητα θέσεως, ἀπείρως ἐξῃρημένος (d)· ὁ καὶ ταῖς τέχναις συζεύξας πρὸς ἐξεύρεσιν σχημάτων τὰς ἐπιστήμας, καὶ τῇ φύσει δοὺς τὴν ἀπεργαστικὴν τῶν εἰδῶν ἐνέργειαν, καὶ αὐτὸ τὸ εἶναι τῶν οὐσιῶν, ὅπερ ἐστὶν ὑποστησάμενος.

ζ'. Ὁ τοῖς οὖσι μὴ κατ' οὐσίαν ὑπάρχων μεθεκτὸς, C κατ' ἄλλον δὲ τρόπον μετέχεσθαι τοῖς δυναμένοις βουλόμενος, τοῦ κατ' οὐσίαν κρυφίου παντελῶς οὐκ ἐξίσταται· ὁπότε καὶ αὐτὸς ὁ τρόπος, καθ' ὃν θέλων μετέχεται, μένει διηνεκῶς τοῖς πᾶσιν ἀνέκφραντος· οὗτος, ὥσπερ ὁ Θεὸς θέλων μετέχεται, καθ' ὃν οὐ-

(b) *Ζωὴν ὑφεστῶσαν οὐσιωδῶς συνυπάρχουσαν.* Deerat editis illa vox συνυπάρχουσαν, cujus absentia vere obscurum Maximi capitulum reddebat, quasi et istud participium superius positum referret; diceretur que et Vita sic subsistens Verbum gignere, seu aliquid aliud illi præstare, cum ab illo potius accipiat; a quo et procedit, ut una cum Patre ejus principio, ut docet fides catholica. Scite vero Maximus ex discretis seu notionalibus in Deo, probat conjuncta et essentialia : Verbum scilicet mente præditum, quod a Mente essentialiter subsistente (Patre scilicet) nascendo esse habeat; idemque vivere, quod Vitæ essentialiter subsistenti, Spiritui sancto, coexsistat.

(c) *Μόνου μόνος οὐσιωδῶς ἀνάρχου Λόγου γεννήτωρ.* Vox ἄναρχος Græcis dubii sensus, quod et exsistentiam ab æterno ante omnem durationem significet, et quod nullam ab alio originem habet. Sic optime Gregorius Theologus in suis de theologia, primique ratione, etiam ἄναρχον Filium ac Verbum catholice admittit, negatque merito ratione secundi, ut nobis constet μοναρχία ac beatæ Trinitatis unitas, ipsa una relatione ad unum, non quasi sint tria non coordinata. Non bene itaque mihi Picus : *Solus solius origine carentis Verbi secundum substantiam genitor;* quod videtur implicare in adjecto, et negare Verbi nativitatem, quam astruit : quis enim, quove modo genitor, cujus genitura omnis expers originis sit? cum nativitas et gigni, ipsa sit origo seu processio viventis a vivente conjuncto, etc. Non ergo totum sic theologica tractare homini non theologo. De Spiritu sancto quod loquitur Maximus, omnium communiter Græcorum D est : qui tamen caute terminum excludentem solum apponunt processioni Verbi a parte principii, μόνου μόνος Λόγου γεννήτωρ, nunquam vero processioni Spiritus sancti : ut nulla sit nostra, Græcorumque olim discordia, sed quam deinceps animorum contentio invexit, aliis impugnantibus, quod alii explicationis causa addendum sibi indulserunt.

(d) *Καὶ ἔτι μᾶλλον τῆς καθ' ὑπερουσιότητα θέσεως, ἀπείρως ἐξῃρημένος.* Significant hæc divinam eminentiam, separatione ac singularitate supra res omnes, omnemque earum positionem, seu affirmantem conceptum. Id enim illud ἐξῃρημένος, qua voce in hunc sensum sæpius utitur Dionysius. Eminet ergo infinite, ab omnique secretus supersessentiali positione; omni scilicet affirmatione nostra de superessentiali essentia ac natura. Paulo rudius Picus : *Imo potius a thesi substantiam excedat distat infinite.*

Digitized by Google

τὸς οἷδε τρόπον· οὕτω καὶ θέλων ὑπέστησε τὰ μετ- A
έχοντα, καθ' ὃν αὐτὸς ἐπίσταται λόγον, δι' ὑπερβάλλουσαν ἀγαθότητος δύναμιν. Οὐκοῦν τὸ θελήσει τοῦ πεποιηκότος γενόμενον, οὐκ ἂν εἴη ποτὲ θελήσαντι αὐτὸ γενέσθαι, συναΐδιον.

η'. Ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος ἐφάπαξ κατὰ σάρκα γεννηθείς, ἀεὶ γεννᾶται θέλων κατὰ πνεῦμα διὰ φιλανθρωπίαν τοῖς θέλουσι· καὶ γίνεται βρέφος, ἑαυτὸν ἐν ἐκείνοις διαπλάττων ταῖς ἀρεταῖς· καὶ τοσοῦτον φαινόμενος, ὅσον χωρεῖν ἐπίσταται τὸν δεχόμενον· οὐ φθόνῳ σμικρύνων τοῦ οἰκείου μεγέθους τὴν ἔκφανσιν, ἀλλὰ μέτρῳ σταθμίζων τῶν ὁρᾶν ποθούντων τὴν δύναμιν. Οὕτως ἀεὶ καὶ φαινόμενος ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος τοῖς τρόποις τῶν μετόχων, ἀεὶ διαμένει κατὰ τὴν ὑπερβολὴν τοῦ μυστηρίου, τοῖς πᾶσιν ἀθέατος. B
Ὅθεν σοφῶς τοῦ μυστηρίου τὴν δύναμιν διασκοπήσας ὁ θεῖος Ἀπόστολος, φησίν· *Ἰησοῦς Χριστὸς, χθὲς καὶ σήμερον, ὁ αὐτὸς καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας*· εἰδὼς ἀεὶ καινὸν τὸ μυστήριον, καὶ μηδέποτε περιλήψει νοὸς παλαιούμενον.

θ'. Γεννᾶται Χριστὸς ὁ Θεὸς, προσλήψει σαρκὸς ψυχὴν ἐχούσης νοερὰν γενόμενος ἄνθρωπος· ὁ παρασχόμενος τοῖς οὖσιν ἐκ μὴ ὄντων τὴν γένεσιν· ὃν Παρθένος ὑπερφυῶς τεκοῦσα, παρέλυσεν οὐδὲν τῆς παρθενίας τεκμήριον. Ὡς γὰρ αὐτὸς ἄνθρωπος γέγονεν, οὐκ ἀλλοιώσας τὴν φύσιν, οὐδ' ἀμείψας τὴν δύναμιν· οὕτω τὴν τεκοῦσαν καὶ μητέρα ποιεῖ, καὶ παρθένον διατηρεῖ, θαύματι θαῦμα κατὰ ταυτὸ διερμηνεύων ἅμα, καὶ θατέρῳ κρύπτων τὸ ἕτερον. Ἐπειδὴ δι' ἑαυτὸν ὁ Θεὸς ἀεὶ κατ' οὐσίαν ὑπάρχει μυστήριον, τοσοῦτον ἑαυτὸν ἐξάγων τῆς φυσικῆς κρυφιότητος, ὅσον ταύτην πλέον διὰ τῆς ἐκφάνσεως κρυφιωτέραν ἐργάζεσθαι· καὶ τοσοῦτον πάλιν μητέρα τὴν τεκοῦσαν παρθένον ποιούμενος, ὅσον τὴν λύσιν ἄλυτον τῆς παρθενίας δεσμὸν ἀπεργάζεσθαι [unus *Reg.* ἀπεργάσασθαι]

ι'. (e) Καινοτομοῦνται φύσεις, καὶ Θεὸς ἄνθρωπος γίνεται· οὐ μόνον ἡ θεία καὶ σταθερὰ καὶ ἀκίνητος, κινουμένη πρὸς τὴν κινουμένην καὶ ἄστατον, ἵνα στήσῃ τοῦ φέρεσθαι· οὐδὲ μόνον ἡ ἀνθρωπίνη δίχα σπορᾶς ὑπὲρ φύσιν γεωργοῦσα σάρκα τῷ Λόγῳ τελεσφορουμένην, ἵνα στῇ τοῦ φέρεσθαι· ἀλλὰ καὶ ἀστὴρ ἐξ ἀνατολῶν ἐν ἡμέρᾳ φαινόμενος, καὶ τοὺς D
μάγους ὁδηγῶν εἰς τὸν τόπον τῆς τοῦ Λόγου σαρκώσεως, ἵνα δείξῃ μυστικῶς νικῶντα τὴν αἴσθησιν, τὸν ἐν νόμῳ καὶ προφήταις λόγον, καὶ ὁδηγοῦντα τὰ ἔθνη πρὸς τὸ μέγιστον φῶς τῆς ἐπιγνώσεως. Πρὸς γὰρ ἐπίγνωσιν τοῦ σαρκωθέντος Λόγου σαφῶς ὁ νομικός τε καὶ προφητικὸς λόγος, καθάπερ ἀστὴρ εὐσεβῶς κατανοούμενος, ὁδηγεῖ τοὺς κατὰ πρόθεσιν τῇ δυνάμει κεκλημένους τῆς χάριτος.

ια'. Ἐπειδὴ θέλων ἐγὼ, τὴν θείαν ἐντολὴν παρέδην ὁ ἄνθρωπος, καὶ τὸ στερρόν μου τῆς φύσεως, θεότητος ἐλπίδι δελεάσας πρὸς ἡδονὴν κατέσυρεν ὁ

maneat inexplicabilis. Quemadmodum igitur Deus, quod velit, participatur, qua ipse ratione novit : sic et ea quæ participant, excellenti bonitatis potentia, qua novit ratione, voluntate condidit. Igitur quod creantis voluntate factum est, nunquam ei, qui ut fieret voluit, cœternum exstiterit.

8. Dei Verbum, carne semel natum (quæ ejus propensa benignitas, ac humanitas est) his qui velint, semper volens spiritu nascitur ; fitque infans, se in illis virtutibus informans ; ac quo modulo capere novit suscipientem, seipsum manifestat, nulla livoris labe ac invidia, quæ magnitudinis amplitudinem minuens, sed quasi mensura ac modo cupientium videre facultatem explorans, semperque præ mysterii excellentia, cunctis inaspectabilis perinde perseverans. Quamobrem divinus Apostolus mysterii vim sapienter considerans : *Jesus Christus*, inquit, *heri et hodie ; ipse et in sæcula* [1] ; ita nimirum, mysterium semper novum intelligens, nullaque unquam mentis comprehensione consenescens.

9. Nascitur Christus Deus, assumptione carnis anima intelligente præditæ, factus homo ; qui ipse rebus concesserat, ut ex nihilo procederent : quem Virgo altiori supra naturam modo enixa, nullum virginitatis solvit signaculum. Quemadmodum enim factus est homo, nihil in diversum immutata natura, vel commutata potentia ; sic quoque puerperam, et matrem facit, et servat virginem, in eodem simulque, miraculum miraculo exponens, alterumque altero occultans. Deus enim sui ipse ratione essentialiter, semper mysterium est ; tantum naturalis abditi sui latebris seipsum exproducens, quantum sufficiat ut illud ipsum quo explanatur, magis abditum ac occultum fiat ; tantumque rursus puerperam matrem virginem præstans, quantum necesse sit, ut partus, insolubile virginitatis vinculum exsistat.

10. Innovantur naturæ ; Deusque homo fit. Non solum divina stabilisque ac immobilis, ad eam movetur, quæ obnoxia motui ac instabilis est, ut eam a motu sistat ; nec solum humana citra omnem sementem supra naturam, carnem 514 Verbo perfectam exproducit, ut ipsa motu ferri ac jactari desinat : sed et stella ab Oriente interdiu conspicua micat, Magosque ducit quo loco Verbum, assumpta carne jacet [2] ; quo mystice sensu superiorem in lege ac prophetis exstantem ostendat sermonem, gentesque ad maximum agnitionis lumen dirigentem. Plane enim legis sermo ac propheticus, stellæ instar, pie intellectus, eos qui gratiæ vi secundum propositum vocati sunt, ad Verbum incarnatum agnoscendum adducit [3].

11. Quod ego homo divinum mandatum sponte transgressus eram, meæque naturæ soliditatem et robur seu constantiam, diabolus divinitatis spe

[1] Hebr. XIII, 8. [2] Matth. II, 1 seqq. [3] Rom. VIII, 28.

(e) Cf. Greg. Naz. *in diem Christi natalem*.

Digitized by Google

deliniens ad voluptatem detrahebat; qua se mortis auctorem exstitisse gloriabatur, naturæ labe ac interitu gaudens; idcirco Deus fit perfectus homo, nihil eorum quæ erant naturæ, uno duntaxat dempto peccato (quando nec ipsum ex censu naturæ erat) demutans; ut carnis esca objecta, ejus vorandæ insatiabilem draconem, illiquc inhiantem, provocaret; carnis scilicet, quæ illi venenum futura erat, obtentu, deitatis in ea occultæ potentia, ipsum penitus profligans: humanæ vero naturæ remedium foret, ad pristinam eam gratiam instaurans, deitatis itidem in ea potentia. Quemadmodum enim ille, effuso in scientiæ lignum veneno suo, naturam gustu corruperat; sic et ipse Dominicam carnem vorandam præsumens, deitatis in ea virtute, corruptus interituque sublatus est.

A διάβολος, δι' ἧς ὑποστήσας τὸν θάνατον ἡδρύνετο, τρυφῶν τὴν φθορὰν τῆς φύσεως· διὰ τοῦτο γίνεται τέλειος ἄνθρωπος ὁ Θεὸς, μηδὲν παραμείψας τῆς φύσεως, πλὴν τῆς ἁμαρτίας· ἐπεὶ μηδὲ τῆς φύσεως ἦν· ἵνα σαρκὸς προβλήματι δελεάσας, ἐρεθίσῃ τὸν ἄπληστον δράκοντα περιχανόντα τὴν σάρκα καταπιεῖν, γενησομένην αὐτῷ μὲν δηλητήριον, τῇ δυνάμει τῆς ἐν αὐτῇ θεότητος παντελῶς αὐτὸν διαφθείρουσαν· τῇ δὲ φύσει τῶν ἀνθρώπων ἀλεξητήριον, πρὸς τὴν ἐξ ἀρχῆς χάριν δυνάμει τῆς ἐν αὐτῇ θεότητος ἀνακαλουμένην. Ὡς γὰρ αὐτὸς τὸν ἰὸν αὐτοῦ τῆς κακίας τῷ ξύλῳ τῆς γνώσεως ἐγχέας τὴν γευσαμένην διέφθειρε φύσιν, οὕτω καὶ αὐτὸς ἐμφαγεῖν βουληθεὶς τῆς σαρκὸς τοῦ Δεσπότου, τῇ δυνάμει τῆς ἐν αὐτῇ θεότητος διεφθάρη.

B

12. Magnum divinæ incarnationis mysterium, semper mysterium manet; plane scilicet abstrusum: non ea tantum ratione, quod cum pro eorum qui per illud salvandi sunt, facultatis modulo tantisper eluceat, eo quod illius explanatur, majus quid nondum conspectum habet; verum et ipsum quod eluxit, adhuc prorsus occultum manet, nulla utique ratione, sicuti ipsum est, cognitum. Nec cuiquam mirum ac inauditum videatur, id quod dicitur. Deus enim cum sit superessentialis, omnemque superessentialitatem longe excedat, sponte ad essentiam veniens, altiori supra essentiam modo, essentiam induit: unde et hominum causa (humanitate scilicet propensissimus) ex hominum essentia seu natura vere factus homo, modum quo factus est, obscurum **515** semper, et ut explanari non possit, servat ac habet. Altiori quippe, quam pro hominis ratione, homo factus est.

ιβ'. Τὸ μέγα τῆς θείας ἐνανθρωπήσεως μυστήριον, ἀεὶ μένει μυστήριον· οὐ μόνον ὅτι συμμέτρως τῇ δυνάμει τῶν ὑπ' αὐτοῦ σωζομένων ἐκφαινόμενον, ἔχει μεῖζον τοῦ ἐκφανθέντος τὸ μήπω ὁρώμενον, ἀλλ' ὅτι καὶ αὐτὸ τὸ φανὲν, ἔτι μένει πάμπαν ἀπόκρυφον, οὐδενὶ λόγῳ καθὼς ἔστι γινωσκόμενον. Καὶ μή τω δόξῃ παράδοξον τὸ λεγόμενον. Ὁ γὰρ Θεὸς ὑπερούσιος ὤν, καὶ ὑπερουσιότητος ἁπάσης ὑπερανεστηκὼς, εἰς οὐσίαν ἐλθεῖν βουληθεὶς, ὑπερουσίως οὐσιώθη. Διὸ καὶ ὑπὲρ ἀνθρώπων, ὡς φιλάνθρωπος, ἐκ τῆς ἀνθρώπων οὐσίας ἀληθῶς ἄνθρωπος γεγονὼς, τὸν τοῦ πῶς ἄνθρωπος γέγονε τρόπον, μένει διὰ παντὸς ἔχων ἀνέκφαντον· ὑπὲρ ἄνθρωπον (f) γὰρ γέγονεν ἄνθρωπος.

C

13. Expendamus fide comite divinæ incarnationis mysterium, eumque solummodo absque curiositate laudemus ac prædicemus, cui propensa placuit voluntate nostri causa hominem fieri. Quis enim tanta vi orationis rationumque pondere confidat, ut possit enarrare, quo tandem modo Dei Verbi conceptio fiat; quomodo procrectur caro absque semine; quomodo nativitas nulla exsistat corruptionis labe; quomodo mater, quæ et post partum virgo perseverat: quomodo qui omni major perfectione est, proficiebat ætate ac corporis statura [a]; quomodo qui purus est, aqua intingebatur; quomodo ipse esuriens, nutriebat; quomodo fessus, virtutem conferebat; quomodo ægre habens sanitatum remedia præbebat; quomodo moriensvivificabat? Atque ut primum postremo loco dicam, quonam modo Deus fit homo; ac (quod longe abstrusius est) quo plane modo Verbum in carne, persona sua essentialiter est, quod essentialiter eadem persona totum utique exsistit apud Patrem? Quomodo idem, tum totum Deus natura est, totumque natura homo factus est; neutra prorsus desiderata natura, neque divina, qua Deus est, neque vero nostra, qua homo

ιγ'. Σκοπήσωμεν πιστῶς τὸ μυστήριον τῆς θείας ἐνανθρωπήσεως, καὶ μόνον δοξάσωμεν ἀπερίεργως τὸν τοῦτο γενέσθαι δι' ἡμᾶς εὐδοκήσαντα. Τίς γὰρ δυνάμει θαῤῥῶν λογικῆς ἀποδείξεως, ἐξισπεῖν δύναται, πῶς Θεοῦ Λόγου γίνεται σύλληψις· πῶς γίνεται σαρκὸς ἄνευ σπορᾶς· πῶς γέννησις ἄνευ φθορᾶς· πῶς μήτηρ, ἡ καὶ μετὰ τόκον διαμείνασα παρθένος· πῶς ὁ ὑπερτελὴς, καθ' ἡλικίαν προέκοπτε· πῶς ὁ καθαρὸς, ἐβαπτίζετο· πῶς διέτρεφεν, ὁ πάντων· πῶς ὁ κοπιῶν, ἐχαρίζετο δύναμιν· πῶς ὁ πάσχων, ἐδίδου ἰάματα· πῶς ὁ θνήσκων, ἐζωοποίει· καὶ ἵνα τὸ πρῶτον τελευταῖον εἴπω, πῶς Θεὸς ἄνθρωπος γίνεται· καὶ τὸ δὴ πλέον μυστηριωδέστερον, πῶς οὐσιωδῶς ἐν σαρκὶ καθ' ὑπόστασιν ὁ Λόγος, ὁ κατ' οὐσίαν ὑποστατικῶς ὅλος ὑπάρχων ἐν τῷ Πατρί; πῶς ὁ αὐτὸς, καὶ ὅλος ἐστὶ Θεὸς κατὰ φύσιν, καὶ ὅλως γέγονε κατὰ φύσιν ἄνθρωπος, μηδεμίαν φύσιν ἠνημένος παντάπασι, μήτε τὴν θείαν, καθ' ἣν ὑπάρχει Θεὸς, μήτε τὴν ἡμετέραν, καθ' ἣν γέγονεν ἄνθρωπος; Ταῦτα πίστις μόνη χωρεῖ τὰ μυστήρια, τῶν ὑπὲρ νοῦν καὶ λόγον ὑπάρχουσα πραγμάτων ὑποστάσις.

D

[a] Luc. II, 52.

(f) *Ὑπὲρ ἄνθρωπον.* Quod paulo ante legerat Picus, ὑπὲρ ἀνθρώπων, fallentibus oculis ac præcurrente calamo, hic legit ac reddidit, *pro hominibus*; etsi illius Græca perinde habeant ὑπὲρ ἄνθρωπον, *supra hominem*: quod unum aptum est. Est enim ratio cur ignotum et abstrusum semperque mysterium incarnationis mysterium; quod scilicet divino altiorisque ordinis est, non pro humana ratione.

Digitized by Google

factum est? Hæc sola fides capit mysteria, ipsa nimirum substnatia et basis earum rerum, quæ omnem mentis sensum et rationem excedunt [a].

ιδ'. Ὁ Ἀδὰμ παρακούσας, ἐξ ἡδονῆς ἄρχεσθαι A τὴν τῆς φύσεως ἐδίδαξε γένεσιν· ὁ Κύριος ταύτην ἐξοικίζων τῆς φύσεως, τὴν ἐκ σπορᾶς οὐ προσήκατο σύλληψιν. Ἡ γυνὴ παραβᾶσα τὴν ἐντολὴν, ἐξ ὀδύνης ἄρχεσθαι τὴν τῆς φύσεως κατέδειξε γέννησιν· ὁ Κύριος ταύτην ἀποτινάσσων τῆς φύσεως, γεννηθεὶς, φθορὰν ὑπομεῖναι τὴν τεκοῦσαν οὐ συνεχώρησεν· ἵν' ὁμοῦ τὴν τε ἑκούσιον ἡδονὴν, καὶ τὴν δι' αὐτὴν ἀκούσιον ὀδύνην, ἐξέλῃ τῆς φύσεως, ὧν οὐκ ἦν δημιουργὸς, ἀναιρέτης γενόμενος· καὶ διδάξῃ μυστικῶς κατὰ γνώμην, ἄλλης ἀπάρχεσθαι ζωῆς, ἐξ ὀδύνης μὲν τυχὸν ἀρχομένης καὶ πόνων, ληγούσης δὲ πάντως εἰς ἡδονὴν θείαν καὶ εὐφροσύνην ἀπέραντον. Διὰ τοῦτο γίνεται ἄνθρωπος, καὶ γεννᾶται ὡς ἄνθρωπος, ὁ ποιήσας τὸν ἄνθρωπον, ἵνα σώσῃ τὸν ἄνθρωπον, καὶ πάθη πάθεσιν ἰασάμενος, πάθος αὐτὸς ὑπάρχων ἀποδειχθῇ τῶν ἡμετέρων παθῶν, ὑπερφυῶς ταῖς ἑαυτοῦ κατὰ σάρκα στερήσεσι, τὰς ἡμῶν φιλανθρώπως κατὰ πνεῦμα ἕξεις ἀνανεούμενος.

14. Adamus præcepti violati reus, naturæ ortum ex voluptate ac libidine auspicandum docuit. Hanc Dominus a natura eliminans, conceptum qui ex semine est non admisit. Mulier et ipsa prævaricationis rea, a dolore initiandam naturæ nativitatem ostendit. Hunc Dominus a natura, ipse nascendo excutiens, puerperam matrem corruptioni obnoxiam fore non permisit; ut simul tum spontaneam voluptatem ac libidinem, tum ejus causa involuntarium invectum dolorem e natura auferret (nempe quorum non fuerat conditor, hæc proclive delens) mysticeque mentis proposito ac voluptate aliam doceret auspicandam vitam, cujus quidem forte a dolore et laboribus ducenda exordia, quæ tamen omnino in divinam voluptatem interminabilemque lætitiam desineret. **515** Idcirco fit homo, atque ut B homo nascitur, qui condiderat hominem, ut homini salutem conferret; ægritudinesque ægritudinibus sanans; ægritudo ipse ac interitus ægritudinum nostrarum eniteret; eximia quadam ratione suis secundum carnem privationibus, nostros benigne secundum spiritum habitus instaurans.

ιε'. Ὁ τῷ θείῳ πόθῳ νικήσας τὴν πρὸς τὸ σῶμα τῆς ψυχῆς διάθεσιν, ἀπερίγραφος γέγονε, κἂν ἐστιν ἐν σώματι. Ὁ γὰρ ἕλκων τὴν τοῦ ποθοῦντος ἔφεσιν Θεὸς, πάντων ἀσυγκρίτως ἐστὶν ὑψηλότερος, οὐκ ἐῶν τὸν ποθοῦντα τινὶ τῶν μετὰ Θεὸν προσηλῶσαι τὴν ἔφεσιν. Ποθήσωμεν οὖν τὸν Θεὸν καθ' ὅλην ἡμῶν τὴν τῆς φύσεως δύναμιν, καὶ πᾶσι τοῖς σωματικοῖς τὴν προαίρεσιν ἀκράτητον ποιησώμεθα, καὶ πάντων τῶν ὄντων αἰσθητῶν τε καὶ νοητῶν ὑπεράνω τῇ C διαθέσει γενώμεθα, καὶ οὐδὲν κατὰ τὴν γνώμην πρὸς τὸ συνεῖναι Θεῷ τῷ κατὰ φύσιν ἀπεριγράφῳ, παντελῶς ὑπὸ τῆς φυσικῆς περιγραφῆς ζημιωθησώμεθα.

15. Qui divino amore ac desiderio, animi erga corpus justo proclivioris affectus compos exstitit, etsi in corpore versatur, incircumpscriptus evasit. Deus enim qui amantis ac desiderantis cupiditatem trahit, citra omnem comparationem cunctis superior est, nec amantem ac desiderantem, ulli eorum quæ a Deo secunda sunt, affectu inhærescere sinit. Deum igitur amemus ac desideremus totis naturæ viribus, nullisque animum corporeis devinctum præstemus, atque affectu ac voluntate, cunctis quæ in sensum cadunt aut mente intelliguntur, superiores efficiamur, nihilque prorsus naturalis circumscriptio oberit, quin mente et animo, cum Deo natura incircumscripto versemur.

ις'. Ἀγών ἐστι φθόνου καὶ ἀρετῆς, ἡ τῶν ἁγίων δυσπάθεια (g)· τοῦ μὲν, ὅπως κρατήσῃ φιλονεικοῦντος· τῆς δὲ, ὅπως ἀήττητος διαμείνῃ, πάντα φερούσης· καὶ τοῦ μὲν, ὅπως εὐοδώσῃ κακία ἀγωνιζομένου, διὰ τῆς τῶν κατορθούντων κολάσεως· τῆς δὲ, ὅπως κατάσχῃ τοὺς ἀγαθοὺς κἂν ταῖς συμφοραῖς τὸ πλέον ἔχοντας.

16. Invidiæ virtutisque certamen est ac pugna sanctorum malis obsistendo firmitas ac constantia: altera quidem enitente ut victoria potiatur; altera vero cuncta ferente ut invicta consistat: ac quidem invidia in hoc certante ut vitium ac malitia prosperos successus habeat, eorum pœna, qui ea quæ officii sunt peragant ac virtutem præstent; ipsaque virtute, ut probos, vel in ærumnis ac vitæ malis, potiore sorte contineat.

[a] Hebr. xi, 1.

(g) *Ἡ τῶν ἁγίων δυσπάθεια.* Sensus Maximi est, ea pugna vitii ac virtutis, quasi durari qui serio virtutis cultores sint, ut non facile lædi a vitio possint. Hæc enim vis ejus vocis, ut hic Maximo usurpatur, cujus significationis exstant exempla apud Bud. et Henr. Stephan. Nihil ad rem quod reddit Picus, *Repugnantia affectuum quæ est in sanctis*: quem sensum vox illa non partitur. Posset quidem reddi, *Molestia, labor*, etc., ut cap. 19 et 21; sed minus quadrat pro Maximi hic instituto. Quod in fine cap. est, Τῆς δὲ, ὅπως κατάσχῃ τοὺς ἀγαθοὺς, κἂν ταῖς συμφοραῖς τὸ πλέον ἔχοντας, misere depravat idem Picus, dum ita reddit: *Hæc autem, ut bonos et locupletiores in calamitatibus contineat.* Plene vult Maximus, continere virtutem in officio probos, quorum etiam in ærumnis partes potiores sunt: Melior longe conditio quam malorum. Dicamus nos, *Qui ont l'avantage même dans les afflictions*, etc. Hæc nimirum evangelica promissio: "*Centies tantum nunc in tempore hoc, cum persecutionibus*, Marc. x, 30; quod egregie Maximus dicit, κατορθοῦντας κολάζεσθαι, *idcirco puniri malisque affici, quod virtutem colamus, et officii tenaces simus.* Id certe qui præstent, inque illis patientiam teneant, seu etiam gaudeant, virtute adulti ac Christiana fortitudine, omnium vere beatissimi, adversumque omnes τὸ πλέον ἔχοντες. Rem Maximus magis explicat sequenti cap. cujus in fine aurea sententia est, Ῥῶσις ψυχῆς τοῖς ὑπομένουσιν, ὁ τοῦ σώματος αἰκισμός· *Robur animi per patientiam, injuria ac sugillatio corporis.*

Digitized by Google

17. Virtutis lucrum ac quæstus, laboribus certare; quæ nimirum victoriæ præmio, his, qui patienter ea tenentur, animi imperturbationem ferat: qua ille per charitatem Deo unitus, affectu mentisque proposito, a corpore mundoque separatur. Animi enim robur atque firmitas tenentibus patientiam ipsa corporis vexatio est ac injuria.

A ιζ'. Ἀρετῆς ἄθλόν ἐστι, τὸ τοῖς πόνοις ἐναγωνίζεσθαι· νίκης ἔπαθλον φερούσης τοῖς ὑπομένουσι, τῆς ψυχῆς τὴν ἀπάθειαν, καθ' ἣν δι' ἀγάπης ἑνωμένη Θεῷ, σώματος καὶ κόσμου τῇ διαθέσει χωρίζεται. Ψυχῆς γὰρ ῥῶσίς ἐστι τοῖς ὑπομένουσιν, ὁ τοῦ σώματος δίκισμός.

18. Voluptatis circumventione ab initio decepti, vitæ, quæ vere est, mortem prætulimus. Grato igitur animo, quo illa necatur, corporis laborem æruminamque feramus; quo nimirum illius morte, quæ secum ipsa abolebat illius causa invectam mortem, voluptate ac libidine velitatam, exiguisque carnis laboribus redemptam, ad nos revertentem vitam recipiamus.

ιη'. Ἡδονῆς ἀπάτῃ κλαπέντες τὸ ἀπαρχῆς τὸν θάνατον τῆς ὄντως ζωῆς προεκρίναμεν. Ταύτης οὖν τὸν φονευτὴν εὐχαρίστως ἐνέγκωμεν πόνον τοῦ σώματος, ὅπως τοῦ ταύτης θανάτου ἑαυτῷ συναφανίσαντος τὸν δι' αὐτὴν γενόμενον θάνατον, ἀπολάβωμεν ἡμῖν ἐπανατρέχουσαν τὴν ἡδονῇ πραθεῖσαν ζωὴν, μικροῖς πόνοις σαρκὸς ἀγορασθεῖσαν.

19. Cum ita fere comparatum sit, ut **516** bona carnis habitudine, peccati vigor concrescat; liquet plane ejus ærumna malaque habitudine virtutis merito tenorem pubescere. Forti igitur animo carnis labores ac molestias feramus, quibus animi sordes abstergantur, ac concilietur futura gloria: *Non* enim *sunt condignæ passiones hujus temporis, ad futuram gloriam, quæ nobis debet revelari* [6].

B ιθ'. Εἰ σαρκὸς εὐπαθούσης, ὁ τῆς ἁμαρτίας εἰωθὼς παίνεσθαι τόνος, δῆλον ὅτι ταύτης δυσπαθούσης, ὁ τῆς ἀρετῆς ἀνηβᾷν εἰκότως πέφυκε. Γενναίως οὖν ἐνέγκωμεν τῆς σαρκὸς τὴν δυσπάθειαν, τῶν κατὰ ψυχὴν οὖσαν ῥυπτικὴν μολυσμῶν, καὶ τῆς μελλούσης δόξης πρόξενον· *Οὐκ ἄξια γὰρ τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ, πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἡμῖν ἀποκαλύπτεσθαι.*

20. Ut neque medici curandis corporibus, unum idemque cunctis adhibent remedium; sic neque animorum medicus, Deus, unum duntaxat omnibus congruentem novit curationis modum; sed cuique tribuens, quod pro illius ratione commodum exsistat, sanitates operatur. Gratias ergo agamus dum curatio adhibetur, tametsi res habeat cruciatum; quippe C quem beatus faustusque finis consequatur.

κ'. Οὔτε σῶμα θεραπεύοντες ἰατροὶ, ἓν καὶ τὸ αὐτὸ πᾶσι προσφέρουσι φάρμακον, οὔτε Θεὸς ψυχῶν ἰατρεύων νοσήματα, ἕνα μόνον θεραπείας οἶδε τρόπον πάσαις ἁρμόδιον· ἀλλ' ἑκάστῃ τὸν πρόσφορον ἀπονείμας, τὰς ἰάσεις ἐργάζεται. Εὐχαριστήσωμεν οὖν θεραπευόμενοι, κἂν ἔχῃ βάσανον τὸ γινόμενον· τὸ γὰρ τέλος, μακάριον.

21. Nihil sic animi affectum prodit, ac carnis laborantis malisque appetitæ insurgentes motus: quibus siquidem ille desserit, carnem magis quam Deum colere ac amare liquebit: sin autem illorum insultibus inconcussus permanserit, pluris virtutem facere, quam carnem monstrabit: cujus cultu Deum contubernalem suscipiet, illius causa simili nobis ratione dignatum pati ac laboribus defungi, qui et clamet, velut olim discipulis: *Confidite, ego vici mundum* [7].

κα'. Οὐδὲν οὕτω ψυχῆς ἐλέγχει διάθεσιν, ὡς σαρκὸς δυσπαθούσης ἐπαναστήματα· οἷς, ἐὰν μὲν ὑπενδῷ, Θεοῦ πλέον στέργουσα τὴν σάρκα φανήσεται· ἐὰν δὲ τοῖς τούτων διαμείνῃ τινάγμασιν ἀσείστος, σαρκὸς πλέον ἀρετὴν τιμῶσα δειχθήσεται· δι' ἧς τὸν Θεὸν ἔνοικον ὑποδέξεται, τὸν δι' αὐτὴν παθεῖν καθ' ἡμᾶς ἀνασχόμενον, βοῶντα, καθάπερ πάλαι τοῖς μαθηταῖς· *Θαρσεῖτε, ἐγὼ νενίκηκα τὸν κόσμον.*

22. Cum omnes sancti castigationis participes fuerint, nos quoque qui pari illis sorte castigemur, gratias agamus, ut illorum gloriæ socii effici mereamur. *Quem enim Dominus diligit, castigat; flagellat autem omnem filium, quem suscipit* [8].

κβ'. Εἰ πάντες παιδείας οἱ ἅγιοι γεγόνασι μέτοχοι, καὶ ἡμεῖς εὐχαριστήσωμεν σὺν αὐτοῖς παιδευόμενοι, ἵνα τῆς αὐτῶν μέτοχοι γενέσθαι δόξης ἀξιωθῶμεν. *Ὃν γὰρ ἀγαπᾷ Κύριος, παιδεύει· μαστιγοῖ δὲ πάντα υἱὸν, ὃν παραδέχεται.*

23. Adamus quidem, costam voluptatem protendentem ac libidinem proclive probans, elique acquiescens, humanum genus paradiso ejecit [9]. Dominus vero cum labore hac parte lancea discissus [10], in paradisum latronem induxit [11]. Carnis itaque laborem diligamus, ejusdem voluptatem ac libidinem odio habeamus! Ille namque pandit aditum, bonisque restituit; hæc ejicit, atque a bonis longe dirimit.

κγ'. Ὁ μὲν Ἀδὰμ τὴν πλευρὰν ἡδονὴν προτεινούσαν παραδεξάμενος, ἔξω τοῦ παραδείσου ἔπεσε τὸ ἀνθρώπινον· ὁ δὲ Κύριος πόνῳ ταύτην διὰ τῆς λόγχης ἀνασχισθεὶς, τὸν λῃστὴν ἔσω τοῦ παραδείσου ἐποίησεν. Ἀγαπήσωμεν τοίνυν τὸν πόνον τῆς σαρκὸς· μισήσωμεν δὲ ταύτης τὴν ἡδονήν· ὁ μὲν γὰρ εἰσάγει καὶ τοῖς ἀγαθοῖς ἀποκαθίστησιν· ἡ δὲ ἐξάγει καὶ τῶν ἀγαθῶν ἀποδιίστησιν.

24. Cum Deus factus homo carne patiatur, quis non pati gestiat, cui Deus passionis atque laboris

κδ'. Εἰ Θεὸς πάσχει σαρκὶ, γενόμενος ἄνθρωπος· τίς πάσχων οὐ γέγηθε Θεὸν ἔχων τοῦ πάθους συμμέ-

[6] Rom. VIII, 18. [7] Joan. XVI, 33. [8] Prov. III, 11 · Hebr. XII, 6. [9] Gen. III, 23. [10] Joan. XIX, 34. [11] Luc. XXIII, 40, 43.

Digitized by Google

τοχον; ᾧ τὸ συμπάσχειν, βασιλείας πρόξενον γίνεται. Ἀληθὴς γὰρ ὁ εἰπών· *Εἴπερ συμπάσχομεν, ἵνα καὶ συνδοξασθῶμεν.*

κε'. Εἰ πάντως πονῆσαι δεῖ, διὰ τὴν ἐμφυρεῖσαν τῇ φύσει διὰ τοῦ προπάτορος ἡδονὴν, γενναίως τοὺς προσκαίρους καρτερήσωμεν πόνους, τῆς τε ἡδονῆς τὸ κέντρον ἡμῖν ἀμβλύνοντας, καὶ τῶν δι' αὐτῆς ἡμᾶς αἰωνίων ἐλευθεροῦντας κολάσεων.

κς'. Πάντων τῶν ἀγαθῶν τέλος ἐστὶν ἡ ἀγάπη, ὡς πρὸς Θεὸν τὸ τῶν ἀγαθῶν ἀκρότατον, καὶ παντὸς αἴτιον ἀγαθοῦ, τοὺς ἐν αὐτῇ περιπατοῦντας ἄγουσα καὶ προσάγουσα καὶ συνάγουσα, ὡς πιστὴ καὶ ἀδιάπτωτος (*h*) καὶ μένουσα. Ἡ πίστις γὰρ, βάσις ἐστὶ τῶν μετ' αὐτὴν, ἐλπίδος λέγω καὶ ἀγάπης, βεβαίως τὸ ἀληθὲς ὑφεστῶσα. Ἡ δὲ ἐλπὶς, τῶν ἄκρων ἐστὶν ἰσχὺς, ἀγάπης λέγω καὶ πίστεως, τὸ πιστὸν πρὸς δι' ἑαυτὴν καὶ τὸ ἐραστὸν ἀμφοῖν ὑποφαίνουσα, καὶ πρὸς αὐτὸ τὸν δρόμον δι' ἑαυτῆς ποιεῖσθαι διδάσκουσα. Ἡ δὲ ἀγάπη, τούτων ἐστὶ συμπλήρωσις, τὸ ἔσχατον ὀρεκτὸν ὅλον ὅλη περιπτυσσομένη, καὶ ταύταις τῆς ἐπ' αὐτὸ κινήσεως στάσιν παρεχομένη, τοῦ πιστεύειν εἶναι, καὶ ἐλπίζειν παρέσεσθαι, τὸ ἀπολαύειν παρόντος δι' ἑαυτῆς ἀντεισάγουσα.

κζ'. Ἔργον τῆς ἀγάπης τελειότατον, καὶ τῆς κατ' αὐτὴν ἐνεργείας πέρας, δι' ἀντιδόσεως σχετικῆς τῶν κατ' αὐτὴν συνημμένων, ἀλλήλοις ἐμπρέπειν τὰ ἰδιώματα, καὶ τὰς κλήσεις παρασκευάζειν· καὶ θεὸν μὲν τὸν ἄνθρωπον ποιεῖν, ἄνθρωπον δὲ τὸν Θεὸν χρηματίζειν καὶ φαίνεσθαι, διὰ τὴν μίαν καὶ ἀπαράλλακτον ἀμφοτέρων κατὰ τὸ θέλημα βούλησίν (*i*) τε καὶ κίνησιν.

κη'. Εἰ κατ' εἰκόνα Θεοῦ πάντως ἡμεῖς, γενώμεθα ἑαυτῶν καὶ τοῦ Θεοῦ· μᾶλλον δὲ, μόνου καὶ ὅλου Θεοῦ, καὶ ὅλοι, μηδὲν ἐπίγειον ἐν ἡμῖν αὐτοῖς φέροντες, ἵνα Θεῷ πλησιάσωμεν, καὶ θεοὶ γενώμεθα; ἐκ Θεοῦ τὸ θεοὶ εἶναι λαβόντες. Οὕτω γὰρ τιμᾶται τὰ θεῖα διορήματα, καὶ ἡ τῆς θείας εἰρήνης φιλοφρονεῖται παρουσία.

κθ'. Μέγα ἀγαθὸν ἡ ἀγάπη, καὶ τῶν ἀγαθῶν τὸ πρῶτον καὶ ἐξαίρετον ἀγαθὸν, ὡς Θεὸν καὶ ἀνθρώ-

A socius sit? cujus socia passio, regnum procurat ac conciliat. Verax enim est, qui ait: *Si compatimur, ut et conglorificemur* [12].

25. Cum omnino labores desudandi sint, ob commistam naturæ proavi injuriam voluptatem ac libidinem, temporaneos 517 strenue labores perferamus, qui et voluptatis ac libidinis stimulum nobis retundant, æternisque suppliciis quorum illa auctor est, eximant.

26. Omnium bonorum finis est charitas, ut quæ in ipsa ambulantes ad Deum supremum bonum omnisque boni auctorem, tanquam fida, et quæ non excidat maneatque, ducat, admoneat, colligat. Fides enim, sequentium fundamentum est (spei scilicet et charitatis) quæ veritatem firmiter statuat. Spes, extremorum (charitatis ac fidei) robur est atque firmitas, quæ ipsa utriusque rei fidem amoremque ostendat, cursumque in eam sua opera contendendum doceat. Charitas vero, harum est complementum, totum tota supremum appetibile complectens, ipsisque a motu in illud quietem ac cessationem præbens; ejus loco ac credamus esse futurumque speremus, ut per eam præsente fruamur ac possideamus, inducens.

27. Charitatis perfectissimum opus est, ejusque operationis finis, ut per eam, reciproca quadam habitudinis attributione, eorum qui illa conjuncti sunt, aliæ aliis proprietates nominaque conveniant: ut et hominem deum, Deumque hominem audire, ac videri faciat, ob eamdem nihilque dissimilem amborum voluntatem ac appetitionem.

28. Siquidem omnino ad Dei sumus imaginem, nostri ipsorum Deique efficiamur; imo potius toti ad unum totumque Deum, nihil ipsi in nobis terrenum ferentes, spectemus, ut Deo propinquemus diique simus; Dei hoc munere consecuti, ut dii exsistamus. Sic enim divinis donis habetur honor, divinæque pacis præsentia, gratanter excipitur atque probatur.

29. Ingens charitas bonum, interque bona primum ac eximium; quæ ipsa Deum et homines per

[12] Rom. VIII, 17.

(*h*) *Καὶ ἀδιάπτωτος.* Quasi ipsa in se constans et firma, et quod ait Apost. I, Cor. XIII, 8: ἡ ἀγάπη οὐδέποτε ἐκπίπτει. *Charitas nunquam excidit*: ea nimirum ratione, qua reliquarum virtutum theologicarum complementum est; τὸ ἔσχατον ὀρεκτὸν ὅλον ὅλη περιπτυσσομένη, *totum tota complectens supremum appetibile*, ejusque præsentis fruitione, fidei ac spei in ipsum motus quiete sistens. Quæ sic clara ac theologica, quis ferat ita Pico nulla sensu reddita, *Quæ post omnia, prorsus expetenda est et tota induenda?*

(*i*) *Διὰ τὴν μίαν καὶ ἀπαράλλακτον... βούλησιν.* Picus quod eam vocem ἀπαράλλακτον, immutabilem, reddit; statimque post c. 29, in illis verbis, τὴν τοῦ θεουμένου πρὸς τὸν Θεὸν κατὰ τὸ ἀγαθὴν ἀπαραλλαξίαν, *Deificati a Deo impossibilem separationem*; longe a vero, est, sanaque doctrina. Utrobique enim τὸ ἀπαράλλακτον et ἀπαραλλαξία, exacta similitudo est, nulla quasi differentia et evariatione: Hesych. ἀπαραλλάκτως, ἀμοίως, παρὰ μηδὲν παραλλάσσοντος. Quod reddere voluerit Philox. et vetus Gloss. Steph. cum *indiscretum* exponunt Greg. in diem Christi Natal. ἡ ἀπαράλλακτος εἰκών· *Imago per omnia similis.* Nihilque theologis crebrius, ea vocis illius acceptione, vel in divinis personis, vel in quibus perfecta secundum bonitatem, quanta homini concessa, cum Deo similitudo est per charitatem quæ tamen nec statum immutabilem, nec impossibilem a Deo separationem facit, extra ipsam consummationem et Dei visionem, de qua Maximus hic non agit. Fraudem fecerit Pico Steph. in *Thesauri indice*, ubi nullo auctore (nescio an ex veteri aliquo glossario, vel ex suo capite) ἀπαραλλαξία· *Non mutari, seu immutabilitas, constantia*; cum tamen idem, t. I, bene exponat; arguatque Bilibal. in locum allato Greg. quasi perperam reddiderit, *incommutabilis similitudo.*

Digitized by Google

se copulet, circa eum, qui illa præditus est; faciatque, ut qui hominum genus condidit, ut homo appareat, ob summam ejus qui deitate donatur cum Deo, ratione boni, quoad homini concessum est, similitudinem; quam præstare existimo, hoc quod est, Diligere Dominum Deum ex toto corde et anima et virtute; et proximum sicut seipsum [18].

30. Observandum diabolum, dolo astute composito, per φιλαυτίαν (cæcum scilicet ac carnalem sui amorem) voluptatis objectu seducendo hominem, ipsum **518** a Deo, aliosque ab aliis, pugnantibus animis ac sententiis disjunxisse; perversa nimirum rectitudine, inque hunc modum divisa natura, ac in multas opiniones judiciaque scissa.

31. Tria sunt maxima et primigenia vitia; omnisque, ut semel dicam, vitii origo et causa; nempe ignorantia, φιλαυτία (improbus sui ac carnalis amor) et tyrannis; a se nimirum mutuo pendentia, aliaque aliis vim ac stabilimentum præbentia. Ex Dei enim ignorantia, est φιλαυτία (cæcus ille amor), exque illa, tyrannis (vis scilicet iniqua) erga eos quos conjungit generis ejusdem necessitudo. Nec quisquam eat inficias, quin nequissimus per abusum propriarum virium (rationis scilicet, cupiditatis et iræ) hæc in nobis suscitet ac efficiat.

32. Æquum sane ac par est, ut pro ignorantia, per scientiam ad Deum singularissime unum, quærendo moveamur; cupiditate vero, φιλαυτίας pravique amoris labe pura, in Deum solum amore desiderioque agamur; ira denique, cui nulla vis iniqua comes, Deum solummodo assequi connitamur; atque nobis horum prolem, ac in cujus hæc gratiam (divinam scilicet ac beatam charitatem, quæ et Deo copulet, deumque virum religiosum ac Dei cultorem efficiat) conflemus.

33. Φιλαυτία, uti dictum est, velut vitiorum principe atque parente evulsa, ejus universæ soboles, caque sequiora germina simul evelli solent. Illa namque sublata, nullum prorsus malitiæ genus aut vestigium potest consistere.

34. Tantum nosmetipsos, aliique alios complectamur ac colamus operæ pretium est, quantum ipse per seipsum Christus prior ostendit, qui pro nobis parti ac mori propense dignatus est.

35. Sancti omnes propter charitatem ejusque nutu peccato restiterunt, nullam præsentis vitæ rationem habentes; diversaque mortis genera sustinuerunt, ut ipsi in se ac Deum a mundo colligerentur, unirentque in se ipsis naturæ semina. Hæc enim vera ac inculpata fidelium divina sapientia (cujus finis bonum est atque veritas : siquidem Bonum, propensa benignitas est et humanitas; verumque, ex fidei rationibus composita pietas ac religio; vera scilicet charitatis insignia) ut quæ Deo, aliosque aliis homines conjungat, eamque ob rem firma ac constanti bonorum perennitate gaudeat.

[18] Deut. VI, 5; Matth. XXII, 37.

A πους δι' ἑαυτῆς περὶ τὸν αὐτὴν ἔχοντα συνάπτουσα, καὶ ὡς ἄνθρωπον τὸν ποιητὴν τῶν ἀνθρώπων φανῆναι παρασκευάζουσα, διὰ τὴν τοῦ θεουμένου πρὸς τὸν Θεὸν κατὰ τὸ ἀγαθὸν ὡς ἐφικτὸν ἀνθρώπῳ, ἀπαραλλαξίαν· ἣν ἐνεργεῖν ὑπολαμβάνω τὸ, Ἀγαπῆσαι Κύριον τὸν Θεὸν ἐξ ὅλης καρδίας, καὶ ψυχῆς καὶ δυνάμεως· καὶ τὸν πλησίον ὡς ἑαυτόν.

λ'. Ἰστέον, ὡς δόλῳ κακούργως μεμηχανημένῳ διὰ φιλαυτίας, καθ' ἡδονῆς προσβολὴν ἀπατήσας ἡμᾶς ὁ διάβολος, Θεοῦ καὶ ἀλλήλων κατὰ γνώμην διέστησε, τὸ εὐθὲς διαστρέψας, καὶ τὴν φύσιν κατὰ τὸν τρόπον τοῦτον μερίσας, καὶ κατατεμὼν εἰς πολλὰς δόξας καὶ φαντασίας.

B λα'. Τρία ἐστὶ τὰ μέγιστα καὶ ἀρχέκακα, καὶ πάσης, ἁπλῶς εἰπεῖν, κακίας γεννητικά· ἄγνοια, φημὶ, καὶ φιλαυτία καὶ τυραννίς· ἀλλήλων ἐξηρτημένα καὶ δι' ἀλλήλων συνιστάμενα. Ἐκ γὰρ τῆς περὶ Θεοῦ ἀγνοίας, ἡ φιλαυτία· ἐκ δὲ ταύτης, ἡ πρὸς τὸ συγγενὲς τυραννίς ἐστι. Καὶ οὐδεὶς ἀντερεῖ λόγος, μὴ οὐχὶ τῷ κατὰ παράχρησιν τρόπῳ τῶν οἰκείων δυνάμεων, λόγου τε καὶ ἐπιθυμίας καὶ θυμοῦ, τούτοις ἐν ἡμῖν τὸν πονηρὸν ὑποστήσασθαι.

λβ. Δέον, λόγῳ μὲν, ἀντὶ τῆς ἀγνοίας, πρὸς τὸν Θεὸν διὰ γνώσεως κατὰ ζήτησιν μονώτατον κινεῖσθαι· δι' ἐπιθυμίας δὲ, τοῦ τῆς φιλαυτίας πάθους καθαρᾶς, κατὰ πόθον πρὸς τὸν Θεὸν μόνον ἐλαύνεσθαι· καὶ τῷ θυμῷ τυραννίδος κεχωρισμένῳ, πρὸς C τὸ Θεοῦ μόνου τυχεῖν ἀγωνίζεσθαι, καὶ τὴν ἐκ τούτων καὶ δι' ἣν ταῦτα θείαν καὶ μακαρίαν ἀγάπην δημιουργῆσαι, τῷ Θεῷ συνάπτουσάν τε καὶ θεὸν ἀποφαίνουσαν τὸν φιλόθεον.

λγ'. Τῆς φιλαυτίας, ὡς ἀρχῆς, καθὼς εἶπον, καὶ μητρὸς τῶν κακῶν ἀποτιλείσης, πάντα τὰ ἐξ αὐτῆς τε καὶ μετ' αὐτὴν, συναποτίλλεσθαι εἰώθειν ἐπεὶ ταύτης μὴ οὔσης, οὐδὲ οὐδαμῶς τὸ παράπαν κακίας εἶδος ἢ ἴχνος ὑφίστασθαι δύναται.

λδ'. Δέον ἐστὶν ἑαυτῶν καὶ ἀλλήλων τοσοῦτον ἀντέχεσθαι, ὅσον αὐτὸς δι' αὐτοῦ ὁ Χριστὸς προλαβὼν ἀπεδείξατο, ὑπὲρ ἡμῶν παθεῖν ἀνασχόμενος.

D λε'. Διὰ τὴν ἀγάπην οἱ ἅγιοι πάντες πρὸς τὴν ἁμαρτίαν ἀντικατέστησαν, τῆς παρούσης ζωῆς οὐδένα λόγον ποιησάμενοι· καὶ τοὺς πολυειδεῖς τοῦ θανάτου τρόπους ὑπέστησαν, ἵνα πρὸς ἑαυτοὺς ἀπὸ τοῦ κόσμου καὶ τὸν Θεὸν συναχθῶσι, καὶ τὰ τῆς φύσεως ἐφ' ἑαυτῶν ἑνώσωσι ῥήγματα. Αὕτη γάρ ἐστιν ἡ ἀληθὴς καὶ ἀμώμητος τῶν πιστῶν θεοσοφία· ἧς τέλος, τὸ ἀγαθόν ἐστι καὶ ἡ ἀλήθεια· εἴπερ ἀγαθὸν τὸ φιλάνθρωπον, καὶ ἀληθὲς τὸ κατὰ πίστιν φιλόθεον, τὰ τῆς ἀγάπης γνωρίσματα· ὡς θεῷ καὶ ἀλλήλοις τοὺς ἀνθρώπους συνάπτουσα, καὶ διὰ τοῦτο τῶν ἀγαθῶν τὴν διαμονὴν ἀδιάπτωτον ἔχουσα.

Digitized by Google

λς'. Ἐνέργεια καὶ ἀπόδειξις τῆς πρὸς Θεὸν τελείας ἀγάπης ἐστὶν, ἡ γνησία δι' εὐνοίας ἐκουσίου πρὸς τὸν πλησίον διάθεσις. *Ὁ γὰρ μὴ ἀγαπῶν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, ὃν ἑώρακε*, φησὶν ὁ θεῖος Ἰωάννης, *τὸν Θεὸν ὃν οὐχ ἑώρακεν, οὐ δύναται ἀγαπᾷν.*

A **519** 36. Perfectæ in Deum charitatis vis ac probatio, vera est erga proximum ultronea benevolentia animique affectio. *Qui* enim, inquit divus Joannes, *non diligit fratrem suum, quem videt, Deum, quem non videt, diligere non potest* [15].

λζ'. Ἡ τῆς ἀληθείας ὁδὸς, ἡ ἀγάπη ἐστὶν, ἣν ἑαυτὸν ὀνομάσας ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, τοὺς ἐν αὐτῇ ὁδεύοντας, τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ καθαροὺς παντοίων γενομένους παρίστησιν.

37. Via veritatis, charitas est, quam seipsum vocans Dei Verbum [16], ambulantes in ea, omni labe puros, Deo ac Patri repræsentat.

λη'. Αὕτη ἐστὶν ἡ θύρα, δι' ἧς ὁ εἰσερχόμενος, εἰς τὰ Ἅγια γίνεται τῶν ἁγίων, καὶ τοῦ ἀπροσίτου κάλλους τῆς ἁγίας καὶ βασιλικῆς Τριάδος καθίσταται ἄξιος θεατὴς γενέσθαι.

38. Hæc est porta, per quam qui ingreditur, in Sancta sanctorum penetrat, dignusque efficitur, qui sanctæ ac regalis Trinitatis inaccessi decoris spectator exsistat.

λθ'. Φοβερὸν ὄντως καὶ πάσης κατακρίσεως ὑπερεπέκεινα, τὸ τὴν δοθεῖσαν ἡμῖν παρὰ Θεοῦ κατὰ δωρεὰν τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐκουσίως νεκρῶσαι ζωὴν, διὰ τῆς πρὸς τὰ φθειρόμενα ἀγάπης· καὶ ἴσασι πάντως τοῦτον τὸν φόβον, οἱ τὴν ἀλήθειαν τῆς φιλαυτίας προτιμᾷν μελετήσαντες.

B 39. Tremendum sane omnique majus condemnatione, quod concessam nobis divinitus Spiritus sancti munere vitam, fluxarum rerum ac pereuntium amore, sponte perimamus. Eumque plane noverunt metum, qui veritatem φιλαυτίᾳ (cæco illi amori ac carnali) anteferre studuerunt.

μ'. Χρησώμεθα εἰς δέον τῇ εἰρήνῃ, καὶ τὴν πρὸς τὸν κόσμον, καὶ τὸν κοσμοκράτορα κακῶς ἡμῖν ἐνυπάρξασαν ἀθετήσαντες φιλίαν, τὸν διὰ τῶν παθῶν πρὸς τὸν Θεὸν συνιστάμενον, κἂν ὀψέ ποτε καταλύσωμεν πόλεμον· καὶ σπονδὰς ἀλύτους τῆς πρὸς αὐτὸν εἰρήνης ποιήσαντες, ἐν τῇ καταργήσει τοῦ σώματος τῆς ἁμαρτίας, τῆς πρὸς αὐτὸν ἔχθρας παυσώμεθα.

40. Pro eo ac decet pace utamur, maleque nobis cum mundo, mundique rectore consertam amicitiam irritam cassamque reddentes, tandem aliquando conflatum nobis vitiorum labe ac affectuum bellum adversus Deum dissolvamus, pacisque cum eo insolubilia jungentes fœdera, in destructione corporis peccati [18], inimicitiarum cum ipso finem faciamus.

μα'. Ἀδύνατόν ἐστιν ἡμᾶς φιλιωθῆναι Θεῷ, διὰ τῶν παθῶν πρὸς αὐτὸν στασιάζοντας, καὶ τῷ πονηρῷ τυράννῳ καὶ φονευτῇ τῶν ψυχῶν διαβόλῳ διὰ κακίας δασμοφορεῖν ἀνεχομένους, μὴ πρότερον δι-όλου πολεμωθέντας τῷ πονηρῷ. Μέχρι γὰρ τότε τοῦ Θεοῦ καθεστήκαμεν ἐχθροὶ καὶ πολέμιοι, κἂν πιστῶν προσηγορίαν ἡμῖν αὐτοῖς περιπλάττωμεν, μέχρις οὗ πάθεσιν ἀτιμίας δουλεύειν βουλόμεθα· καὶ οὐδὲν ὄφελος ἡμῖν ἐκ τῆς κατὰ τὸν κόσμον εἰρήνης λοιπὸν περιγενήσεται, τῆς ψυχῆς κακῶς διακειμένης, καὶ πρὸς τὸν ἴδιον ποιητὴν στασιαζούσης, καὶ ὑπὸ τὴν αὐτοῦ βασιλείαν γενέσθαι οὐκ ἀνεχομένης· ἔτι μυρίοις πεπραμένης ὠμοῖς δεσπόταις εἰς κακίαν αὐτὴν κατεπείγουσι, καὶ τὴν εἰς ἀπώλειαν φέρουσαν ὁδὸν, τῆς σωζούσης μᾶλλον ἀπατηλῶς αἱρεῖσθαι παρασκευάζουσιν.

C 41. Nunquam fiat ut Deo amicitia jungamur, qui per vitia atque affectus illi rebelles simus, pessimoque animorum tyranno ac homicidæ diabolo, pravis studiis vestigales esse sustineamus, quin prius nequissimo inimici prorsus efficiamur. Tandiu enim Dei hostes sumus ac inimici, tametsi fidelium nobis nomen affingimus, quandiu probrosis affectibus servire in animum inducimus: nec jam nobis ex mundi pace accedet aliquid commodi, qui male animo affecti simus, adversumque proprium auctorem rebellemus, nec ejus feramus imperio subjici: innumeris scilicet venundati sævis dominis, in vitium ac malitiam propellentibus, et ad viam quæ ducit ad perditionem, præ ea qua salus paratur, errore eligendam, nobis auctoribus.

μβ'. Εἰς τοῦτο ἡμᾶς πεποίηκεν ὁ Θεὸς, ἵνα γενώμεθα θείας κοινωνοὶ φύσεως, καὶ τῆς αὐτοῦ ἀϊδιότητος μέτοχοι, καὶ φανῶμεν αὐτῷ ὅμοιοι κατὰ τὴν ἐκ χάριτος θέωσιν, δι' ἣν πᾶσά τε τῶν ὄντων ἡ σύστασίς ἐστι καὶ διαμονὴ, καὶ ἡ τῶν μὴ ὄντων παραγωγὴ καὶ γένεσις.

D 42. In hoc nos Deus condidit, ut efficiamur divinæ consortes naturæ [17], ejusque æternitatis participes, atque illi similes [18] appareamus per deificationem, quæ ex gratia est: ob quam rerum omnium **520** constitutio et perennitas, eorumque, quæ necdum in rerum censu exsistunt, productio et ortus.

μγ. Εἰ τοῦ Θεοῦ ὀνομάζεσθαί τε καὶ εἶναι ἐφιέμεθα, ἀγωνισώμεθα μὴ προδοῦναι τοῖς πάθεσι τὸν Λόγον, κατὰ τὸν Ἰούδαν· ἢ μὴ ἀρνήσασθαι, κατὰ τὸν Πέτρον. Ἄρνησις γάρ ἐστι τοῦ Λόγου, ἡ τοῦ πράττειν τὸ ἀγαθὸν διὰ φόβον παραίτησις· προδοσία δὲ, ἡ κατ' ἐνέργειαν ἐμπρόθετος ἁμαρτία, καὶ ἡ πρὸς τὴν ἁμαρτίαν ὁρμή.

43. Si Dei re atque nomine esse desideramus, hoc enitamur, nec in Judæ morem Verbum seu rationem affectibus prodamus; neve instar Petri abnegemus. Verbi enim rationisque negatio est, quod quis metus causa recuset præstare bonum; proditio vero, cum ex proposito peccatum in actu perpetramus, inque illud animo incitamur.

[15] I Joan. IV, 20. [16] Joan. XIV, 6. [17] Rom. VI, 6. [18] II Petr. I, 4. [18] I Joan. III, 2.

Digitized by Google

44. Omnis ærumnæ finis, gaudium est; omnisque laboris, requies; omnis infamiæ, gloria. Atque ut semel dicam, omnium quæ virtutis causa molesta toleramus, finis est, ut Deum nanciscamur semperque cum eo versemur, ac sempiterna nullumque habitura finem requie ac beatitate fruamur.

μδ'. Πάσης θλίψεως τέλος ἐστὶν ἡ χαρά· καὶ παντὸς κόπου, ἡ ἀνάπαυσις· καὶ πάσης ἀτιμίας, ἡ δόξα. Καὶ ἁπλῶς, πάντων τῶν ὑπὲρ ἀρετῆς ἀλγεινῶν τέλος ἐστὶ, τὸ μετὰ Θεοῦ γενέσθαι καὶ εἶναι διαπαντὸς, καὶ τῆς αἰωνίου καὶ πέρας μὴ ἐχούσης ἀνέσεως ἀπολαῦσαι.

45. Deus, cum præter eam unionem quæ est natura, etiam animorum sententia parique voluntate alios aliis sociare vellet, et ut totum vere humanum genus in hoc propositum cogeret, benignissima pietate salutaria nobis mandata exaravit; ac propterea omnino misereri sanxit, ac his qui misereantur misericordiam præstari [19].

με'. Ὁ Θεὸς πρὸς τῇ φύσει, καὶ τῇ γνώμῃ ἀλλήλοις ἡμᾶς ἑνῶσαι βουλόμενος, καὶ πρὸς τοῦτο ἅπαν ὡς ἀληθῶς (*j*) ὠθῶν τὸ ἀνθρώπινον, τὰς σωτηρίους φιλανθρώπως ἡμῖν ἐντολὰς διεχάραξε, καὶ τούτου χάριν ἐλεεῖν καὶ ἐλεεῖσθαι ἁπλῶς ἐνομοθέτησεν.

46. Hominum extra rationem cæcusque amor ac prudentia, aliis alios, legemque aut repellentibus aut fraudantibus, naturam, quæ una erat, in plures partes concidit; eamque quæ in ea nunc viget, duri pectoris stoliditatem ac stuporem inducens, ipsam in se ipsam animorum discordia naturam armavit. Quisquis igitur prudenti consilio sensusque ingenuitate, hanc naturæ inæqualitatem solvere potuit, ipse præ aliis sui ipsius misertus est; qui nempe liberam voluntatem ex naturæ rationibus composuerit, ac voluntatis arbitrio propter naturam ejusque ductu ad Deum accesserit, inque seipso, quisnam sit modus ejus quod est *ad imaginem*, monstraverit; et quomodo Deus, apte humanam naturam a principio similem, suæque bonitatis illustre simulacrum condens, secum ipsam modis omnibus eamdem, pacatam, quietam, tranquillam, cum Deo ac secum ipsam per charitatem devinctam, statuerit; qua (nempe charitate) Deum quidem desiderio, nos autem ipsi alii alios indulgentiori pietate ac misericordia complectamur.

μς'. Ἡ τῶν ἀνθρώπων φιλαυτία καὶ σύνεσις, ἀλλήλους καὶ τὸν νόμον, ἢ ἀπωσαμένη, ἢ σοφισαμένη, εἰς πολλὰς μοίρας τὴν μίαν φύσιν κατέτεμε· καὶ τὴν νῦν ἐπικρατοῦσαν αὐτῆς ἀναλγησίαν εἰσηγησαμένη (*k*), αὐτὴν καθ' ἑαυτῆς τὴν φύσιν διὰ τῆς γνώμης ἐξώπλισε [*Regii duo* ἐξήπλωσε]. Διά τοι τοῦτο, πᾶς ὅστις σώφρονι λογισμῷ καὶ φρονήσεως εὐγενείᾳ, ταύτην λῦσαι δεδύνηται τῆς φύσεως τὴν ἀνωμαλίαν, ἑαυτὸν πρὸ τῶν ἄλλων ἐλέησε, τὴν γνώμην κατὰ τὴν φύσιν δημιουργήσας, καὶ Θεῷ κατὰ τὴν γνώμην διὰ τὴν φύσιν προσχωρήσας, καὶ δείξας ἐφ' ἑαυτῷ, τίς τοῦ *κατ' εἰκόνα* λόγου ὁ τρόπος, καὶ πῶς ἑαυτῷ ὁ Θεὸς πρεπόντως κατ' ἀρχὰς ὁμοίαν τὴν ἡμετέραν φύσιν, καὶ τῆς ἰδίας ἀγαθότητος ἀρῤῥήτου ἀπεικόνισμα δημιουργήσας, κατέστησεν αὐτὴν ἑαυτῇ κατὰ πάντα ταυτὴν, ἄμαχον, εἰρηνικὴν, ἀστασίαστον, πρός τε Θεὸν καὶ ἑαυτὴν δι' ἀγάπης ἐσχιγμένην, καθ' ἣν Θεοῦ μὲν ἐφετῶς. ἀλλήλων δὲ συμπαθῶς ἀντεχόμεθα.

47. Benignissimus Deus idcirco factus est homo, ut humanam ad se ipse naturam **521** colligeret, ac, qua male ferebatur, jactationem sisteret; quæ scilicet secum ipsa (quinimo adversum se) dissideret, scissaque esset, nec ullam quietem, incerta animi erga res singulas agitatione, nec suis librata ponderibus, haberet.

μζ'. Ὁ φιλάνθρωπος Θεὸς διὰ τοῦτο γέγονεν ἄνθρωπος, ἵνα τὴν φύσιν τῶν ἀνθρώπων πρὸς ἑαυτὸν συναγάγῃ, καὶ στήσῃ τοῦ φέρεσθαι κακῶς, πρὸς ἑαυτὴν, μᾶλλον δὲ καθ' ἑαυτῆς στασιάζουσάν τε καὶ μεμερισμένην· καὶ μηδεμίαν ἔχουσαν στάσιν, διὰ τὴν περὶ ἕκαστον τῆς γνώμης ἀστάθμητον κίνησιν.

48. Nihil, iis in rebus quæ a Deo secundæ sunt, illis charius, qui sana mente atque sensibus præditi sint (quin neque Deo acceptius), perfecta charitate; ut quæ divisos in unum cogat, unamque in multis (sive omnibus) omni procul remoto dissidio,

μη'. Οὐδέν ἐστι τῶν μετὰ Θεὸν τοῖς νοῦν ἔχουσι τιμιώτερον, μᾶλλον δὲ τῷ Θεῷ προσφιλέστερον, τῆς τελείας ἀγάπης, ὡς τοὺς διῃρημένους εἰς ἓν συναγούσης, καὶ μίαν ἐν τοῖς πολλοῖς ἢ τοῖς πᾶσιν, ἀστασίαστον κατὰ τὴν γνώμην δημιουργήσασα δυ-

[19] Luc. VI, 28.

(*j*) *Ὡς ἀληθῶς*. Legendum potius videatur, ὡς ἀγαθῶς. Divina enim bonitas una ratio est, cur Deus sic natura unitos, voluerit animorum consensu ac voluntatibus uniri; præceperitque misereri, ac miserendo, impetrandæ a Deo misericordiæ aptari. τὸν ὡς ἀληθῶς, nihil hic valde aptum, aut necessarium.

(*k*) *Ἀναλγησίαν εἰσηγησαμένη*. Quasi *indolentiam*, immisericordis animi duritiem, stoliditatem, stuporem. Vocant Græci et ἀπάθειαν· non laudabilem illam, quæ est coercitis ratione affectibus, et cui tantopere student Christiani philosophi, ipsique olim ethnici, sed quam vituperat Paulus Rom. I; dum malorum exemplo ponit ἀστόργους, Vulg. *sine affectione*. Nullo scilicet naturalis amoris ac pietatis sensu præditos: quæ est affectuum absentia, quales exigit ratio, ipsaque sibi una condita rationalis natura. Non satis apte Picus *insensibilitate introducta*: cum sensilis vox magis passive accipiatur, pro eo quod sensu attingi potest, seu quod eum movet. Nec longe felicius, quod sequitur, αὐτὴν καθ' ἑαυτῆς τὴν φύσιν διὰ τῆς γνώμης ἐξώπλισε. *Ipsam in sese naturam ingenii solertia armavit*. Aliud certe γνώμη, qua sic scissa natura, quam ingenii solertia. Ipsa nimirum sui juris voluntas ac libera, eoque discors in singulis, quorum est γνωμικὴ, voluntas trahensque naturam in diversa ac in ea faciens inæqualitatem.

Digitized by Google

ναμένης ταὐτότητα. Καὶ γὰρ ἴδιον τῆς ἀγάπης, τῶν τὰ κατ' αὐτὴν ζητούντων, μίαν ἀποδεῖξαι τὴν γνώμην.

pacatam animi sententia identitatem præstare valeat. Id enim charitatis proprium, ut eorum, qui ea quæ ejus sunt quærunt, unum animum ac voluntatem efficiat.

μθ'. Εἰ φύσει τὸ καλόν ἐστιν ἑνοποιητικὸν τῶν διῃρημένων καὶ συνεκτικόν, τὸ κακὸν δηλονότι τῶν ἡνωμένων ἐστὶ διαιρετικόν τε καὶ φθαρτικόν. Καὶ γὰρ φύσει τὸ κακὸν σκεδαστὸν ὑπάρχει, καὶ ἄστατον καὶ πολύμορφον καὶ διαιρετικόν.

49. Siquidem ea boni natura est atque indoles, ut quæ divisa sunt uniat et contineat : mali plane genius erit, ut quæ sunt unita dividat ac interimat. Malum enim natura dissipatum est et mutabile, instabileque et multiforme, ac quod divisionem inducat.

ν'. Πάντων τῶν κακῶν ἀπαλλαγὴ καὶ σύντομος πρὸς σωτηρίαν ὁδός, ἡ ἀληθὴς τοῦ Θεοῦ κατ' ἐπίγνωσιν ἀγάπη ἐστί, καὶ ἡ καθόλου τῆς κατὰ ψυχὴν πρός τε τὸ σῶμα καὶ τὸν κόσμον τοῦτον στοργῆς ἐξάρνησις, καθ' ἣν, τῆς μὲν ἡδονῆς ἐπιθυμίαν, τῆς ὀδύνης δὲ τὸν φόβον ἀποβαλλόμενοι, τῆς κακῆς ἐλευθερούμεθα φιλαυτίας, πρὸς τὴν γνῶσιν ἀναβιβασθέντες τοῦ Κτίσαντος· καὶ πονηρᾶς ἀγαθὴν ἀντιλαβόντες νοερὰν φιλαυτίαν, σωματικῆς κεχωρισμένην στοργῆς, οὐ παυόμεθα λατρεύοντες τῷ Θεῷ διὰ ταύτης τῆς καλῆς φιλαυτίας, ἐκ Θεοῦ τῆς ψυχῆς ἀεὶ ζητοῦντες τὴν σύστασιν. Αὕτη γάρ ἐστιν ἀληθὴς λατρεία, καὶ ὄντως θεάρεστος, ἡ τῆς ψυχῆς διὰ τῶν ἀρετῶν ἀκριβὴς ἐπιμέλεια.

50. Liberatio a malis omnibus, brevisque ad salutem via, vera est cum agnitione Dei dilectio, omnisque erga corpus mundumque, indulgentioris animi abdicatio; qua, voluptatis cupiditate dolorisque metu excussis, a pravo illo cæcoque corporis amore liberamur, ad Auctoris cognitionem subvecti; ejusque loco bonum illum atque honestum intelligentis animi amorem, corporalis affectus labe purum adepti, eo obsequi Deo non cessamus, qui animi semper incolumitatem ex Deo quæramus. Hic enim verus cultus, vereque Deo acceptus est, ut nempe diligentem animo virtutum solliciti curam adhibeamus.

να'. Ὁ σωματικῆς ἡδονῆς μὴ ἐφιέμενος, καὶ ὀδύνην παντελῶς μὴ φοβούμενος, γέγονεν ἀπαθής. Ταύταις γὰρ μετὰ τῆς τεκούσης αὐτὰς φιλαυτίας, πάντα τὰ δι' αὐτάς τε καὶ ἐξ αὐτῶν μετὰ τῆς ἀρχηγικωτάτης τῶν κακῶν ἀγνοίας, ὁμοθυμαδὸν συναπέκτεινε πάθη, καὶ ὅλος γέγονε τοῦ ἑστῶτος καὶ μένοντος καὶ ἀεὶ ὡσαύτως ἔχοντος φύσει καλοῦ, παντάπασιν αὐτῷ συνδιαμένων ἀκίνητος, καὶ ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ κατοπτριζόμενος· ἐκ τῆς ἐν αὐτῷ φωτοειδοῦς λαμπρότητος, τὴν θείαν καὶ ἀπρόσιτον δόξαν θεώμενος.

51. Qui corporalem voluptatem ac libidinem non concupiscit, nec dolorem omnino metuit, imperturbati solutique vitiis animi exstitit. Cum his enim, eorumque parente, pravo illo ac cæco corporis amore, cunctos horum causa, exque illis succrescentes affectus, cum vitiorum summe principe primaque origine, ignorantia, uno velut ictu interemit, totusque stabili illi et manenti, eodemque se modo semper habenti, ac natura bono honestoque adhæsit, cum illo immobilis prorsus perseverans, ac revelata facie quasi in speculo divinam gloriam contemplans [20]; ex lucido penes seipsum splendore, divinam ac inaccessam claritatem animo considerans.

νϑ'. Τὴν ἡδονὴν τῆς παρούσης ζωῆς καὶ τὴν ὀδύνην, ὅση δύναμις, ἀρνησώμεθα, καὶ πάσης παθῶν ἐπινοίας (*l*) καὶ δαιμονιώδους κακουργίας παντελῶς ἀπαλλαγησόμεθα. Διὰ γὰρ τὴν ἡδονὴν ἀγαπῶμεν τὰ πάθη, καὶ διὰ τὴν ὀδύνην φεύγομεν τὴν ἀρετήν.

522 52. Vitæ hujus voluptatem atque dolorem, quanta facultas est, abdicemus, omnique vitiorum animo labe, dæmonumque malignitate penitus liberabimur. Voluptatis enim libidinisque illecebra, vitia affectusque diligimus; metuque doloris, virtutem fugimus ac aversamur.

ιγ'. Ἐπειδὴ πᾶσα κακία πέφυκε τοῖς συνιστῶσιν αὐτὴν συμφθείρεσθαι τρόποις, εὑρίσκων δι' αὐτῆς τῆς πείρας ὁ ἄνθρωπος, πάσης ἡδονῆς εἶναι πάντως τὴν ὀδύνην διάδοχον, πρὸς μὲν τὴν ἡδονήν, τὴν ὅλην ἔσχεν ὁρμήν· πρὸς δὲ τὴν ὀδύνην, τὴν ὅλην ἀποφυγήν· τῆς μέν, κατὰ πᾶσαν ὑπεραγωνιζόμενος δύναμιν· τῆς δέ, κατὰ πᾶσαν σπουδὴν καταγωνιζόμενος, οἰόμενος, ὅπερ ἀμήχανον ἦν, διὰ τῆς τοιαύτης μεθοδείας, ἀλλήλων ταύτας διαστῆσαι, καὶ μόνῃ τῇ ἡδονῇ

53. Cum omne vitium una cum modis ipsum promoventibus seu conflantibus proclive intereat; comperto homo, rei ipso periculo, omni voluptati omnino dolorem comitem esse : in voluptatem quidem, vim omnem appetentis animi, in dolorem vero, fugam omnem convertit : illius quidem causa, totis viribus decertans; hunc vero, omni diligentia oppugnans; nempe ratus fore (quod omnino impossibile erat) ut ea solertia arteque, alterum ab

[20] II Cor. III, 12.

(*l*) *Πάσης παθῶν ἐπινοίας.* Pro λογισμοῦ videtur usurpasse; ut significet ipsum vitium et affectum animo hærentem juxta quod Varin. ἐπίνοια, ὅταν τις τὰ ὄντα ἐν τῇ διανοίᾳ θεωρῇ. Non satis bene Picus : *Ab omni affectuum opinione.* Possit et subtilem cogitatum et adinventionem sonare, uti sequenti statim cap. Τὰς ἀμυθήτους τῶν φθοροποιῶν παθῶν ἐπινοοῦμεν γενέσεις. Ut velit fore liberos omni vitio ac affectu, tum cujus nobis ipsi auctores simus propria adinventione, tum cujus dæmones sua suggestione.

Digitized by Google

altero dispesceret; soliqne voluptati conjunctum pravum illum cæcumque corporis amorem, nullo prorsus doloris periculo, haberet; ignorans scilicet (affectu puto sensum adimente) voluptatem ipsam per se seorsum a dolore nunquam omnino posse exsistere. Est enim commistus voluptati doloris labor, tametsi latere eos videatur, qui ejus compotes sunt, ob exsuperantem scilicet voluptatis affectum. Semper enim quod præcipue dominatur ac viget, natum est elucere, ejus obtegendo sensum quod illi conjunctum est. Pravi igitur cæcique illius amoris studio voluptatem consectando, innumeros exitiosos affectus vitiaque adinvenimus.

A συνημμένην τὴν φιλαυτίαν ἔχειν παντελῶς ὀδύνης ἀπείρατον, ἀγνοήσας ὑπὸ τοῦ πάθους, ὡς ἔοικεν, ὡς οὐκ ἐνδέχεταί ποτε χωρὶς ὀδύνης εἶναι τὴν ἡδονήν. Ἐγκέκραται γὰρ τῇ ἡδονῇ τῆς ὀδύνης ὁ πόνος, κἂν λανθάνειν δοκῇ τοὺς ἔχοντας, διὰ τὴν κατὰ τὸ πάθος τῆς ἡδονῆς ἐπικράτειαν· ἐπειδὴ τὸ ἐπικρατοῦν, ἀεὶ διαφαίνεσθαι πέφυκε, καλύπτον τοῦ παρακειμένου τὴν αἴσθησιν. Ἡδονῆς οὖν διὰ τὴν φιλαυτίαν ἀντιποιούμενοι, καὶ ὀδύνην διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν πάλιν φεύγειν σπουδάζοντες, τὰς ἀμυθήτους τῶν φθοροποιῶν παθῶν ἐπινοοῦμεν γενέσεις.

54. Nescit ipso rei periculo voluptatis ac doloris sensum, qui Deo vere charissimo, amabilique ac desiderato, corporali omni affectu ac libidine liberum, dejunxerit, seu magis conglutinaverit, animum.

νδ'. Ἀγνοεῖ τις τὴν καθ' ἡδονὴν καὶ ὀδύνην τῆς αἰσθήσεως πεῖραν, ὅταν τῷ Θεῷ τῷ ὄντως ἀγαπητῷ B καὶ ἐραστῷ καὶ ἐφετῷ προσδήσῃ, μᾶλλον δὲ κολλήσῃ τὸν νοῦν, τῆς σωματικῆς γενόμενον ἐλεύθερον σχέσεως.

55. Quemadmodum fieri non potest, ut quis aliter purum Deo cultum adhibeat, quin penitus animum emundet : sic nec creaturæ servire potest, quin se corpori diligentiori cura impendat : quo nempe homo, exitiosum corpore cultum peragens, ejusque ratione sui ipse ac carnaliter amans, voluptatem jugiter vigentem atque dolorem habebat, inobedientiæ semper ligno vescens; quod scilicet boni ac mali commistam semper sensus experimento scientiam haberet. Nec forte a vero aberraverit, qui dicat, lignum scientiæ boni et mali creaturam esse oculis subjectam; quod nempe illa vi voluptatis atque doloris effectrice, **523** eo quod percipitur, natura prædita sit.

νε'. Ὥσπερ οὐ δύναταί τις ἄλλως λατρεύειν τῷ Θεῷ καθαρῶς, μὴ τὴν ψυχὴν ἄρδην ἐκκαθαίρων· οὕτως οὔτε τῇ κτίσει λατρεύειν, μὴ τὸ σῶμα περιποιούμενος (*m*)· καθ' ὃ σῶμα τὴν φθοροποιὸν ἐπιτελῶν λατρείαν ὁ ἄνθρωπος, καὶ κατ' αὐτὸ γενόμενος ὅλος αὐτός, ἡδονὴν εἶχεν ἀπαύστως καὶ ὀδύνην ἐνεργουμένην, ἐσθίων ἀεὶ τὸ ξύλον τῆς παρακοῆς, τὸ καλοῦ τε καὶ κακοῦ, κατὰ ταὐτὸν μεμιγμένην κατὰ τὴν αἴσθησιν διὰ τῆς πείρας ἔχον τὴν γνῶσιν. Καὶ τάχα ξύλον εἶναι γνωστὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ, τὴν φαινομένην κτίσιν εἰπών τις, οὐχ ἁμαρτήσει τῆς ἀληθείας· ἡδονῆς γὰρ καὶ ὀδύνης ποιητικὴν ἔχει φυσικῶς τὴν μετάληψιν. C

56. Ubi non obtinet ac dominatur ratio, sensus vigor et imperium cui commista atque conserta peccati vis, præsto esse solet; voluptatis illecebra, ad carnis una subsistentis eoque affinis, miserationem proclive animum trahens : pro cujus ratione, tanquam opus ei naturale, vitiosam ac voluptariam seu libidinosam carnis curam assumens, a vita naturali abducit, auctorque illi est, ut sibi ipse pravitatis ac malitiæ, quæ nec vere est, fabricator exsistat.

νς'. Ἔνθα λόγος οὐ κρατεῖ, τὸ κατ' αἴσθησιν πέφυκεν ἐπιγίνεσθαι κράτος, ἐν ᾧ τῆς ἁμαρτίας πέφυρται πως ἡ δύναμις, πρὸς οἶκτον τῆς συγγενοῦς σαρκὸς καθ' ὑπόστασιν, τὴν ψυχὴν δι' ἡδονῆς ὑποσύρουσα· καθ' ἣν ὡς ἔργον αὐτῇ φυσικὸν ἐγχειρίσασα τὴν ἐμπαθῆ καὶ καθήδονον τῆς σαρκὸς ἐπιμέλειαν, ἀπάγει τῆς κατὰ φύσιν ζωῆς, καὶ πείθει τῆς ἀνυπαστάτου κακίας γενέσθαι ταύτην δημιουργόν.

57. Animi intelligentis vitium ac pravitas est, naturalium bonorum oblivio, ex libidinosa in carnem mundumque affectione proveniens; quam delet spiritali scientia imperans pro ducis munere ratio, ac mundi carnisque ortum naturamque scrutans, atque ad affinem, earum rerum quæ sola mente percipiuntur, regionem provehens ac minans, ubi nulla excurrit aut transit peccati lex; quam jam sensus desiciat, pontis instar ad mentem eam trajiciens; ejus scilicet cum animo jam dissoluta necessitudine, ipsoque sensilibus spectaculis projecto : quorum mens habitudine atque natura superatis, ne prorsus quidem sentit.

νζ'. Κακία ἐστὶ ψυχῆς νοερᾶς, ἡ λήθη τῶν κατὰ φύσιν καλῶν, ἥτις ἐκ τῆς περὶ τὴν σάρκα τε καὶ κόσμον, ἐμπαθοῦς ἐπιγίνεται σχέσεως, ἣν ἀφανίζει στρατηγῶν ὁ λόγος κατ' ἐπιστήμην πνευματικὴν, τήν τε τοῦ κόσμου καὶ τῆς σαρκὸς διερευνώμενος γένεσίν τε καὶ φύσιν, καὶ πρὸς τὴν συγγενῆ τῶν νοητῶν χώραν τὴν ψυχὴν ἐλαύνων· πρὸς ἣν οὐδεμίαν ὁ νόμος τῆς ἁμαρτίας ποιεῖται διάβασιν, οὐκ ἔχων καθάπερ γέφυραν πρὸς τὸν νοῦν διαβιβάζουσαν αὐτὸν ἔτι τὴν αἴσθησιν, διαλυθεῖσαν ἤδη πρὸς τὴν ψυχὴν κατὰ τὴν σχέσιν, καὶ τοῖς αἰσθητοῖς ἐναπορριφεῖσαν θεάμασιν, ὧν διαβὰς τὴν σχέσιν καὶ τὴν φύσιν ὁ νοῦς, παντελῶς οὐκ αἰσθάνεται. D

(*m*) *Μὴ τὸ σῶμα περιποιούμενος.* Ubique in nimium corporis amorem, illiusque curam non ex ratione (quæ illa vitiosa φιλαυτία est) refert Maximus vitia reliqua; et hic, quod quis creaturæ serviat. Male rem Picus exprimit, *Creaturæ inservire nequit, nisi præparato prius corpore.* In reliquis etiam laborat Picus, nec altos Maximi sensus assequi sibi potest, aut reddere.

Digitized by Google

ιη'. Καθάπερ ὁ λόγος κρατῶν τῶν παθῶν, ἀρετῆς A ὄργανον ποιεῖται τὰς αἰσθήσεις· οὕτω καὶ τὰ πάθη κρατοῦντα τοῦ λόγου, μορφοῦσι τὰς αἰσθήσεις πρὸς ἁμαρτίαν. Καὶ χρὴ νηφόντως σκοπεῖν τε καὶ μελετᾷν, πῶς ἡ ψυχὴ τὴν καλὴν ποιήσεται δεόντως ἀντιστροφὴν, τοῖς δι' ὧν τὸ πρὶν ἐπλημμέλει χρωμένη πρὸς γένεσιν ἀρετῶν καὶ ὑπόστασιν.

58. Quemadmodum ratio affectibus dominans, virtutis organum sensum efficit: sic quoque affectus rationi dominantes sensus ad peccatum informant. Atque adeo sobria mente attendendum ac considerandum, quonam modo animus convenienter conversionem facturus sit; quibus pridem delinquebat, hæc ad parandas virtutes easque sustentandas adhibens.

νθ'. Τὸ ἅγιον Εὐαγγέλιον, σαρκικῆς μὲν εἰσηγεῖται ζωῆς ἄρνησιν, πνευματικῆς δὲ ὁμολογίαν. Περὶ τούτων δὲ λέγω, τῶν ἀεὶ μὲν κατὰ τὸν ἄνθρωπον, λέγω δὲ τὴν ἀνθρωπίνην ἐν σαρκὶ κατὰ τὸν αἰῶνα τοῦτον ζωὴν, ἀποθνησκόντων, ζώντων δὲ κατὰ Θεὸν μόνῳ τῷ Πνεύματι, κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον καὶ τοὺς ἀμφ' αὐτὸν (n), τοὺς ζῶντας μὲν οὐδαμῶς ἰδίαν ζωὴν, ζῶντα δὲ τὸν Χριστὸν ἐν ἑαυτοῖς κατὰ μόνην B ἔχοντας τὴν ψυχήν. Οὕτως οἱ διὰ τὸν Θεὸν ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ νεκροὶ σαρκὶ, κρίνονται, θλίψεις καὶ βασάνους πολλὰς καὶ στενοχωρίας ἔχοντες, καὶ διωγμοὺς, καὶ μυρία πειρασμῶν εἴδη μετὰ χαρᾶς ὑπομένοντες.

59. Sanctum Evangelium, vitæ carnalis abdicationem, ac spiritalis professionem docet. Quod ad illos, inquam, attinet, qui secundum hominem (humanam scilicet in carne pro hujus sæculi usu, vitam) semper moriuntur [21], soloque spiritu secundum Deum vivunt, haud secus ac divinus Apostolus ac qui affines illius sunt; qui vivant, non jam propriam vitam, sed viventem in se Christum solo animo habeant [22]. In eum modum judicantur carne [23], qui propter Deum in hoc sæculo mortui sunt, ærumnas multas et cruciatus ac persecutiones habentes, innumeraque tentationum genera cum gaudio sustinentes.

ξ'. Πᾶν πάθος κατὰ συμπλοκὴν πάντως αἰσθητοῦ τινος καὶ αἰσθήσεως, καὶ φυσικῆς δυνάμεως, θυμοῦ λέγω τυχὸν, ἢ ἐπιθυμίας, ἢ λόγου παρατραπέντος τοῦ κατὰ φύσιν, συνίσταται. Ἐὰν οὖν τὸ πρὸς ἄλληλα κατὰ σύνθεσιν τέλος, τοῦ τε αἰσθητοῦ καὶ τῆς αἰσθήσεως, καὶ τῆς ἐπ' αὐτῇ φυσικῆς δυνάμεως θεωρήσας ὁ νοῦς, δυνηθῇ πρὸς τὸν οἰκεῖον φύσει λόγον, τούτων ἕκαστον διακρίνας ἐπαναγαγεῖν, καὶ θεωρῆσαι καθ' ἑαυτὸ τὸ αἰσθητὸν, ἄνευ τῆς πρὸς αὐτὸ C τῆς αἰσθήσεως σχέσεως, καὶ τὴν αἴσθησιν δίχα τῆς τοῦ αἰσθητοῦ πρὸς αὐτὴν οἰκειότητος· καὶ τὴν ἐπιθυμίαν φέρε εἰπεῖν, ἢ ἄλλην τινὰ τῶν κατὰ φύσιν δυνάμεων χωρὶς τῆς ἐμπαθοῦς ἐπ' αἰσθήσει τε καὶ αἰσθητῷ διαθέσεως· ὡς ἡ τοῦ πάθους ποιὰ παρασκευάζει τὴν θεωρίαν γίνεσθαι κίνησις, διεσκέδασε καὶ ἐλέπτυνε, κατὰ τὸν πάλαι τοῦ Ἰσραὴλ μόσχον, τοῦ οἰουδήποτε συμβαίνοντος πάθους τὴν σύστασιν, καὶ ὑπὸ τὸ ὕδωρ τῆς γνώσεως ἔσπειρεν, ἀφανίσας παντελῶς καὶ αὐτὴν τῶν παθῶν τὴν ψιλὴν φαντασίαν, διὰ τῆς πρὸς ἑαυτὰ τῶν ἀποτελούντων αὐτὸ κατὰ φύσιν πραγμάτων ἀποκαταστάσεως.

60. Affectus omnis, seu passio atque vitium, omnino ex complexu rei alicujus in sensum cadentis, sensusque, ac **524** naturalis facultatis (iræ puta aut cupiditatis, aut rationis ab eo perversæ quod est ex natura) consurgit. Mens igitur, horum inter se secundum compositionem dispecto fine (tum scilicet rei quæ sensum movet, tum ipsius sensus, tum denique naturalis in eo facultatis), dum singula subtiliter discernens, in propriam quodque natura rationem reducere potuerit: rem scilicet quæ sensum movet, ipsam per se absque sensus in eam necessitudine; ac cupiditatem, verbi gratia, seu aliam quamdam naturalium facultatum absque libidinosa in sensum remque sensum moventem animi affectione (qualem talis quædam affectus ac libidinis motio solet præstare considerationem) hic dissipavit ac comminuit, velut senioris Israelis vitulum [24], affectus cujuslibet seu vitii ac passionis labem atque rem, subque scientiæ aqua seminavit; ipsa quoque nuda prorsus affectuum libidinumque cogitatione abolita, ea ratione, quod singula quæque hæc efficientia, secundum naturam ad scipsa fuerint revocata sibique reddita.

ξα'. Ὁ πολλοῖς πλημμελήμασι τῶν ἐκ τῆς σαρκὸς D παθημάτων κεχηλιδωμένος βίος, χιτών ἐστιν ἐσπιλωμένος. Ὡς ἔκ τινος γὰρ ἐνδύματος τῆς κατὰ τὸν βίον ἀναστροφῆς, ἕκαστος τῶν ἀνθρώπων διαφαίνεσθαι πέφυκεν, εἴτε δίκαιος, εἴτε ἄδικος· ὁ μὲν, χιτῶνα καθαρὸν ἔχων, τὸν ἐνάρετον βίον· ὁ δὲ, πονηροῖς ἐσπιλωμένην ἔργοις τὴν ζωὴν κεκτημένος. Ἢ μᾶλλον, ἐσπιλωμένος ἀπὸ τῆς σαρκός ἐστι χιτὼν, ἡ κατὰ συνείδησιν μορφοῦσα διὰ τῆς μνήμης τῶν

61. Vita multis delictis ex carnis affectionibus seu passionibus commaculata, tunica est sordida ac inquinata [25]. Velut enim ex quodam indumento, ex vitæ conversatione quisque hominum ut eluceat comparatus est, sive justus, sive iniquus est: alter quidem, mundam tunicam habens, vitam virtutibus ornatam; alter vero, vitam pravis operibus conspurcatam. Vel potius, tunica carnis sordibus inquinata, habitus est certaque dispositio, ex carnalium

[21] I Cor. xv, 31. [22] Galat. II, 20. [23] I Petr. IV, 6. [24] Exod. XXXII, 20. [25] Judæ 23.

(n) *Κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον, καὶ τοὺς ἀμφ' αὐτόν.* Et hic longe aberrat, dum ita reddit, *Ex sententia divini Apostoli et ex ejus præcepto.* Cum sit, *Divini Apostoli et similium more*, velut divinus Apostolus (cujus nedum hæc sunt verba, verum etiam de ipso et in sua persona dicta) virique cum illo apostolici ac divi quibus sic Christus vita sit. Piget sic ex trivio res adnotare; sed in vitium vitio cogor alieno.

Digitized by Google

gravorum motuum atque operum memoria, animum secundum conscientiam formans; quam is velut tunicam sibi adjacentem continue videns, vitiorum fetore repletur. Quemadmodum enim abs spiritu, virtutibus aliis aliis ex ratione contextis, incorruptionis animæ amictus conflatur, quo induta, pulchra enitet ac gloriosa : sic et a carne, vitiis passionibusque aliis aliisque certa proportione intextis, immunda quædam ac maculata tunica consurgit, ex se animum manifestans, aliamque ei formam ac imaginem præter divinam tribuens.

62. Firmam consequendæ deificationis fiduciam præbet humanæ naturæ, quod Deus homo factus est; tantum ejus humanitatis causa deum faciens hominem, quantum ipse homo factus est. Nam qui sine peccato factus est homo, **525** citra omnem mutationem in deitatem, naturam deificabit : tantumque propter se provehet, quantum se ipse hominis gratia demisit. Idque mystice docens magnus Apostolus, ait [86], in sæculis supervenientibus, manifestandas in nobis supereminentes Dei bonitatis divitias.

63. Ratio pro imperio iram regens ac cupiditatem, virtutes parit : mensque rationes intelligens, rerum conditarum certam cognitionem carpit. Ubi igitur ratio, abjectis contrariis, quod natura amabile est, invenerit; mensque his superatis quæ scientia noscuntur, ipsum rerum Auctorem, essentiam omnem ac scientiam excedentem, apprehenderit; tunc per gratiam, beatæ deificationis passio, a naturali rationem discretione abducens (ubi non est quod discernatur) accedit; mentique cessationem a naturali intellectione ac cogitatione (ubi non est quod cognoscatur) inducit; atque ejusdem quietis ac status firmitate, eum, qui divino dignus consortio habeatur, deum facit.

64. Animum voluptatum sordibus tanquam rubigine infectum, emundat labor, terrenorumque prorsus ab eo libidinem revellit, ubi is, quo damno afficiat eorum amor, saniori consilio didicerit. Idque in causa est, cur Deus justo judicio homines sinat a diabolo torqueri.

65. Voluptas et dolor, cupiditas et metus, ac quæ hæc comitantur, non primo una cum hominum natura condita sunt; nam alioqui ad naturæ definitionem spectarent. Quocirca dico, auctorem secutus

[86] Ephes. II, 7.

ἐκ τῆς σαρκὸς πονηρῶν κινημάτων τε καὶ ἐνεργημάτων τὴν ψυχήν, ἕξις τε καὶ διάθεσις, ἣν ὁρῶσα διαπαντὸς καθάπερ χιτῶνά τινα περὶ ἑαυτὴν, δυσωδίας πληροῦται παθῶν. Ὡς γὰρ ἀπὸ τοῦ πνεύματος, διὰ τῶν ἀρετῶν ἀλλήλαις κατὰ λόγον συνυφαινομένων, ἀφθαρσίας γίνεται τῇ ψυχῇ χιτὼν, ὃν ἐνδυσαμένη γίνεται καλὴ καὶ ἐπίδοξος· οὕτω καὶ ἀπὸ τῆς σαρκὸς, τῶν παθῶν ἀλλήλοις κατὰ ἀναλογίαν συνυφαινομένων, γίνεταί τις χιτὼν ἀκάθαρτος καὶ ἐσπιλωμένος, ἐξ ἑαυτοῦ δεικνὺς γνώριμον τὴν ψυχὴν (*o*), μορφὴν ἄλλην αὐτῇ καὶ εἰκόνα παρὰ τὴν θείαν ἐνθέμενος.

ξβ'. Βεβαία πίστις ἐστὶ τῆς πρὸς ἐκθέωσιν ἐλπίδος τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων, ἡ τοῦ Θεοῦ ἐνανθρώπησις, τοσοῦτον θεὸν ποιοῦσα τὸν ἄνθρωπον, ὅσον αὐτὸς γέγονεν ἄνθρωπος. Ὁ γὰρ χωρὶς ἁμαρτίας γενόμενος ἄνθρωπος, δῆλον ὅτι χωρὶς τῆς εἰς θεότητα μεταβολῆς, τὴν φύσιν θεοποιήσει· καὶ τοσοῦτον ἀναβιβάσει δι' ἑαυτὸν, ὅσον αὐτὸς διὰ τὸν ἄνθρωπον ἑαυτὸν κατεβίβασεν. Ὅπερ μυστικῶς διδάσκων ὁ μέγας Ἀπόστολος, φησὶν, ἐν τοῖς αἰῶσι τοῖς ἐπερχομένοις, τὸν εἰς ἡμᾶς ὑπερβάλλοντα πλοῦτον τῆς τοῦ Θεοῦ χρηστότητος δειχθήσεσθαι.

ξγ'. Τοῦ μὲν θυμοῦ καὶ τῆς ἐπιθυμίας ἐπιστατῶν ὁ λόγος, ποιεῖ τὰς ἀρετάς· ὁ δὲ νοῦς τοῖς λόγοις ἐπιβάλλων, τῶν γεγονότων τὴν ἄπταιστον συλλέγεται γνῶσιν (*p*). Ὅταν οὖν ὁ λόγος μετὰ τὴν τῶν ἀντικειμένων ἀποβολὴν, εὕρῃ τὸ κατὰ φύσιν ἐραστὸν, καὶ ὁ νοῦς μετὰ τὴν τῶν γινωσκομένων διάβασιν λάβηται τῆς ὑπὲρ οὐσίαν καὶ γνῶσιν τῶν ὄντων Αἰτίας, τηνικαῦτα τὸ τῆς θεώσεως κατὰ χάριν ἐπιγίνεται πάθος, τὸν μὲν λόγον ἀπάγον τῆς φυσικῆς διακρίσεως, ἔνθα τὸ διακρινόμενον οὐκ ἔστι· τὸν δὲ νοῦν καταπαῦον τῆς κατὰ φύσιν νοήσεως, ἔνθα μὴ ἔστι τὸ γινωσκόμενον, καὶ ποιοῦν τῇ κατὰ τὴν στάσιν ταὐτότητι θεὸν, τὸν ἀξιούμενον τῆς θείας μεθέξεως.

ξδ'. Κατιωθεῖσαν τὴν ψυχὴν τῷ ῥύπῳ τῆς ἡδονῆς, ἀποκαθαίρει πόνος, καὶ ἀφῃλοῖ παντελῶς αὐτῆς τὴν σχέσιν τῶν ὑλικῶν, τῆς πρὸς αὐτὰ φιλίας τὴν ζημίαν μεταμαθοῦσαν [*al.* μεταμαθούσης]· δι' ἣν αἰτίαν ὁ Θεὸς συγχωρεῖ τῷ διαβόλῳ, κατὰ κρίσιν δικαίαν τοὺς ἀνθρώπους βασάνοις καταπιέζειν.

ξε'. Ἡδονὴ καὶ λύπη, ἐπιθυμία καὶ φόβος, καὶ τὰ τούτοις ἑπόμενα, τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων προηγουμένως οὐ συνεκτίσθη· ἐπεὶ καὶ εἰς τὸν ὅρον ἂν συνετέλουν τῆς φύσεως (*q*). Λέγω δὴ παρὰ τοῦ

(*o*) *Ἐξ ἑαυτοῦ δεικνὺς γνώριμον τὴν ψυχήν.* Et hoc tam clarum, ita Picus : *Ex seipso declarat præclaram quidem esse animam.* Hæcne vis, τοῦ ἀκαθάρτου καὶ ἐσπιλωμένου χιτῶνος· *immundi illius et conspurcati involucri ac pallii*, declarare esse præclaram animam ? Nugæ. Manifestat eam, seu reddit manifestam ex seipso; sic nempe factam immundam ac inquinatam; quæ sibi pro divina turpem illam formam imaginemque indiderit. Magni ubique cum pari pietate sensus Maximi.

(*p*) *Τῶν γεγονότων τὴν ἄπταιστον γνῶσιν.* Quasi absque ullo errore, in qua non sit impingere et labi. Utitur sæpe Maximus pro certa jam perfectaque scientia, non morum, sed speculabilium; uti hic etiam. Id enim τῶν γεγονότων γνῶσις· Scientia rerum a Deo conditarum; cujus perfectio ipsa veritas et certitudo. Non bene itaque Picus, *immaculatam* reddit : forte Hesych. fretus, cui ἄπταιστος, ἀκαταγνώστως est, refertque Varin. verum id cum de morum offensa sermo sit. Suid. adductam vocem non exposuit, quod ex simplicis ipsa ratione, pro subjecta materia exponenda sit.

(*q*) *Εἰς τὸν ὅρον συνετέλουν τῆς φύσεως.* Quasi *contribuerentur*, et quod vulgatius clariusque reddidi, *spectarent*, *pertinerent ad naturæ definitionem.* Nihil bene Picus : *Etenim ad finem quoque conlisserent.* Aliud ὅρος, alius finis : etsi ὅρος quoque *terminus* dicitur, qui ipsa definitio est. Etiam τὸ

Digitized by Google

Νυσσέως μεγάλου Γρηγορίου μαθών, ὅτι διὰ τὴν τῆς τελειότητος ἔκπτωσιν, ἐπεισήχθη ταῦτα, τῷ ἀλογοτέρῳ μέρει προσφυέντα τῆς φύσεως· δι' ὧν, ἀντὶ τῆς μακαρίας καὶ θείας εἰκόνος, εὐθὺς ἅμα τῇ παραβάσει, διαφανὴς καὶ ἐπίδηλος ἐν τῷ ἀνθρώπῳ γέγονεν ἡ τῶν ἀλόγων ζώων ὁμοίωσις. Ἔδει γὰρ τῆς ἀξίας τοῦ λόγου καλυφθείσης, ὑφ' ὧν ἐπεσπάσατο τῆς ἀλογίας γνωρισμάτων, ἐνδίκως τὴν φύσιν τῶν ἀνθρώπων κολάζεσθαι· σοφῶς εἰς συναίσθησιν τῆς λογικῆς μεγαλονοίας ἐλθεῖν οἰκονομοῦντος τοῦ Θεοῦ τὸν ἄνθρωπον.

A magnum Gregorium Nyssenum (lib. *De opificio hominis*), eo quod amissa perfectio erat, subintroducta hæc, ei animi parti cohærentia, quæ a ratione remotior est : quibus, loco beatæ divinæque imaginis, statim a transgressione, dilucida ac clara brutarum animantium similitudo in homine exstitit. Decebat enim rationis præstantia in obscurum coacta, merito puniri humanum genus, iis quas asciverat, naturæ carentis ratione notis; Deo sapientissime disponente, ut per hunc modum, in rationalis præstantiæ animi sensum homo adduceretur.

ξς'. Καλὰ γίνεται καὶ τὰ πάθη ἐν τοῖς σπουδαίοις, ὁπηνίκα σοφῶς αὐτὰ τῶν σωματικῶν ἀποστήσαντες, πρὸς τὴν τῶν οὐρανίων μεταχειριζώμεθα κτῆσιν· οἷον, ὅτε τὴν μὲν ἐπιθυμίαν, τῆς νοερᾶς τῶν θείων ἐφέσεως ὀρεκτικὴν ἐργασόμεθα κίνησιν· τὴν ἡδονὴν δὲ, τῆς ἐπὶ τοῖς θείοις χαρίσμασι τοῦ νοῦ θελκτικῆς ἐνεργείας εὐφροσύνην ἀπήμονα· τὸν δὲ φόβον, τῆς μελλούσης ἐπὶ πλημμελήμασι τιμωρίας προφυλακτικὴν ἐπιμέλειαν· τὴν δὲ λύπην, διορθωτικὴν ἐπὶ παρόντι κακῷ μεταμέλειαν. Καὶ συντόμως εἰπεῖν, κατὰ τοὺς σοφοὺς τῶν ἰατρῶν, σώματι φθαρτικοῦ θηρὸς τῆς ἐχίδνης, τὴν οὖσαν ἢ μελετωμένην ἀφαιρουμένους λώβησιν, τοῖς πάθεσι τούτοις πρὸς ἀναίρεσιν χρώμενοι παρούσης κακίας ἢ προσδοκωμένης, καὶ κτῆσιν καὶ φυλακὴν ἀρετῆς τε καὶ γνώσεως.

B 66. Ipsæ quoque passiones, affectusque in iis qui studiosi, honestique cultores sunt, boni ac laudabiles redduntur; cum sapienter a corporeis avocantes ad comparanda quæ cœlestia sunt, eos usurpamus; ut cum, verbi gratia, **526** cupiditatem, mentis motum appetentis divina faciemus; voluptatem, innoxiam animum mulcentis ac illicientis, divinorum donorum largitate, operationis lætitiam, metum, futuri delictorum causa supplicii, ob eaque impendentis, cautam diligentiam; tristitiam animique dolorem, qua præsens malum emendemus pœnitentiam. Atque, ut semel dicam, cum sapientum medicorum more, cujus in feris præsens venenum est, viperæ corpore, præsentem seu imminentem gibberem depellentium, his ita affectibus utimur ut illis præsentem malitiam aut imminentem perimamus ac tum virtutem tum scientiam acquiramus ac custodiamus.

ξζ'. Ὁ μὲν τῆς πρώτης Διαθήκης νόμος, διὰ τῆς C πρακτικῆς φιλοσοφίας, παντὸς μολυσμοῦ τὴν φύσιν ἀποκαθαίρει. Ὁ δὲ τῆς Καινῆς, διὰ τῆς θεωρητικῆς μυσταγωγίας, ἀπὸ τῶν σωματικῶν πρὸς τὰ συγγενῆ τῶν νοητῶν θεάματα, τὸν νοῦν γνωστικῶς ἀναβιβάζει.

67. Prioris Testamenti lex, per eam philosophiam quæ actioni studet, ab omni sorde naturam emundat. Novi vero Testamenti lex, contemplationis initiatione abstrusioreque doctrina, a corporeis ad affinia intelligibilium spectacula, mentem mystice promovet.

ξη'. Ἡ θεία Γραφὴ, τοὺς μὲν εἰσαγομένους, καὶ ἐπὶ τὰ προπύλαια που τυγχάνοντας τῆς θείας αὐλῆς τῶν ἀρετῶν, *φοβουμένους* καλεῖ· τοὺς δὲ κτησαμένους σύμμετρον ἕξιν τῶν κατ' ἀρετὴν λόγων τε καὶ τρόπων, οἶδεν ὀνομάζειν *προκόπτοντας*· τοὺς δὲ κατ' αὐτὴν γνωστικῶς ἤδη γεγενημένους τῆς τῶν ἀρετῶν ἐκφαντικῆς ἀληθείας τὴν κορυφὴν, προσαγορεύει *τελείους*. Ὁ τοίνυν τὴν ἐν τοῖς πάθεσιν ἀρχαίαν ἀναστροφὴν ἀποστραφεὶς, καὶ πᾶσαν ἑαυτοῦ τὴν διάθεσιν διὰ τὸν φόβον ἐκδεδωκὼς τοῖς θείοις προστάγμασιν, οὐδενὸς καλοῦ τῶν εἰσαγομένοις πρεπόντων καθυστερεῖ· κἂν οὔπω τὴν ἐν ἀρεταῖς ἕξιν ἐκτήσατο, καὶ τῆς ἐν τοῖς τελείοις λαλουμένης σοφίας γέγονε μέτοχος. Ἀλλ' οὐδὲ ὁ προκόπτων, τῶν ἐπιβεβλη-

68. Divina Scriptura, eos qui inducuntur, quique in vestibulis divinæ virtutum aulæ velut commorantur, *timentes* vocat; qui vero temperatum saltem virtutis rationum modorumque habitum nacti sunt, *proficientes* solet appellare : qui denique ad ipsum jam veritatis virtutes explanantis verticem, scientiæ cultu ac contemplationis provexerunt, *perfectos* nuncupat. Qui igitur veterem, qua vitiis hærebat ac affectibus jactabatur, conversationem aversatus, D omnem animi affectum, quo timore agitur, divinis præceptis addixit; is, nullo boni genere, quod eos deceat qui instituuntur, deficitur; tametsi necdum firmum in virtutibus habitum nactus est, nec ejus sapientiæ quam loquuntur inter perfectos [27], factus

[27] I Cor. II, 6.

προηγουμένως : non bene *ab initio* : est, *primo* seu *primario*; prima scilicet destinatione, ac quasi Deus creando hominem, his illum stipare intenderit. Negat Maximus cum Nysseno; ac verum omnino de affectibus ut sunt vere πάθη seu perturbationes, vitiumque olent, nec perfecte subjiciuntur rationi. Alioqui certe etiam ipsi ad hominis definitionem spectant, non quidem sub formali ratione hominis, sed ut etiam animal exsistit; nec enim homo purus animus ac mens est, ni Origeniane sentire velimus. Passimque Maximus aliique Patres horum ἐνέργειαν in Christo necessariam contendunt, ut veritas in eo naturæ humanæ monstraretur. Sicut ergo erant in Adamo et Eva, quibus nos nudis erubescimus, ipsa nuda, et non erubescebant, quia in eis nullum rebellantem motum sentiebant; inque eum modum eorum corpora etiam προηγουμένως condita fuerant : sic et πάθη, affectus virium sentientium et ἐνέργειαι, prout quæque prepensa erat suum finem et objectum; sed cum summa tranquillitate, nullaque perturbatione aut molestia.

Digitized by Google

est particeps. At neque qui proficit, ulla eorum bonorum parte destituitur, quæ ad ejus gradum attinent, quanquam necdum eamdem atque perfecti excellentem divinorum scientiam adeptus est. Perfecti enim, contemplatricem jam mystice adepti theologiam, animoque a terreno omni cogitatu sensuque purgato, quæ divini decoris totam nullo desiderato expressam imaginem ac simulacrum ferat, divinam charitatem sinu suo intimiusque complexi videntur.

A μένων αὐτοῦ τῷ * βαθμῷ καλῶν τινος ὑστερεῖ· κἂν τὴν αὐτὴν οὔπω τοῖς τελείοις ὑπερέχουσαν τῶν θείων ἐκτήσατο γνῶσιν. Οἱ γὰρ τέλειοι, τῆς θεωρητικῆς ἤδη μυστικῶς ἀξιωθέντες θεολογίας, καὶ πάσης φαντασίας ὑλικῆς τὸν νοῦν καθαρὸν καταστήσαντες, καὶ εἰκόνος τῆς θείας ὡραιότητος ὅλην ἀνελλιπῶς φέρουσαν τὴν ἐκμίμησιν, τὴν θείαν ἀγάπην ἐν ἑαυτοῖς ἐνστερνισάμενοι φαίνονται.

69. Duplex est timor; alius castus, alius non castus. Qui enim delictorum causa, suspensis supplicii metu animis **527** timor conflatur, cum ex peccato ducat originem, ac quod oritur, in illud causam referat, castus non est; nec erit semper, qui una cum peccato per pœnitentiam aboleatur. Qui autem absque dolore, qui ex delictis concipitur, ipse semper firmus perstat, hic timor castus est, nec unquam desinet : quod nempe velut essentialiter Deo erga creaturam insitus est, ejus supra omne regnum ac potestatem, naturalem eminentiæ majestatem cunctis manifestam reddens.

ξθ'. Διττός ἐστιν ὁ φόβος· ὁ μὲν ἁγνός· ὁ δὲ οὐχ ἁγνός. Ὁ μὲν γὰρ ἐπὶ πλημμελήμασι κατ' ἐκδοχὴν κολάσεως συνιστάμενος φόβος, αἰτίαν ἔχων τῆς εἰκείας γενέσεως τὴν ἁμαρτίαν, οὐχ ἁγνός, οὐδὲ ἔστιν διαπαντὸς, τῇ ἁμαρτίᾳ διὰ τῆς μετανοίας συναφανιζόμενος (r). Ὁ δὲ δίχα τῆς ἐπὶ πλημμελήμασι λύπης ἀεὶ συνεστὼς, οὗτος φόβος ἁγνὸς, καὶ οὐκ ἀπογενήσεταί ποτε· διότιπερ οὐσιωδῶς ἐμπέφυκέ πως τῷ Θεῷ πρὸς τὴν κτίσιν, ποιούμενος ἕκθηλον αὐτοῦ πᾶσι τὴν φυσικὴν αἰδεσιμότητα, τῆς ὑπὲρ πᾶσαν βασιλείαν καὶ δύναμιν ὑπεροχῆς.

70. Qui Deum non ut judicem timet, sed propter eximiam infinitæ virtutis excellentiam eum reverebitur, hic merito nulla laborat inopia [28], qui perfectus sit in charitate; Deum scilicet cum reverentia ac decenti pietate diligens. Hicque adeo est, qui timore illo præditus est, qui permanet in sæculum sæculi [29], et cui nulla prorsus inopia est.

ο'. Ὁ μὴ φοβούμενος τὸν Θεὸν ὡς κριτὴν, ἀλλ' αἰδούμενος αὐτὸν διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν τῆς ἀπείρου δυνάμεως ὑπεροχὴν, οὐκ ἔχει δικαίως ὑστέρημα, τέλειος ὑπάρχων ἐν τῇ ἀγάπῃ, μετ' αἰδοῦς καὶ τῆς πρεπούσης σεβασμιότητος ἀγαπῶν τὸν Θεόν· καὶ οὗτός ἐστιν ὁ κτησάμενος τὸν διαμένοντα φόβον εἰς αἰῶνα αἰῶνος, καὶ οὐκ ἔστιν αὐτῷ ὑστέρημα τοπαράπαν οὐδέν.

71. Ex rebus, rerum Auctorem cognoscimus; exque rerum varietate, ejus qui est subsistentem docemur sapientiam : nec non ex rerum naturali motu, ejus qui est subsistentem vitam condiscimus; vim scilicet ac potentiam rerum vivificatricem, Spiritum sanctum.

οα'. Ἐκ τῶν ὄντων, τὸν τῶν ὄντων γινώσκομεν αἴτιον· καὶ ἐκ τῆς διαφορᾶς τῶν ὄντων, τὴν ἐνυπόστατον τοῦ ὄντος διδασκόμεθα σοφίαν· καὶ ἐκ τῆς τῶν ὄντων φυσικῆς κινήσεως, τὴν ἐνυπόστατον τοῦ ὄντος μανθάνομεν ζωὴν, τὴν τῶν ὄντων ζωοποιὸν δύναμιν, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον.

72. Spiritus sanctus a nulla creatura abest, præsertim si aliqualiter rationis sit particeps. Continet enim ac conservat uniuscujusque scientiam, eo quod Deus ac Dei Spiritus, qua virtute præditus est, Providentiæ rationibus omnia permeans, ac quæ unicuique natura inest, movens rationem; per quam, eum qui sensu ullo præditus sit, ad eorum quæ delicto commisit contra legem naturæ, sensum adducens; ac cujus paulo facilior voluntas ut morem gerat, ad rectas ex natura cogitationes proclive suscipiendas impellens. Quamobrem etiam multos invenimus, eorum etiam qui valde barbari sunt ac nomadum vitam agunt, probitatem morum consectatos, belluinas abdicasse leges, quas a majoribus olim tenuerant.

οβ'. Τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐδενὸς ἄπεστι τῶν ὄντων, καὶ μάλιστα τῶν λόγου καθ' ὁτιοῦν μεταλη φότων. Συνεκτικὸν γὰρ ὑπάρχει τῆς ἑκάστου γνώσεως, ὅτι Θεὸς καὶ Θεοῦ Πνεῦμα, κατὰ δύναμιν προνοητικῶς διὰ πάντων χωροῦν, καὶ τὸν ἐν ἑκάστῳ λόγον κατὰ φύσιν ἀνακινοῦν, καὶ δι' αὐτοῦ περὶ συναίσθησιν τῶν πλημμελῶς παρὰ τὸν θεσμὸν τῆς φύσεως πεπραγμένων, ἄγον τὸν αἰσθανόμενον· καὶ τὴν προαίρεσιν εὐεικτον ἔχοντα, πρὸς ὑποδοχὴν τῶν ἐκ φύσεως ὀρθῶν λογισμῶν. Διὸ καὶ πολλοὺς εὑρίσκομεν καὶ τῶν ἄγαν βαρβάρων καὶ νομάδων ἀνθρώπων, καλοκαγαθίας μεταποιουμένους, καὶ τοὺς ἀνέκαθεν κρατήσαντας ἐν αὐτοῖς θηριώδεις ἀθετοῦντας νόμους.

[28] Psal. xxxiii, 10. [29] Psal. xviii, 10.

* Male edita, εἶναι τῷ, quod sequitur Picus.

(r) *Οὐδὲ ἔσται διαπαντὸς, τῇ ἁμαρτίᾳ διὰ τῆς μετανοίας συναφανιζόμενος.* Hæc tam clara, de timore illo incipientium, qui originem actus ex peccato, castus non sit, et qui non semper maneat, sed una cum peccato aboleatur per pœnitentiam (charitate scilicet perfecta cum foras mittente), non ferendo errore Picus, adversante Scriptura omnique theologia, *Nec unquam delebitur cum peccato per pœnitentiam.*

Digitized by Google

ογ'. Ἔστι μὲν ἐν πᾶσιν ἁπλῶς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καθὸ πάντων ἐστὶ συνεκτικὸν καὶ προνοητικὸν, καὶ τῶν φυσικῶν σπερμάτων ἀνακινητικόν. Προσδιωρισμένως δὲ, καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ἐν νόμῳ, καθότι τῆς τῶν ἐντολῶν ἐστιν ὑποδεικτικὸν παραβάσεως, καὶ τῆς κατὰ Χριστὸν προαγορευθείσης ἐπαγγελίας, φωτιστικόν· ἐν δὲ πᾶσι τοῖς κατὰ Χριστὸν πρὸς τοῖς εἰρημένοις, καὶ ὡς υἱοθετικόν. Ὡς δὲ σοφίας ποιητικὸν, ἐν οὐδενὶ τῶν εἰρημένων ἐστὶν ἁπλῶς, πλὴν τῶν συνιέντων, καὶ ἑαυτοὺς διὰ τῆς ἐνθέου πολιτείας ἀξίους ποιησαμένων τῆς αὐτοῦ θεωτικῆς ἐνοικήσεως. Πᾶς γὰρ μὴ ποιῶν τὰ θεῖα θελήματα, κἂν πιστὸς ᾖ, ἀσύνετον ἔχει τὴν καρδίαν, ὡς πονηρῶν λογισμῶν ἐργαστήριον, καὶ τὸ σῶμα κατάχρεων ἁμαρτίαις, ὡς διαπαντὸς μολυσμοῖς παθῶν ἐνεχόμενον. A B

73. Spiritus sanctus in omnibus simpliciter est, ca ratione qua omnia continet et conservat, providetque universis, et naturalia semina movet. Certa autem ratione etiam in omnibus qui in lege sunt, quatenus mandatorum transgressionem submonstrat, et ad Christi prædictam promissionem cognoscendam, lucem præbet. Præter hos autem modos, in omnibus est qui Christiano nomine censentur, etiam ut adoptionis auctor. **528** Ut autem auctor sapientiæ, in nullo eorum, quos diximus, simpliciter est, præterquam in illis qui prudentia ac intelligentia præditi sunt, quique per vitam divinis moribus institutam, ejus deificantis inhabitationis se dignos præbuerunt. Quisquis enim divinas voluntates non facit, etsi fidelis est, cor insipiens habet, tanquam malorum cogitationum officinam, ac corpus obnoxium peccatis, ut quod semper vitiorum ac libidinum inquinamentis sordeat.

οδ'. Ὁ τῆς σωτηρίας ὀρεγόμενος πάντων ἀνθρώπων Θεὸς, καὶ πεινῶν αὐτῶν τὴν ἐκθέωσιν, τὴν τούτων οἴησιν ὡς τὴν ἄκαρπον καταρώμενος ἀποξηραίνει συκῆν, ὅπως τοῦ δοκεῖν εἶναι δίκαιοι, τὸ εἶναι μᾶλλον προκρίναντες, τὸν μὲν καθ' ὑπόκρισιν τῆς ἠθικῆς ἐπιδείξεως ἐκδυσάμενοι χιτῶνα, τὸν ἐνάρετον δὲ, καθὼς ὁ θεῖος βούλεται λόγος, ἀνοθεύτως μετελθόντες βίον, εὐσεβῶς τὴν ζωὴν διενέγκωσι, Θεῷ μᾶλλον τῆς ψυχῆς τὴν διάθεσιν, ἢ τοῖς ἀνθρώποις τὸν ἐκτὸς ἐπιδεικνύμενοι περὶ τὰ ἤθη σχηματισμόν.

74. Qui omnium salutem expetit Deus, eorumque esurit deificationem, illorum animi fastum ac jactantiam, velut infructuosam ficum maledictio arefacit [30]; ut, præ eo quod est justos videri, pluris facientes ut justi reipsa sint, simulatione constantem morum ostentationis tunicam exuentes, virtutumque luce nitentem ac studiosam, ut divina lex jubet, sincere vitam consectantes, pie quod est hujus temporis transigant; ita nimirum ut Deo potius animum exhibeant, quam exterius simulatam morum speciem hominibus ostentent.

οε'. Ἕτερός ἐστιν ὁ τοῦ ποιεῖν, καὶ ἕτερος ὁ τοῦ πάσχειν λόγος· καὶ ὁ μὲν τοῦ ποιεῖν λόγος ἐστὶν, ἡ φυσικὴ πρὸς ἀρετῶν ἐνέργειαν δύναμις (s)· ὁ δὲ τοῦ πάσχειν, ἡ χάρις τῶν ὑπὲρ φύσιν, ἢ σύμβασις τῶν παρὰ φύσιν. Ὡς γὰρ τοῦ ὑπερόντος φυσικὴν οὐκ ἔχομεν δύναμιν, οὕτως οὔτε τοῦ μὴ ὄντος ἔχομεν φύσει τὴν δύναμιν. Πάσχομεν οὖν ὡς ὑπὲρ φύσιν οὖσαν κατὰ χάριν, ἀλλ' οὐ ποιοῦμεν τὴν θέωσιν· οὐ γὰρ ἔχομεν φύσει δεκτικὴν τῆς θεώσεως δύναμιν. Καὶ πάσχομεν πάλιν ὡς παρὰ φύσιν, γνώμῃ κατὰ σύμβασιν τὴν κακίαν· οὐ γὰρ ἔχομεν πρὸς γένεσιν κακίας φυσικὴν δύναμιν. Ποιοῦμεν οὖν ἐνταῦθα φύσει ὄντες τὰς ἀρετὰς, πρὸς τὸ ταύτας ποιεῖν ἔχοντες φυσικὴν τὴν δύναμιν· πάσχομεν δὲ κατὰ τὸ μέλλον τὴν θέωσιν, τὴν πρὸς τὸ παθεῖν ταύτην κατὰ δωρεᾶς χάριν δεχόμενοι. C D

ιθ'. Ὁ γνώμῃ τῆς καθ' ἁμαρτίαν καθαρεύων φθορᾶς, φθείρει τὴν τῶν φθείρειν πεφυκότων φθοράν. Ἡ γὰρ ἀφθαρσία τῆς προαιρέσεως, τὴν φθορὰν συντηρεῖν τῆς φύσεως πέφυκεν ἄφθαρτον, κατὰ πρόνοιαν, διὰ τῆς ἐν αὐτῇ τοῦ Πνεύματος χάριτος, μὴ συγχωροῦσα ταῖς ἐναντίαις ποιότησιν αὐτὴν διαφθείρεσθαι.

κ'. Ἐπειδὴ φύσεως καὶ χάριτος εἷς καὶ ὁ αὐτὸς οὐκ ἔστι λόγος, οὐκ ἔστιν ἀπορίας ἄξιον, πῶς τινες τῶν ἁγίων, ποτὲ μὲν παθῶν ὑπερεῖχον, ποτὲ δὲ μᾶλλον ὑπέπιπτον πάθεσι· γινωσκόντων ἡμῶν, ὅτι τὸ μὲν θαῦμα, τῆς χάριτος ἦν· τὸ δὲ πάθος, τῆς φύσεως.

κα'. Ὁ διὰ μιμήσεως τὴν μνήμην ἔχων τῆς τῶν ἁγίων ἀναστροφῆς, τὴν μὲν τῶν παθῶν ἀπατίλεται νέκρωσιν· τὴν δὲ τῶν ἀρετῶν ζωὴν ὑπολάσχεται.

κβ'. Ὃ τρόπῳ βούλεται ὁ τὴν ἑκάστου διορίσας ζωὴν πρὸ τῶν αἰώνων Θεὸς, ἕκαστον πρὸς τὸ οἰκεῖον τῆς ζωῆς ἄγει τέλος, εἴτε δίκαιον, εἴτε ἄδικον.

κγ'. Τὸν τῷ μακαρίῳ Παύλῳ συμβάντα ζοφερὸν χειμῶνα, τὸ βάρος εἶναι τῶν ἀκουσίων πειρασμῶν τεκμαίρομαι· τὴν δὲ νῆσον, τὴν παγίαν ἐν τῇ

[46] Matth. vi, 33. [47] Matth. xxi, 22. [47] Act. xxviii, 2, 7.

[48] Cf. ad Thalass. q. 34.
[48] In qq. ad Thalas. q. 34. τρόπον ἐνέργειαι.

[47] Cf. ad. Thalass. q. 37.

Digitized by Google

θείας ἐλπίδος καὶ ἄσειστον· τὴν δὲ πυρὰν, τὴν ἕξιν τῆς γνώσεως· τὰ δὲ φρύγανα, τὴν τῶν ὁρωμένων φύσιν· ἣν συνέστρεφε μὲν τῇ χειρὶ, τῇ κατὰ θεωρίαν λέγω ψηλαφητικῇ τοῦ νοῦ δυνάμει, διατρέφων τοῖς ἐξ αὐτῆς νοήμασι τὴν ἕξιν τῆς γνώσεως, τὴν θεραπεύουσαν τὴν ἐκ τοῦ χειμῶνος τῶν πειρασμῶν προστριβεῖσαν τῇ διανοίᾳ κατήφειαν· τὴν δὲ ἐχιδναν, τὴν λανθανόντως ἐγκεκρυμμένην τῇ φύσει τῶν αἰσθητῶν πονηρὰν καὶ ὀλέθριον δύναμιν· δήξασαν μὲν τὴν χεῖρα, τουτέστι, τὴν κατὰ νοῦν ψηλαφητικὴν τῆς θεωρίας ἐνέργειαν· οὐ βλάψασαν δὲ τὸν διορατικὸν νοῦν, τῷ φωτὶ τῆς γνώσεως αὐτὴν εὐθὺς ὡς ἐν πυρὶ διαφθείραντα, τὴν τῷ πρακτικῷ κινήματι τοῦ νοῦ, προσαφθεῖσαν ἐκ τῆς τῶν αἰσθητῶν θεωρίας, ὀλέθριον δύναμιν.

A vinæ spei habitum; rogum, scientiæ item habitum; sarmenta, rerum visibilium naturam, quam is manu versabat (contrectante scilicet speculando mentis facultate) ad alendum ejus meditationibus sensisque scientiæ habitum; quo is incussam ex tentationum turbine animo mœstitiam quovis modo levaret; viperam, clanculum latentem in rerum sensilium natura nequissimam ac exitialem virtutem; quæ morsum quidem manui infixerit (contrectanti scilicet speculando mentis operationi) nec tamen perspicacissimam mentem quidquam læserit: quæ ipsam statim scientiæ luce, velut in igne, hærentem **539** ex sensilium speculatione ejus motui actionem regenti, exitialem eam virtutem peremerit.

κδ'. Ὀσμὴ ἦν ἀπὸ ζωῆς εἰς ζωὴν ὁ Ἀπόστολος, ὡς τοὺς πιστοὺς τῷ καθ' ἑαυτὸν ὑποδείγματι, διὰ πράξεως πρὸς τὴν εὐωδίαν τῶν ἀρετῶν κινεῖσθαι, παρασκευάζων· ἢ τοὺς πειθομένους τῷ λόγῳ τῆς χάριτος, ὡς κήρυξ ἀπὸ τῆς κατ' αἴσθησιν ζωῆς, εἰς τὴν ἐν πνεύματι μετάγων ζωήν. Ὀσμὴ δὲ θανάτου εἰς θάνατον, τοῖς ἀπὸ τοῦ θανάτου τῆς ἀγνοίας εἰς τὸν τῆς ἀπιστίας ἐλάσασι θάνατον, διδοὺς αὐτοῖς αἴσθησιν τῆς μενούσης αὐτοὺς κατακρίσεως. Ἢ πάλιν Ὀσμὴ ἀπὸ ζωῆς εἰς ζωὴν, τοῖς ἀπὸ πράξεως εἰς θεωρίαν ἀναγομένοις· ὀσμὴ δὲ θανάτου εἰς θάνατον, τοῖς ἀπὸ τοῦ νεκρῶσαι (*b*) τῇ καθ' ἁμαρτίαν ἀργίᾳ τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, εἰς τὴν τῶν ἐμπαθῶν νοημάτων τε καὶ φαντασιῶν ἐπαινουμένην μεταβαίνουσι νέκρωσιν.

B 24. Erat Apostolus odor a vita ad vitam [48], velut qui fideles exemplo suo, ut ad virtutum fragrantiam per actionem moverentur, componeret, aut tanquam prædicator, eos qui doctrinæ ac sermoni gratiæ obsequerentur, a vita ex sensus ratione, ad vitam quæ ex spiritus rationibus est, transferret. Odor autem mortis in mortem, his, qui ab ignorantiæ morte ad incredulitatis mortem evaserant, quorum animis manentis eos condemnationis sensum immitteret. Aut rursus odor a vita ad vitam, his, qui ab actione ad contemplationem proveherent; odor autem mortis in mortem, his, qui ab eo quod cessatione a peccato, ejusque sibi indicta vacatione, membra mortificaverint, quæ sunt super terram [49], ad laudabilem vitiosarum seu libidinosarum cogitationum sensorumque animi mortificationem transeunt.

C

κε'. Τριῶν εἰσιν αἱ τῆς ψυχῆς δυνάμεις, λόγος, θυμὸς, καὶ ἐπιθυμία. Τῷ μὲν λόγῳ, ζητοῦμεν· τῇ ἐπιθυμίᾳ δὲ, ποθοῦμεν τὸ ζητηθὲν ἀγαθόν· τῷ δὲ θυμῷ, ὑπεραγωνιζόμεθα. Κατὰ ταύτας δὴ τὰς δυνάμεις προσμένοντες οἱ τὸν Θεὸν ἀγαπῶντες, τῷ θείῳ λόγῳ τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς γνώσεως· τῇ μὲν, ζητοῦντες· τῇ δὲ, ποθοῦντες· τῇ δὲ, ὑπεραγωνιζόμενοι, βέχονται τροφὴν ἄφθαρτον, καὶ τὸν νοῦν πιαίνουσαν τὴν γνῶσιν τῶν γεγονότων.

25. Tres sunt animæ facultates, ratio, ira et cupiditas. Ac ratione quidem, quærimus; cupiditate, quod quæsitum bonum est desideramus; ira, ejus tuendi causa concertamus. Ex harum itaque facultatum ratione, qui divina charitate fulti, divinæ virtutis ac scientiæ rationi atque sermoni assidue navant operam; ac partim quærunt, partim desiderant, partimque tuendi ardore decertant, incorruptibilem escam nanciscuntur ac mentem impinguantem, creatarum rerum scientiam.

κς'. Τὴν κενωθεῖσαν τῆς δοθείσης γνώσεως φύσιν, γενόμενος ἄνθρωπος ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, πάλιν ἐπλήρωσε γνώσεως· καὶ στομώσας πρὸς ἀτρεψίαν, οὐ φύσει, ποιότητι δὲ, ταύτην ἐθέωσεν· ἀνελλιπῶς αὐτὴν τῷ οἰκείῳ χαρακτηρίσας Πνεύματι· καθάπερ ὕδωρ, οἴνου ποιότητι πρὸς τόνον μετακεράσας. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ γίνεται κατ' ἀλήθειαν ἄνθρωπος, ἵνα κατὰ χάριν ἡμᾶς καταστήσῃ θεούς.

26. Naturam, concessa sibi scientia evacuatam, Dei Verbum factum homo, scientia denuo adimplevit; duransque ut nulli deinceps obnoxia mutationi sit, non natura, sed qualitate eam deificavit; sic suo obsignans Spiritu, ut nihil ei desit; ac si aqua vini qualitate misceatur, ut illius vigorem contrahat. Idcirco enim etiam vere homo factus est, ut nos per gratiam deos præstaret.

D

κζ'. Ὁ τὴν φύσιν τῶν ἀνθρώπων δημιουργήσας Θεὸς, ἅμα βουλήσει τὸ εἶναι αὐτῇ δέδωκεν, συνήρμοσεν αὐτῇ καὶ δύναμιν τῶν καθηκόντων ποιητικήν· δύναμιν δὲ λέγω, τὴν οὐσιωδῶς μὲν κατεσπαρ-

27. Deus condendo humanam naturam, mox ac illi ut esset voluntate contulit, vim quoque eidem faciendi quæ honesta sint et officii, aptavit. Vim autem dico seu facultatem, eum motum qui

[48] II Cor. II, 16, ubi tamen deest τὸ ἀπό. *Odor vitæ in vitam.* [49] Coloss. III, 5.

(*b*) *Ἀπὸ τοῦ νεκρῶσαι.* Quidquid hic Picus, sic alienum a theologia motumque scientia, ut vel unum id exemplo esse queat, non facile irrumpenda sacra adyta, ei, qui ἀμύητος sit. Quid enim *peccati socordia*, aliaque hic ei posita? Ipsa Maxima clara.

Digitized by Google

essentialiter ad præstandas virtutes natura insertus est; et ut animi sententia, pro ejus voluntate qui eo præditus sit opere eluceat.

28. Habemus naturale judicium atque tribunal naturalem legem, hoc docentem; **540** debuisse ante sapientiam, quæ rebus universis inest, moveri appetitum nostrum, ad universarum rerum auctorem condiscendum.

29. Puteus Jacob, est Scriptura [50]. Aqua autem, quæ in Scriptura continetur, scientia. Altitudo seu profundum, obscure dictorum Scripturæ ac perplexorum positio, quibus se quis non facile expediat. Porro situla, quæ per litteras habetur divini verbi disciplina; quam non habuit Dominus, qui sit ipsum Verbum; nec quam ex disciplina ac exercitatione hauserit, fidelibus scientiam tradat, sed quæ ex spiritali gratia jugiter manans sapientia est et nunquam desinit, his qui digni sunt divina largitate tribuat. Situla enim (hoc est disciplina) scientiæ partem longe minimam accipiens, totum dimittit, quod nulla capiat ratione. Quæ autem per gratiam scientia est, totam (sine etiam exercitatione) quanta hominibus concessa est, varie pro usus ratione manantem sapientiam continet.

30. Lignum vitæ, et quod non ejusmodi est, vel hac ipsa ratione, quod illud quidem *lignum vitæ* [51] appellatum est; hoc autem, non lignum vitæ, sed solummodo *scientiæ boni et mali* [52], longe maximum ac ineffabile discrimen habent. Nam lignum vitæ, omnino etiam ejusmodi est, ut vitam præstet: quod autem non est lignum vitæ, procul dubio ejus rationis est, quod mortem pariat. Quod enim vi caret præstandæ vitæ, idcirco quod non appellatur lignum vitæ, plane mortem præstare habuerit. Quod enim per contrarietatem a vita dividatur, aliud nihil est.

31. Lignum vitæ, qua etiam ratione sapientia est, plurimum distat a ligno scientiæ boni et mali, quod neque sapientia est, neque sic vocatum est. Nam sapientiæ quidem proprium est, mens et ratio: habitus autem contrarie sapientiæ oppositi proprium est, rationis absentia sensusque.

32. Cum homo ex anima intelligente et corpore sentiente constitutus, in rerum naturam productus sit; esto, uno quidem sensu lignum vitæ, animæ mens, in qua sapientia residet; lignum autem scientiæ boni et mali, corporis sensus, cui palam motus carens ratione inest: quo, cum a Deo

[50] Joan. IV, 13. [51] Gen. III, 22. [52] Gen. II, 17.

μένην τῇ φύσει, πρὸς ἀρετῶν ἐνέργειαν κίνησιν· γνωμικῶς δὲ (c), πρὸς τὴν τοῦ κεκτημένου βούλησιν, κατὰ τὴν χρῆσιν ἐκφαινομένην.

κη'. Φυσικὸν ἔχομεν κριτήριον, τὸν κατὰ φύσιν νόμον, διδάσκοντα ἡμᾶς, ὅτι πρὸς τῆς ἐν ὅλοις σοφίας, ἔδει πρὸς τὴν τοῦ ποιητοῦ τῶν ὅλων μυσταγωγίαν (d) ἡμῶν κινεῖσθαι τὴν ἔφεσιν.

κθ'. Τὸ φρέαρ ἐστὶ τοῦ Ἰακὼβ, ἡ Γραφή· τὸ δὲ ὕδωρ ἐστὶν, ἡ ἐν τῇ Γραφῇ γνῶσις· τὸ δὲ βάθος, ἡ τῶν Γραφικῶν αἰνιγμάτων δυσδιεξίτητος θέσις· τὸ δὲ ἄντλημά ἐστιν, ἡ διὰ τῶν γραμμάτων τοῦ θείου λόγου μάθησις, ἣν οὐκ εἶχεν ὁ Κύριος Αὐτολόγος ὑπάρχων, καὶ οὐ τὴν ἐκ μαθήσεως καὶ μελέτης διδοὺς γνῶσιν τοῖς πιστεύουσιν, ἀλλὰ τὴν ἐκ χάριτος πνευματικῆς ἀένναον σοφίαν, καὶ μηδέποτε λήγουσαν τοῖς ἀξίοις δωρούμενος. Τὸ γὰρ ἄντλημα, τουτέστιν ἡ μάθησις, μέρος ἐλάχιστον λαμβάνουσα γνώσεως, τὸ πᾶν ἐᾷ μηδενὶ λόγῳ κρατούμενον. Ἡ δὲ κατὰ χάριν γνῶσις, ὅλην ἔχει καὶ δίχα μελέτης, τὴν ἐφικτὴν ἀνθρώποις σοφίαν, πρὸς τὰς χρείας ποικίλως βλυστάνουσαν.

λ'. Τὸ ξύλον τῆς ζωῆς, καὶ τὸ μὴ τοιοῦτον, ἐξ αὐτοῦ μόνου, τοῦ, τὸ μὲν ζωῆς *ξύλον* ὀνομασθῆναι· τὸ δὲ, οὐ ζωῆς, ἀλλὰ μόνον *γνωστὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ*, πολλὴν καὶ ἄφατον ἔχουσι τὴν διαφοράν. Τὸ γὰρ τῆς ζωῆς ξύλον, πάντως καὶ ζωῆς ἐστι ποιητικόν· τὸ δὲ μὴ τῆς ζωῆς ξύλον, δῆλον ὅτι θανάτου ποιητικόν. Τὸ γὰρ μὴ ποιητικὸν ζωῆς ἐκ τοῦ μὴ προσαγορευθῆναι ξύλον τῆς ζωῆς, θανάτου σαφῶς ἂν εἴη ποιητικόν· ἄλλο γὰρ οὐδὲν τῇ ζωῇ κατ' ἐναντίωσιν ἀντιδιαιρεῖται.

λα'. Τὸ ξύλον τῆς ζωῆς, καὶ ὡς σοφία, πλεῖστην ἔχει διαφορὰν πρὸς τὸ ξύλον τὸ γνωστικὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ, τὸ μήτε ὂν σοφία, μήτε ὠνομασμένον. Τῆς μὲν γὰρ σοφίας ἴδιον, νοῦς καὶ λόγος· τῆς δὲ τῇ σοφίᾳ κατὰ τὸ ἐναντίον ἀντικειμένης ἕξεως ἴδιον, ἀλογία καὶ αἴσθησις.

λβ'. Ἐπειδὴ ἐκ ψυχῆς νοερᾶς καὶ σώματος αἰσθητικοῦ συνεστὼς πρὸς γένεσιν ἦλθεν ὁ ἄνθρωπος, ἔστω κατὰ μίαν ἐπιβολὴν ξύλον ζωῆς ὁ τῆς ψυχῆς νοῦς, ἐν ᾧ τῆς σοφίας ὑπάρχει τὸ χρῆμα· ξύλον δὲ γνωστὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ, ἡ τοῦ σώματος αἴσθησις, ἐν ᾗ τῆς ἀλογίας ὑπάρχει σαφῶς ἡ κίνησις,

· Cf. ad Thalass. q. 43.

(c) *Γνωμικῶς δέ. Animi sententia, arbitrio.* Non apte Picus. *Quoad intellectum autem.* Nam et βούλησις absolute, facultas est intellectum sequens; τὸ γνωμικὸν, ut ejus modum specialem opponit Maximus.

(d) *Πρὸς τὴν τοῦ ποιητοῦ τῶν ὅλων μυσταγωγίαν.* Erat editis mend. μεταγωγίαν· quæ vox nihil apta, etsi reddere conatus est Picus, afflicta etiam illi significatione valde aliena, *debere moveri desiderium nostrum ad placandum Deum.* Exponit Maximus post utrumque Greg. aliosque Patres, peccati Adæ pravitatem, quod prius creaturis adjecerit animum, quam Deo illarum auctori; cum nec creaturis adjicere malum esset, si modo ordo servatus fuisset. Quæ Picus nihil intellexit. c. 53, quod erat δραστικήν, reddidique Picus *vim activam.* emend. ex q. illa 43, ad Thal. διακριτικήν, quæ una vox ex Maximi instituto est.

Digitized by Google

ἧς κατὰ τὴν πεῖραν, μὴ ἅψασθαι δι' ἐνεργείας ὁ ἄνθρωπος τὴν θείαν λαβὼν ἐντολήν, οὐκ ἐφύλαξεν.

λγ'. Ἀμφότερα τὰ ξύλα κατὰ τὴν Γραφὴν, τινῶν εἰσι διακριτικὰ, ἤγουν ὁ νοῦς καὶ ἡ αἴσθησις· οἷον, ὁ μὲν νοῦς, ἔχει δύναμιν διακριτικὴν, νοητῶν καὶ αἰσθητῶν, προσκαίρων καὶ αἰωνίων· μᾶλλον δὲ ψυχῆς ὑπάρχων δύναμις διακριτικὴ, τῶν μὲν, αὐτὴν ἀντέχεσθαι πείθει· τῶν δὲ, ὑπεραίρεσθαι. Ἡ δὲ αἴσθησις ἔχει δύναμιν διακριτικὴν ἡδονῆς σωμάτων καὶ ὀδύνης· μᾶλλον δὲ δύναμις ὑπάρχουσα ἐμψύχων καὶ αἰσθητικῶν σωμάτων, τὴν μὲν ἡδονὴν ἐπισπᾶσθαι πείθει, τὴν δὲ ὀδύνην ἀποπέμπεσθαι.

λδ'. Ὁ ἄνθρωπος, ἐὰν μὲν μόνης τῆς καθ' ἡδονὴν καὶ ὀδύνην αἰσθητικῆς τῶν σωμάτων γένηται διακρίσεως, τὴν θείαν παραβὰς ἐντολὴν, ἐσθίει τὸ ξύλον τὸ γνωστὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ· τουτέστι, τὴν κατ' αἴσθησιν ἀλογίαν· ἔχων μόνην τὴν συστατικὴν τῶν σωμάτων διάκρισιν, καθ' ἣν, ὡς μὲν καλοῦ, τῆς ἡδονῆς ἀντέχεται· ὡς δὲ κακοῦ, τῆς ὀδύνης ἀπέχεται. Ἐὰν δὲ μόνης τῆς τῶν αἰωνίων διακρινούσης τὰ πρόσκαιρα δι' ὅλου γένηται νοερᾶς διακρίσεως, τὴν θείαν φυλάξας ἐντολὴν, ἐσθίει τὸ ξύλον τῆς ζωῆς· τὴν κατὰ νοῦν λέγω συνισταμένην σοφίαν· μόνην ἔχων τὴν συστατικὴν τῆς ψυχῆς διάκρισιν· καθ' ἣν, ὡς μὲν καλοῦ, τῆς τῶν αἰωνίων ἀντέχεται δόξης· ὡς δὲ κακοῦ, τῆς τῶν προσκαίρων ἀπέχεται φθορᾶς.

λε'. Νοῦ μὲν καλόν ἐστιν, ἡ ἀπαθὴς πρὸς τὸ πνεῦμα διάθεσις· κακὸν δὲ, ἡ ἐμπαθὴς πρὸς τὴν αἴσθησιν σχέσις· αἰσθήσεως δὲ καλόν ἐστιν, ἡ καθ' ἡδονὴν ἐμπαθὴς πρὸς σῶμα κίνησις· κακὸν δὲ, ἡ κατὰ στέρησιν ταύτης ἐπιγινομένη διάθεσις.

λς'. Ὁ πείσας τὸ συνειδὸς ὡς φύσει καλὸν, πραττόμενον ἔχειν τὸ κάκιστον, οὗτος χειρὸς δίκην ἐκτείνας τὸ πρακτικὸν, ἔλαβε ψεκτῶς τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς, ἀθάνατον ἡγησάμενος φύσει τὸ κάκιστον. Διόπερ τὴν κατὰ τὸ συνειδὸς τοῦ κακοῦ διαβολὴν τῷ ἀνθρώπῳ φυτικῶς ἐνθέμενος ὁ Θεὸς, διέκρινεν αὐτὸν τῆς ζωῆς, κακὸν τῇ προαιρέσει γεγενημένον· ἵνα μὴ τὸ κακὸν πράττων, δύνηται πεῖσαι τὴν ἰδίαν συνείδησιν, ὅτι φύσει καλὸν ὑπάρχει τὸ κάκιστον.

λζ'. Ἡ ἄμπελος, οἶνον ποιεῖ· ὁ οἶνος, μέθην· ἡ μέθη, ἔκστασιν. Οὐκοῦν ὁ ἐνεργὴς λόγος, ὅπερ ἐστὶν ἡ ἄμπελος, γεωργούμενος ταῖς ἀρεταῖς, γεννᾷ τὴν γνῶσιν· ἡ δὲ γνῶσις, γεννᾷ τὴν καλὴν ἔκστασιν, τὴν τὸν νοῦν τῆς κατ' αἴσθησιν σχέσεως ἐξιστῶσαν.

λη'. Τοῖς τῶν αἰσθητῶν νοήμασιν εἰωθε κακούργως ὁ πονηρὸς συμβάλλειν τὰ τῶν αἰσθητῶν εἴδη καὶ σχήματα, δι' ὧν πέφυκε τὰ πάθη δημιουργεῖσθαι περὶ τὰς ἐπιφανείας τῶν ὁρατῶν, στάσιν λαμβανούσης (e) διὰ τῆς μέσης αἰσθήσεως τῆς περὶ τὰ νοητὰ

A homini interdictum esset, ne experiendo attingeret, mandatum non servavit.

541 33. Utrumque lignum (mens scilicet et sensus) juxta Scripturam, vim quorumdam discernendorum habent, verbi gratia mens, ea vi prædita est, qua discernat quæ sub intellectum cadunt et quæ sub sensum, quæ temporanea et quæ æterna sunt. Imo, cum ipsa ejusmodi facultas animæ sit, cui inest vis discernendi, auctor illi est, ut alia amplectatur, alia superet ac transcendat. Sensus autem vim habet discernendæ corporum voluptatis atque doloris : quinimo cum ipse facultas sit corpórum anima sensuque præditorum, voluptatem quidem asciscere suadet, dolorem vero propellere.

B 34. Homo, siquidem soli discretioni, quæ sensus est, voluptatis corporum atque doloris, impensus sit, divini mandati; transgressionis reus, ligno vescitur scientiæ boni et mali (sensus nimirum experte rationis motu) una pollens ea discretione, quæ ad corporum incolumitatem facit; qua, voluptatem quidem ut bonum amplectitur; dolorem vero fugit ut malum. Sin autem mentis duntaxat discretioni prorsus studeat, quæ temporanea ab æternis discernat, divini mandati tenax, lignum vitæ (sapientiam nimirum in mente consistentem) comedit; una duntaxat præditus discretione, quæ ad animi salutem facit; qua, æternorum claritatem ut bonum complexus, a terrenorum corruptione ut a malo abjungitur.

C 35. Mentis bonum atque animi, tranquilla est ac affectibus vacans seu libidinosa ejus erga spiritum affectio; malum vero, libidinosa et cum affectu seu perturbatione erga sensum habitudo ac affectio. Sensus autem bonum, pronus est voluptatis libidine in corpus motus; malum vero, quæ per illius privationem dispositio ac affectio accedit.

36. Qui auctor conscientiæ est, ut velut natura bonum, quod est pessimum opere exercitum habeat; is, quasi manum (agendi vim) extendens, de ligno vitæ, damnando facinore accepit; natura ratus immortale, quod in pessimis habendum est. Deus itaque, qui natura homini indiderat, ut, conscientia judice, malum vituperaret, eumdem sua ipsum voluntate ac arbitrio malum effectum, a vita D segregavit : ne dum malum agit, conscientiæ suæ persuadere possit, bonum natura esse, quod pessimum est.

37. Vitis, vinum parit; vinum, ebrietatem; **542** ebrietas, mentis excessum. Efficax itaque ratio (quam rite vitem nuncupaveris) virtutibus exculta, scientiam progignit; scientia, bonum excessum, quo mens a carnali sensusque libidine excedit.

38. Rerum in sensum cadentium conceptis animo rationibus, earumdem formas atque figuras ut versute conserat, ex nequissimi genio est; quibus proclive circa earum rerum conspectum, quas oculis usurpamus, affectus procreantur ac libidines; ratio-

(e) *Στάσιν λαμβανούσης* · *Interquiescente, seu cessante;* ne sensu medio ad spiritalia transeat;

Digitized by Google

nali nimirum in nobis facultate motu inhibita, ne intermedio sensu ad spiritalia transeat, et ea quæ sola mente intelliguntur. Hincque adeo est ut prævaleat ad diripiendum animum, et ad libidinum vitiorumque confusionem detrahendum.

διαβάσεως, τῆς ἐν ἡμῖν λογικῆς ἐνεργείας. Διὸ καὶ κατισχύει πορθεῖν τὴν ψυχὴν, καὶ εἰς τὴν τῶν παθῶν σύγχυσιν κατασύρειν.

39. Dei Verbum, simul et semel et lucerna et lumen est [53], tum qua fidelium naturales animi rationes illuminans, tum qua eas adurens, quæ sunt præter naturam. Ut item vitæ ex sensus ratione institutæ caliginem iis solvens, qui mandata implendo, ad vitam contendunt in spe nobis repositam; ac denique ut judicii ardore ac incendio eos puniens, quos tenebrosæ hujus vitæ nos ex carnis libidine, animo devinctos addictosque tenet.

λθ'. Λύχνος ἐστὶ, κατὰ ταυτὸν ὁμοῦ καὶ φῶς, ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, καὶ ὡς φωτίζων τοὺς κατὰ φύσιν λογισμοὺς τῶν πιστῶν, καὶ ὡς καίων τοὺς παρὰ φύσιν· καὶ ὡς λύων τὸν ζόφον τῆς κατ' αἴσθησιν ζωῆς, τοῖς διὰ τῶν ἐντολῶν πρὸς τὴν ἐλπιζομένην ἐπειγομένοις ζωὴν, καὶ ὡς κολάζων τῇ καύσει τῆς κρίσεως τοὺς ταύτης τῆς σκοτεινῆς τοῦ βίου νυκτὸς κατὰ γνώμην διὰ φιλίαν σαρκὸς ἀντεχομένους.

40. Nisi quis prius ad seipsum emerserit, innaturalibus longe abjectis affectibus, ut ad auctorem suum ac causam (Deum scilicet) ascendat, nunquam fiat; ea per gratiam comparando bona, quæ naturæ vim omnem superant. Animo enim a creatis abjungi necesse est, qui in Deum vere colligendus sit.

μ'. Ὁ μὴ πρὸς ἑαυτὸν, φησὶ, πρότερον ἀναχθεὶς, διὰ τῆς ἀποβολῆς τῶν παρὰ φύσιν παθῶν, πρὸς τὴν ἰδίαν αἰτίαν, ἤγουν τὸν Θεὸν, διὰ τῆς ἐν χάριτι τῶν ὑπὲρ φύσιν ἀγαθῶν ἐπικτήσεως, οὐκ ἀναχθήσεται. Τῶν γὰρ πεποιημένων χωρισθῆναι δεῖ κατὰ διάνοιαν, τὸν πρὸς Θεὸν ἀληθῶς συναγόμενον.

41. Legis scriptæ opus est, affectibus atque vitiis liberari: naturalis vero legis, æqua quadam distributione pares cunctis honoris partes tribuere. Legis denique spiritalis perfectio, quanta homini concessa est, accurata cum Deo similitudo.

μα'. Τοῦ μὲν γραπτοῦ νόμου ἔργον ἐστὶν, ἡ τῶν παθῶν ἀπαλλαγή· φυσικοῦ δὲ νόμου, ἡ κατ' ἰσονομίαν πρὸς πάντας ἀνθρώπους ἰσοτιμία· πνευματικοῦ δὲ νόμου τελείωσις, ἡ πρὸς τὸν Θεὸν, ὡς ἔστιν ἀνθρώπῳ δυνατὸν ἐξομοίωσις.

42. Corporum rerumque incorporearum (seu spirituum) scientiæ capax natura est, mentis facultas: sanctæ autem Trinitatis solo gratiæ ductu indicia capit ac repræsentationes; quod solummodo credat illam esse, non quid tandem per essentiam ac natura sit, superbia præsumit, ut mens divina. Qui enim expers scientiæ est, virtutis modum eluendi vitiorum sordes, haudquaquam novit.

μβ'. Τῆς μὲν τῶν σωμάτων καὶ ἀσωμάτων γνώσεως, δεκτικὴ κατὰ φύσιν ἐστὶν ἡ τοῦ νοῦ δύναμις (*f*)· τῆς δὲ τῆς ἁγίας Τριάδος, κατὰ μόνην τὴν χάριν δέχεται τὰς ἐμφάσεις· ὅτι ἐστὶ μόνον πιστεύουσα, ἀλλ' οὐ τί ποτε κατ' οὐσίαν ἐστὶν αὐθαδιζομένη, ὡς ὁ δαιμόνιος νοῦς. Ὁ γὰρ γνώσεως ἄμοιρος, τὸν κατ' ἀρετὴν ῥυπτικὸν τῆς κακίας οὐδαμῶς ἐπίσταται τρόπον.

43. Qui mendacium diligit, illi ad interitum traditur; ut quibus malis **543** afficitur, hoc noverit, quod sponte coluit; exque rerum ipso periculo discat, pro vita, mortem se imprudentem complexurum esse.

μγ'. Ὁ τὸ ψεῦδος ἀγαπῶν, αὐτῷ παραδίδοται πρὸς ἀπώλειαν, ἵνα γνῷ πάσχων ὅπερ ἐκὼν περιεῖπε, καὶ μάθῃ κατὰ τὴν πεῖραν γενόμενος, ὡς ἐλάνθανεν ἀντὶ ζωῆς περιπτυσσόμενος θάνατον.

44. Deus, boni duntaxat scientiam habet, ut qui secundum essentiam, boni tum natura tum scientia est: mali autem habet ignorantiam, ut cujus nulla ejus facultas competat. Quorum enim natura facultatem habet, eorum et scientia per essentiam præditus est.

μδ'. Μόνην ἔχει τοῦ καλοῦ τὴν γνῶσιν ὁ Θεὸς, ὡς κατ' οὐσίαν τοῦ καλοῦ φύσις τε καὶ γνῶσις ὑπάρχων· τοῦ δὲ κακοῦ, τὴν ἄγνοιαν, ὡς τὴν αὐτοῦ ἔχων ἀδυναμίαν· ὧν γὰρ ἔχει τὴν δύναμιν φυσικῶς, τούτων οὐσιωδῶς κέκτηται τὴν γνῶσιν.

45. Quod in Levitico pectusculum est, præstan-

με'. Τὸ ἐν τῷ Λευϊτικῷ στηθύνιον, τὴν ἀμείνω

[53] Psal. CXVIII, 105; Prov. VI, 23.

(*f*) Cf. ad Thalass. q. 45 et 46 infra num. 47.

qua scilicet conspectis rebus libidine adhæret, nec ipsas in eis legere rationes, iisque ad spiritalia assurgere studet.

(*f*) Ἡ τοῦ νοῦ δύναμις. Sic emend. ex mss. cod. cum esset, Ἡ τοῦ νόμου δύναμις. Hæc enim mentis objecta sunt, non legis: corporum incorporeorumque (seu spirituum) notitia: non tamen ipsius Trinitatis, quoad quod quid est esse, cognitio. Unum hoc credit pia mens, ipsam esse οὐ τί ποτε κατ' οὐσίαν ἐστὶν αὐθαδιζομένη· *sibi ipsa per superbiam non arrogans, ut sciat quid illa sit per essentiam*; ὡς ὁ δαιμόνιος νοῦς· quasi hoc uni proprium dicat divinæ menti. Nihil boni Picus: *Nullatenus secundum substantiam est contumax, veluti infelix animus.* De voce δαιμόνιος, multa Bud. et alii. Planus hic sensus, ut sit divina ac beata mens, ipse Deus, qui sic a se nihil arrogatam habet sui per essentiam notitiam: quod tamen, et sequentia ejus cap. desiderant tres Regii codd. quorum copia fuit. Si quis tamen ad diabolum trahere velit, qui sic αὐθαδίζεσθαι dicatur, ut est illius a peccato ἄνους ὁ λόγος, et alia quæ prosequitur Dionys. non pugno. Potest ille temeritate adyta velle perrumpere et inconcessa tentare: at non sana mens, ac quæ nitatur fide.

Digitized by Google

καὶ ὑψηλὴν θεωρίαν δηλοῖ· ὁ δὲ βραχίων, τὴν πρᾶ- A tiorem ac sublimem contemplationem significat. Armus autem, actionem, id est, cogitantis animi habitum et operationem, vel scientiam et virtutem; quippe cum scientia mentem Deo immediate admoveat; virtus vero, qua actionem colit, ab omni rerum affectione ortuque removeat : quæ Scriptura sacerdotibus segregavit, qui solum Deum nacti hæreditatem, nihil prorsus rerum terrenarum in censu habeant.

ξιν, ἤγουν τοῦ διανοητικοῦ τὴν ἕξιν καὶ τὴν ἐνέργειαν, ἢ τὴν γνῶσιν καὶ τὴν ἀρετήν· ὡς τῆς μὲν γνώσεως, αὐτῷ προσαγούσης ἀμέσως τὸν νοῦν τῷ Θεῷ· τῆς ἀρετῆς δὲ, κατὰ τὴν πρᾶξιν πάσης ἀφαιρουμένης αὐτὸν τῆς τῶν ὄντων γενέσεως [a]· ἅπερ ἱερεῦσιν ἀφώρισεν ὁ λόγος, τοῖς μόνον τὸν Θεὸν διὰ πάντων κτησαμένοις κληρονομίαν, καὶ μηδὲν τοσύνολον κεκτημένοις ἐπίγειον.

μς'. Ἐπειδὴ τὰς ἄλλων καρδίας διὰ τοῦ λόγου τῆς διδασκαλίας, οἱ γνώσει καὶ ἀρετῇ δι' ὅλου ποιωθέντες τῷ πνεύματι, εὐσεβείας καὶ πίστεως ποιοῦνται δεκτικάς, καὶ τὴν πρακτικὴν αὐτῶν ἕξιν καὶ δύναμιν ἀφαιρούμενοι, τῶν ἐπὶ τῇ φθαρτῇ φύσει σπουδασμάτων, πρὸς τὴν τῶν ὑπὲρ φύσιν ἀφθάρτων ἐνέργειαν ἀγαθῶν μεταφέρουσιν· εἰκότως τῶν προσαγομένων εἰς θυσίαν Θεοῦ, τὸ στηθύνιον τοῦ ἐπιθέματος (*g*)· τουτέστι, τῶν προσαγομένων τὴν καρδίαν· καὶ τὸν βραχίονα, τῶν αὐτῶν δηλονότι τὴν πρᾶξιν· προσέταξεν ἀφιεροῦσθαι τοῖς ἱερεῦσιν ὁ Λόγος. B

46. Cum his, qui scientia et virtute per spiritum toto animo imbuti sunt, pietatis fideique capaces aliorum mentes doctrina atque sermone efficiant, eorumque actionis habitum ac facultatem auferentes, ne pro naturæ corruptæ labe studiis dedantur, ad incorrupta bona vim omnem naturæ superantia, opere præstanda transferant; merito eorum quæ in Dei sacrificio offeruntur pectusculum elevationis (eorum scilicet qui admoventur cor atque animum) armumque (eorumdem scilicet actionem) sacerdotibus addicenda præcepit divinus Sermo.

μζ'. Πᾶσα ἡ ἐνταῦθα δικαιοσύνη συγκρινομένη πρὸς τὴν μέλλουσαν, ἐσόπτρου λόγον ἐπέχει, τὴν τῶν ἀρχετύπων πραγμάτων εἰκόνα, οὐκ αὐτὰ δὲ τὰ πράγματα κατ' εἶδος ὑφιστάμενα ἔχουσα· καὶ πᾶσα γνῶσις ἐνταῦθα τῶν ὑψηλῶν συγκρινομένη πρὸς τὴν μέλλουσαν, αἴνιγμά ἐστιν, ἔμφασιν τῆς ἀληθείας, ἀλλ' οὐκ αὐτὴν ὑφισταμένην ἔχουσα τὴν φανήσεσθαι μέλλουσαν ἀλήθειαν.

47. Omnis vitæ hujus justitia, si cum futura conferas, speculi rationem præfert, primitivarum rerum imaginem, non res ipsas secundum speciem vere exsistentes, habens : omnisque præsentis ævi sublimium rerum scientia, si cum ea conferas, quæ futura exspectatur, ænigma est, veritatis exile simulacrum, non ipsam quæ manifestanda est vere exsistentem et ipsam veritatem habens.

μη'. Ἐπειδὴ ἀρετῇ καὶ γνώσει τὰ θεῖα συνέχεται, τῶν κατ' ἀρετὴν πρωτοτύπων ἐστὶν ἐνδεικτικὸν τὸ ἔσοπτρον, καὶ τῶν κατὰ γνῶσιν ἀρχετύπων ἐκφαντικὸν ὑπάρχει τὸ αἴνιγμα. C

48. Cum res divinæ, virtute et scientia comprehendantur, speculum, virtutis primitiva ut exhibeat, comparatum habet; ænigma vero, ut scientiæ principes formas ac exemplaria repræsentet.

μθ'. Ὁ διὰ πράξεως εὐαρεστήσας τῷ Θεῷ, διὰ θεωρίας πρὸς τὴν τῶν νοητῶν χώραν, τὸν νοῦν δηλαδὴ μετατίθησιν· ἵνα μὴ διὰ φαντασίας τινὸς τὸν ἐν τοῖς πάθεσι θεάσηται θάνατον κατὰ τὴν αἴσθησιν, ὡς ὑπὸ μηδενὸς τῶν ἐλεῖν βουλομένων (*h*) παντελῶς εὑρισκόμενος.

49. Qui per actionem Deo operam probavit, contemplationis cultu ad eorum quæ mente intelliguntur regionem, utique animum traducit [b], ne qua **544-546** cogitatione, mortem in affectibus vitiisque positam, sensu videat : quem nimirum, eorum, quæ mancipare velint, nulla inveniant.

ν'. Ὁ καθαρῷ πίστεως ὀφθαλμῷ τῶν μελλόντων ἀγαθῶν ἰδὼν τὴν εὐπρέπειαν, ὑπακούει γῆς καὶ συγγενείας· καὶ οἴκου πατρικοῦ προθύμως ἐξελθεῖν, κταλιπὼν τὴν πρὸς σάρκα καὶ αἴσθησιν καὶ αἰσθητὰ σχέσιν τε καὶ προσπάθειαν· καὶ φύσεως ἐν καιρῷ πειρασμοῦ καὶ ἀγώνων ὑψηλότερος ὤν, προτιμήσας D

50. Qui mundo fidei oculo futurorum bonorum elegantiam aspexit, ut quasi de terra et cognatione, deque paterna domo exeat [c], prompto alacrique animo obaudit; omni ad carnem sensumque ac ea quæ sensum movent, affectione ac libidine relicta; naturaque, interim dum tentationes ac certamina

[a] Gen. v, 24; Hebr. xi, 5. [b] Gen. xii, 1.

[a] Edita, γνώσεως. Malim σχέσεως.
[b] Cf. ad Thalass. q. 47, ubi fere seq. ad. cap. usque 49.

(*g*) *Τὸ στηθύνιον τοῦ ἐπιθέματος.* Vulg. uti reddidimus, *Pectusculum elevationis.* Syxt. interpr. *impositionis*, quod non ita videtur exprimere. Ibi Schol. Ταυτόν ἐστιν ἀφαίρεμα καὶ ἀφόρισμα καὶ ἐπίθεμα καὶ καρπώματα ἀπὸ τῶν θυσιῶν ἀφοριζόμενα Θεῷ, ἅπερ γίνεται μέρη τοῦ ἱερέως. Non male forsitan *appositionis*; sive *pectusculum appositum ac suppositum* divinæ hostiæ, ac parti illi quæ peculiarius in Dei honorem cedebat, illique incendebatur. Eam mentem nostri Jac. de Janua Catholicon insinuavit. Eo forte Græcorum ritus collineat, cum massæ panis, ex qua Dominicum corpus conficiunt, complures micas offerentium nomine apponunt, sive supponunt, quas incertum an sacrificent. Non tamen in omnibus quadrat exemplum.

(*h*) *Τῶν ἑλεῖν βουλομένων.* Sensus ipse planus. Securitatem hæc sonant, ejus, qui scientia ac virtute longe provectus sit, nec facile ex sensu ejusque libidine tentari aut lædi possit; qua sollicitudine moribus excultus, divinis animum intendit. Picus ἑλθεῖν habuit, ex quo nihil probati sensus elicere potuit.

Digitized by Google

lugruunt, factus superior : quippe qui naturæ Auctorem prætulerit; velut magnus Abraham, præ Isaaco Deum in potioribus habuit [56].

51. Qui neque gloriæ causa, nec occasione avaritiæ [57], neque adulandi gratia, et ut hominibus placeat, seque ipse ostentet, virtutem, aut divinorum eloquiorum meditationem consectari studet, sed cuncta propter Deum tum facit, tum loquitur, tumque cogitat, hic in via veritatis in scientia ambulat. Non enim libens divinus Sermo in semitis non rectis immoratur, vel si in quibusdam præparatam viam invenerit [58].

52. Jejunat quis, seque ab ea victus ratione abstinet, quæ libidines vitiaque incendit; cunctaque adeo reliqua agit, quæ conducant ut a malitia liberetur ac pravitate; hic sic nuncupatam viam præparavit : sin autem, inanis gloriæ causa, et ut sibi plus arroget, vel ut blandiatur, aut hominibus placeat, aliudve quidpiam præstet, quam ut Deo probetur ac ipsum demereatur, ejuscemodi modos consectatur moresque colit, hic Dei semitas rectas non fecit; ac parandæ quidem viæ laborem sustinuit, ut Deus autem in ejus semitis ambularet, non obtinuit.

53. *Omnis vallis implebitur* [59] : non quovis modo omnis, neque omnium; neque enim eorum, qui non paraverunt viam Domini, nec rectas fecerunt semitas ejus. Quando igitur vallis (caro scilicet, aut anima eorum, qui, ut dicebam, paraverunt viam Domini, rectasque ejus semitas fecerunt) ex Dei Verbi in eis per mandata ambulantis præsentia, cum scientia, tum virtute impleta fuerit, omnes falsi nominis scientiæ, ac spiritus nequitiæ deprimuntur, calcante eos Verbo ac subjiciente, nequissimamque potestatem adversus humanum genus sese extollentem, destruente, ac velut montium colliumque superbam molem celsumque **547** verticem effodiente, atque vallibus æquandis dejiciente. Quod enim ii affectus, qui a naturæ rationibus abhorrent, abjiciantur; ac quæ ex ejus rationibus sunt, virtutes accedant, anima vallis instar depressa adimpletur, montiumque supercilio elata nequissimorum spirituum potentia, deprimitur achumiliatur.

54. *Asperæ* (quæ invitos petunt violentæ tentationes) *erunt in vias planas* [60]; tunc maxime, cum animus gaudens et lætans in infirmitatibus et ærumnis et necessitatibus sibi placuerit; qui nimirum per involuntarios labores, voluntariorum affectuum ac libidinum omnem a se potentiam auferat. Vocavit enim *asperas* (id est, vias) eas tentationes quæ invitis accidunt, inque vias planas, gratias agendo per patientiam, mutantur.

55. Qui veræ vitæ desiderio tenetur, quem non lateat laborem omnem, sive is sponte assumptus, sive immissus sit atque incussus, voluptatis ac libidinis, quæ mortis parens exsistat, mortem effici;

A τὴν αἰτίαν τῆς φύσεως, ὡς τοῦ Ἰσαὰκ, τὸν Θεὸν, ὁ μέγας Ἀβραάμ.

να'. Ὁ μήτε δόξης ἕνεκεν, μήτε προφάσει πλεονεξίας, μήτε κολακείας χάριν, καὶ ἀνθρωπαρεσκίας καὶ ἐπιδείξεως, τὴν ἀρετὴν, ἢ τὴν μελέτην τῶν θείων λόγων μετελθεῖν ἐπιτηδεύων, ἀλλὰ πάντα διὰ τὸν Θεὸν καὶ ποιῶν καὶ λέγων καὶ διανοούμενος, οὗτος ἐν τῇ ὁδῷ τῆς ἀληθείας ἐν γνώσει πορεύεται. Τρίβοις γὰρ οὐκ εὐθείαις ὁ θεῖος οὐ πέφυκεν ἐμφιλοχωρεῖν λόγος, κἂν εὕρῃ τὴν ὁδὸν ἔν τισιν ἑτοιμον.

νβ'. Νηστεύει τις, καὶ ἀπέχεται τῆς ἐξαπτικῆς τῶν παθῶν διαίτης· τὰ ἄλλα τε ποιεῖ, ὅσα πρὸς ἀπαλλαγὴν κακίας συμβάλλεσθαι δύναται· τὴν λεγομένην ὁδὸν οὗτος ἡτοίμασε· κενοδοξίας δὲ, ἢ πλεονεξίας, ἢ κολακείας, ἢ ἀνθρωπαρεσκίας, ἢ ἄλλης τινὸς ἕνεκεν αἰτίας, δίχα τῆς θείας εὐαρεστήσεως τοὺς τοιούτους ἐπιτηδεύει τρόπους, οὗτος οὐκ ἐποίησεν εὐθείας τὰς τρίβους τοῦ Θεοῦ· καὶ τὸν μὲν τῆς ἑτοιμασίας τῆς ὁδοῦ πόνον ὑπέμεινεν, τὸν δὲ Θεὸν οὐκ ἔσχε ταῖς αὐτοῦ τρίβοις ἐμπεριπατοῦντα.

νγ'. *Πᾶσα φάραγξ πληρωθήσεται* · οὐχ ἁπλῶς πᾶσα, οὐδὲ πάντων· οὔτε γὰρ τῶν μὴ ἑτοιμασάντων τὴν ὁδὸν τοῦ Κυρίου, καὶ εὐθείας ποιησάντων τὰς τρίβους αὐτοῦ. Ὁπηνίκα οὖν φάραγξ, ἤγουν σὰρξ ἢ ψυχὴ, τῶν ἑτοιμασάντων, ὡς εἶπον, τὴν ὁδὸν τοῦ Κυρίου, καὶ εὐθείας ποιησάντων τὰς τρίβους αὐτοῦ, διὰ τῆς τοῦ περιπατοῦντος ἐν αὐτοῖς διὰ τῶν ἐντολῶν Θεοῦ Λόγου παρουσίας, πληρωθῇ γνώσεώς τε καὶ ἀρετῆς, πάντα τὰ τῆς ψευδωνύμου γνώσεως καὶ κακίας τὰ πνεύματα ταπεινοῦται, πατοῦντος αὐτὰ τοῦ Λόγου καὶ ὑποτάττοντος, καὶ τὸ ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, πονηρὸν κράτος καταβάλλοντος, καὶ οἷον τὸ μέγεθος καὶ τὸ ὄγκος τῶν ὀρέων καὶ τῶν βουνῶν κατασκάπτοντος· καὶ εἰς τὴν τῶν φαράγγων ἄγοντος πλήρωσιν. Ἡ γὰρ τῶν παρὰ φύσιν ἀποβολὴ παθῶν, καὶ ἡ τῶν κατὰ φύσιν ἀρετῶν ἐπιβολὴ, τὴν φαραγγωθεῖσαν ψυχὴν ἀναπληροῖ, καὶ τὴν ὁρινομένην τῶν πονηρῶν πνευμάτων ταπεινοῖ δυναστείαν.

νδ'. *Αἱ τραχεῖαι* (τουτέστιν, αἱ τῶν ἀκουσίων πειρασμῶν ἐπιφοραὶ) *ἔσονται εἰς ὁδοὺς λείας*, ὅταν μάλιστα χαίρων καὶ εὐφραινόμενος ὁ νοῦς, ἐν ἀσθενείαις εὐδοκῇ καὶ θλίψεσι καὶ ἀνάγκαις, διὰ τῶν ἀκουσίων πόνων, τὴν ὅλην τῶν ἑκουσίων παθῶν ἀφαιρούμενος δυναστείαν. Τραχείας γὰρ κέκληκε, τὰς τῶν ἀκουσίων πειρασμῶν συμβάσεις, εἰς ὁδοὺς λείας διὰ τῆς κατὰ τὴν εὐχαριστίαν ὑπομονῆς μεταπιπτούσας.

νε'. Ὁ τῆς ἀληθινῆς ἐφιέμενος ζωῆς, γνοὺς ὅτι πᾶς πόνος, εἴτε ἑκούσιος, εἴτε ἀκούσιος, τῆς τοῦ θανάτου μητρὸς ἡδονῆς [*Regii duo* ὀδύνης] γίνεται θάνατος, πάσας τὰς τραχείας * τῶν ἀκουσίων πειρα-

[56] Gen. xxii, 1 seqq. [57] I Thess. ii, 5. [58] Isa. xl, 3. [59] ibid. 4; Luc. iii, 5. [60] ibid.

* Male edita, χρείας nec bene Picus, *utiles*.

Digitized by Google

σμῶν ἐπιφορᾷ, δέξεται μετ' εὐφροσύνης χαίρων· διὰ τῆς ὑπομονῆς, ὁδοὺς εὐμαρεῖς τε καὶ λείας, τὰς θλίψεις ποιούμενος, καὶ πρὸς τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως ἁπλανῶς παραπεμπούσας αὐτὸν, εὐσεβῶς ἐν αὐταῖς τὸν θεῖον δρόμον ποιούμενον. Καὶ γὰρ, τοῦ μὲν θανάτου μήτηρ ἐστὶν ἡ ἡδονή· τῆς ἡδονῆς δὲ θάνατός ἐστιν, ὁ πόνος· ὅ τε προαιρετικὸς, καὶ ὁ παρὰ προαίρεσιν.

A asperas omnes, tentationum invitos excipientium impressiones, cum lætitia gaudens suscipiet, qui scilicet per patientiam, vias faciles planasque, ærumnas efficiat, ac quæ ad supernæ vocationis palmam [61], pie in eis divinum facientem cursum, tuto itinere transmittant. Nam mortis quidem parens, voluptas est ac libido; voluptatis autem mors ac libidinis, labor, tum qui propensa voluntate assumitur, tum qui vi aliena infertur.

νς'. Πᾶς τοιγαροῦν ὁ τὴν πολυέλικτόν τε καὶ πολύπλοκον ἡδονὴν, καὶ πᾶσιν ὁμοῦ τοῖς αἰσθητοῖς πολυτρόπως συμπεπλεγμένην τῇ ἐγκρατείᾳ διαλύσας, τὰ σκολιὰ εἰς εὐθείας ἐποίησε· καὶ ὁ τὴν δύσβατον καὶ τραχεῖαν τῶν πόνων ἐπιφορὰν δι' ὑπομονῆς πατήσας, τὰς τραχείας ἐποίησεν εἰς ὁδοὺς λείας. Ὅθεν ὥσπερ ἔπαθλον ἀρετῆς καὶ τῶν ὑπὲρ αὐτῆς καμάτων, οἷα καλῶς τε καὶ νομίμως ἀθλήσας, καὶ τὴν ἡδονὴν νικήσας τῷ πόθῳ τῆς ἀρετῆς, καὶ τὴν ὀδύνην πατήσας τῷ τῆς γνώσεως ἔρωτι, καὶ δι' ἀμφοτέρων γενναίως τοὺς θείους διενέγκας ἀγῶνας, *Ὄψεται*, κατὰ τὸ γεγραμμένον, *τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ*.

B 56. Quisque igitur multis voluminibus perplexam implicitamque voluptatem seu libidinem, ac cunctis pariter rebus quæ in sensum cadunt multifariam complicatam atque hærentem, per continentiam dissolvit, prava in vias rectas fecit; quique adeo arduam, asperamque ac scabram laborum impressionem per patientiam calcavit, asperas in vias planas fecit. Idcirco tanquam virtutis præmium, ejusque causa susceptorum seu exantlatorum laborum, velut qui rite legitimeque certaverit, virtutisque desiderio voluptatem ac libidinem vicerit, atque scientiæ amore dolorem calcaverit, necnon utrisque divina certamina strenue gesserit, *Salutare Dei*, sicut scriptum est, *videbit* [62].

νζ'. Ὁ τὴν ἀρετὴν ἀγαπῶν, τὴν τῶν ἡδονῶν ἑκουσίως ἀπομαραίνει κάμινον· ὁ δὲ τῇ γνώσει τῆς ἀληθείας πεποιωμένος * τὸν νοῦν, ἀκουσίοις οὐκ ἐπέχεται πόνοις, τῆς κατὰ τὴν ἔφεσιν πρὸς τὸν Θεὸν φερούσης ἀεικινησίας.

57. Qui virtutem diligit, voluptatum sponte caminum restinguit: qui vero veritatis scientia mentem imbuit, nihil **548** violentis laboribus inhibetur, a jugi in Deum cupiditatis motu.

νη'. Ὁ τὰ σκολιὰ τῶν ἑκουσίων παθῶν, ἤγουν τῆς ἡδονῆς τὰ κινήματα διὰ τῆς ἐγκρατείας εὐθύνας, καὶ τὰς τραχείας, τῶν ἀκουσίων πειρασμῶν συμφορὰς, ἤγουν τοὺς τρόπους τῆς ὀδύνης διὰ τῆς ὑπομονῆς ὁμαλίσας, καὶ εἰς ὁδοὺς λείας καταστήσας· ὁ τοιοῦτος εἰκότως *ὄψεται τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ*, καθαρὸς τῇ καρδίᾳ γενόμενος· καθ' ἣν διὰ τῶν ἀρετῶν καὶ τῶν εὐσεβῶν θεωρημάτων, *ὁρᾷ* τὸν Θεὸν ἐπὶ τέλει τῶν ἄθλων, κατὰ τὸ, *Μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται*· τῶν ὑπὲρ ἀρετῆς πόνων, τῆς ἀπαθείας τὴν χάριν ἀντιλαβὼν, ἧς οὐδὲν πλέον τὸν Θεὸν ἐμφανίζει τοῖς ἔχουσι.

C 58. Qui prava voluntariorum affectum ac libidinum (nempe voluptatis motus) per continentiam direxerit; asperasque violentarum tentationum calamitates (doloris scilicet modos) per patientiam æquaverit, et in vias planas fecerit; talis merito, qui mundo corde effectus sit, *Salutare Dei videbit;* quo (mundo corde) per virtutes ac pias considerationes, Deum videt in fine certaminum, juxta illud: *Beati mundo corde, quonium ipsi Deum videbunt* [63]; pro laboribus quibus virtutis causa perfunctus est, imperturbationis munus consecutus; qua nihil magis Deum manifestat, iis, qui illa præditi sint.

νθ'. Λάκκους καλεῖ ἡ Γραφὴ (*i*), τὰς δεκτικὰς τῶν οὐρανίων χαρισμάτων τῆς ἁγίας γνώσεως καρδίας, λατομουμένας τῷ στερρῷ λόγῳ τῶν ἐντολῶν, καὶ ἀποσκαλλομένας καθάπερ πωρώματα, τήν τε πρὸς τὰ πάθη φιληδονίαν, καὶ τὴν πρὸς τὰ αἰσθητὰ τῆς φύσεως σχέσιν, καὶ πληρουμένας τῆς ἄνωθεν φερομένης ῥυπτικῆς τε τῶν παθῶν, καὶ ζωοποιητικῆς καὶ οἷον θρεπτικῆς τῶν ἀρετῶν ἐν πνεύματι, γνώσεως.

D 59. Cisternas vocat Scriptura, corda cœlestium sanctæ scientiæ donorum capacia, solito mandatorum sermone excisa, velutque callosas durities, proclioriem in vitia affectusque libidinem respuentia, naturæque in res sensui subjectas affectionem: quæ denique e supernis cœloque veniente spiritali scientia impleantur, quæ libidinum sordes abluat, et vivificet atque alat virtutes.

[61] Philipp. III, 14. [62] Isa. XL, 5. [63] Matth. V, 3.

* Male edita πεποιημ.

(*i*) *Λάκκους καλεῖ ἡ Γραφή*. Lacus ac cisternas expressit Scriptura, intellexitque Maximus; nec bene Picus puteis mutavit. Puteus namque ipse fons est, sed alta scaturigine; λάκκοι, lacus et cisternæ, non sunt fontes, nec ullo latice manant, sed pluvialibus aquis replentur. Qua metaphora φερομένης ἄνωθεν τῆς ἐν πνεύματι γνώσεως, *scientia spiritali e supernis, e cælo veniente*, has mystice cisternas, Maximus ait impleri. At nihil bene Picus. *Plena sunt spiritali sursum tendente scientia*. Sursum tendere et salire, id quidem fontium est, vivarumque in eis aquarum, at non Maximo intentum, vel ejus Græcis significatum. Cf. ad Thalass. 9. 48.

Digitized by Google

60. Cisternas excidit Dominus in deserto (in mundo scilicet hominumque natura) eorum qui digni sunt, corda effodiens, et a terrena gravitate prudentiaque emundans, atque ad divinos sapientiæ et scientiæ imbres suscipiendos, unde Christi pecora adaquent (eos nimirum qui præ animi infantia, morali disciplina egeant) dilatans et amplians.

61. Montanam vocat Scriptura, sublimem in spiritu naturæ contemplationem, quam ii colunt, qui, rerum sensilium relictis cogitationibus, ad earum spiritales rationes per intermedias virtutes evaserunt.

62. Quandiu animus in seipso vigentem Dei memoriam habet, per contemplationem Dominum exquirit; neque id defunctorie leviusque, sed, *in timore Domini* [64]; hoc est, exsequendo mandata. Qui enim contemplando sine actione Dominum exquirit, non invenit, eo quod non in timore Domini exquisierit. *Et prosperavit ei Dominus* [65]. Omnem enim qui scientia comite actioni incumbit, Dominus prospere dirigit, qui et mandatorum modos doceat, et veras rerum rationes aperiat.

63. Sublimis de deitate sermo ac doctrina, turris est animo, mandatorum **549** observatione munita. Et hoc est quod ait : *Ædificavit Ozias turres in Jerusalem* [66]. Qui enim recte diriguntur, ut per contemplationem cum adjuncto convenienti timore (agendo scilicet quæ mandata sunt) Dominum exquirat, is in Jerusalem turres ædificat; in simplici nimirum et tranquillo animi statu, sublimes de deitate sermones attollens.

64. Particulares rationes dum ad universales accedunt, quæ divisa sunt inter se copulant. Quod nimirum universaliores rationes, eorum quæ magis particularia sunt, rationes uniformiter comprehendant, ad quæ naturaliter ipsa particularia relationem habeant. Sed et cœli cum terra, rerum quæ sensu percipiuntur cum illis quæ mente intelliguntur, naturæ cum ratione, habitudinis quædam in spiritu ratio est, qua hæc alia aliis conserta uniantur.

65. Cui ab affectibus vitiisque sensus revellere licuit, animumque a sensuum libidine abjunxit; quem sibi in mentem diabolus intermedio sensu aditum perstruxerat, obstruere valuit. Idcirco in deserto (naturali scilicet speculatione) veluti firmas turres ac tutas, pias de rebus opiniones ædificavit : ad quas qui confugit, non eos timet, qui in hoc deserto (natura scilicet oculis subjecta) latrocinia exercent (id est, dæmones) quique sensuum opera mentem seducunt, et ad ignorantiæ caliginem pertrahunt. Qui enim singulis in rebus pie opinatur ac sentit, seducentes dæmones per ea quæ oculis cernimus, non metuit.

ξ'. Λάκκους λατομεῖ ὁ Κύριος ἐν τῇ ἐρήμῳ· λέγω δὲ τῷ κόσμῳ, καὶ τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων· τὰς τῶν ἀξίων καρδίας ἐκχοΐζων, καὶ ἀποκαθαίρων τοῦ ὑλικοῦ βάρους τε καὶ φρονήματος, καὶ ποιῶν εὐρυχώρους πρὸς ὑποδοχὴν τῶν θείων τῆς σοφίας καὶ τῆς γνώσεως ὑετῶν, ἵνα ποτίζωσι τὰ κτήνη τοῦ Χριστοῦ, τοὺς δεομένους λέγω διὰ ψυχῆς νηπιότητα, τῆς ἠθικῆς διδασκαλίας.

ξα'. Ὀρεινὴν ἡ Γραφὴ, τὴν ὑψηλὴν ἐν πνεύματι θεωρίαν τῆς φύσεως λέγει, ἣν γεωργοῦσιν οἱ τῶν αἰσθητῶν ἀπογενόμενοι φαντασιῶν, καὶ πρὸς τοὺς αὐτῶν νοητοὺς διὰ μέσων τῶν ἀρετῶν διαβάντες λόγους

ξβ'. Ὁ νοῦς ἐφ' ὅσον ἔχει ζῶσαν ἐν ἑαυτῷ τὴν τοῦ Θεοῦ μνήμην, διὰ τῆς θεωρίας ἐκζητεῖ τὸν Κύριον· καὶ οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' *ἐν φόβῳ Κυρίου*· τουτέστιν, ἐν τῇ πράξει τῶν ἐντολῶν. Ὁ γὰρ ἐκζητῶν διὰ θεωρίας τὸν Κύριον χωρὶς πράξεως, οὐχ εὑρίσκει αὐτὸν, ὅτι οὐκ ἐν φόβῳ Κυρίου τὸν Κύριον ἐξεζήτησε. *Καὶ εὐώδωσεν αὐτῷ ὁ Κύριος*· παντὶ γὰρ τῷ μετὰ γνώσεως πράττοντι, εὐοδοῖ ὁ Κύριος, τούς τε τῶν ἐντολῶν διδάσκων τρόπους, καὶ τοὺς τῶν ὄντων ἀληθεῖς λόγους ἀποκαλύπτων.

ξγ'. Ὁ περὶ θεότητος ὑψηλὸς λόγος, πύργος ἐστὶ κατὰ ψυχὴν, ταῖς τῶν ἐντολῶν ἐνεργείαις ᾠκοδομένος. Καὶ τοῦτό ἐστιν ὃ φησιν, ὅτι *Ὠκοδόμησεν Ὀζίας πύργους ἐν Ἰερουσαλήμ*. Ὁ γὰρ καλῶς εὐοδούμενος ἐπὶ τὴν διὰ θεωρίας ἐκζήτησιν τοῦ Κυρίου, μετὰ τοῦ ἐπιβεβλημένου φόβου, τουτέστι τῆς τῶν ἐντολῶν πράξεως, οἰκοδομεῖ πύργους ἐν Ἰερουσαλὴμ, κατὰ τὴν ἁπλῆν δηλαδὴ καὶ ἠρεμαίαν τῆς ψυχῆς κατάστασιν, τοὺς περὶ θεότητος ἀνυφῶν λόγους.

ξδ'. Οἱ τῶν ἐπὶ μέρους λόγοι, τοῖς καθόλου προσχωροῦντες, τὰς τῶν διῃρημένων ἑνώσεις ποιοῦνται· διότι τῶν μερικωτέρων ἐνοειδῶς οἱ καθολικώτερα τοὺς λόγους περιλαμβάνουσι, πρὸς οὓς φυσικῶς τὴν ἀναφορὰν ἔχει τὰ κατὰ μέρος. Ἀλλὰ καὶ νοῦ πρὸς αἴσθησιν, καὶ οὐρανοῦ πρὸς γῆν, καὶ αἰσθητῶν πρὸς νοητὰ, καὶ φύσεως πρὸς λόγον, ἔστι τις καὶ τούτων σχετικὸς ἐν πνεύματι λόγος, τὴν πρὸς ἄλληλα διδοὺς αὐτοῖς ἕνωσιν.

ξε'. Ὁ τῶν παθῶν δυνηθεὶς ἐξηλῶσαι τὰς αἰσθήσεις, καὶ τῆς τῶν αἰσθήσεων σχέσεως τὴν ψυχὴν ἀποδιαστεῖλαι, κατίσχυσεν ἀποτειχίσαι τὴν γενομένην τοῦ διαβόλου πρὸς τὸν νοῦν διὰ μέσων τῶν αἰσθήσεων εἴσοδον· καὶ διὰ τοῦτο κατὰ τὴν ἔρημον, φημὶ δὲ τὴν φυσικὴν θεωρίαν, οἷονεὶ πύργους ἀσφαλεῖς, τὰς εὐσεβεῖς περὶ τῶν ὄντων ᾠκοδόμησε δόξας· ἐν αἷς ὁ καταφεύγων, οὐ φοβεῖται τοὺς κατὰ τὴν ἔρημον ταύτην· λέγω δὲ τὴν φύσιν τῶν ὁρωμένων, λῃστεύοντας δαίμονας, καὶ πλανῶντας τὸν νοῦν διὰ τῆς αἰσθήσεως, καὶ πρὸς ἀγνοίας κατασύροντας ζόφον. Ὁ γὰρ τὴν εὐσεβῆ περὶ ἕκαστον δόξαν κτησάμενος, οὐ δέδοικε τοὺς διὰ τῶν φαινομένων πλανῶντας τοὺς ἀνθρώπους δαίμονας.

[64] II Psal. xxvi, 3. [65] Ibid. [66] Ibid. 9.

Digitized by Google

ξς'. Πᾶς νοῦς ἰσχὺν πρὸς θεωρίαν ἔχων, ἀληθής ἐστι γεωργὸς, καθαρὰ ζιζανίων διὰ τῆς οἰκείας σπουδῆς καὶ ἐπιμελείας τὰ θεῖα τῶν ἀγαθῶν διαφυλάττων σπέρματα, μέχρις οὗ συντηροῦσαν αὐτὸν ἔχῃ τὴν τοῦ Θεοῦ μνήμην. Φησὶ γάρ· *Καὶ ἦν ἐκζητῶν τὸν Κύριον ἐν ταῖς ἡμέραις Ζαχαρίου ἐν φόβῳ Κυρίου.* Ζαχαρίαν δὲ, *μνήμην Θεοῦ* πρὸς τὴν Ἑλλάδα φωνὴν μεταφερόμενον οἶδεν ὁ λόγος. Διὸ πάντοτε δεηθῶμεν τοῦ Κυρίου, τὴν σωτήριον αὐτοῦ φυλαχθῆναι ἡμῖν μνήμην, ἵνα μὴ καὶ αὐτὸ διαφθείρῃ τὴν ψυχὴν τὸ κατορθούμενον, πρὸς ὕψος ἀρθεῖσαν, καὶ τῶν ὑπὲρ φύσιν, ὡς ὁ Ὀζίας, καταλιμήσασαν. A

66. Mens omnis vi ad speculationem pollens, verus agricola est, munda servans a zizaniis, diligentia sua et cura, divina bonorum semina, quandiu Dei memoriam, ejus munimine tuta, habuerit. Ait enim : *Et erat exquirens Dominum in diebus Zachariæ, in timore Domini* [67]. Porro Zachariam, si lingua nostra reddamus, *Dei memoriam* sonare non nescimus. Quocirca Dominum semper oremus, ut salutaris ejus memoria nobis conservetur, ne ipsum hoc quod recte exque virtute geritur, interitum animæ pariat, dum in sublime erigitur, ac velut Ozias, temere præsumit quæ naturæ facultatem excedunt [68].

ξζ'. * Ἡ τῶν ὄντων ἁπλανὴς θεωρία, παθῶν ἀπηλλαγμένης δέῃται ψυχῆς· ἥτις Ἱερουσαλὴμ λέγεται, διά τε τὴν ἄρτιον ἀρετὴν καὶ τὴν ἄϋλον γνῶσιν· ἥτις οὐ μόνον κατὰ στέρησιν παθῶν, ἀλλὰ καὶ φαντασιῶν αἰσθητῶν ἐπιγίνεται.

67. Certa erroreque vacans speculatio immunem ab affectibus atque vitiis exigit animum; Jerusalem scilicet nuncupatum, tum propter perfectam **550** virtutem, tum propter immaterialem nihilque terrenum habentem scientiam ; quæ nempe nedum eliminatis affectibus atque vitiis, sed et rerum sensilium cogitationibus, proclive accedit. B

ξη'. Χωρὶς πίστεως καὶ ἐλπίδος καὶ ἀγάπης, οὐδὲν οὔτε τῶν κακῶν καταργεῖται παντελῶς, οὔτε τῶν καλῶν κατορθοῦται τοσύνολον. Ἡ μὲν γὰρ πίστις, πείθει τῷ Θεῷ προσχωρεῖν τὸν νοῦν πολεμούμενον, πάσης αὐτῷ γινομένη παρασκευῆς ὅπλων πνευματικῶν πρὸς τὸ θαῤῥεῖν παραμύθιον. Ἡ δὲ ἐλπὶς, τῆς θείας αὐτῷ καθίσταται βοηθείας ἐγγυητὴς ἀψευδέστατος, τὴν τῶν ἐναντίων καθαίρεσιν ἐπαγγελλομένη δυνάμεων. Ἡ δὲ ἀγάπη, δυσμετακίνητον, μᾶλλον δὲ, πάμπαν ἀκίνητον, τῆς θείας στοργῆς αὐτὸν εἶναι παρασκευάζει καὶ πολεμούμενον, προσηλοῦσα τῷ θείῳ πόθῳ πᾶσαν αὐτοῦ τὴν τῆς ἐφέσεως δύναμιν. C

68. Nullum omnino absque fide, spe et charitate vitiorum destruitur, uti neque prorsus virtutum ulla præstatur. Fides enim, dum impugnatur animus, auctor est confugiendi ad Deum, eique omnis spiritalium armorum apparatus, quibus fiducia paretur, efficitur solatium. Spes autem divinam ei verissime oppignerat opem, delendas adversarias potestates omnino pollicens. Charitas denique ægre mobilem (quin et prorsus immobilem) præstat, divini illecebra amoris, tum etiam cum impugnatur, ejus vim omnem cupiditatis divino desiderio affigens.

ξθ'. Ἡ πίστις παραμυθεῖται τὸν νοῦν πολεμούμενον, βοηθείας ἐλπίδι ῥωννύμενον· ἡ δὲ ἐλπὶς ὑπ' ὄψιν ἄγουσα τὴν πιστευθεῖσαν βοήθειαν, ἀποκρούεται τὴν τῶν ἀντικειμένων καταδρομήν· ἡ δὲ ἀγάπη, νεκρὰν καθίστησι τῷ φιλοθέῳ νῷ τῶν πολεμίων τὴν προσβολὴν, τῇ πρὸς Θεὸν ἐφέσει παντελῶς ἀμαυρουμένην.

69. Fides, animum qui impugnatur, sperata salute roboratum solatur. Spes autem, ipsum, cui adhibita fides, auxilium sub aspectum ponens, adversariorum insultum depellit. Charitas denique, infestam hostium aciem ejusque impetum, desiderio in Deum prorsus enervatum, Dei cultori ac religioso animo emortuum facit.

σ'. Θείας ὄντως μερίδος, ἦγουν γνώσεως ἀληθοῦς, υἱὸς, πρῶτός τε καὶ μόνος, ὁ κατὰ τὴν πίστιν τῆς ἐν ἡμῖν θείας ἀναστάσεώς ἐστι λόγος, μετὰ τῆς δεούσης κατὰ τὴν γνώμην οἰκονομίας, ἦγουν διακρίσεως, καλῶς διαφέρων τάς τε τῶν ἑκουσίων καὶ ἀκουσίων πειρασμῶν ἐπαναστάσεις. Καὶ γὰρ πρώτη ἐν ἡμῖν ἀνάστασις τοῦ διὰ τῆς ἀγνοίας ἡμῖν νεκρωθέντος Θεοῦ, ἡ πίστις ἐστὶ, καλῶς τοῖς ἔργοις τῶν ἐντολῶν οἰκονομουμένη. D

70. Primus revera solusque divinæ partis (veræ scilicet scientiæ) filius, sermo fidei est divinæ in nobis resurrectionis, cum decenti animi ac voluntatis dispensatione (id est, discretione ac judicio) tentationum insultus strenue tolerans, tum quæ ex voluntate, tum quæ violentæ externoque actore exsistunt. Prima namque Dei a nobis per ignorantiam exstincti, resurrectio, fides est, quæ mandata opere præstando rite digeratur.

οα'. Ἡ πρὸς Θεὸν ἐπιστροφὴ, σαφῶς μηνύει δι' ἑαυτῆς τὸν πληρέστατον τῆς θείας ἐλπίδος λόγον (*j*), οὗ χωρὶς, οὐδαμῶς οὐδενὶ καθ' ὁτιοῦν πρὸς Θεὸν ἐπίνευσις γίνεσθαι πέφυκεν· εἴπερ ἐλπίδος ἴδιον, τὸ ὑπ' ὄψιν ἄγειν ὡς παρόντα τὰ μέλλοντα· καὶ μηδα-

71. Conversio ad Deum, sui ipsa ratione plenissimam aperte divinæ spei rationem significat, sine qua nunquam fiat, ut quis ulla ratione animo in Deum tendat eique assentiat. Id enim spei muneris est, ut quæ futura sunt, tanquam præsentia

[67] ibid. 5. [68] ibid. 16.

* Cf. ad Thalass. q. 49 usque ad cap. 85.

(*j*) *Τὸν πληρέστατον τῆς θείας ἐλπίδος λόγον.* Clara Maximi sententia ; includi in conversione motum spe : quod et declaravit conc. Trid. Picus nihil bene, λόγον, *animum* reddit.

Digitized by Google

sub aspectum ponat; certoque certius suadeat non abesse Deum protectorem, ab his quos adversaria potestas oppugnet; ob quem, ac cujus causa indicta sanctis belli necessitas est. Absque enim aliqua vel difficili vel facili exspectatione, nemo unquam ut ad id quod honestum ac officii est convertatur in animum inducat.

μῶς ἀπεῖναι πείθειν τῶν πολεμουμένων ὑπὸ τῆς ἀντικειμένης δυνάμεως, τὸν ὑπερασπίζοντα Θεὸν ὑπὲρ οὗ, καὶ δι' ὃν ἁγίοις ὁ πόλεμος. Χωρὶς γάρ τινος προσδοκίας ἢ δυσχεροῦς ἢ εὐχεροῦς, ἐπιστροφὴ πρὸς τὸ καλὸν οὐδενί ποτε πέφυκε γίνεσθαι.

72. Nihil plane, eos qui dispersi sunt, sic colligit ac consociat, unamque eis **551** voluntatem concordiæ nexu aspirat, ac charitas, cujus insigne ac nota, paris dignitatis decus est. Quod itaque animi facultates (ratio scilicet, iraque et cupiditas) circa divina in unum congregentur, charitas in causa est; qua, qui jam eam cum Deo honoris æqualitatem per gratiam consecuti sunt, indelebilem divinæ dilectionis cupiditatem, immortale decus perscribentis ac exarantis in principe animi parte (id est, mente) habent.

οβ'. Οὐδὲν ὄντως οὕτως ὡς ἡ ἀγάπη συνάγει τοὺς ἐσκορπισμένους, καὶ μίαν αὐτοῖς δημιουργεῖ τὴν γνώμην συμπνοίᾳ κρατουμένην, ἧς χαρακτὴρ, τὸ τῆς ἰσοτιμίας καθέστηκε κάλλος. Οὐκοῦν τῆς κατὰ τὸ αὐτὸ περὶ τὰ θεῖα συναγωγῆς τε καὶ ἑνώσεως τῶν ψυχικῶν δυνάμεων· τουτέστι, τῆς λογικῆς καὶ θυμικῆς καὶ ἐπιθυμητικῆς, ἡ ἀγάπη καθέστηκε γέννημα· καθ' ἣν ἐγγράφοντες τῇ μνήμῃ τὸ τῆς θείας ὡραιότητος κάλλος, οἱ τὸ ἰσότιμον ἤδη πρὸς Θεὸν διὰ τῆς χάριτος κομισάμενοι, ἀνεπίληστον ἔχουσι τῆς τῷ ἡγεμονικῷ τῆς ψυχῆς ὑπομνηματογραφούσης τε καὶ ἐντυπούσης τὸ ἀκήρατον κάλλος, τῆς θείας ἀγάπης τὴν ἔφεσιν.

73. Mens omnis divino accincta robore, veluti seniores quosdam ac duces, tum rationis habet facultatem (ex qua fides ipsa docta sapiensque, qua semper Deum arcana ratione præsentem docetur, speique munere sic cum futuris versatur, ac si jam præsto essent), tum cupiditatis (qua divina consistit dilectio, quaque sponte intemeratæ deitatis desiderio affixam, immortalem desiderati atque amati appetitionem nacta est) ad hæc etiam iræ facultatem, qua divinam mordicus pacem amplectitur, astringens in divinum amorem cupiditatis motum. Has porro vires mens omnis, ad abolendum vitium statuendamque et conservandam virtutem, propense adjutrices habet.

A rendæ eis libertatis modus suppetebat, qui iniqua voluptatis pressi tyrannide, justis laboribus justissimæque ex illis morti natura obnoxii erant; operæ pretiumque erat, tum ad iniquissimam interimendam voluptatem, ejusque causa justissime invectos labores abolendos, quibus homo misere laborans distrahebatur (cui scilicet ex voluptatis ac libidinis labe originis esset initium, inque mortis tabem vitæ finis desineret), tum ad laborantis naturæ instaurationem, laborem mortisque interitum excogitari, injustum simul et causam non habentem. Nempe non habentem causam, ut qui præeuntem suæ origini voluptatem haudquaquam habuisset; injustum vero, ut qui nulli prorsus libidinosæ vitæ comes esset, ut nimirum medius B interceptus inter injustam voluptatem, laboremque et mortem justissimam, **594** labor mortisque interitus injustissimus, injustissimam ex voluptate originem prorsus aboleret, ac, qui ejus causa mortis interitione inoleverat, justissimum naturæ finem; humanumque genus rursus a voluptate doloreque eximeret, natura pristinam recipiente claritatem, nullis earum rerum notis fœdatam, quæ ortui ac interitui obnoxiæ sunt. Idcirco cum Deus per naturam perfectus esset, Dei Verbum perfectus homo fit, ex anima intelligente, ac mortali per naturam corpore, simili nobis ratione, uno duntaxat peccato excepto, consistens: qui eam quidem voluptatem seu libidinem, quæ inolevit ex transgressione, C temporali ipsius ex muliere nativitati præeuntem nullo prorsus modo haberet, tametsi illius causa invectum dolorem, qui naturæ finis exsistat, præ summa humanitate ac benignitate, voluntate ipse sua admisisset, ut injuste patiens moriensque, primam ex iniqua voluptate originem, naturam vi opprimentem, profligaret; quæ scilicet, perinde ac reliquorum hominum, sic et Domini mortem pro ea obnoxiam ac velut ex debito solvendam, non haberet; sed quæ potius illi adversa esset, justumque mortis interitione naturæ finem aboleret; cui nimirum iniqua voluptas ac libido, cujus ille gratia inolevit, ac quam juste ulciscatur, ut suæ auctor originis minime suppeteret.

μ'. Ἔδει ὡς ἀληθῶς, ἔδει, σοφὸν καὶ δίκαιον καὶ δυνατὸν ὄντα κατὰ φύσιν τὸν Κύριον, ὡς μὲν σοφὸν, μὴ ἀγνοῆσαι τὸν τρόπον τῆς ἰατρείας· ὡς δίκαιον D δὲ, μὴ τυραννικὴν ποιήσασθαι τοῦ κατειλημμένου κατὰ γνώμην ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας ἀνθρώπου τὴν σωτηρίαν· ὡς δὲ πάντα δυνάμενον, μὴ ἀτονῆσαι πρὸς τὴν τῆς ἰατρείας ἐκπλήρωσιν.

40. Decebat plane ac par erat, Dominum, qui per naturam sapiens, justusque ac potens exsistat, ut quidem sapientem, non nescire curationis modum: ut autem justum, non vi palam, hominis sua voluntate peccato facti obnoxii, salutem præstare: atque ut omnipotentem, complenda sanitate non deficere.

μα'. Τὸ μὲν σοφὸν τοῦ Θεοῦ, ἐν τῷ γενέσθαι φύσει κατ' ἀλήθειαν ἄνθρωπον, δείκνυται· τὸ δὲ δίκαιον, ἐν τῷ τὸ παθητὸν κατὰ τὴν γένεσιν ὁμοίως ἡμῖν ἀναλῆφθέναι τῆς φύσεως· τὸ δὲ δυνατὸν, ἐν τῷ

41. Dei quidem sapientia in eo elucet, quod vere natura factus sit homo: justitia vero, quod simili nobis ratione naturæ vim patibilem ortu suo assumpserit: potentia denique, quod passionibus

* Qq. ad Thalas. q. 61, παθούσης· quod et legendum.

(*q*) *Τῆς ἀπαθοῦς φύσεως.* Sic dicta in Christo natura, sicque repræsentant codd. atque edita, cui proinde labor atque mors, ἄδικος ὁμοῦ καὶ ἀναίτιος foret. Sed mihi istud durius: longe vero expeditius quod habetur, *Quæst. ad Thal.* πρὸς ἐπανόρθωσιν τῆς παθούσης φύσεως· quod et reddidi. Sic certe tota laborabat natura, totaque reparanda, Christi laboribus et morte non naturæ ἀπαθοῦς, quod nec ipsa sic absolute dicatur Christi natura, quæ τὸ παθητὸν carnis haberet, quantumvis esset ἀπαθὴς, quod ad vitium attinet ac culpam.

Digitized by Google

ac morte, sempiternam naturæ vitam impatibilitatemque immutabilem condiderit.

42. Sapientiæ quidem Dominus clare specimen exhibuit, in curationis modo, citra omnem mutationem ac vel minimam sui labem, factus homo: justitiæ vero æqualitatem prodidit, in inclinationis inque rem nostram demissionis magnitudine; nempe quæ in naturæ **595** parte patibili est sponte subiens damnationem, eamque ad abolendum peccatum, ac quæ ex illo est, mortem, in arma vertens (abolendam, inquam, voluptatem seu libidinem, ac, qui propter eam inolevit, dolorem): in qua nimirum (parte nimirum patibili) peccati vis, ac mortis exsistebat; ac, quæ voluptate seu libidine, peccati tyrannis concrescit; necnon cujus reatu per dolorem atque ærumnas, mortis potestas convalescit. Plane enim voluptatis dolorisque dominatio ac robur, in naturæ parte patibili exsistit. Naturalis quippe doloris pœnam vehementius intensam voluptate solari quodammodo nitimur. Dum namque molestum doloris sensum mitigare volumus, ad voluptatem confugimus, id enitentes, ut naturam doloris flagello oppressam, illius solatio levemus. Sed dum doloris aculeos voluptatis lenocinio mollire satagimus ac retundere, ejus adversum nos chirographum magis confirmamus, qui queamus.

43. Excellentis autem potentiæ vim liquido ostendit, quod per ea contraria, quæ ipse perpessus est, immutabilem naturæ genituram ortumque ac substantiam condidit. Per passionem enim, immunes esse a passione; per labores, remissionem; ac per mortem, sempiternam naturæ tribuens vitam, pristina felicitate restituit; quibus ipse penuriis laboravit, naturæ habitus instaurans; ac qua carnem induit, naturæ vim omnem superantem gratiam (id est, deificationem) naturæ donans

44. Deus vere factus est homo, aliamque secundi ortus naturæ dedit originem; quæ scilicet a labore cœpta, in futuræ vitæ delicias desinat. Quemadmodum enim primus parens Adamus, quod divini mandati transgressione, aliam ex voluptate ac libidine originem, interjecto labore atque ærumna in mortem desinentem, præter eam quæ primo condita fuerat, sequiore consilio invexerat; serpentisque suasu voluptatem, quæ anteriori labori non succederet, sed quæ ipsa potius in laborem ærumnamque cederet, adinvenerat, omnes ex ipso carne illi simili propagatos, ob iniquam ex voluptate originem, in mortis finem ac interitionis secum pariter juste trahebat: sic quoque Dominus factus homo, aliamque secundi ortus originem **596** ex Spiritu sancto naturæ fabricatus, justissimamque Adami per laborem, atque ærumnam mortem suscipiens (in eo utique injustissimam, cui scilicet proprii ortus origo iniquissima ex primi parentis transgressione decesset), utrumvis extremum, tum nempe originem, tum finem humani

A διὰ παθημάτων καὶ θανάτου, ζωὴν ἀΐδιον τῇ φύσει δημιουργῆσαι καὶ ἀπάθειαν ἄτρεπτον.

μβ'. Τὸν μὲν τῆς σοφίας λόγον, ἐν τῷ τρόπῳ τῆς ἰατρείας, φανερὸν ὁ Κύριος ἐποίησε, χωρὶς τροπῆς καὶ τῆς οἱασοῦν ἀλλοιώσεως, γενόμενος ἄνθρωπος· τὴν ἰσότητα δὲ τῆς δικαιοσύνης, ἐν τῷ μεγέθει τῆς συγκαταβάσεως ἔδειξε, τὸ ἐν τῷ παθητῷ κατάκριμα τῆς φύσεως, κατὰ θέλησιν ὑποδὺς, κἀκεῖνο ποιήσας ὅπλον πρὸς τὴν τῆς ἁμαρτίας ἀναίρεσιν καὶ τοῦ δι' αὐτὴν θανάτου, τουτέστι τῆς ἡδονῆς καὶ τῆς δι' αὐτὴν ὀδύνης, ἐν ᾧ τῆς ἁμαρτίας ὑπῆρχε καὶ τοῦ θανάτου τὸ κράτος, καὶ ἡ κατὰ τὴν ἡδονὴν τῆς ἁμαρτίας τυραννὶς, καὶ ἡ δι' αὐτὴν κατὰ τὴν ὀδύνην τοῦ θανάτου δυναστεία. Ἐν γὰρ τῷ παθητῷ προδήλως ὑπάρχει τῆς φύσεως, τὸ τῆς ἡδονῆς κράτος καὶ τὸ B τῆς ὀδύνης. Καὶ γάρ πως τῆς ὀδύνης πλέον τὸ κατὰ φύσιν ἐπιτεινόμενον πρόστιμον, διὰ τῆς ἡδονῆς αὐτὴν παραμυθεῖσθαι σπουδάζομεν· θέλοντες γὰρ ἐκφυγεῖν τὴν κατὰ τὴν ὀδύνην ἐπίπονον αἴσθησιν, πρὸς τὴν ἡδονὴν καταφεύγομεν, τῷ τῆς ὀδύνης αἰκισμῷ πιεζομένην τὴν φύσιν, ἐπιχειροῦντες παραμυθεῖσθαι. Σπεύδοντες δὲ διὰ τῆς ἡδονῆς τὰ τῆς ὀδύνης ἀμβλῦναι κινήματα, πλέον αὐτῆς τὸ καθ' ἑαυτὸν ἐπικυροῦμεν χειρόγραφον, ὀδύνης καὶ πόνων ἔχειν τὴν ἡδονὴν ἀπολελυμένην οὐ δυνάμενοι. voluptate, dolore ac laboribus soluta frui ne-

μγ'. Τὴν δὲ τῆς ὑπερβαλλούσης δυνάμεως ἰσχὺν δῆλον κατέστησε, τῶν οἷς αὐτὸς ἔπασχεν ἐναντίων, C ὑποστήσας τῇ φύσει τὴν γένεσιν ἄτρεπτον· διὰ πάθους γὰρ τὴν ἀπάθειαν, καὶ διὰ πόνων τὴν ἄνεσιν, καὶ διὰ θανάτου τὴν ἀΐδιον ζωὴν τῇ φύσει δούς, πάλιν ἀποκατέστησε· ταῖς ἑαυτοῦ καταστερήσεσι τὰς ἕξεις ἀνακαινίσας τῆς φύσεως, καὶ διὰ τῆς ἰδίας σαρκώσεως, τὴν ὑπὲρ φύσιν χάριν δωρησάμενος τῇ φύσει, τὴν θέωσιν.

μδ'. Γέγονεν ὁ Θεὸς κατ' ἀλήθειαν ἄνθρωπος, καὶ δέδωκεν ἄλλην ἀρχὴν τῇ φύσει δευτέρας γενέσεως, διὰ πόνου πρὸς ἡδονὴν μελλούσης ζωῆς καταλήγουσαν. Ὡς γὰρ Ἀδὰμ ὁ προπάτωρ τὴν θείαν ἐντολὴν παραβὰς, ἄλλην ἀρχὴν γενέσεως, ἐξ ἡδονῆς μὲν συνισταμένην, εἰς δὲ τὸν διὰ πόνου θάνατον τελευτῶσαν τῇ φύσει παρὰ τὴν πρώτην παρεισήγαγε, καὶ D ἐπενόησε κατὰ τὴν συμβουλὴν τοῦ ὄφεως ἡδονὴν οὐκ οὖσαν προλαβόντος πόνου διάδοχον, ἀλλὰ μᾶλλον εἰς τὸν πόνον περαιουμένην, πάντας τοὺς ἐξ αὐτοῦ σπερμὶ γενομένους κατ' αὐτὸν, διὰ τὴν ἐξ ἡδονῆς ἄδικον ἀρχὴν, εἶχε συνυπαγομένους αὐτῷ δικαίως, πρὸς τὸ διὰ πόνου κατὰ τὸν θάνατον τέλος· οὕτω καὶ ὁ Κύριος γενόμενος ἄνθρωπος, καὶ ἄλλην ἀρχὴν δευτέρας γενέσεως ἐκ Πνεύματος ἁγίου τῇ φύσει δημιουργήσας, καὶ τὸν διὰ πόνου τοῦ Ἀδὰμ δικαιότατον καταδεξάμενος θάνατον, ἐν αὐτῷ δηλαδὴ γενόμενον δικαιότατον, ὡς οὐκ ἔχοντα τῆς ἰδίας γενέσεως ἀρχὴν τὴν ἐκ παρακοῆς ἀδικωτάτην τοῦ προπάτορος ἡδονὴν, ἀμφοτέρων τῶν ἄκρων, ἀρχῆς τε λέγω καὶ τέλους τῆς κατὰ τὸν Ἀδὰμ ἀνθρωπίνης γενέσεως, οἷα δὴ

Digitized by Google

προηγουμένως οὐκ ὄντων ἐκ τοῦ Θεοῦ, τὴν ἀναίρεσιν ἐποιήσατο, καὶ πάντας τοὺς μυστικῶς ἐξ αὐτοῦ ἀναγεννωμένους, τῆς ἐπ' αὐτῆς ἐνοχῆς ἐλευθέρους κατέστησε.

με'. Τὴν ἐκ τοῦ νόμου τῆς ἁμαρτίας ἡδονὴν εἰς ἀθέτησιν τῆς κατὰ σάρκα γεννήσεως τῶν ἐν αὐτῷ χάριτι διὰ Πνεύματος γεννωμένων ὁ Κύριος ἀφελόμενος, τὸν εἰς καταδίκην τὸ πρότερον ὄντα τῆς φύσεως, εἰς τὴν τῆς ἁμαρτίας κατάκρισιν αὐτοῖς συγχωρεῖ δέχεσθαι θάνατον, ἔχοντας μὲν τοῦ Ἀδὰμ οὐκέτι τὴν ἐκ τοῦ Ἀδὰμ ἡδονὴν τῆς γενέσεως· μόνην δὲ τὴν διὰ τὸν Ἀδὰμ ὀδύνην ἐνεργοῦσαν ἐν αὐτοῖς· οὐ κατὰ χρέος ὑπὲρ ἁμαρτίας, ἀλλὰ κατ' οἰκονομίαν, διὰ τὴν κατὰ φύσιν περίστασιν, κατὰ τῆς ἁμαρτίας, τὸν θάνατον· ὃς ὁπόταν μὴ ἔχει γεννῶσαν αὐτὸν μητέρα τὴν, ἧς γίνεσθαι πέφυκε τιμωρὸς, ἡδονὴν ἀΐδιον ζωῆς προδήλως καθίσταται πατήρ. Ὡς γὰρ τοῦ Ἀδὰμ ἡ καθ' ἡδονὴν ζωὴ, θανάτου καὶ φθορᾶς γέγονε μήτηρ, οὕτω καὶ ὁ διὰ τὸν Ἀδὰμ τοῦ Κυρίου θάνατος ὑπάρχων τῆς ἐκ τοῦ Ἀδὰμ ἐλεύθερος ἡδονῆς, ἀΐδιου γεννήτωρ γίνεται ζωῆς.

A ortus pro ejus ipsius ratione sustulit; ut quæ non primo a Deo essent; cunctosque mystice ex ipso renascentes, illius reatu absolvit.

45. Quæ ex lege peccati est, voluptate sublata ac libidine, ad eorum qui in ipso gratiæ munere per Spiritum nascuntur abolendam carnalem nativitatem, indulget Dominus, ut mortem, quæ in naturæ prius damnationem erat, ad peccati condemnationem suscipiant, qui nempe, non jam ortus ex Adamo libidinem, sed duntaxat Adamo auctore invectum dolorem ac ærumnam habeant; non quasi ex debito peccati reatu, sed certa consilii ratione ac dispensatione, ob naturalem necessitatem, adversus peccatum illique abolendo, mortem operan-
B tem. Hæc enim, ubi ipsius parens, cujus ultrix esse consuevit, voluptas libidoque defuerit, ipsa palam sempiternæ vitæ parens exsistit. Quemadmodum enim voluptaria ac libidinosa Adami vita, mortis ac interitus parens exstitit: sic quoque quam Dominus propter Adamum mortem subiit, quæ ab Adami libidine ac voluptate immunis sit, sempiternæ vitæ parens exsistit.

μς'. Ἀρχὴν ἔσχε μετὰ τὴν παράβασιν ἡ τῶν ἀνθρώπων φύσις τῆς ἰδίας γενέσεως τὴν καθ' ἡδονὴν ἐκ σπορᾶς σύλληψιν, καὶ τὴν κατὰ ῥεῦσιν γέννησιν· καὶ τέλος, τὸν κατ' ὀδύνην διὰ φθορᾶς θάνατον· ὁ δὲ Κύριος ταύτην οὐκ ἔχων ἀρχὴν τῆς κατὰ σάρκα γεννήσεως, οὔτε τῷ τέλει, τουτέστι τῷ θανάτῳ, ὑπῆρχεν ἀλωτός.

46. Humanum genus a transgressione, ortus sui originem, voluptariam ac libidinosam ex semine nactum est conceptionem, exque fluxione nativitatem; ac postremo finem, quæ labore et ærumna conflatur, mortis interitionem: Dominus vero, qui hanc non haberet nativitatis carnalis originem,
C nec etiam fini (morti scilicet) obnoxius erat.

μζ'. Τὸν Ἀδὰμ ἡ ἁμαρτία καταρχὰς δελεάσασα, πρὸς παράβασιν τῆς θείας παρέπεισεν ἐλθεῖν ἐντολῆς· καθ' ἣν τὴν ἡδονὴν ὑποστήσασα, καὶ ἑαυτὴν διὰ τῆς ἡδονῆς ἐν αὐτῷ καθηλώσασα τῷ πυθμένι τῆς φύσεως, τὸν θάνατον τῆς ὅλης κατέκρινε φύσεως, ὠθοῦσα πρὸς ἀπογένεσιν κατὰ τὸν θάνατον διὰ τοῦ ἀνθρώπου, τὴν φύσιν τῶν γεγονότων. Τοῦτο γὰρ καὶ μεμηχάνητο τῷ σπορεῖ τῆς ἁμαρτίας, καὶ πατρὶ τῆς κακίας πονηρῷ διαβόλῳ, τῷ ἑαυτὸν μὲν ἐξ ὑπερηφανίας τῆς θείας ἐξοικίσαντι δόξης, διὰ φθόνον δὲ τόν τε πρὸς ἡμᾶς καὶ τὸν Θεὸν, τοῦ παραδείσου τὸν Ἀδὰμ ἐξοικίσαντι, ἀφανίσαι τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ, καὶ διαλῦσαι τὰ συνεστῶτα πρὸς γένεσιν.

47. Peccatum, velut oblata esca, Adamum, ut divini transgressor mandati fieret initio induxit: qua nempe auctor illi voluptatis factum ac libidinis, perque ipsam, ipsis naturæ imis visceribus alte infixum, naturam omnem mortis reatu addixit; hominis illo reatu, creatorum genus omne in nihili barathrum, et ut ne sint quidem impellens. Nam hoc quoque molitus erat peccati sator pessimusque nequitiæ parens diabolus, qui tum se ipse per superbiam a divina claritate extruserit, tum Adamum per invidiam in nos pariter ac Deum paradiso
597 expulerat, ut Dei opera aboleret, et quæ ortu edita inque rerum natura consisterent, hæc vero dissolveret.

μη'. Φθονῶν τῷ Θεῷ καὶ ἡμῖν ὁ διάβολος, δόλῳ D τὸν ἄνθρωπον ὑπὸ Θεοῦ φθονεῖσθαι παραπείσας, παραβῆναι τὴν ἐντολὴν παρεσκεύασε. Τῷ Θεῷ μὲν, ἵνα φανερὰ μὴ γένηται κατ' ἐνέργειαν ἡ πανύμνητος αὐτοῦ δύναμις θεουργοῦσα τὸν ἄνθρωπον· τῷ δ' ἀνθρώπῳ προδήλως, ἵνα μὴ γένηται τῆς θείας ἐν εἴδει κατ' ἀρετὴν μέτοχος δόξης. Φθονεῖ γὰρ ὁ μιαρώτατος οὐ μόνον ἡμῖν τῆς ἐπὶ τῷ Θεῷ διὰ τὴν ἀρετὴν δόξης, ἀλλὰ καὶ τῷ Θεῷ τῆς ἐφ' ἡμῖν διὰ τὴν σωτηρίαν πανυμνήτου δυνάμεως.

48. Diabolus, qua in nos Deumque ardet invidia, per fraudem homini persuadens, Deum illi invidere, transgrediendi mandatum ipsi auctor fuit. Deo quidem ille invidet, ne ejus reipsa actuque manifesta fiat, donans hominem deitate, omni laude prosequenda potentia; erga hominem autem fertur invidia, ne is virtutis cultu divinæ per speciem gloriæ consors evadat. Nedum enim scelestissimus ille nobis invidet, ejus claritatis nomine, quam apud Deum ex virtute consequimur; verum etiam Deo, ob eam modis omnibus laudatam potentiam, qua nobis salutem confert.

μθ'. Ὥσπερ ἐν τῷ Ἀδὰμ ὁ θάνατος τῆς φύσεως

49. Quemadmodum in Adamo mors naturæ dam-

* QQ. ad Thalas. q. 61, πνευματικῶς.

Digitized by Google

natio erat, proprii scilicet ortus originem, voluptatem habens : sic in Christo, mors peccati damnatio facta est, in quo rursus natura mundam a voluptate et libidine originem nacta est.

50. Si nos, qui Dei domus gratiæ dono per Spiritum effici meruimus, tantam justitiæ causa ad damnationem peccati exhibere debemus passionum tolerantiam ac ærumnarum, mortemque contumeliosissimam, sceleratorum more, quantavis probitate fulgeamus, alacri animo referre : *Quis finis eorum, qui non credunt Dei Evangelio* [10] ? hoc est : Qualis erit eorum finis, seu judicium, qui non solum vivam atque vigentem exercitamque, animo pariter et corpore, animique sententia et natura, libidinosam naturæ dominantem in finem usque Adami originem sedulo retinuerunt ; sed neque Deum et Patrem, per Filium assumpta carne exhortantem susceperunt; neque vero Mediatorem ac Filium pro Patre legatione fungentem [11] ; qui, ut nos Patri reconciliaret, ipse se voluntate Patris pro nobis sponte morti tradiderit ; ut nos propter se, deitatis suæ decore præfulgentes tantum clarificaret, quantum propter nos nostris ipse dehonestari passionibus sustinuit.

51. Quandoquidem Deus omnium qui salutem consequentur locus erit [12], incircumscriptus continuusque et infinitus, qui pro certa justitiæ ratione omnia omnibus fiat; quinimo, qui pro modo earum passionum ac ærumnarum , quibus ævo hoc cum scientia perfungimur, **598** seipsum singulis largiturus sit, haud secus ac anima, pro subjecta cuique membro facultate, seipsam operantem prodit, ac efficacem, vique sua, membra continet ut sint, et ad vitæ munia vegeta sint : *impius et peccator ubi parebunt* [13], qui hac gratia deficiantur ? Qui enim Dei præsentiam beatitatem præstantem capere non valet, ubinam parebit, cum a divina vita, omne sæculum tempusque ac locum superante, eum excidisse contigerit ?

52. Qui Dei ad beatitatem vitam continentis compos non sit, qui ipse locus dignis omnibus erit ; quonam modo sese habebit, cui Deus ipse secundum beatitatis in Deo perennitatem ac firmitatem desit ? Ac, si ægre admodum justus salvabitur, quid erit autve fiet illi, qui nullam pietatis atque virtutis, quandiu vita illi comes fuit, rationem habuit?

53. Deus quidem, secundum unam infinitæ virtutis bonitatis suæ voluntatem , omnes omnino, angelosque et homines , bonosque et malos continebit : non tamen omnes æqualiter paribusque modis, cunctis absolute atque libere immeantis Dei, erunt participes ; sed pro eo ac quisque modo capit.

54. Qui voluntatem atque animum per omnia na-

A ὑπῆρχε κατάκρισις, ἀρχὴν ἐχούσης τὴν ἡδονὴν τῆς ἰδίας γενέσεως · οὕτως ὁ θάνατος ἐν Χριστῷ, τῆς ἁμαρτίας κατάκρισις γέγονεν, ἡδονῆς καθαρὰν ἐν Χριστῷ πάλιν τῆς φύσεως ἀπολαβοῦσης τὴν γένεσιν.

ν'. Εἰ ἡμεῖς οἱ οἶκος τοῦ Θεοῦ χάριτι γενέσθαι ἀξιωθέντες διὰ Πνεύματος, τοσαύτην ὑπὲρ δικαιοσύνης εἰς κατάκρισιν τῆς ἁμαρτίας ὑπομονὴν ἐπιδείκνυσθαι παθημάτων ὀφείλομεν, καὶ ὡς κακοῦργοι τὸν ἐφύβριστον, ἀγαθοὶ τυγχάνοντες, προθύμως ἀποφέρεσθαι θάνατον, *τί τὸ τέλος τῶν ἀπειθούντων τῷ τοῦ Θεοῦ Εὐαγγελίῳ* ; τουτέστι ποῖον ἔσται τὸ τέλος, ἤγουν ἡ κρίσις, τῶν μὴ μόνον ζῶσάν τε καὶ ἐνεργουμένην, κατά τε ψυχὴν καὶ σῶμα, γνώμῃ τε καὶ φύσει τὴν καθ' ἡδονὴν τοῦ Ἀδὰμ κρατήσασαν τῆς φύσεως γένεσιν μέχρι τέλους διὰ σπουδῆς ἐσχηκότων, ἀλλὰ μήτε προσδεξαμένων παρακαλοῦντα τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα δι' Υἱοῦ σαρκωθέντος · μή τε μὴν αὐτὸν τὸν ὑπὲρ τοῦ Πατρὸς πρεσβεύοντα μεσίτην καὶ Υἱὸν, καὶ ὑπὲρ τῆς ἡμῶν εἰς τὸν Πατέρα καταλλαγῆς, ἑαυτὸν βουλήσει τοῦ Πατρὸς, εἰς τὸν ὑπὲρ ἡμῶν θάνατον κατὰ θέλησιν προτέμενον, ὅπως δι' ἑαυτὸν ἡμᾶς τοσοῦτον δοξάσῃ, τῷ κάλλει καταφαιδρύνας τῆς οἰκείας θεότητος, ὅσον δι' ἡμᾶς αὐτὸς κατεδέξατο τοῖς ἡμῶν ἀτιμασθῆναι παθήμασιν.

B

να'. Ἐπειδὴ πάντων τῶν σωζομένων ὁ Θεὸς, ἔστι τόπος ἀπερίγραφός τε καὶ ἀδιάστατος καὶ ἄπειρος, πᾶσι πάντα γινόμενος κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς δικαιοσύνης, μᾶλλον δὲ κατὰ τὸ μέτρον τῶν μετὰ γνώσεως ὑπὲρ δικαιοσύνης ἐνταῦθα παθημάτων, ἑαυτὸν ἑκάστῳ δωρούμενος, καθάπερ ψυχὴ σώματος μέλεσι κατὰ τὴν ὑποκειμένην ἑκάστῳ μέλει δύναμιν, ἑαυτὴν ἐνεργοῦσαν ἐκφαίνουσα, καὶ πρὸς τὸ εἶναι δι' ἑαυτῆς τὰ μέλη συνέχουσα πρὸς ζωὴν συγκρατούμενα· *ὁ ἀσεβὴς καὶ ἁμαρτωλὸς ποῦ φανεῖται*, ταύτης ἐστερημένος τῆς χάριτος; Ὁ γὰρ μὴ δυνάμενος ἐνεργουμένην τὴν κατὰ τὸ εὖ εἶναι τοῦ Θεοῦ δέξασθαι παρουσίαν, ποῦ φανεῖται, τῆς θείας ζωῆς ἔτι; ὑπὲρ αἰῶνα καὶ χρόνον καὶ τόπον ὑπομείνας τὴν ἔκπτωσιν ;

C

νβ'. Ὁ τὸν Θεὸν οὐκ ἔχων πρὸς τὸ εὖ εἶναι συνέχοντα τὴν ζωὴν, τὸν μέλλοντα πᾶσι γίνεσθαι τόπον τοῖς ἀξίοις, πῶς ἔσται, τόπον αὐτὸν οὐκ ἔχων τὸν Θεὸν κατὰ τὴν τῶν εὖ εἶναι ἐν Θεῷ μονήν τε καὶ ἵδρυσιν; Καὶ εἰ μετὰ πολλῆς δυσχερείας ὁ δίκαιος σώζεται, τί ἔσται, ἢ τί πείσεται ὁ μηδένα λόγον εὐσεβείας καὶ ἀρετῆς κατὰ τὴν παροῦσαν ζωὴν ποιησάμενος ;

D

νγ'. Ὁ μὲν Θεὸς κατὰ μίαν ἀπειροδύναμον τῆς ἀγαθότητος βούλησιν, πάντας συνέξει καὶ ἀγγέλους καὶ ἀνθρώπους, ἀγαθούς τε καὶ πονηρούς · οὗτοι δὲ πάντες, οὐκ ἴσως μεθέξουσι Θεοῦ, τοῦ διὰ πάντων ἀσχέτως χωρήσαντος, ἀλλ' ἀναλόγως ἑαυτοῖς.

νδ'. Οἱ μὲν τῇ φύσει (r) φυλάξαντες διὰ πάντων

[10] I Petr. IV, 17. [11] II Cor. V, 20. [12] Psal. LXX, 3. [13] I Petr. IV, 18.

(r) *Οἱ μὲν τῇ φύσει*. Quod sic hic, et sequenti cap. ac passim alibi Maximus naturam ingerit, ejusque rationem ut virtutis omnis regulam, ac necessitudinis cum Deo normam ; ut tantum Deo uniamur ac virtute fulgeamus, simusque capaces æternæ beatitudinis, quantum nobis ac nostræ vo-

Digitized by Google

ἰσονομοῦσαν τὴν γνώμην, καὶ τῶν τῆς φύσεως λόγων κατ' ἐνέργειαν δεκτικὴν αὐτὴν καταστήσαντες καθ' ὅλον τὸν τοῦ ἀεὶ εὖ εἶναι λόγον, διὰ τὴν πρὸς τὴν θείαν βούλησιν τῆς γνώμης εὐπάθειαν, ὅλης [quilla 61, ὅλως;] μεθέξουσι τῆς ἀγαθότητος, κατὰ τὴν αὐτοῖς ἐπιλάμπουσαν ὡς ἐν ἀγγέλοις ἢ ὡς ἐν ἀνθρώποις θείαν ζωήν. Οἱ δὲ τῇ φύσει ποιήσαντες ἀνισονομοῦσαν διὰ πάντων τὴν γνώμην, καὶ τῶν τῆς φύσεως λόγων κατὰ τὴν ἐνέργειαν σκεδαστικὴν αὐτὴν ἀποδείξαντες καθ' ὅλον τὸν τοῦ εὖ εἶναι λόγον, διὰ τὴν πρὸς τὴν θείαν βούλησιν τῆς γνώμης ἀντιπάθειαν, ὅλης ἐκπεσοῦνται τῆς ἀγαθότητος, κατὰ τὴν ἐμφαινομένην αὐτοῖς πρὸς τὸ φεῦ εἶναι τῆς γνώμης οἰκείωσιν· καθ' ἣν ἡ πρὸς τὸν Θεὸν ἔσται τῶν τοιούτων διάστασις, οὐκ ἐχόντων κατὰ τὴν πρόθεσιν τῆς γνώμης, ταῖς ἐνεργείαις τῶν ἀγαθῶν, τὸν τοῦ εὖ εἶναι λόγον ζωογονούμενον, καθ' ὃν ἡ θεία ζωὴ διαφαίνεσθαι πέφυκε.

A turæ æquabilem servaverunt, ipsumque reipsa naturæ rationum capacem juxta omnem bene essendi rationem reddiderunt, ob animi ac voluntatis cum divina voluntate convenientiam, divinæ omnis bonitatis, pro divinæ in eis vitæ, ut in angelis aut in hominibus elucentis, ratione, erunt participes. Qui vero per omnia inæquabilem voluntatem atque animum naturæ reddiderunt, naturæque reipsa rationes dissipantem juxta omnem bene exque virtute essendi rationem exhibuerunt, ob animi ac voluntatis cum divina voluntate disconvenientiam, bonitatis omnis jacturam, juxta elucentem in eis, cum hoc quod est male miserequeque esse, voluntatis animique necessitudinem, facient; qua, eorum qui ejusmodi sunt, erit cum Deo divortium sejunctioque; quibus nempe desit mentis proposito, bonis operibus vivida vigensque bene essendi ratio, secundum quam divinæ vitæ exseri comparatum est, ac splendescere.

νε'. Ζυγὸς τῆς ἑκάστου γνώμης ἔσται κατὰ τὴν κρίσιν, ὁ τῆς φύσεως λόγος, τὴν πρὸς τὸ φεῦ, ἢ εὖ αὐτῆς διελέγχων κίνησιν, καθ' ἣν ἡ τῆς θείας ζωῆς μέθεξις ἢ ἀμεθεξία γίνεσθαι πέφυκε. Κατὰ γὰρ τὸ εἶναι καὶ ἀεὶ εἶναι, πάντας συνέξει παρὼν ὁ Θεός· κατὰ δὲ τὸ ἀεὶ εὖ εἶναι, μόνους ἰδιοτρόπως τοὺς ἁγίους, ἀγγέλους τε καὶ ἀνθρώπους, τὸ ἀεὶ φεῦ εἶναι, τοῖς μὴ τοιούτοις ὡς γνώμης καρπὸν ἀφεὶς ἐπικιρνώμενον.

55. Cujusque voluntatis trutina in judicio futura est naturæ ratio, ejus nimirum **599** ad hoc quod est male esse aut bene motum arguens; ex cujus ratione est, ut divinæ vitæ participes simus aut inexpertes. Quatenus enim sint ac semper sint, præsens Deus omnes continebit, ut autem bene semper illis sit ac perpetua beatitate fruantur, peculiari duntaxat ratione sanctos, angelos pariter atque homines; iis, qui non ejusmodi fuerint, tanquam eorum animi ac voluntatis fructum, commistum relinquens, ut eis semper male sit.

νς'. Οὐ συνεπάγεται τῇ κατὰ φύσιν τῶν ἐξ ὧν συνέστηκεν ἑτερότητι, καὶ τὴν καθ' ὑπόστασιν διαφορὰν τὸ μυστήριον τῆς θείας σαρκώσεως· τὸ μὲν, ἵνα μὴ προσθήκην λάβῃ τὸ τῆς Τριάδος μυστήριον· τὸ δὲ, ἵνα μηδὲν ᾖ τῇ θεότητι κατὰ φύσιν ὁμογενὲς καὶ ὁμοούσιον. Δύο γὰρ φύσεων πρὸς ὑπόστασιν, ἀλλ' οὐ πρὸς φύσιν μίαν γέγονε σύνοδος· ἵνα καὶ τὸ καθ' ὑπόστασιν ἓν ἐκ τῶν ἀλλήλαις συνδραμουσῶν φύσεων δειχθῇ κατὰ τὴν ἕνωσιν ἀποτελούμενον, καὶ τὸ διάφορον τῶν συνελθόντων πρὸς τὴν ἀδιάσπαστον ἕνωσιν κατὰ τὴν φυσικὴν ἰδιότητα πιστευθῇ, πάσης ἐκτὸς μένον τροπῆς καὶ συγχύσεως.

56. Divinæ incarnationis mysterium, non una cum eorum, ex quibus constat, naturali diversitate, etiam personalem infert distinctionem: alterum quidem, ut nullum Trinitatis mysterium additamentum accipiat; alterum vero, ut nihil per naturam deitati congenerum et consubstantiale exsistat. Duæ enim naturæ in unam personam coivere, non in unam naturam, ut tum personalis unitas ex naturarum inter se concursu per unitionem patesceret, tum concurrentium ad indivisam unionem naturali proprietate distinctio, extra omnem mutationem ac confusionem crederetur manere.

νζ'. Οὐ λέγομεν ἐπὶ Χριστοῦ διαφορὰν ὑποστάσεων, ὅτι Τριὰς μεμένηκεν ἡ Τριάς, καὶ σαρκωθέντος τοῦ Λόγου, προσθήκης προσώπου οὐ προσγενομένης τῇ ἁγίᾳ Τριάδι διὰ τὴν σάρκωσιν· λέγομεν δὲ φύσεων διαφοράν, ἵνα μὴ τῷ Λόγῳ κατὰ τὴν φύσιν ὁμοούσιον τὴν σάρκα πρεσβεύωμεν.

57. Personarum in Christo distinctionem haud dicimus, quod Trinitas Trinitas manserit, postea quam etiam Verbum carnem assumpsit; nulla ex incarnatione sanctæ Trinitati facta personæ accessione. Naturarum tamen distinctionem dicimus, ne carnem Verbo consubstantialem sentiamus.

νη'. Ὁ μὴ λέγων φύσεων διαφοράν, οὐκ ἔχει πόθεν πιστώσασθαι τὴν ὅτι γέγονε σὰρξ ὁ Λόγος δίχα τροπῆς ὁμολογίαν· μὴ γινώσκων σωζόμενον κατὰ τὴν φύσιν ἐν τῇ μιᾷ τοῦ ἑνὸς Χριστοῦ καὶ

58. Qui naturarum distinctionem non profitetur, non habet unde astruat quod Verbum factum carnem, citra omnem mutationem confitemur; qui nempe non intelligat, uni unius Dei ac Christi

[a] Cf. ad Thal. q. 62.

luntati cum naturæ rationibus convenerit; de natura sanata et instituta per gratiam, omnino intelligendum non de ipsa quatenus in nobis ex transgressione pro peccato inolevit: de natura demum qualis a Deo condita fuit, imagine ornata et similitudine, in qua divini elucerent characteres, non cui obducta ex peccato brutorum ipsa πάθη (libidines scilicet), virtutis cultu ac exercitatione a nobis exercitienda, ut divina in nobis instauretur vita, quod non aliter habemus, quam Christi gratia.

Digitized by Google

personæ, post unionem natura perstare incolume, id quod assumpsit et quod assumptum est.

59. Cum carnis in Christo ac deitatis post unionem exsistat distinctio (nec enim deitas et caro idem unquam essentialiter exsistant), haud quaquam eorum quæ convenerunt facta unio est, ut una constitueretur natura; sed ut una persona, penes quam nullam ullo modo distinctionem in Christo inveuimus. Quantum enim ad personam, Verbum idem est cum sua carne. Qua enim ratione ullam prorsus Christus cum sua carne distinctionem admittit, unum cum sua carne omni modo esse nequit: qua vero nullam prorsus distinctionem admittit, unum pie omni modo **609** semper in eo sit, deque illo dici debuerit.

60. Fides spei adminiculo perfectam in Deum charitatem constituit; bonaque conscientia, quæ erga proximum charitas est, mandatorum observatione fulget. Bona enim conscientia, quod accuset mandatum non habet, idcirco quod violatum factumque irritum sit. Has autem eorum duntaxat animus creditas accipiat, qui veræ salutis desiderio fulgeat.

61. Nihil celerius quam credere; nec quidquam facillus, quam ut ejus quod credideris gratiam ore confitearis. Nam illud quidem, animatam vivamque ejus qui credidit erga auctorem charitatem ostendit; istud vero, piam ac religiosam erga proximum affectionem. Porro charitas sinceraque affectio (fides scilicet bonaque conscientia) occulti animi motus palam opus sunt, nulla prorsus exteriori materia indigens, ut fiat.

62. Qui omnimoda erga id quod honestum est ac officii motus carentia ignaviaque laborat, omnino erga vitium ac malum expeditus facilisque exsistat. Quamobrem etiam Scriptura lapides appellare solet [25], animi erga ea quæ honesta sunt et officii segnitiem, tanquam quæ virtutum sensu destituatur: ligna vero, alacritatem erga ea quæ mala sunt [26]. Sensus autem motio, mentis operationi conjuncta, virtutem cum scientia conjunctam præstat.

63. Medium parietem [27] arbitror, naturalem corporis legem ab Scriptura vocari; maceriem vero [27]; quæ in lege carnis residet, erga affectus ac vitia (id est, peccatum) necessitudinem. Sola enim cum probrosis affectibus vitiisque necessitudo, naturæ legis (patibilis scilicet naturæ portionis) maceries efficitur, velut interjecto muro corpus ab animo dispescens, nec rationem virtutum, actionis cultu intermedia anima ad carnem transire sinens. At ubi advenit ratio, legemque naturæ (naturæ, in-

Θεοῦ Σωτῆρος ὑποστάσει μετὰ τὴν ἕνωσιν, τὸ προσλαβὸν καὶ τὸ προσειλημμένον.

νθ'. Εἰ σαρκὸς ἐν Χριστῷ καὶ θεότητος μετὰ τὴν ἕνωσιν ὑπάρχει διαφορὰ κατὰ φύσιν· οὐ γὰρ ταὐτὸν κατ' οὐσίαν ποτὲ θεότης καὶ σάρξ· πρὸς φύσεως μιᾶς γένεσιν, ἡ τῶν συνελθόντων οὐδαμῶς γέγονεν ἕνωσις, ἀλλὰ πρὸς μίαν ὑπόστασιν, καθ' ἣν οὐδεμίαν ἐν Χριστῷ καθ' οἱονδήποτε τρόπον εὑρίσκομεν διαφοράν. Ταὐτὸν γὰρ τῇ οἰκείᾳ σαρκὶ κατὰ τὴν ὑπόστασιν ὁ Λόγος. Καθ' ὃ γὰρ ἂν ὁ Χριστὸς ἔχῃ διαφοράν, ἓν εἶναι κατὰ πάντα τρόπον οὐ δύναται· καθ' ὃ δὲ τὴν οἱανοῦν παντελῶς οὐκ ἐπιδέχεται διαφοράν, κατὰ πάντα τρόπον τὸ ἓν ἐπ' αὐτοῦ (s) διαπαντὸς εὐσεβῶς ἔχει καὶ ὂν καὶ λεγόμενον.

ξ'. Ἡ πίστις διὰ τῆς ἐλπίδος τὴν εἰς Θεὸν ἀγάπην τελείαν συνίστησιν· ἡ ἀγαθὴ συνείδησις, τὴν εἰς τὸν πλησίον διὰ τῆς φυλακῆς τῶν ἐντολῶν ἀγάπην ὑγίστησιν. Ἡ γὰρ ἀγαθὴ συνείδησις παραβαθεῖσαν ἐντολὴν οὐκ ἔχει κατήγορον. Ταύτας δὲ μόνη καρδία πιστεύεσθαι πέφυκε, τῶν ἐφιεμένων τῆς ἀληθῶς σωτηρίας.

ξα'. Οὐδὲν τοῦ πιστεύειν ταχύτερον, καὶ τοῦ διὰ στόματος ὁμολογεῖν τοῦ πιστευθέντος τὴν χάριν ἐστὶν εὐκολώτερον· τὸ μὲν γὰρ, δηλοῖ τὴν ἐμφυχον πρὸς τὸν πεποιηκότα τοῦ πεπιστευκότος ἀγάπην· τὸ δὲ, τὴν θεοφιλῆ πρὸς τὸν πλησίον διάθεσιν. Ἀγάπη δὲ καὶ γνησία διάθεσις, ἤγουν πίστις καὶ ἀγαθὴ συνείδησις, ἔργον προδήλως τοῦ κατὰ καρδίαν φρενοῦς ὑπάρχει κινήματος, τῆς ἐκτὸς ὕλης πρὸς γένεσιν παντελῶς οὐ δεόμενον.

ξβ'. Ὁ τὴν παντελῆ περὶ τὸ καλὸν ἀκινησίαν νοσῶν, περὶ τὸ κακὸν ὑπάρχει πάντως εὐκίνητος. Κατ' ἄμφω γὰρ ἀκίνητον ὑπάρχειν, ἀδύνατον. Ὅθεν καὶ λίθους καλεῖν οἶδεν ἡ Γραφὴ, τὴν περὶ τὰ καλὰ τῆς ψυχῆς ῥᾳθυμίαν, ὡς ἀρετῶν ἀναισθητούσης· ξύλα δὲ, τὴν περὶ τὰ κακὰ προθυμίαν. Ἡ δὲ κατ' αἴσθησιν κίνησις συναπτομένη τῇ κατὰ νοῦν ἐνεργείᾳ, ποιεῖ τὴν μετὰ γνώσεως ἀρετήν.

ξγ'. Μεσότοιχον ἡ Γραφὴ, τὸν κατὰ φύσιν, ὡς οἶμαι, νόμον τοῦ σώματος κέκληκε· φραγμὸν δὲ, τὴν ἐν τῷ νόμῳ τῆς σαρκὸς πρὸς τὰ πάθη σχέσιν, ἤγουν τὴν ἁμαρτίαν. Μόνη γὰρ ἡ πρὸς τὰ πάθη τῆς ἀτιμίας σχέσις, τοῦ νόμου τῆς φύσεως, τουτέστι, τοῦ παθητοῦ τῆς φύσεως μέρους, φραγμὸς γίνεται, τῆς ψυχῆς τὸ σῶμα διατειχίζων, καὶ τοῦ λόγου τὸν ἀρετῶν τὴν πρὸς σάρκα διὰ μέσης ψυχῆς κατὰ τὴν πρᾶξιν, μὴ συγχωρῶν γενέσθαι διάβασιν· ὁ δὲ λόγος παραγενόμενος, καὶ τὸν τῆς φύσεως νόμον (t), ἤγουν

[25] Ezech. xi, 19; xxxvi, 26. [26] Matth. xxi, 19. [27] Ephes. ii, 14. [27] ibid.

(s) *Τὸ ἓν ἐπ' αὐτοῦ*. Legit Picus ὑπ' αὐτοῦ, ac reddere conatus est, *Pie sub se habet unum, quod est et dicitur*. Quod sane sensum habet absurdissimum, ac si velit Christum superius prædicatum esse, sub quo unum et sit et intelligatur. Ait itaque Maximus, unum pie semper in Christo et de Christo esse et intelligi, ea ratione qua persona est, nullamque distinctionem admittit. Deinde ὑπ' αὐτὸν legendum fortasse, quod nec ipse repræsentat Picus.

(t) *Καὶ τὸν τῆς φύσεως νόμον*. Legem naturæ toto hoc capite Maximus usurpat pro lege corporis, seu carnis et sensus, cum alias sæpe naturam, pro natura ipsa hominis qua homo est, ac ratione vivit atque virtute acceperit. Ubique sane in usu vo-

Digitized by Google

τὸ τῆς φύσεως παθητὸν [*unus Reg.* παθητικὸν] καταπαλαίσας, τὴν ἐν αὐτῷ τῶν παρὰ φύσιν παθῶν σχέσιν κατήργησεν.

ξδ'. Ἥνίκα μὲν δι' ἀπάτης δόλῳ συλῶν τὴν περὶ Θεὸν ἔμφυτον γνῶσιν τῆς φύσεως, ταύτην ὁ πονηρὸς εἰς ἑαυτὸν σφετερίζεται, κλέπτης ἐστὶ, πρὸς ἑαυτὸν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ τὸ σέβας μεταφέρειν πειρώμενος· ἀπάγων δηλονότι τῶν ἐν τοῖς γεγονόσι πνευματικῶν λόγων, τὴν κατὰ νοῦν τῆς ψυχῆς θεωρίαν, καὶ μόνῃ περιγράφων τὴν νοερὰν δύναμιν, τῇ κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν προσόψει τῶν αἰσθητῶν. Ὁπηνίκα δὲ διὰ τῶν φυσικῶν ἀπαρχόμενος κινημάτων, πρὸς τὰ παρὰ φύσιν σοφιστικῶς κατασύρῃ τὴν πρακτικὴν δύναμιν, καὶ διὰ τῶν νομιζομένων καλῶν τοῖς χείροσι πιθανῶς προσηλώσῃ ταύτης τὴν ἔφεσιν, ἐπὶ τῷ ὀνόματι Κυρίου ὀμνύει ψευδῶς, πρὸς ἄλλα παρ' ὑπόσχεσιν ἄγων τὴν πειθομένην ψυχήν. Καὶ ἔστι κλέπτης μὲν, ὡς πρὸς ἑαυτὸν συλῶν τὴν γνῶσιν τῆς φύσεως· ἐπίορκος δὲ, ὡς τὸ πρακτικὸν τῆς ψυχῆς μάτην διαπονεῖσθαι πείθων τοῖς παρὰ φύσιν.

quam, vim patibilem) expugnavit, vigentem in ea innaturalium affectuum necessitudinem profligavit ac libidinem.

64. Cum per errorem dolo, ingenitam naturæ de Deo cognitionem deprædando nequissimus sibi arrogat, fur est, qui Dei in se cultum ac majestatem transferre satagat; nempe intelligentis animi speculationem ab spiritalibus in **601** creatis rationibus abducens, solaque rerum in sensum cadentium externa specie atque conspectu vim mentis definiens. Cum vero a naturalibus motibus auspicatus ad innaturales agendi vim fallacia traxerit, ac per ea quæ bona existimantur, probabili specie, voluptatis lenocinio illectam ejus cupiditatem deterioribus affixerit, in nomine Domini falso jurat, alio quam pollicitus fuerat animum obsequentem ducens. Ac quidem fur est, qua ratione naturæ sibi cognitionem rapit: perjurus vero, qua agendi vim, iis frustra laboribus qui a natura abhorrent, suadendo addicit.

ξε'. Ἢ πάλιν κλέπτης ἐστὶν, ὁ πρὸς ἀπάτην τῶν ἀκουόντων τοὺς θείους δῆθεν ἀσκούμενος λόγους, ὧν οὐκ ἐπέγνω διὰ τῶν ἔργων τὴν δύναμιν, τὴν ψιλὴν προφορὰν δόξης ἐμποριαν ποιούμενος, καὶ τῷ διὰ γλώσσης λόγῳ τὸν τοῦ δίκαιος νομίζεσθαι παρὰ τῶν ἀκροωμένων θηρώμενος ἔπαινον. Καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, ὁ τῷ λόγῳ τὸν βίον ἀνάρμοστον, καὶ τῇ γνώσει τὴν διάθεσιν τῆς ψυχῆς ἔχων ἀντικειμένην, κλέπτης ἐστὶν, ἐκ τῶν ἀλλοτρίων ἀγαθῶν οὐ καλῶς διαφαινόμενος. Πρὸς ὃν ὁ λόγος εἰκότως ἐρεῖ, *Τῷ δὲ ἁμαρτωλῷ εἶπεν ὁ Θεὸς, Ἵνα τί σὺ ἐκδιηγῇ τὰ δικαιώματά μου, καὶ ἀναλαμβάνεις τὴν διαθήκην μου διὰ στόματός σου;*

65. Aut rursus fur est, qui ut auditoribus fucum faciat, divinos utique sermones colit, quorum per opera vim minime agnovit; nudam scilicet prolationem in gloriæ mercaturam vertens; ac sermone, quem ore loquitur, justitiæ laudem ab auditoribus captans. Atque ut summa dicam, qui vitam sermoni ac doctrinæ dissentaneam, animique affectum scientiæ adversantem, habet, fur est, ex alienis bonis non bene inclarescens. Ad quem merito ait Scriptura: *Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras justitias meas, et assumis testamentum meum per os tuum* [38]?

ξς'. Κλέπτης ὡσαύτως ἐστὶ, καὶ ὁ τοῖς φαινομένοις τρόποις καὶ ἤθεσι, τὴν μὴ φαινομένην συγκαλύπτων τῆς ψυχῆς κακουργίαν, ἐπιεικείας πλάσματι τὴν ἔνδον ἐπικαλύπτων διάθεσιν· καὶ κλέπτων, ὥσπερ ἐκεῖνος τῇ προφορᾷ τῶν λόγων τῆς γνώσεως, τὴν τῶν ἀκουόντων διάνοιαν· οὕτω δὴ καὶ αὐτὸς τῷ τρόπῳ τῆς τῶν ἠθῶν ὑποκρίσεως, τῶν θεωμένων τὴν αἴσθησιν, πρὸς ὃν ὁμοίως εἰρήσεται, *Αἰσχύνθητε, οἱ ἐνδεδυμένοι ἱμάτια ἀλλότρια·* καὶ τὸ, *Ἀποκαλύψει Κύριος τὸ σχῆμα αὐτῶν ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ.* Καθ' ἑκάστην γὰρ ἐν τῷ κρυπτῷ τῆς καρδίας ἐργαστηρίῳ, ταῦτά μοι λέγοντος ἀκούειν δοκῶ τοῦ Θεοῦ τὴν ἡμέραν, ὡς ἐπ' ἀμφοῖν διαῤῥήδην κατεγνωσμένος.

66. Itidem fur est, qui externa indole atque moribus internam atque latentem fraudulenti animi obtegit nequitiam; ficta nimirum pietatis ac modestiæ larva, internam animi affectionem celans; ac sicut ille, eruditorum sermonum prolatione, auditorum mentem, sic et ipse honestorum morum simulatione virtutisque ementita specie, intuentium sensum fallens; in quem perinde dicetur: *Erubescite, qui induimini vestes alienas* [39]. Itemque: *Dominus denudabit habitum earum in die illa* [40]. Quotidie enim in abdita cordis officina, hæc ad me loquentem Deum mihi audire videor, ut qui utroque nomine perspicue obnoxius exsistam.

ξζ'. Ἐπίορκός ἐστιν, ἤγουν ὀμνύων ἐπὶ τῷ ὀνόματι Κυρίου ψευδῶς, ὁ ἐπαγγελλόμενος τῷ Θεῷ τὸν κατ' ἀρετὴν βίον, καὶ ἀλλότρια παρὰ τὴν ὑπόσχεσιν τῆς οἰκείας ἐπαγγελίας ἐπιτηδεύων, καὶ τὴν συνθήκην τῆς ὁμολογίας τοῦ σεμνοῦ βίου διὰ τῆς ἀργίας τῶν ἐντολῶν παραβαίνων. Καὶ συντόμως εἰπεῖν, ὁ κατὰ

67. Perjurus est, id est, falso jurans in nomine Domini, qui studiose exque virtutis ratione vitam se instituturum pollicitus, aliena consectatur ab his quæ vovit et professus est; fœdusque religiosæ ac sanctioris vitæ, non præstando mandata, transgreditur. Atque, ut summa dicam, qui cum pie ac

[38] Psal. 49, 16. [39] Sophon. I, 8. [40] Isa. III, 17.

cum attendenda mens auctorum, ni quis gravius errare velit, docetque ipse Maximus in suis *Dogmaticis*.

Digitized by Google

602 religiose vivere constituerit, non est perfecte mortuus huic sæculo, mendax ac perjurus est; qui quidem Deo juraverit (nempe promiserit voveritque) inculpatum in divinis sermonibus cursum, nec tamen impleverit; quique adeo nulla hinc laude dignus sit. *Laudabitur* enim, inquit, *omnis qui jurat in eo* [31], hoc est, omnis qui cum Deo divinam voverit vitæ rationem, veritate operum justitiæ, bonæ professionis votique juramenta adimplet.

A Θεὸν ζῆν προελόμενος, καὶ μὴ τελείως τῷ παρόντι βίῳ νεκρούμενος, ψεύστης ἐστὶ καὶ ἐπίορκος, ὁμόσας μὲν τῷ Θεῷ, τουτέστιν, ἐπαγγειλάμενος τὸν ἐν τοῖς θείοις ἀγῶσιν ἄμεμπτον δρόμον, καὶ μὴ πληρώσας, καὶ διὰ τοῦτο μηδαμῶς ἐπαινούμενος. *Ἐπαινεθήσεται γὰρ πᾶς ὁ ὀμνύων ἐν αὐτῷ*, τουτέστι, πᾶς ὁ τῷ Θεῷ τὸν ἔνθεον ἐπαγγειλάμενος βίον, καὶ διὰ τῆς ἀληθείας τῶν ἔργων τῆς δικαιοσύνης τοὺς ὅρκους πληρῶν τῆς καλῆς ὑποσχέσεως.

68. Qui sola sermonum prolatione scientiam simulans, in suam ipse gloriam auditorum furtim trahit animum; ac perinde, qui exteriore cultu moribusque, virtutis objecta larva, in suam gloriam furtim itidem, virtutem simulando spectatorum trahit aspectum; furto obrepentes simulate fallunt, alter auditorum mentem, alter videntium corporis sensum.

ξη'. Ὁ κατὰ μόνην τὴν ἐν τοῖς λόγοις προφορὰν, γνῶσιν ὑποκρινόμενος, πρὸς δόξαν οἰκείαν τὴν τῶν ἀκουόντων κλέπτει διάνοιαν· καὶ ὁ τοῖς ἤθεσι τὴν ἀρετὴν ὑποκρινόμενος, πρὸς δόξαν οἰκείαν κλέπτει τῶν θεωμένων τὴν ὅρασιν· καὶ δι' ἀπάτης ἀμφότεροι B κλέπτοντες, πλανῶσιν, ὁ μὲν, διάνοιαν ψυχῆς τῶν ἀκουόντων, ὁ δὲ, τῶν θεωμένων σώματος αἴσθησιν.

69. Si omnino laudem habet, qui ea quæ vovit, adimplet, ut qui juret in Deo, nec a vero quidquam abscedat; liquet utique probro obnoxium fore ignominiaque notandum, qui sua ipse pacta fuerit prævaricatus, ut qui jurans in Deo mentitus sit.

ξθ'. Εἰ πάντως ἔπαινον ἔχει ὁ τῶν οἰκείων πληρωτὴς ἐπαγγελιῶν, ὡς ὀμνύων ἐν τῷ Θεῷ, καὶ ἀληθεύων· δῆλον ὅτι ψόγον ἕξει καὶ ἀτιμίαν, ὁ τῶν οἰκείων συνθηκῶν παραβάτης γινόμενος, ὡς ὁμόσας ἐν τῷ Θεῷ, καὶ ψευσάμενος.

70. Non omnis homo qui venit in hunc mundum omnino a Verbo illuminatur [32]: multi enim non illuminati manent, nec ejus lucis, quæ in agnitione posita est, compotes; sed plane omnis homo, qui animi voluntate in verum virtutum mundum venit. Omnis enim qui vere voluntaria nativitate in hunc mundum venit, omnino a Verbo illuminatur, immobilem virtutis nactus habitum, veræque scientiæ C certam notitiam.

ο'. Οὐ πᾶς ἄνθρωπος εἰς τοῦτον ἐρχόμενος τὸν κόσμον, ὑπὸ τοῦ Λόγου πάντως φωτίζεται· πολλοὶ γὰρ ἀφώτιστοι διαμένουσι, καὶ τοῦ κατ' ἐπίγνωσιν ἀμέτοχοι φωτός· ἀλλὰ δῆλον ὅτι πᾶς ἄνθρωπος κατ' οἰκείαν γνώμην, εἰς τὸν ἀληθῆ κόσμον ἐρχόμενος τῶν ἀρετῶν. Πᾶς γὰρ ὁ κατ' ἀλήθειαν διὰ τῆς αὐθαιρέτου γεννήσεως εἰς τοῦτον ἐρχόμενος τὸν κόσμον, ὑπὸ τοῦ Λόγου πάντως φωτίζεται, λαμβάνων ἕξιν ἀρετῆς ἀμετακίνητον, καὶ γνώσεως ἀληθοῦς ἐπιστήμην ἀπταιστον.

71. Non omnes personæ pariter atque res, quæ eodem censentur vocabulo, unam omnino atque eamdem sensus spiritalis intelligentiam recipiunt; sed singula quæ dicuntur pro subjecta loco sacræ Scripturæ vi intelligamus necesse est, si modo quo spectent ea quæ scripta sunt rite conjectura assecuturi sumus.

οα'. Οὐ πάντες τε καὶ πάντα τὰ τὴν αὐτὴν ἐκφώνησιν ἔχοντα, καθ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν πάντως νοηθήσεται τρόπον· ἀλλ' ἕκαστον τῶν λεγομένων πρὸς τὴν ὑποκειμένην δηλονότι τῷ τρόπῳ τῆς ἁγίας Γραφῆς δύναμιν νοητέον, εἰ μέλλοιμεν ὀρθῶς τοῦ σκοποῦ τῶν γεγραμμένων καταστοχάζεσθαι.

72. Nulla perscriptarum Scripturæ personarum, nihilve locorum aut aliarum rerum animatarum pariter animæque expertium, sensiliumque et quæ sola mente intelligantur, uno semper **603** eodemque modo consideratum, undique sibi cohærentem, rei gestæ narrationem aut sensum spiritalem habet. Idcirco operæ pretium, ut qui certa veritate divinam Scripturæ consectatur intelligentiam, pro eorum quæ gesta aut quæ dicta referuntur discrimine, recensita singula diversimode interpretetur, eisque convenientem pro loco aut tempore spiritalem rite sensum distribuat.

οβ'. Οὐδὲν τῶν ἀναγεγραμμένων τῇ Γραφῇ προσώπων, ἢ τόπων, ἢ χρόνων, ἢ ἑτέρων πραγμάτων ἐμψύχων τε καὶ ἀψύχων, αἰσθητῶν τε καὶ νοητῶν, κατὰ τὸν αὐτὸν ἀεὶ νοούμενον τρόπον, ἔχει συμβαίνουσαν ἑαυτῇ διόλου τὴν ἱστορίαν ἢ τὴν θεωρίαν. D Διὸ χρὴ τὸν ἀπταίστως τὴν θείαν τῆς Γραφῆς ἐξασκούμενον εἴδησιν, ταῖς διαφοραῖς τῶν γινομένων ἢ λεγομένων, διαφόρως ἐκδέχεσθαι τῶν ἀπηριθμημένων ἕκαστον, καὶ τὴν ἁρμόζουσαν αὐτῷ κατὰ τὸν τόπον, ἢ τὸν χρόνον δεόντως θεωρίαν προσνέμειν.

73. Docendi sunt omnes qui in omni mundo versantur, ut sola ratione vivant moresque instituant; tantaque corporibus cura impendantur, quanta necesse est ut multa sollicitudine ac diligentia pro-

ογ'. Διδάσκειν χρὴ πάντας τοὺς ἐν παντὶ τῷ κόσμῳ, λόγῳ ζῆν μόνῳ καὶ πολιτεύεσθαι, καὶ τοσοῦτον ἔχειν περὶ τῶν σωμάτων τὴν μέριμναν, ὅσον διὰ πολλῆς φροντίδος τὴν πρὸς αὐτὰ σχέσιν τῆς ψυχῆς

[31] Psal. LXII, 12. [32] Joan. I, 9.

* Cf. ad Thal. q. 63 et 64 infra ad num. 72.

Digitized by Google

διακόψαι, καὶ μηδεμίαν διδόναι τοσούτων ὕλης τῇ ψυχῇ φαντασίαν· σβεσθείσης ἤδη τῷ λόγῳ τῆς κατ' ἀρχὰς, τὸν μὲν λόγον παρωσαμένης, τὴν ἀλογίαν δὲ τῆς ἡδονῆς ὄψεως δίκην ἑρπυστικοῦ προσδεξαμένης, αἰσθήσεως, καθ' ἣς ὡρίσθη δικαίως ὁ θάνατος, ἵνα παύσηται τῷ διαβόλῳ πρὸς τὴν ψυχὴν παρεχομένη τὴν εἴσοδον.

A cliviorem in ea animi affectum ac libidinem amputent, nullamque ei prorsus terrenorum cogitationem indulgeant; exstincto jam per rationem ejusque potentia, qui initio submota ratione, voluptatis ac libidinis brutam affectionem serpentis more reptilis, sensus susceperat; adversus quem merito lata mortis sententia, quo ille diabolo in animum iter pandere desinat.

οδ'. Μία ὑπάρχουσα κατὰ τὸ γένος ἡ αἴσθησις, πενταπλοῦται τοῖς εἴδεσι, διὰ τῆς καθ' ἕκαστον εἶδος, ἀντιληπτικῆς ἐνεργείας, τὸ προσφυὲς αἰσθητὸν, ἀντὶ Θεοῦ στέργειν τὴν πλανωμένην ψυχὴν ἀναπείθουσα. Διόπερ ὁ τῷ λόγῳ σοφῶς ἑπόμενος, πρὸ τοῦ βεβιασμένου καὶ παρὰ γνώμην θανάτου, τὸν θάνατον τῆς σαρκὸς ἑκουσίως καταψηφίζεται, τὸν πρὸς αἴσθησιν τῆς γνώμης παντελῆ ποιούμενος χωρισμόν.

74. Cum sensus unicus sit genere, quintuplex est specie, pro cujusque speciei perceptione, animæ seductæ auctor exsistens, ut Dei loco amplectatur, quod affine ac conveniens objectum sensum movet. Idcirco qui prudenter rationem ducem sequitur, ante violentam extraque animi sententiam, mortem, sponte carnem morti addicit, animum a sensu perfecto divortio separans.

οε'. Λαβοῦσα τὸν νοῦν ἡ αἴσθησις ὑποχείριον, διδάσκει πολύθεον, δι' ἑκάστης αἰσθήσεως τῇ περὶ τὰ πάθη δουλείᾳ ὡς θεῖον τὸ προσφυὲς αἰσθητὸν θεραπεύουσα.

75. Addicto sensus animo sibique subjugato, plurium eum deorum impietatem docet, dum sensus cujusque opera serviendo affectibus, quod agnatum sensile est velut fere Numen colit.

ος'. Ὁ μόνῳ τῷ γράμματι τῆς Γραφῆς παρακαθήμενος, μόνην ἔχει τὴν αἴσθησιν κρατοῦσαν τῆς φύσεως, καθ' ἣν ἡ πρὸς τὴν σάρκα τῆς ψυχῆς σχέσις μόνη διαφαίνεσθαι πέφυκε. Τὸ γὰρ γράμμα μὴ νοούμενον πνευματικῶς, μόνην ἔχει τὴν αἴσθησιν περιγράφουσαν αὐτοῦ τὴν ἐκφώνησιν, καὶ μὴ συγχωροῦσαν πρὸς τὸν νοῦν διαβῆναι τῶν γεγραμμένων τὴν δύναμιν. Εἰ δὲ πρὸς μόνην τὴν αἴσθησιν ἔχει τὸ γράμμα τὴν οἰκειότητα, πᾶς ὁ καθ' ἱστορίαν μόνην Ἰουδαϊκῶς τὸ γράμμα δεχόμενος, κατὰ σάρκα ζῇ, τῆς ἁμαρτίας καθ' ἑκάστην ἡμέραν διὰ τὴν ζῶσαν αἴσθησιν γνωμικῶς ἀποθνήσκων τὸν θάνατον, μὴ δυνάμενος πνεύματι τὰς πράξεις θανατῶσαι τοῦ σώματος, ἵνα ζῇ τὴν ἐν πνεύματι μακαρίαν ζωήν. *Εἰ γὰρ κατὰ σάρκα ζῆτε, μέλλετε ἀποθνήσκειν*, φησὶν ὁ θεῖος Ἀπόστολος· *εἰ δὲ πνεύματι τὰς πράξεις τοῦ σώματος θανατοῦτε, ζήσεσθε.*

75. Addicto sensus animo sibique subjugato, plurium eum deorum impietatem docet, dum sensus cujusque opera serviendo affectibus, quod agnatum sensile est velut fere Numen colit.

76. Qui in sola Scripturæ littera immoratur, sensum duntaxat naturæ dominantem habet, quo sola animi ad carnem affectio atque libido elucere solet. Littera enim, nisi spiritaliter intelligatur, solum sensum, illius circumscribentem prolationem, habet, nec sinentem eorum quæ scripta sunt, vim ad animum transire. Siquidem igitur littera cum solo sensu necessitudinem habet, quisquis ex sola historiæ ratione Judaice litteram accipit, ex carnis ratione vivit, qui peccati quotidie morte, vivente in eo atque vigente sensu, animo moriatur; non valens scilicet actus corporis spiritu mortificare, ut beatam in spiritu vitam vivat: *Si enim secundum* **604** *carnem vixeritis*, inquit divinus Apostolus, *moriemini: si autem spiritu actus corporis mortificaveritis, vivetis* [33].

οζ'. Μὴ τοίνυν τὸν θεῖον λύχνον, ἤγουν τὸν φωτιστικὸν τῆς γνώσεως λόγον ἀνάπτοντες διὰ θεωρίας καὶ πράξεως, ὑπὸ τὸν μόδιον θήσωμεν, ἵνα μὴ κατακριθῶμεν ὡς περιγράφοντες τῷ γράμματι τὴν τῆς σοφίας ἀπερίληπτον δύναμιν· ἀλλ' ἐπὶ τὴν λυχνίαν, λέγω τὴν ἁγίαν Ἐκκλησίαν, ἐν τῷ ὕψει τῆς ἀληθοῦς θεωρίας, πᾶσι τὸ φῶς τῶν θείων δογμάτων πυρσεύουσαν.

77. Ne igitur divinam lucernam (illustrantem scilicet scientiæ sermonem) contemplationis diligentia ac actionis accendentes, sub modio ponamus, ne, velut qui sapientiæ vim incomprehensam littera circumscribamus, damnationis rei habeamur; sed super candelabrum, sanctam nimirum Ecclesiam, in celso veræ contemplationis fastigio, divinorum lucem decretorum instar factis cunctis longe præferentem [34].

οη'. Ὁ τὰς προσβολὰς τῶν ἀκουσίων πειρασμῶν κατὰ τὸν μακάριον Ἰὼβ καὶ τοὺς γενναίους μάρτυρας ἀκατασείστῳ φέρων τῷ φρονήματι, λύχνος ἐστὶν ἰσχυρὸς, ἀκατάσβεστον καὶ αὐτὸς φυλάττων τὸ φῶς τῆς σωτηρίας, ἐν τῷ τρόπῳ τῆς κατὰ τὴν ἀνδρίαν ὑπομονῆς φυλαττόμενον, ὡς τὸν Κύριον ἰσχὺν ἔχων καὶ ὕμνησιν. Ὁ δὲ γινώσκων τοῦ πονηροῦ τὰ μηχανήματα, καὶ τὰς συμπλοκὰς τῶν ἀφανῶν πολέμων οὐκ ἀγνοῶν, καὶ οὗτος τῷ φωτὶ τῆς γνώσεως περι-

78. Qui involuntariarum tentationum incursus, haud secus ac beatissimus Job ac strenuissimi martyres, inconcusso perfert animo, lucerna præpotens est, qui et ipse inexstinctum conservet salutis lumen, quod in virilis patientiæ modo conservatur; velut scilicet Dominum robur nactus atque canticum [35]. Qui autem nequissimi artes perspectas habet, nec invisibilium præliorum congressus nescit; hic quoque scientiæ luce collustratus, lucerna

[33] Rom. VIII, 13. [34] Matth. V, 15. [35] II Reg. XXII, 2, 3; Jerem. XVI, 19; Psal. LXX, 6, 7.

* Thalass. q. 65.

Digitized by Google

alia claruit, pari fero magno Apostolo ratione loquens : *Non enim ignoramus cogitationes ejus* [36].

λαμπόμενος, ἄλλος πέφηνε λύχνος, τῷ μεγάλῳ Ἀποστόλῳ προσηκόντως φθεγγόμενος, *Οὐ γὰρ αὐτοῦ τὰ νοήματα ἀγνοοῦμεν.*

79. His quidem qui digni virtutum munditia sunt, Spiritus, sanctus per timorem et pietatem et scientiam, emundationem præbet. His autem qui digni luce sunt, noscendarum illustrationem rerum secundum eas quibus exsistunt rationes, per fortitudinem et consilium et intelligentiam donat. Iis denique qui digni sunt deificatione, per lucidissimam simplicemque ac totalem sapientiam perfectionem largitur, ad rerum eos Auctorem immediate omni modo, quoad homini concessum est, subvehens; qui ex solis divinis bonitatis proprietatibus noscantur : qua nimirum se ex Deo exque se Deum ipsi cognoscentes, nullo dividente medio ac intercludente (nullum enim sapientiam inter ac Deum medium), nullis obnoxiam varietatibus immutabilitatem habebunt; cunctis scilicet mediis ex toto eis superatis, in quibus ut in scientia, ne quandoque error obreperet, periculum illis vertebatur. Porro media vocat, rerum quæ intelliguntur ac quæ sensu percipiuntur substantiam, quibus in Deum ut rerum auctorem provehi humanæ naturæ comparatum est.

οθ'. Τὴν μὲν κάθαρσιν τοῖς ἀξίοις τῆς τῶν ἀρετῶν καθαρότητος, διὰ φόβου καὶ εὐσεβείας καὶ γνώσεως ποιεῖται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· τὸν δὲ φωτισμὸν τῆς τῶν ὄντων κατ' οὓς ὑπάρχουσι λόγους γνώσεως, δι' ἰσχύος καὶ βουλῆς καὶ συνέσεως δωρεῖται τοῖς ἀξίοις φωτός· τὴν δὲ τελειότητα, διὰ τῆς πανσόφου καὶ ἁπλῆς καὶ ὁλοσχεροῦς σοφίας χαρίζεται τοῖς ἀξίοις θεώσεως, πρὸς τὴν τῶν ὄντων αἰτίαν, ἀμέσως αὐτοὺς ἀνάγον κατὰ πάντα τρόπον, ὡς ἔστιν ἀνθρώπῳ δυνατὸν, ἐκ μόνων τῶν θείων τῆς ἀγαθότητος ἰδιωμάτων γνωριζομένους, καθ' ἣν ἐκ Θεοῦ μὲν ἑαυτοὺς, ἐξ ἑαυτῶν δὲ γινώσκοντες τὸν Θεὸν, οὐκ ὄντος τινὸς μέσου διατειχίζοντος· σοφίας γὰρ μέσον οὐδὲν πρὸς Θεόν· τὴν ἀναλλοίωτον ἕξουσιν ἀτρεψίαν, τῶν μέσων αὐτοῖς ὁλικῶς πάντων διαβαθέντων, ἐν οἷς ὑπῆρχεν ὁ περὶ τὴν γνῶσίν ποτε τοῦ σφάλλεσθαι κίνδυνος. Μέσα δὲ καλεῖ, τὴν τῶν νοητῶν καὶ τῶν αἰσθητῶν οὐσίαν, δι' ὧν πρὸς Θεὸν ὡς αἰτίαν τῶν ὄντων, ὁ ἀνθρώπινος νοῦς ἀνάγεσθαι πέφυκε.

80. Quæ studet actioni philosophiam efficiunt, timor, pietas et scientia : naturalem **605** vero in spiritu speculationem præstant, fortitudo, consilium et intellectus : mysticam denique theologiam, sola divina sapientia largitur.

π'. Τὴν μὲν πρακτικὴν φιλοσοφίαν, φόβος, εὐσέβειά τε καὶ γνῶσις ἐργάζονται· τὴν δὲ φυσικὴν ἐν πνεύματι θεωρίαν, ἰσχὺς καὶ βουλὴ καὶ σύνεσις κατορθοῦσι· τὴν δὲ μυστικὴν θεολογίαν, σοφία θεία μόνη χαρίζεται.

81. Quemadmodum fieri non potest, ut absque oleo lucerna inexstincta servetur; sic neque ut sine habitu, convenientibus tum rationibus tum modis moribusque, sensisque ac cogitationibus congruis, quæ honesta sunt, confovente ac nutriente, donorum lumen inexstinctum custodiatur. Omne enim spiritale donum, convenienti atque affini indiget habitu, quo velut oleum, jugiter ei ad intelligendum materia infundatur, ut pro ejus qui recipit habitu firmum maneat ac teneatur.

πα'. Ὥσπερ ἐλαίου χωρὶς, ἀσβεστον διατηρηθῆναι λύχνον ἀμήχανον, οὕτως ἕξεως χωρὶς, προσφόροις καὶ λόγοις καὶ τρόποις καὶ ἤθεσι, νοήμασί τε εὖ καὶ λογισμοῖς τοῖς καθήκουσι τὰ καλὰ διατρεφούσης, ἀσβεστον φυλαχθῆναι τὸ φῶς τῶν χαρισμάτων ἀμήχανον. Πᾶν γὰρ χάρισμα πνευματικὸν προσφυοῦς χρῄζει τῆς ἕξεως, ἀπαύστως ἐπιχεούσης αὐτῷ καθάπερ ἔλαιον τὴν ὕλην τὴν νοερὰν, ἵνα διαμείνῃ κατὰ τὴν ἕξιν τοῦ δεξαμένου κρατούμενον.

82. Quemadmodum fieri non potest ut sine oliva, verum natura ac genuinum oleum usquam inveniatur; vel ut sine vase capiente oleum contineatur atque servetur; ac plane ita rebus comparatum est, ut quod oleo non nutritur lucernæ lumen, omnino exstinguatur : sic absque divinis Scripturis, nulla vere divina sensorum vis ac majestas exsistit, nec sine habitu, quo velut vase illa contineantur, divinus usquam conceptus consistit : ac postremo nisi quod in donis scientiæ lumen est, divinis ejusmodi sensis ac conceptibus nutriatur, his qui illo præditi sint, inexstinctum haudquaquam exstiterit.

πβ'. Ὥσπερ ἐλαίας χωρὶς, οὐκ ἔστιν οὐδαμῶς εὑρεῖν φύσει κατ' ἀλήθειαν γνήσιον ἔλαιον· ἄγγους δὲ δίχα κρατεῖσθαι τοῦ δεχομένου τὸ ἔλαιον οὐ δυνατόν· ἐλαίῳ δὲ μὴ τρεφόμενον σβέννυται πάντως τὸ λυχνιαῖον φῶς· οὕτω τῶν ἁγίων Γραφῶν χωρὶς, οὐκ ἔστι κατὰ ἀλήθειαν δύναμις νοημάτων θεοπρεπὴς· ἕξεως δὲ δίχα, καθάπερ ἄγγους νοημάτων δεκτικοῦ, οὐδαμῶς ἂν συσταίη νόημα θεῖον· θείοις δὲ νοήμασι μὴ τρεφόμενον τὸ φῶς τῆς ἐν τοῖς χαρίσμασι γνώσεως, ἄσβεστον οὐ συντηρεῖται τοῖς ἔχουσι.

83. Olivam quæ a sinistris [37], Vetus Testamentum significare existimo, ut quod philosophiam actioni studentem magis curet : quæ autem a dextris [38], Novum Testamentum, quod novum mysterium doceat, ac qui in singulis fidelium est, habitum contemplationis efficiat. Illud quidem, virtutis modos,

πγ'. Τὴν μὲν Παλαιὰν Διαθήκην, τὴν ἐξ εὐωνύμων ἐλαίαν ὑπολαμβάνω σημαίνειν, ὡς τῆς πρακτικῆς μᾶλλον προνοουμένην φιλοσοφίας· τὴν ἐκ δεξιῶν δὲ, τὴν Νέαν Διαθήκην, ὡς καινοῦ μυστηρίου διδάσκαλον, καὶ τῆς ἐν ἑκάστῳ τῶν πιστῶν θεωρητικῆς ἕξεως ποιητικήν. Ἡ μὲν γὰρ, ἀρετῆς τρόπους, ἡ

[36] II Cor. II, 11. [37] Zachar. IV, 3. [38] ibid.

Digitized by Google

δὲ, γνώσεως λόγους παρέχεται τοῖς τὰ θεῖα φιλοσοφοῦσι· καὶ ἡ μὲν, τῆς τῶν ὁρωμένων ὁμίχλης ὑφαρπάζουσα πρὸς τὸ συγγενὲς ἀνάγει τὸν νοῦν, πάσης καθαρὸν ὑλικῆς φαντασίας γεγενημένον · ἡ δὲ, τῆς ὑλικῆς προσπαθείας αὐτὸν ἀποκαθαίρει, τῷ τῆς ἀνδρίας τόνῳ, καθάπερ σφύρᾳ τινὶ τοὺς πρὸς τὸ σῶμα τῆς γνώμης κατὰ τὴν σχέσιν ἐκκρουομένῃ ἥλους.

πδ'. Ἡ μὲν Παλαιὰ, τὸ σῶμα πρὸς ψυχὴν λογισθὲν ἀναβιβάζει διὰ μέσων τῶν ἀρετῶν, κωλύουσα τοῦ πρὸς σῶμα τὸν νοῦν καταβιβάζεσθαι · ἡ δὲ Νέα, τὸν νοῦν πρὸς τὸν Θεὸν ἀναβιβάζει, τῷ πυρὶ τῆς ἀγάπης πτερούμενον *. Καὶ ἡ μὲν, ταὐτὸν ἐργάζεται τῷ νοῖ τὸ σῶμα κατὰ τὴν θέσει κίνησιν (κ)· ἡ δὲ, ταὐτὸν τῷ Θεῷ τὸν νοῦν ἀποτελεῖ κατὰ τὴν ἕξιν τῆς χάριτος τοσαύτην ἔχοντα πρὸς Θεὸν τὴν ἐμφέρειαν, ὥστε τὸν Θεὸν δι' αὐτοῦ γνωρίζεσθαι, τὸν ἐξ ἑαυτοῦ κατὰ φύσιν οὐδαμῶς τοπαράπαν οὐδενὶ γινωσκόμενον, ὡς ἔκ τινος εἰκόνος ἀρχέτυπον.

πε'. Ἡ μὲν Παλαιὰ Διαθήκη, πράξεως καὶ ἀρετῆς ὑπάρχουσα σύμβολον, συμφωνεῖν τὸ σῶμα τῷ νοῖ παρασκευάζει κατὰ τὴν κίνησιν · ἡ δὲ Νέα, θεωρίας οὖσα καὶ γνώσεως ποιητικὴ, τὸν μυστικῶς αὐτῆς ἀντεχόμενον νοῦν τοῖς θείοις νοήμασι καταφαιδρύνει καὶ τοῖς γνωρίσμασι ** · καὶ ἡ μὲν Παλαιὰ, τῷ γνωστικῷ χορηγεῖ τοὺς τρόπους τῶν ἀρετῶν · ἡ δὲ Νέα, τῷ πρακτικῷ γνώσεως ἀληθοῦς λόγους χαρίζεται.

πς'. Ἐκείνων ὁ Θεὸς λέγεταί τε καὶ γίνεται κατὰ χάριν Πατὴρ, τῶν μόνην ἐχόντων τὴν κατ' ἀρετὴν γνωμικὴν ἐν πνεύματι γέννησιν · καθ' ἣν ὥσπερ ψυχῆς πρόσωπον, τὸν ἐν ἀρεταῖς τοῦ γεννήσαντος Θεοῦ χαρακτῆρα φαινόμενον ἔχοντες κατὰ τὸν βίον, τοὺς θεωμένους τῇ μεταβολῇ τῶν τρόπων δοξάζειν τὸν Θεὸν παρασκευάζουσι, τὸν οἰκεῖον βίον πρὸς μίμησιν παρέχοντες αὐτοῖς ἐξαίρετον ἀρετῆς ἐξεμπλάριον. Οὐ γὰρ λόγῳ ψιλῷ Θεὸς δοξάζεσθαι πέφυκεν, ἀλλ' ἔργοις δικαιοσύνης πολλῷ πλείονα λόγων βοῶσι τὴν θείαν μεγαλοπρέπειαν.

πζ'. Ἀριστερὸς μὲν ὁ φυσικὸς νόμος, διὰ τὴν αἴσθησιν · προσάγει δὲ τῷ λόγῳ τοὺς τρόπους τῶν ἀρετῶν, καὶ ποιεῖ γνῶσιν ἐνεργουμένην. Ὁ δὲ πνευματικὸς νόμος, δεξιὸς μέν ἐστι διὰ τὸν νοῦν · μίγνυσι δὲ τῇ αἰσθήσει τοὺς ἐν τοῖς οὖσι πνευματικοὺς λόγους, καὶ ποιεῖ πρᾶξιν λελογισμένην.

πη'. Ὁ τῇ πράξει σωματουμένην τὴν γνῶσιν, καὶ τῇ γνώσει ψυχουμένην τὴν πρᾶξιν δεικνὺς, τὸν ἀκριβῆ τρόπον εὗρε τῆς ἀληθοῦς θεουργίας (υ). Ὁ δ'

istud vero, scientiæ rationes divina philosophantibus præbet : atque alterum quidem, a rerum oculis subjectarum caligine paulatim animum abstrahens, ad id subvehit quod affine et cognatum est, a terreno omni cogitatu mundatum; alterum vero, a terrena affectione ac libidine mundat, velut nimirum malleo quodam, fortitudinis vigore, excussis quibus corpori mens illigatur, libidinis clavis.

84. Vetus quidem Testamentum, corpus velut ratione imbutum intermediis virtutibus ad animum subvehit, prohibens ne mens ad corpus deprimatur; Novum autem, mentem in Deum evehit, charitatis igne volatu sublimem **606** effectam. Atque alterum quidem, corpus idem cum mente voluntatis motu efficit; alterum, idem cum Deo mentem charitatis habitu reddit, tanta cum Deo sicque accurata similitudine, ut ex ea Deus cognoscatur, velut ex imagine seu simulacro exemplar, qui ipse ex seipso a nullo usquam prorsus natura cognoscitur.

85. Vetus quidem Testamentum, quod actionis atque virtutis sit symbolum, corporis cum mente consensum facit, quod attinet ad motum; Novum autem, quod sit contemplationis ac scientiæ parens, mentem ipsi mystice impensam atque deditam, divinis sensis notisque exornat : atque Vetus quidem, spiritali ac sapienti virtutum subministrat modos; Novum autem, colenti actionem veræ scientiæ rationes tribuit.

86. Eorum Deus per gratiam Pater tum nuncupatur tum efficitur, qui solam animo virtutis cultu in spiritu nativitatem nacti sunt; qua, velut animi faciem ac effigiem, parentis Dei virtutibus elucentem, vita iis instituta, characterem habentes, in Dei laudem conversione morum spectantium animos provocant; quibus eximium virtutis exemplar ad imitandum, vitam ipsi suam præbeant. Non enim in nudo sermone positæ Dei laudes, sed in operibus justitiæ; quæ longe majori præ verbis præconio, divinam clament magnificentiam.

87. Lex naturalis sinistra utique est, propter sensum; virtutumque modos rationi admovens, scientiam efficacem ac actuosam reddit. Lex autem spiritalis dextra est, propter animum seu mentem; miscensque sensui spiritales in rebus rationes, actionem consultam imbutamque ratione facit.

88. Qui actione corporatam scientiam, scientiaque animatam actionem ostendit, accuratum veræ θεουργίας (divinæ scilicet operationis) modum inve-

* Qu. 63. ad Thal. πυρούμ., *accensam*

** Ad Thalass. χαρίσμασι.

(κ) *Κατὰ τὴν θέσει κίνησιν.* Sic etiam quæst. 56 *Ad Thalass.* Non satis Picus, *in peragendo motu.* Reddidi, *voluntatis motu*, non quod θελήσει velim emendatum, sed quod id, quod sic θέσει, quasi ab extrinseco et factitie est, voluntate est, at in adoptione, qua quis θέσει, non φύσει, in familiam filiumque cooptatur. Sic corpus ad animum effertur, ejus quasi ratione imbutum, qua voluntate virtutibus excolitur, supra illius, ut corpus est, meritum atque debitum.

(υ) *Τῆς ἀληθοῦς θεουργίας.* Veram θεουργίαν, seu divinam operationem, videtur hic dicere, quæ sic actione et contemplatione completur, et quasi eminenter utriusque vim habet : sapientiam scilicet, quæ proxima est ad deificationem. Quomodo et in Christo dictam θεουργίαν Dionysio, quin dicamus, nihil videtur obstare : non quidem quæ unioni prævia intelligatur et ad eam disponens (quod Nestoriani furfuris est), sed illi comes, ad eamque sequens, velut illius ornatus : in qua ipsa nobis idem Christus et auctor exsistat et perfectissimum exemplar; cum ejus θεουργία, ut Budæo exponitur,

Digitized by Google

cit. Qui vero utramvis ab altera sejunctam habet, aut inanem nihilque consistentem cogitationem scientiam fecit, aut actionem inanime simulacrum reddidit. Scientia enim actione vacans, ab inani nihil cogitatu differt, quam deficiat actio ipsam sustentans; inconsultaque et sine ratione actio, idem est ac inane simulacrum, cui desit scientia ipsam animans.

A ὁποτέραν τούτων τῆς ἑτέρας ἔχων διεζευγμένην, ἢ τὴν γνῶσιν ἀνυπόστατον πεποίηκε φαντασίαν, ἢ τὴν πρᾶξιν ἄψυχον κατέστησεν εἴδωλον. Γνῶσις γὰρ ἄπρακτος, φαντασίας οὐδὲν διενήνοχεν. ὑφιστῶσαν αὐτὴν τὴν πρᾶξιν οὐκ ἔχουσα· καὶ πρᾶξις ἀλόγιστος, ταὐτὸν εἰδώλῳ καθέστηκε ψυχοῦσαν αὐτὴν τὴν γνῶσιν οὐκ ἔχουσα.

607 89. Salutis nostræ mysterium id præstat, ut vita, sermonis atque doctrinæ exhibitio sit; sermoque et eruditio, vitæ claritas: atque actio quidem, contemplatio efficax; contemplatio vero, actio instituta doctaque exsistat. Atque, ut summa dicam, id facit, ut virtus quidem, scientiæ manifestatio sit; scientia vero, vis virtutem tuens atque conservans; exque ambabus (virtute scilicet et scientia) constantem unam sapientiam ostendit: quo noverimus utrumque Testamentum plus inter se ubique per gratiam ad unius mysterii complendam rationem coire, quam anima et corpus ad unius hominis constituendam substantiam, inter se compositione coeant.

πθ'. Τὸ τῆς σωτηρίας ἡμῶν μυστήριον, ἐπίδειξιν μὲν λόγου, τὸν βίον (*x*), δόξαν δὲ βίου, τὸν λόγον ποιεῖται· καὶ τὴν μὲν πρᾶξιν, θεωρίαν ἐνεργουμένην, τὴν δὲ θεωρίαν, πρᾶξιν μυσταγωγουμένην. Καὶ συντόμως εἰπεῖν, τὴν μὲν ἀρετὴν, φανέρωσιν γνώσεως, τὴν δὲ γνῶσιν, ἀρετῆς συντηρητικὴν ἐργαζόμενον δύναμιν· καὶ δι' ἀμφοῖν, ἀρετῆς δὲ λέγω καὶ γνώσεως, μίαν σοφίαν συνισταμένην ἐπιδεικνύμενον· ἵνα γνῶμεν ὅτι συμφωνοῦσιν ἀλλήλαις διὰ πάντων αἱ δύο Διαθῆκαι κατὰ τὴν χάριν, πλέον εἰς ἑνὸς μυστηρίου συμπλήρωσιν, ἢ ὅσον ψυχὴ καὶ σῶμα πρὸς ἑνὸς ἀνθρώπου γένεσιν, κατὰ τὴν σύνθεσιν ἀλλήλαις συμβαίνουσαι.

90. Quemadmodum anima et corpus compositione hominem efficiunt; sic actio et contemplatio coeundo, doctam unam sapientiam absolvunt; Vetusque ac Novum Testamentum, unum præstant mysterium. Dei porro natura solummodo est bonum, cujus commercio cuncta tum illustrantur, tum bonitate imbuuntur; quæ scilicet natura, lucis ac bonitatis capacia sunt.

B ι'. Ὥσπερ ψυχὴ καὶ σῶμα ποιεῖ κατὰ σύνθεσιν ἄνθρωπον, οὕτω πρᾶξις καὶ θεωρία, μίαν κατὰ σύνοδον ἀποτελεῖ σοφίαν γνωστικήν· καὶ Παλαιὰ καὶ Νέα Διαθήκη, μυστήριον ἓν ἀπεργάζεται. Μόνως δὲ τοῦ Θεοῦ κατὰ φύσιν ἐστὶ τὸ ἀγαθὸν, ἐξ οὗ, κατὰ μετοχὴν, πάντα φωτίζεταί τε καὶ ἀγαθύνεται, τὰ φωτὸς κατὰ φύσιν καὶ ἀγαθότητος δεκτικά.

91. Qui mundum oculis conspicuum mente legit, mundum qui mente legitur, oculis conspicit: sensu enim cogitans informat quæ mente intelliguntur, menteque conspectas rationes figurat; transfertque, ad sensum quidem multiformiter mundi intelligibilis fabricam; ad mentem vero, ejus mundi qui sensu percipitur longe complexius compositionem; intelligitque, in intelligibili quidem, eum qui sensu percipitur, sensum in mentem rationibus traducens; inque eo qui sensu percipitur, intelligibilem, scite figuris formisque seu speciebus, mentem sensui innectens atque astringens.

C ια'. Ὁ τὸν φαινόμενον κόσμον νοῶν, θεωρεῖ τὸν νοούμενον· τυποῖ γὰρ τῇ αἰσθήσει τὰ νοητὰ φαντάζόμενος, καὶ κατὰ νοῦν σχηματίζει τοὺς θεαθέντας λόγους· καὶ μεταφέρει, πρὸς μὲν αἴσθησιν πολυειδῶς, τοῦ νοητοῦ κόσμου τὴν σύστασιν, πρὸς δὲ νοῦν, τοῦ αἰσθητοῦ κόσμου πολυπλόκως τὴν σύνθεσιν· καὶ νοεῖ, ἐν μὲν τῷ νοητῷ, τὸν αἰσθητὸν, μετενέγκας πρὸς τὸν νοῦν τοῖς λόγοις τὴν αἴσθησιν (*y*), ἐν δὲ τῷ αἰσθητῷ, τὸν νοητὸν, πρὸς τὴν αἴσθησιν ἐπιστημόνως τοῖς τύποις μετεγκλοιώσας τὸν νοῦν.

92. Caput vocat propheta, primam de unitate

ιβ'. Τὸν πρῶτον περὶ μονάδος λόγον, ὡς ἀρχὴν

* Cf. ad Thal. q. 64.

pro divina miraculorum potestate et operatione paucis fuerit communicata, nec ipsa defuerit Veteri Testamento: secus vero θεουργία, qua sic ad deificationem provehimur, ejusque per Christum renatis omnibus facultas tribuitur. Ipsa angelorum operatio, qua inferiores illuminant ac perficiunt, Dionysio θεουργία, ac si dicas, *divinis dotibus imbuens*. Ipse Maximus sequenti capite clare explicat, sic ex ambobus provenientem sapientiam; in qua statuit salutis nostræ mysterium (θεουργικὴ scilicet) quo sic deitate imbuimur.

D εἴδωλον, ejus plane nobilitas et gloria et claritas est, δόξα, non frigidum illud, *opinio*.

(*x*) *Δόξαν δὲ βίου*. *Claritatem* reddidi; Picus, *opinionem*. At, quid hic vitæ opinio, ut hoc ratio seu scientia illi dicatur? Ejus vero claritatem esse seu gloriam, res perspicua sit, cum vita, ejus solum exhibitio sit ac manifestatio. Quod enim ratio ad vitam Maximo comparatur ut anima ad corpus, et ut vitam ei præstans, sine qua inane simulacrum sit,

(*y*) *Μετενέγκας πρὸς τὸν νοῦν τοῖς λόγοις τὴν αἴσθησιν*. Altissime hic Maximo explicata, mentis in sensum sensusque in mentem vicaria munia. Nempe sensus rationibus in mentem transfertur, ut ipse conjunctione cum illa velut intelligat: mens vero scite miroque artificio rerum figuris ac formis, seu speciebus, sensui innectitur, iisque quasi vinculis ad eum trahitur; μετεγκλοιώσας quod nempe non intelligat pro hoc statu, nisi conversione ad phantasmata, ut philosophus loquitur; quorum necessitudine a nativa puræ mentis ac solutæ ingenuitate ad sensus compositionem velut desciscat, iliusque qualitatem induat. Ducta metaphora a canibus, quorum sunt κλοιοὶ illi et collaria, quibus ad nutum trahentis aguntur, dicuntur et reorum catenæ et vincula.

Digitized by Google

πάσης ἀρετῆς κεφαλὴν ὁ προφήτης ὠνόμασεν· ὡς τὸ, *Ἔδυ ἡ κεφαλή μου εἰς σχισμὰς ὀρέων*· τὰς δὲ διανοίας τῶν πνευμάτων τῆς πονηρίας, σχισμὰς τῶν ὀρέων, ὑφ' ὧν κατεπόθη διὰ τῆς παραβάσεως ὁ ἡμέτερος νοῦς· γῆν δὲ κατωτάτην, τὴν μηδαμῶς γνώσεως αἰσθανομένην θείας, ἢ τῆς κατ' ἀρετὴν ζωῆς, τὴν οἱανοῦν κίνησιν ἔχουσαν ἕξιν· ἄβυσσον δὲ, τὴν ἐπικειμένην ἄγνοιαν τῇ ἕξει τῆς κακίας, ἐφ' ᾗ βέβηκε καθάπερ γῇ, τὰ τῆς κακίας πελάγη ἢ γῆν, τὴν παγίαν τῆς κακίας ἕξιν εἶπεν· αἰωνίους δὲ μοχλοὺς, τὰς συγκρατούσας τὴν χειρίστην ἕξιν ἐμπαθεῖς προσπαθείας τῶν ὑλικῶν.

A rationem atque sermonem, tanquam virtutis omnis principium et originem; uti est illud : *Subiit caput meum scissuras montium* [39]. Scissuras autem montium, nequissimorum spirituum consilia et rationes, quibus per transgressionem mens nostra absorpta est : terram vero infimam, omni scientiæ divinæ sensu carentem habitum, ac qui vitæ e virtutis rationibus institutæ motu omni destituatur. Abyssum, ignorantiam pravitatis habitui incumbentem; in quam, velut in terram ascenderunt nequitiæ **608** maria, sive terram, firmum vitii habitum nuncupavit. Vectes æternos, pessimum habitum corroborantes terrenorum libidinosos affectus.

Κγ'. Ἡ τῶν ἁγίων ὑπομονὴ, τὴν πονηρὰν δύναμιν προσβάλλουσαν, δαπανᾷ· ὡς πείθουσα τοῖς ὑπὲρ ἀληθείας ἐγκαλλωπίζεσθαι πόνοις, τοὺς αὐτῆς διακόνους, καὶ πλέον ἐμπλατύνεσθαι διδάσκουσα τοῖς παθήμασιν, ἢ ταῖς ἀνέσεσιν, οἱ τῆς ἐν σαρκὶ ζωῆς ἄγαν φροντίζοντες, ὑπόθεσιν αὐτοῖς ὑπερβαλλούσης κατὰ πνεῦμα δυνάμεως ποιουμένη, τὴν κατὰ φύσιν τῆς σαρκὸς περὶ τὸ πάσχειν ἀσθένειαν. Ὅρα γὰρ ὅπως τῆς καθ' ὑπερβολὴν θείας δυνάμεώς ἐστιν ὑπόθεσις, ἡ κατὰ φύσιν τῶν ἁγίων ἀσθένεια, ἧς ἧττονα τὸν ὑπερήφανον διάβολον ὁ Κύριος ἔδειξεν.

93. Sanctorum patientia, adorientem nequissimam potestatem absumit; ut quæ laboribus veritatis causa ferendis gloriari, ministris suis suadeat, docetque eos magis ærumnis dilatari, quam quibus carnalis vita maxime curæ est, deliciis oblectentur; excellentis eis spiritalis virtutis ac fortitudinis argumentum faciens, naturalem carnis malis ferendis imbecillitatem. Vide enim quemadmodum excellentis divinæ potentiæ argumentum, naturalis sanctorum infirmitas sit, qua Dominus superbum diabolum inferiorem ostendit.

Κδ'. Ὁ λόγος τῆς χάριτος, διὰ πολλῶν πειρασμῶν πρὸς τὴν τῶν ἀνθρώπων φύσιν, ἤγουν τὴν τῶν ἐθνῶν Ἐκκλησίαν, ὥσπερ Ἰωνᾶς διὰ πολλῶν θλίψεων πρὸς Νινευὶ διαβὰς τὴν πόλιν τὴν μεγάλην, ἔπεισε τὸν βασιλεύοντα νόμον τῆς φύσεως ἐξαναστῆναι τοῦ Θρόνου, τῆς προτέρας δηλαδὴ περὶ τὸ κακὸν κατὰ τὴν αἴσθησιν ἕξεως, καὶ περιελέσθαι τὴν στολὴν αὐτοῦ, τὸν ἐπὶ τοῖς ἤθεσι λέγω τῆς κοσμικῆς δόξης ἀποθέσθαι τῦφον, καὶ περιβαλέσθαι σάκκον, τὸ πένθος δηλαδὴ καὶ τὴν δυσχερῆ καὶ τραχεῖαν τῆς κακοπαθείας, καὶ βίῳ τῷ κατὰ Θεὸν πρέπουσαν ἀγωγήν· καὶ καθίσαι ἐπὶ σποδοῦ· σποδὸς δέ ἐστιν ἡ πτωχεία τοῦ πνεύματος, ἐφ' ἧς καθέζεται πᾶς εὐσεβῶς ζῆν διδασκόμενος, καὶ τὴν μάστιγα τῆς συνειδήσεως ἔχων ἐπὶ τοῖς πλημμεληθεῖσιν, αὐτὸν κατοικίζουσαν.

94. Sermo gratiæ, per multas tentationes ad humanum genus (Ecclesiam scilicet gentium) velut Jonas per multas afflictiones atque ærumnas ad Ninive civitatem magnam commeans [40], legi naturæ illius regia potestate dominanti auctor fuit, ut de solio surgeret (a priore scilicet malum consectante ac vitium sensus habitu) stolamque detraheret (id est, mundanæ gloriæ ex morum ornatu quæsitum fastum abjiceret), ac sacco induerctur (luctum scilicet, et molestam ac laboribus asperam, vitæ ex pietatis rationibus institutæ congruam, disciplinam assumeret) atque in cinere sederet. Est vero cinis, paupertas spiritus, in quo sedet quisquis vitæ pie instituendæ præceptis eruditur; ac, qui cædens conscientiæ flagellum, pro iis quæ deliquit, habet.

Κε'. Ὅρα ὅπως βασιλέα μὲν εἶναι λέγει, τὸν φυσικὸν νόμον· θρόνον δὲ, τὴν ἐμπαθῆ κατ' αἴσθησιν ἕξιν· τὴν δὲ στολὴν, τὴν τῆς κενῆς δόξης προβολήν· τὸν δὲ σάκκον, τὸ κατὰ τὴν μετάνοιαν πένθος· τὴν δὲ σποδὸν, τὴν ταπεινοφροσύνην· ἀνθρώπους δὲ, τοὺς περὶ τὸν λόγον· κτήνη δὲ, τοὺς περὶ τὴν ἐπιθυμίαν· βόας δὲ, τοὺς περὶ τὸν θυμόν· πρόβατα δὲ, τοὺς περὶ τὴν θεωρίαν τῶν ὁρατῶν πταίοντας.

95. Vide quemadmodum regem appellet legem naturalem; solium vero, libidinosum sensus habitum; stolam, inanis gloriæ amictum; saccum, pœnitentiæ luctum; cinerem, modesti animi sensum (id est, humilitatem) homines, qui ratione; jumenta, qui cupiditate; boves, qui ira; oves, qui rerum in aspectum cadentium speculatione offendunt.

Κς'. Ὁ διὰ τὴν ἔννομον ἀρετὴν τῶν ἐν σαρκὶ παθῶν ὡς ἀριστερῶν ποιούμενος λήθην, καὶ διὰ τὴν ἄπταιστον γνῶσιν, ἐπὶ τοῖς κατορθώμασι τῇ νόσῳ τῆς φυσιούσης οἰήσεως ὡς δεξιᾶς οὐχ ἁλισκόμενος, ἀνὴρ γέγονε, μὴ γινώσκων δεξιὰν αὐτοῦ, ὡς δόξης οὐκ ἐρῶν λυομένης, οὐδὲ ἀριστερὰν, ὡς τοῖς τῆς σαρκὸς οὐκ ἐρεθιζόμενος πάθεσι. Δεξιὰν οὖν, ὡς ἔοικεν, εἶπεν ὁ λόγος, τὴν ἐπὶ τοῖς δῆθεν κατορθώμασι κενοδοξίαν· ἀριστερὰν δὲ, τὴν ἐπὶ τοῖς αἰσχροῖς

96. Qui legitimæ virtutis causa, carnalium affectuum velut sinistrorum obliviscitur; proque inoffensæ scientiæ munere, ob præclare gesta ac merita, inanis jactantiæ morbo fastuque non capitur, in virum evasit, qui nesciat dexteram suam [41] (quem scilicet perituræ gloriæ amor non teneat), neque vero sinistram [42], ut quem carnis affectus per libidinem non illiciant. Dexteram igitur, **609** ut videtur, vocavit Scriptura, inanem gloriam, ob

[39] II Reg. xxii, 8. [40] Jonæ iii, 1 seqq. [41] Jonæ iv, 10, 11. [42] ibid.

Digitized by Google

recte facta ac virtutum opera; sinistram vero, quæ ex turpibus affectibus est, luxuriam. Virtutis enim sermo atque ratio, peccatum carnis nescit tanquam sinistræ : scientiæ vero ratio, animi vitium ac pravitatem nescit tanquam dextræ.

97. Virtutum ex ratione scientia (vera scilicet reipsa Auctoris virtutum agnitio) omnimodam ejus tum excessus, tum defectus, qui utrinque a dextris et a sinistris, virtutum mediocritati adjacent, ignorantiam præstare habet. Siquidem enim nihil prorsus comparatum est esse in ratione quod a ratione abhorreat; palam est, eum qui ad virtutum rationem evectus sit, eorum quæ a ratione abhorreant nequaquam positionem remque cognituram. Non enim contraria secundum idem simul conspici possunt, atque alterum una cum altero simul elucere.

98. Siquidem in fide, infidelitatis nulla ratio est; neque lux per naturam tenebrarum auctor est; nec diabolo comparatum ut una cum Christo compareat; plane neque ut rationi omnino comes exsistat, quod abhorret a ratione. Sin autem omnino rationi comes esse non potest quod abhorret a ratione, qui ad virtutum rationem evectus est, abhorrentium a ratione positionem haudquaquam agnoscet; qui scilicet solam, uti ipsa se habet, non ut existimatur, cognoscat virtutem : hincque est, ut neque dexteram per excessum, neque sinistram per defectum, sciat. Utraque enim parte palam intelligitur, quod abhorreat a ratione.

99. Infidelitatem vocat seu incredulitatem, quod quis abneget mandata; fidem vero, quod illis assensum præbeat. Tenebras, boni honestique ignorantiam; lucem, ejus agnitionem. Christum, boni honestique appellavit essentiam ac substantiam. Diabolum denique, qui malorum omnium parens exsistat, pessimum habitum.

100. Cum ratio rerum finis modusque exsistat, perinde est ad rationis absentiam, atque adeo ut a ratione abhorreat, præter finem modumque, aut rursus supra illa, moveri. Utrumvis enim, hos, qui sic moveantur, ab eo quod est proprie exerrare facit : alterum quidem, incertum nullisque terminis definitum cursum peragere suadens; **610** sic nimirum, ut præ mentis immoderantia, tanquam finem illis præconceptum, Deum destinatum non habeant; dum eo quod dextrum est, aliud quid magis dextrum ac beatius, somniant : alterum vero in animum inducens, ut præter destinatum, in solum sensum cursum intendant; dum præ mentis pusillitate, quem sensu circumscribunt, præconceptum finem existimant. Hæc rei ipso sensu non experitur, qui soli virtutis rationi devinctus, omnem mentis suæ facultatis motum ea definivit; ex quo illi est, ut nihil supra aut præter rationem, illaque invita animo cogitare possit.

QUINTO CENTENA CAPITA.

1. Naturalis ratio, per medias virtutes, cum qui

* Cf. ad Thal. q. 64.

πάθεσιν ἀκολασίαν. Ὁ γὰρ τῆς ἀρετῆς λόγος, τῆς σαρκὸς ὡς ἀριστερᾶς οὐκ οἶδεν ἁμαρτίαν· ὁ δὲ τῆς γνώσεως, τὴν ψυχῆς ὡς δεξιᾶς οὐ γινώσκει κακίαν.

ιζ'. Ἡ κατὰ λόγον γνῶσις τῶν ἀρετῶν, ἤγουν ἡ κατ' ἐνέργειαν ἀληθὴς τῆς τῶν ἀρετῶν αἰτίας ἐπίγνωσις, ἄγνοιαν παντελῆ πέφυκε ποιεῖν, τῆς δεξιᾶς καὶ ἀριστερᾶς ἑκατέρωθεν παρακειμένης τῇ μεσότητι τῶν ἀρετῶν ὑπερβολῆς καὶ ἐλλείψεως. Εἰ γὰρ οὐδὲν ἐν τῷ λόγῳ παντελῶς πέφυκεν εἶναι παράλογον, σαφῶς ὁ πρὸς τὸν λόγον τῶν ἀρετῶν ἀναβάς, τὴν τῶν παραλόγων οὐδαμῶς ἐπιγνώσεται θέσιν. Ὁ γὰρ δυνατὸν ἅμφω κατὰ ταὐτὸν ἅμα καταθρῆσαι τὰ ἀντικείμενα, καὶ θατέρῳ ἅμα τὸ ἕτερον γνῶναι συνεμφαινόμενον.

ιη'. Εἰ ἀπιστίας ἐν τῇ πίστει λόγος οὐδείς, οὐδὲ σκότους αἰτία κατὰ φύσιν ὑπάρχει τὸ φῶς, οὐδὲ Χριστῷ συνενδείκνυσθαι πέφυκεν ὁ διάβολος, δῆλον ὡς οὐδὲ τῷ λόγῳ τοπαράπαν συνυπάρχει τὸ παράλογον. Εἰ δὲ τῷ λόγῳ συνεῖναι παντελῶς οὐ δύναται τὸ παράλογον, ὁ πρὸς τὸν λόγον τῶν ἀρετῶν ἀναχθείς, τὴν τῶν παραλόγων οὐδαμῶς ἐπιγνώσεται θέσιν, μόνην ὡς ἔστιν, ἀλλ' οὐχ ὡς νομίζεται γινώσκων τὴν ἀρετήν· καὶ διὰ τοῦτο μήτε δεξιὰν διὰ τῆς ὑπερβολῆς, μήτε ἀριστερὰν διὰ τῆς ἐλλείψεως ἐπιστάμενος. Ἐπ' ἀμφοῖν γὰρ θεωρεῖται σαφῶς τὸ παράλογον.

ιθ'. Ἀπιστίαν λέγει, τὴν ἄρνησιν τῶν ἐντολῶν· πίστιν δὲ, τὴν αὐτῶν συγκατάθεσιν· τὸ δὲ σκότος, τοῦ καλοῦ τὴν ἄγνοιαν· τὸ δὲ φῶς, τὴν τούτου διάγνωσιν. Χριστὸν δὲ κέκληκε, τὴν οὐσίαν τοῦ καλοῦ καὶ τὴν ὑπόστασιν· τὸν διάβολον δὲ, τὴν πάντων γεννητικὴν τῶν κακῶν χειρίστην ἕξιν.

κ'. Εἰ ὅρος ὑπάρχει καὶ μέτρον τῶν ὄντων ὁ λόγος, ἴσον πρὸς ἀλογίαν ἐστὶ, καὶ διὰ τοῦτο παράλογον, τὸ παρὰ τὸν ὅρον καὶ παρὰ τὸ μέτρον, ἢ τέλειν ὑπὲρ τὸν ὅρον κινεῖσθαι καὶ ὑπὲρ τὸ μέτρον. Ἔστι γὰρ ἅμφω τοῖς οὕτω κινουμένοις τοῦ κυρίως ὄντος φέρει τὴν ἔκπτωσιν· τὸ μὲν, ἄδηλον αἰτοῦ ποιεῖσθαι τοῦ δρόμου πεῖθον τὴν κίνησιν καὶ ἄστοχον, οὐκ ἔχουσαν σκοπὸν τὸν Θεὸν δι' ἀμετρίαν νοὸς, ὡς τέλος αὐτοῖς προεπινοούμενον· τοῦ δεξιοῦ δεξιώτερον ἀναπλαττομένοις· τὸ δὲ, παρὰ τὸν σκοπὸν, πρὸς μόνην τὴν αἴσθησιν αὐτοὺς πεῖθον, τοῦ δρόμου ποιεῖσθαι τὴν κίνησιν, δι' ἀτονίας νοὸς, προεπινοούμενον τέλος νομίζοντας, τὸ κατ' αἴσθησιν αὐτοῖς περιγραφόμενον· ἅπερ ἀγνοεῖ μὴ πάσχων, ὁ μόνῳ τῷ λόγῳ τῆς ἀρετῆς συνημμένος, καὶ πᾶσαν αὐτῷ τῆς κατὰ νοῦν οἰκείας δυνάμεως περιγράφας τὴν κίνησιν, καὶ διατοῦτο μηδὲν ὑπὲρ τὸν λόγον ἢ παρὰ τὸν λόγον διανοεῖσθαι δυνάμενος.

ΕΚΑΤΟΝΤΑΣ ΠΕΜΠΤΗ.

α'. * Ὁ κατὰ φύσιν λόγος, διὰ μέσων τῶν ἀρε-

Digitized by Google

τῶν, πρὸς τὸν νοῦν ἀνάγειν πέφυκε τὸν ἐπιμελούμενον πράξεως· ὁ δὲ νοῦς πρὸς τὴν σοφίαν εἰσάγει διὰ θεωρίας τὸν ἐφιέμενον γνώσεως. Τὸ δὲ παράλογον πάθος, πρὸς τὴν αἴσθησιν πείθει καταφέρεσθαι τὸν ἀμελοῦντα τῶν ἐντολῶν, ἧς τέλος ἐστὶ, τὸ πρὸς τὴν ἡδονὴν καθηλωθῆναι τὸν νοῦν.

A actioni diligentiam habet, ad intelligentiam mentemque proclive provehit : mens vero contemplationis cultu scientiæ desiderio affectum, ad sapientiam inducit. Quæ autem a ratione passio abhorret, ut in sensum præceps ruat illi auctor est, qui mandata negligit; cujus finis est, ut mens libidini hæreat eique confixa sit.

β'. Ἀρετὴν καλεῖ, τὴν ἀπαθεστάτην καὶ παγίαν περὶ τὸ καλὸν ἕξιν, ἧς ἐφ' ἑκάτερα καθέστηκεν οὐδὲν, Θεοῦ φερούσης χαρακτῆρα, ᾧ οὐδέν ἐστιν ἐναντίον. Αἰτία δὲ τῶν ἀρετῶν ἐστιν ὁ Θεός· τούτου δὲ κατ' ἐνέργειαν γνῶσις, ἡ τοῦ κατ' ἀλήθειαν ἐπεγνωκότος τὸν Θεὸν πρὸς τὸ πνεῦμα κατὰ τὴν ἕξιν ἀλλοίωσις.

2. Virtutem vocat, pacatissimum firmumque honesti rectique habitum, nihil utrinque habentem, qui Dei characterem ferat, cui nihil exsistat contrarium. Virtutum autem causa Deus est, seu auctor : Dei vero in actu cognitio, ipsa ejus qui vere Deum agnovit in spiritum habitu immutatio.

γ'. Εἰ ὁ λόγος διώρισεν ὡς πέφυκεν ἑκάστου τὴν γένεσιν, οὐδὲν τῶν ὄντων ἑαυτὸ φυσικῶς ἢ ὑπερβέβηκεν ἢ ὑποβέβηκεν. Οὐκοῦν ὅρος μὲν τῶν ὄντων ἐστὶν, ἡ κατ' ἔφεσιν τῆς αἰτίας ἐπίγνωσις· μέτρον δὲ, ἡ ἐφικτὴ τοῖς οὖσι κατ' ἐνέργειαν τῆς αἰτίας ἐκμίμησις. Τὸ δὲ ὑπὲρ τὸν ὅρον φέρεσθαι καὶ τὸ μέτρον τῶν κινουμένων τὴν ἔφεσιν, ἀνόνητον ποιεῖ τὸν δρόμον, μὴ καταντώντων εἰς Θεὸν, ἐν ᾧ ἡ κατ' ἔφεσιν πάντων ἵσταται κίνησις, αὐθυπόστατον δεχομένη τέλος τοῦ Θεοῦ τὴν ἀπόλαυσιν. Τὸ δὲ παρὰ τὸν ὅρον φέρεσθαι καὶ τὸ μέτρον τῶν κινουμένων τὴν ἔφεσιν, ἀνόνητον ποιεῖ τὸν δρόμον, ἀντὶ Θεοῦ καταντώντων πρὸς τὴν αἴσθησιν, ἐν ᾗ καθ' ἡδονὴν βέβηκεν ἡ τῶν παθῶν ἀνυπόστατος ἀπόλαυσις.

3. Cum ratio, cujusque rei, pro eo ac illi comparatum est, substantiam naturamque discreverit; nulla res est quæ seipsam natura excedat, aut seipsa inferior sit. Itaque rerum finis atque terminus, Auctoris desiderio agnitio exsistit : modus vero, ejus ipsius imitatio est, quam res in actu assequi possint. Quod porro supra finem modumque, eorum quæ moventur appetitus feratur, inutilem reddit cursum, quod ad Deum non perveniant, in quo omnium appetitionis motus, ipsum vere exsistentem finem (beatam scilicet Dei possessionem) nactus, conquiescit. Sin autem præter finem modumque eorum appetitus feratur, quæ motu incitantur, inutilem præstat cursum, dum loco Dei in sensum incidunt, in quo inanis frustraneaque affectuum libidinumque fruitio voluptarie conflatur.

δ'. Ὁ πρὸς τὴν αἰτίαν τῶν ὄντων ἀσχέτως ἀνατιθεὶς νοῦν, ἀγνοήσει παντελῶς, μηδένα θεωρῶν λόγον, ἐν τῷ κατὰ πᾶσαν αἰτίαν ὑπὲρ πάντα λόγον ὄντι κατ' οὐσίαν Θεῷ· πρὸς ὃν ἀπὸ τῶν ὄντων ἁπάντων συσταλεὶς, οὐδένα τῶν ἀφ' ὧν ἀπέστη λόγων, ἐπίσταται, μόνον τὸν πρὸς ὃν γέγονε κατὰ χάριν, ἀνερμηνεύτως θεώμενος. Καὶ γὰρ καὶ τοὺς τῶν ἀσωμάτων καὶ τοὺς τῶν σωμάτων ἀφίησι λόγους, ὁ πρὸς τὸν Θεὸν ἀναδραμὼν κατ' ἔκστασιν νοῦς. Οὐ γὰρ πέφυκέ τι Θεῷ τῶν μετὰ Θεὸν, ἅμα συγκατοπτεύεσθαι.

C **611** 4. Mens in rerum causam Auctoremque libere intenta, omnino ignorabit, nullam in Deo contuens rationem, qui essentialiter secundum omnem causam, omni superior ratione est : in quem a cunctis rebus collecta, nullam earum, a quibus abscessit, rationum novit; solum nimirum ad quem evasit per gratiam, inexplicabili ratione cernens ac considerans. Quæ enim mens excessu in Deum excurrit, incorporeorum (seu spirituum) corporumque missas rationes facit. Nam neque comparatum est, ut eorum aliquid, quæ a Deo secunda sunt, una cum Deo conspiciatur.

ε'. Ἐπάρατον ὄντως πάθος ὁ τύφος, καὶ ἐκ δύο κακῶν κατὰ σύνθεσιν συνιστάμενον, ὑπερηφανίας φημὶ καὶ κενοδοξίας· ὧν ἡ μὲν ὑπερηφανία, τὴν αἰτίαν ἀρνεῖται τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς φύσεως· ἡ δὲ κενοδοξία, τήν τε φύσιν, καὶ αὐτὴν νόθον τὴν ἀρετὴν καθίστησιν. Οὐδὲν γὰρ τῷ ὑπερηφάνῳ κατὰ Θεὸν διαπράττεται, καὶ οὐδὲν τῷ κενοδόξῳ κατὰ φύσιν προέρχεται.

D 5. Exsecrandum revera vitium affectusque, elati animi tumor ac fastus insolentiaque, exque duplici coalescens vitio, superbia nimirum inanique gloria; quarum altera (nempe superbia) virtutis atque naturæ Auctorem neget; altera (inanis scilicet gloria) tum naturam, tum virtutem ipsam adulteret. Nihil enim ei, qui superbus sit, divina pietate religioseque agitur; nihilque laboranti inani gloria, ex naturæ rationibus progreditur.

ς'. Ὑπερηφανίας ἴδιον, τὸ ἀρνεῖσθαι τὸν Θεὸν ἀρετῆς εἶναι γενέτην καὶ φύσεως· κενοδοξίας δὲ, τὸ μερίζειν τὴν φύσιν πρὸς ὕφεσιν· ὧν ὁ τῦφος εἶναι γέννημα πέφυκεν, ἕξις κακίας ὑπάρχων σύνθετος, Θεοῦ ἄρνησιν ἑκούσιον ἔχουσα, καὶ τῆς κατὰ φύσιν ἰσοτιμίας ἄγνοιαν.

6. Proprium superbiæ est, ut Deum virtutis ac naturæ creatorem neget : inanis autem gloriæ, ut naturam, ejus minuendæ ac deprimendæ causa, partibus scindat; quarum animi tumor fastusque et insolentia (τῦφος, sic dictum vitium) proles esse solet; compositus scilicet malitiæ habitus, hoc habens, ut Deum sponte abneget, ac quæ a natura sunt, pares honoris partes ignoret.

Digitized by Google

7. Elati animi tumor fastusque et insolentia (id est, τῦφος) superbiæ inanisque gloriæ commistio est, erga Deum contemptum habens, quo Dei providentiam, ipsi detrahendo, propense calumniatur; erga naturam vero, alieni animi affectum, quo, quidquid naturæ est innaturaliter aggrediens tentansque, naturæ decorem abusione corrumpit.

A ζ'. Ὑπερηφανίας καὶ κενοδοξίας μίξις, ὁ τῦφος καθέστηκε· πρὸς μὲν τὸν Θεὸν ἔχων τὴν καταφρόνησιν, καθ' ἣν πέφυκε βλασφήμως ἐκβάλλειν τὴν πρόνοιαν· πρὸς δὲ τὴν φύσιν κεκτημένος τὴν ἀλλοτρίωσιν, καθ' ἣν πάντα τὰ τῆς φύσεως παρὰ τὴν φύσιν μεταχειρίζεται, τῷ κατὰ παράχρησιν τρόπῳ τὴν τῆς φύσεως παραφθείρων εὐπρέπειαν.

8. Spiritus ardoris [63], nedum tentationes significat, sed et Dei derelictionem, quæ Judæis divinorum donorum ablata subministratio est. Quæ autem per spiritum animi necessitudo est et affinitas, animi ad carnem affectionem solvit, Deoque, desiderio affixum, devincit.

η'. Τὸ πνεῦμα τοῦ καύσωνος *, οὐ μόνον τοὺς πειρασμοὺς, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐγκατάλειψιν τοῦ Θεοῦ, τὴν ἀφαιρουμένην τῶν Ἰουδαίων τὴν τῶν θείων χαρισμάτων χορηγίαν, δηλοῖ. Ἡ δὲ διὰ πνεύματος κατὰ ψυχὴν ἀγχιστεία, σαρκὸς μὲν λύει τὴν σχέσιν τῆς προαιρέσεως, Θεῷ δὲ προσδεσμεῖ κατὰ πόθον προσηλωθεῖσαν.

9. Lex naturalis, cum vigentem præ ratione illique prævalentem sensum non habuerit, ultro omnes nulloque magistro ad cognatos generisque necessitudine **612** conjunctos amplectendos inducit; ipsa nimirum natura docente, præstandam opem, his, qui indigeant; et ut omnes omnibus velint, quod quisque libens habeat sibi ab alio præstandum. Idque ut doceret Dominus, aiebat: *Quæcunque vultis ut faciant vobis homines, et vos similiter facite illis* [64].

B θ'. Ὁ μὲν φυσικὸς νόμος, ὅταν οὐκ ἔχῃ πλεονεκτοῦσαν τὸν λόγον τὴν αἴσθησιν, ἀδιδάκτως ἀσπάζεσθαι πάντας πείθει τὸ συγγενὲς καὶ ὁμόφυλον, αὐτὴν ἔχοντας τὴν φύσιν τῆς τῶν δεομένων ἐπικουρίας διδάσκαλον, κἀκεῖνο βούλεσθαι πᾶσιν [*male edita* πᾶν] ἅπαντας, ὅπερ ἕκαστος ἑαυτῷ παρὰ τῶν ἄλλων γινόμενον, εἶναι δοκεῖ καταθύμιον. Καὶ τοῦτο διδάσκων ὁ Κύριος, φησὶν, *Ὅσα θέλετε ἵνα ποιῶσιν ὑμῖν οἱ ἄνθρωποι, ὁμοίως καὶ ὑμεῖς ποιεῖτε αὐτοῖς.*

10. Naturalis legis opus esse dicit, ut concordem omnium erga omnes animi voluntate affectionem ac necessitudinem præstet. In quibus enim natura ratione regitur, in his comparatum, ut unus animus, eademque mentis affectio sit. Quorum autem C animus mentisque affectio, ac morum ratio una est, vitæ quoque cursus palam unus esse habet. Quorum autem morum ratio et vitæ quoque cursus idem est, unum utique idemque aliorum cum aliis animi sententia necessitudinis vinculum exsistit, una animi voluntate ac sententia, in unam omnes naturæ rationem cogens; in qua nullo prorsus modo est, quæ nunc cæci carnalisque amoris labe viget, naturæ divisio. Lex autem scripta, pœnarum metu incompositos insipientiorum appetitionum motus inhibens, ad solam æqui distributionem animum attendere, eique assuescere docet: qua nimirum justitiæ vis tempore firmata, in naturam transit; ita nimirum ut paulatim sensimque, metum, animi honesta volentis D sententia roboratam affectionem, efficiat; habitumque, in consuetudinem priorum oblivione emendatum, ac quæ una secum mutuam pariat dilectionem, vertat.

Γ'. Ἔργον εἶναι τοῦ φυσικοῦ νόμου φησὶ, τὴν γνωμικὴν πάντων πρὸς πάντας ὁμόθυμον σχέσιν. Ἐξ' ὧν γὰρ ἡ φύσις λόγῳ βραβεύεται, τούτων μία πέφυκεν εἶναι διάθεσις. Ὧν δὲ διάθεσις ἡ αὐτὴ, καὶ ὁ κατ' ἦθος τρόπος, καὶ ὁ τοῦ βίου δρόμος εἷς ὑπάρχειν προδήλως πέφυκεν. Ὧν δὲ τρόπος ἠθῶν καὶ βίου δρόμος ἐστὶν ὁ αὐτὸς, εἷς δηλονότι καὶ ὁ αὐτὸς κατὰ τὴν γνώμην τῆς πρὸς ἀλλήλους σχέσεως ὑπάρχει δεσμὸς, κατὰ μίαν γνώμην ἄγων τοὺς πάντας πρὸς τὸν ἕνα λόγον τῆς φύσεως· ἐν ᾧ παντελῶς οὐκ ἔστιν ἡ νῦν κρατοῦσα τῆς φύσεως διὰ τῆς φιλαυτίας διαίρεσις. Ὁ δὲ γραπτὸς νόμος, φόβῳ τῶν ἐπιτιμίων ἐπέχων τὰς ἀτάκτους τῶν ἀφρονεστέρων ὁρμὰς, ἐθίζει διδάσκων, πρὸς μόνην αὐτοὺς ὁρᾷν τὴν τοῦ ἴσου διανομὴν, καθ' ἣν τῆς δικαιοσύνης τὸ κράτος χρόνῳ βεβαιωθὲν, εἰς φύσιν μεθίσταται, ποιῶν, τὸν μὲν φόβον, διάθεσιν, ἡρέμα κατὰ μικρὸν τῇ περὶ τὸ καλὸν γνώμῃ συγκρατυνομένην· ἕξιν δὲ, τὴν συνήθειαν, τῇ λήθῃ τῶν προτέρων καθαιρομένην, καὶ τὸ φιλάλληλον ἑαυτῇ συναποτίκτουσαν.

11. Lex scripta, inquit, metu injuriam cohibens, colendi juris ac æquitatis consuetudinem inducit: aucta autem tempore consuetudo, justi amantem animi affectionem facit, qua firmus honesti habitus accedit, prioris nequitiæ oblivionem inducens.

ια'. Ὁ γραπτὸς νόμος, φησὶ, κωλύων φόβῳ τὴν ἀδικίαν, ἐθίζει πρὸς τὸ δίκαιον· χρόνῳ δὲ τὸ ἔθος ποιεῖ διάθεσιν φιλοδίκαιον, ὑφ' ἧς παγία πρὸς τὸ καλὸν ἕξις ἐπιγίνεται, λήθην προλαβούσης πονηρίας ἐπάγουσα.

12. Lex autem gratiæ, ipsum immediate Deum imitari docet, eos, qui adducuntur; qui tantum nos præ se ipse (si modo fas est dicere) idque cum ob peccatum inimici essemus, dilexerit, ut et no-

ιβ'. Ὁ δὲ τῆς χάριτος νόμος, αὐτὸν ἀμέσως διδάσκει τοὺς ἀγομένους μιμεῖσθαι τὸν Θεὸν, ὃς τοσοῦτον ὑπὲρ ἑαυτὸν ἡμᾶς, εἰ θέμις εἰπεῖν, καὶ ταῦτα διὰ τὴν ἁμαρτίαν ὄντας ἐχθροὺς, ἠγάπησεν, ὥστε καὶ

[63] Isa. IV, 4. [64] Matth. VII, 12.

* Apud LXX καύσεως· sed nostrum forte melius.

Digitized by Google

εἰς τὴν καθ' ἡμᾶς οὐσίαν ἐλθεῖν ἀτρέπτως, ὑπὲρ πᾶσαν οὐσίαν ὄντα· καὶ φύσιν ὑπερουσίως καταδέξασθαι καὶ ἄνθρωπον γενέσθαι, καὶ τῶν ἀνθρώπων ἕνα χρηματίσαι βούλεσθαι, καὶ τὴν ἡμετέραν κατάκρισιν οἰκείαν ποιῆσαι μὴ παραιτήσασθαι· καὶ τοσοῦτον ἡμᾶς θεῶσαι κατὰ χάριν, ὅσον κατ' οἰκονομίαν αὐτὸς γέγονεν ἄνθρωπος· ἵνα μὴ μόνον μάθωμεν ἀλλήλων ἀντέχεσθαι φυσικῶς, καὶ ὡς ἑαυτοὺς ἀλλήλους ἀγαπᾷν πνευματικῶς, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ ἑαυτοὺς ἀλλήλων κήδεσθαι θεϊκῶς, καὶ ταύτην τῆς εἰς ἀλλήλους ἀγάπης ἀπόδειξιν ποιεῖσθαι, τὸ κατ' ἀρετὴν ὑπὲρ ἀλλήλων τὸν ἑκούσιον προθύμως αἱρεῖσθαι θάνατον. *Οὐκ ἔστι γὰρ ἄλλη μείζων ταύτης ἀγάπη*, φησὶν, *ἵνα τις θῇ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ὑπὲρ τοῦ φίλου αὐτοῦ.*

A stram essentiam naturamque citra omnem mutationem adire, qui natura omni essentiaque superior est, superessentialiter annuerit, atque homo fieri unusque hominum audire voluerit, nec nostrum reatum suum facere recusaverit; tantumque nos per gratiam deificare dignatus sit, quantum ipse secundum **613** dispensationem homo factus est: ut non solum alii alios naturaliter complecti, ac velut nos ipsos invicem spiritaliter diligere noverimus; verum etiam supra nos ipsos alii aliis ex divinis rationibus curam impendere, hancque mutuæ dilectionis exhibitionem præstare, ut ex virtute pro invicem spontaneam alacri animo mortem ambiamus oppetere. *Nulla* enim, inquit, *hac major dilectio est, ut quis ponat animam suam pro amico suo* [43].

ιγ'. Ὁ μὲν τῆς φύσεως νόμος ἐστὶν, ἵνα συνελὼν εἴπω, λόγος φυσικὸς, τὴν αἴσθησιν λαβὼν ὑποχείριον, πρὸς ἀφαίρεσιν τῆς ἀλογίας· καθ' ἣν τῶν φυσικῶς συνημμένων ἐστὶν ἡ διαίρεσις. Ὁ δὲ γραπτὸς νόμος ἐστὶ, λόγος φυσικὸς μετὰ τὴν κατ' αἴσθησιν τῆς ἀλογίας ἀφαίρεσιν, προσλαβὼν καὶ πόθον πνευματικὸν τῆς πρὸς τὸ συγγενὲς ἀλληλουχίας συνεκτικόν. Ὁ δὲ τῆς χάριτος νόμος, ὑπὲρ φύσιν καθέστηκε λόγος, πρὸς θέωσιν ἀτρέπτως τὴν φύσιν μεταλλάττων, καὶ ὡς ἐν εἰκόνι δεικνὺς ἀκαταλήπτως τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων, τὸ ὑπὲρ οὐσίαν καὶ φύσιν ἀρχέτυπον, καὶ τὴν τοῦ ἀεὶ εὖ εἶναι διαμονὴν παρεχόμενος.

B 13. Lex naturæ, ut summa dicam, naturalis ratio est, sensum subditum nacta ac deditilium, ad abhorrentem a ratione affectum amovendum, quo ii, qui natura conjuncti sunt, dividuntur. Lex autem scripta, naturalis ratio est, post abhorrentem a ratione ablatam sensus affectionem, spiritale etiam desiderium amoremque assumens, quo mutua eorum, qui genere conjuncti sunt, cohæsio consistat ac conservetur. Lex denique gratiæ, ratio est natura superior, naturam ad deificationem immutabiliter transmutans, ac velut in imagine et simulacro in natura humana incomprehense, quod supra essentiam ac naturam est, exemplar ostendens, sempiternæque beatitatis perennitatem præbens.

ιδ'. Τὸ μὲν ἔχειν ὡς ἑαυτὸν τὸν πλησίον, μόνης ἐστὶ φροντίσαι τῆς πρὸς τὸ εἶναι ζωῆς· ὅπερ φυσικοῦ νόμου καθέστηκε· τὸ δὲ τὸν πλησίον ἀγαπᾷν ὡς ἑαυτὸν, καὶ τῆς πρὸς τὸ εὖ εἶναι κατ' ἀρετὴν ἐστι προνοεῖσθαι τοῦ πέλας· ὅπερ ὁ γραπτὸς ἐπιτρέπει νόμος· τὸ δὲ ὑπὲρ ἑαυτὸν ἀγαπῆσαι τὸν πλησίον, τοῦ νόμου τῆς χάριτός ἐστιν ἰδιαίτατον.

C 14. Ut quidem proximum habeas sicut teipsum, eo solum spectat, ut ejus vitam ac quod exsistit, cures; quod est legis naturalis: ut autem diligas sicut teipsum, eo attinet, ut et bene ex virtute se habere proximum provideas; quod lex scripta jubet: ut vero proximum diligas supra teipsum, legis gratiæ munus propriissimum est.

ιε'. Ὁ κωλυόμενος τῶν πρὸς ἡδονὴν σώματος ἀφορμῶν, μανθάνει Προνοίας λόγους, ἐπεχούσης τὴν ἐξαπτικὴν ὕλην τῶν παθῶν· ὁ δὲ τὰς πρὸς ὀδύνην σώματος δεχόμενος μάστιγας, διδάσκεται κρίσεως λόγους, προλαβόντων μολυσμῶν ἀκουσίοις πόνοις αὐτὸν ἐκκαθαιρούσης.

15. Qui a causis voluptatem ac libidinem procurantibus cohibetur, Providentiæ docetur rationes, materiam inhibentis quæ affectus atque vitia propense succendit: qui autem consciscendo corporis dolore flagella suscipit, judicii rationes, a superioris ætatis sordibus violentis laboribus emundantis condiscit.

D ις'. Εἰ τὸν προφήτην διὰ τὴν σκηνὴν καὶ τὴν κολόκυνθαν λυπούμενον, λέγω δὲ τὴν σάρκα καὶ τὴν τῆς σαρκὸς ἡδονὴν, τῆς δὲ Νινευὶ τὸν Θεὸν ἀντεχόμενον ἀντεισήγαγεν ὁ τῆς Γραφῆς λόγος, δῆλον ὡς τῶν τοῖς ἀνθρώποις τιμίων καὶ ἐπεράστων, τόδε τῷ Θεῷ φανὲν προσφιλὲς, πάντων τῶν ὄντων πολλῷ κρεῖττόν ἐστι καὶ τιμιώτερον, ἤπουγε [*unus Reg.* ὅπου γε] τῶν οὐκ ὄντων, καὶ μόνῃ προλήψει κατ' ἐσφαλμένην κρίσιν εἶναι δοκούντων, ὧν οὐδὲις τοπαράπαν ἐστὶ κατὰ τὴν ὕπαρξιν λόγος· μόνη δὲ φαντασία τὸν νοῦν φενακίζουσα, καὶ σχῆμα τοῖς οὐκ οὖσι διάκενον, ἀλλ' οὐχ ὑπόστασιν τῷ πάθει παρεχομένη.

16. Cum Scriptura prophetam tentorii causa ac cucurbitæ (carnis scilicet ac carnalis voluptatis) dolentem, Deumque ex adverso Ninive studentem induxerit; liquet plane, iis quæ hominibus in pretio sunt ac amori habentur, istud sic Deo visum charum; cunctis scilicet rebus præstantius esse ac nobilius; nedum is, quæ ne quidem sunt, solaque præsumptione errante judicio esse videntur, **614** quorum nulla prorsus substantiæ ratio, sed sola animo illudens cogitatio, inanemque figuram ac speciem non entibus præbens, non affectui ac passioni vere exsistendi substantiam tribuens.

[43] Joan. xv, 13.

Digitized by Google

17. Exquisita certaque eloquiorum Spiritus scientia, .is duntaxat manifestari habet, qui digni Spiritu sunt; qui scilicet diligenti colendis virtutibus opera vitiorum fuligine expurgato animo, instar nitidi ac pellucidi speculi, primo statim mentis appulsu ac consideratione, velut faciem illis impressam ac illabentem, divinorum cognitionem scientiamque suscipiunt. Quibus autem vitiorum inquinamentis vita compuncta est et contaminata, iis ne vix quidem ex verosimilibus quibusdam indiciis divinorum scientiam conjectura assequi concessum est, nedum ut exquisite intelligere præsumant ac verbis enarrare.

A ιζ'. Ἡ μὲν ἀκριβὴς γνῶσις τῶν λογίων τοῦ Πνεύματος, μόνοις ἀποκαλύπτεσθαι πέφυκε τοῖς ἀξίοις τοῦ Πνεύματος· οἳ διὰ πολλὴν τῶν ἀρετῶν ἐπιμέλειαν, τῆς τῶν παθῶν αἰθάλης τὸν νοῦν ἐκκαθάραντες, ἐσόπτρου δίκην καθαροῦ καὶ διαυγοῦς, ἅμα τῇ προσβολῇ, καθάπερ πρόσωπον ἐντυπουμένην αὐτοῖς καὶ ἐμπίπτουσαν τὴν τῶν θείων δέχονται γνῶσιν. Οἷς δὲ ταῖς τῶν παθῶν κηλῖσιν ὁ βίος κατέστικται, μόλις κἂν ἐξ εἰκότων τινῶν στοχασμῶν τεκμηριῶσαι τὴν τῶν θείων γνῶσίν ἐστι δυνατὸν, μὴ ὅτι γε νοῆσαί τε καὶ φράσαι ταύτην δι' ἀκριβείας ἀπαυθαδίζεσθαι.

18. Qui mentis formam, quæ in Spiritu divino ex virtutibus scientia est, nactus est, is divina pati dicitur, quod non natura, substantiæ ipsa ratione, B sed per gratiam ex participatione illam adeptus est. Qui autem scientiam quæ ex gratia est minime nactus est, quantumvis spiritale aliquid solertisque ingenii dicat, ejus tamen quod loquitur per experientiam vim ignorat. Nuda enim disciplina, habitu constantem scientiam non tribuit.

ιη'. Ὁ τοῦ νοῦ μορφὴν τὴν ἐξ ἀρετῶν ἐν Πνεύματι θείῳ δεξάμενος γνῶσιν, τὰ θεῖα λέγεται παθεῖν, ὅτι μὴ φύσει κατὰ τὴν ὕπαρξιν, ἀλλὰ χάριτι κατὰ τὴν μέθεξιν, ταύτην προσέλαβεν. Ὁ δὲ τὴν ἐκ χάριτος μὴ δεξάμενος γνῶσιν, κἂν λέγῃ τι γνωστικὸν, οὐκ οἶδε κατὰ πεῖραν τοῦ λεγομένου τὴν δύναμιν. Ψιλὴ γὰρ μάθησις, τὴν καθ' ἕξιν γνῶσιν οὐ δίδωσι.

19. Mens summam quamdam ex virtutibus nacta puritatis vim, virtutum merito rationibus condiscendis comparata est; divine ex illis insignitam scientiam, suam ipsa sibi faciem præstans. A se enim mens omnis figuræ formæque expers, adventitiam asciscit formam, vel ex virtutibus in spiritu consistentem scientiam, vel quæ ex perturbationibus atque vitiis supervenit, ignorantiam.

ιθ'. Νοῦς εἰς ἄκρον διὰ τῶν ἀρετῶν καθαιρόμενος, τοὺς τῶν ἀρετῶν πέφυκεν εἰκότως ἐκδιδάσκεσθαι λόγους, τὴν ἐξ αὐτῶν θειωδῶς χαρακτηρισθεῖσαν γνῶσιν οἰκεῖον ποιούμενος πρόσωπον. Καθ' ἑαυτὸν γὰρ ἀνείδεός τε καὶ ἀχαρακτήριστος πᾶς καθέστηκε νοῦς, μορφὴν ἔχων ἐπίκτητον, ἢ τὴν ἐκ τῶν ἀρετῶν ὑποστᾶσαν ἐν πνεύματι γνῶσιν, ἢ τὴν ἐκ τῶν παθῶν ἐπισυμβαίνουσαν ἄγνοιαν.

20. Quisquis a divina excidit dilectione, carnalem legem voluptatis illecebra ac libidine sui dominantem habet, qua nihil eorum quæ a Deo præcepta sunt servare valeat aut velit. Qui enim illi vitæ ac regno, quod ex virtute agitur atque regitur, voluptate ebriam libidinosamque vitam prætulerit, scientiæ loco ignorantiam ascivit.

C κ'. Πᾶς ὁ τῆς θείας ἐκπεπτωκὼς ἀγάπης, τὸν ἐν τῇ σαρκὶ νόμον ἔχει διὰ τῆς ἡδονῆς βασιλεύοντα, τὸν μηδεμίαν θείαν ἐντολὴν φυλάξαι δυνάμενον, ἢ βουλόμενον. Τῆς γὰρ ἐν πνεύματι Θεοῦ κατ' ἀρετὴν διεξαγομένης ζωῆς τε καὶ βασιλείας, προτιμήσας τὴν φιλήδονον ζωὴν, τὴν ἄγνοιαν ἀντὶ τῆς γνώσεως ἑαυτῷ ἐπεσπάσατο.

21 Qui ad interiorem in spiritu legis litteræ divinum decorem mente non transit, libidinosam animi affectionem (mundanum scilicet affectum ac sæculi amantem), ex legis disciplina in nuda **615** sermonis prolatione posita gignere consuevit.

κα'. Ὁ μὴ διαβαίνων κατὰ νοῦν πρὸς τὴν ἔνδον ἐν πνεύματι τοῦ νομικοῦ γράμματος θείαν εὐπρέπειαν, τὴν τῆς γνώμης φιλήδονον σχέσιν, ἤγουν τὴν κοσμικὴν προσπάθειαν καὶ φιλοκοσμίαν γεννᾷν πέφυκεν, ἐκ τῆς κατὰ μόνην τὴν ἐν λόγῳ τοῦ νόμου μαθήσεως προφοράν.

22. *Oris confusio* est, cogitationum animi mundana ac corporum amore libidinosa meditatio. In D quo enim ex elucente in legis littera corporali informatione, voluntatis mentisque libidine mundus progignitur (mundi scilicet ac sæculi amans animi affectio), in hoc etiam voluptaria inest animo cogitationum meditatio. Cui enim rei affectu addicimur, eam quoque animo meditamur.

κβ'. *Αἰσχύνη στόματός* (z) ἐστιν, ἡ κατὰ νοῦν φιλόκοσμος μελέτη τῶν λογισμῶν καὶ φιλοσώματος. Ἐν ᾧ γὰρ ὁ κόσμος ἐκ τῆς ἐμφαινομένης τῷ γράμματι τοῦ νόμου σωματικῆς διαπλάσεως, κατὰ τὴν γνωμικὴν σχέσιν γεννᾶσθαι πέφυκεν· ἤγουν, ἡ τὸν κόσμον φιλοῦσα διάθεσις, καὶ ἡ κατὰ νοῦν φιλήδονος μελέτη τῶν λογισμῶν. Πρὸς ὃ γὰρ σχετικῶς διακείμεθα, πρὸς ἐκεῖνο καὶ κατὰ νοῦν μελέτην κεκτήμεθα.

[Cf. ad Thal. q. 65.]

(z) *Αἰσχύνη στόματος*. Expositio est nominis Μεμφιβοσθὲ alterius filiorum Saulis ex Rhespha pellice; ut et ἀνάθημα (seu potius ἀνάθεμα, ut quæst. illa 65 scribitur) alterius, nempe Ἐρουβάλ· quos ambos Maximus illaudatæ sobolis typo accipit, quippe ex illegitimo susceptos connubio: nec raro ἀναγωγίαν sensumque spiritalem in ejusmodi nominum Hebraicorum etymologia fundat; quam et methodum exponendi Scripturas in his ipsis Capitibus commendat. Nihil ad rem, quod Picus, illud Αἰσχύνη στόματος, *dictu pudendo*, *dictu infami* reddit, ac si esset sequentis vocis, μελέτη, vel κίνησις epithetum: τὸ ἀνάθημα non habuit, mutilo ipsi textu: ac nec forte nobis omnino integer repræsentatur. Plura in illa *Quæst.* in textu ipso et in Scholiis.

Digitized by Google

κγ'. Ἡ πάλιν *αἰσχύνη στόματός* ἐστιν, ἡ τοῖς A πάθεσιν εἶδος ἐπάγουσα, καὶ τὸ καθ' ἡδονὴν πρὸς αἴσθησιν διαπλάττουσα κάλλος, τοῦ νοῦ κίνησις. Χωρὶς γὰρ τῆς κατὰ νοῦν ἐπινοητικῆς δυνάμεως, πρὸς διάπλασιν μορφῆς, οὐδαμῶς πάθος ἄγεται. Ἡ *ἀνάθημά* ἐστι, καὶ ἡ πρόσυλος καὶ ἀκαλλὴς τῶν παθῶν καὶ ἀδιατύπωτος κίνησις· *αἰσχύνη* δὲ *στόματος*, ἡ τὸ πάθος εἰδοποιοῦσα πρὸς αἴσθησιν τοῦ νοῦ κίνησις, καὶ ταῖς ἐπινοίαις ὕλην ἁρμόδιον τῷ πάθει πορίζουσα.

κδ'. Ὁ διὰ τρυφὴν σωματικὴν καὶ ἀνάπαυσιν τὰς θυσίας καὶ τὰς ἑορτάς, τά τε Σάββατα καὶ τὰς νεομηνίας κατὰ τὸν νόμον τὸν Θεὸν διατεταχέναι πιστεύων, πάντη τε καὶ πάντως, ὑπὸ τὴν ἐνοχὴν γενήσεται τῆς τῶν παθῶν ἐνεργείας, καὶ τὴν αἰσχύνην B τῆς τῶν ἐπ' αὐταῖς αἰσχρῶν λογισμῶν ῥυπαρίας· ὑπό τε τὸν φθειρόμενον ἔσται κόσμον, καὶ τὴν ἐν λογισμοῖς φιλοσώματον μελέτην· ὑπό τε τὴν ὕλην τῶν παθῶν καὶ τὸ εἶδος, μηδὲν ἄλλο πλὴν τῶν φθειρομένων τίμιον ἔχειν δυνάμενος.

κε'. Ὁ πεισθεὶς θεῖαν εἶναι διαταγὴν τὸ σωματικῶς κατὰ νόμον τρυφᾶν, τὴν γαστριμαργίαν ὡς Θεοῦ δῶρον λαμβάνει πρὸς συμβίωσιν μετὰ χαρᾶς, ἐξ ἧς γεννᾷ τοὺς μολύνοντας τῇ παραχρήσει τὴν ἐνέργειαν τῶν αἰσθήσεων τρόπους.

κς'. Ἐπειδὰν τὸ θεωρητικὸν τῆς ψυχῆς τὴν τρυφὴν κατὰ τὸν ἐν γράμματι νόμον ὡς θείαν διὰ τὴν C ἐντολὴν ἀσπάσηται πρὸς συμβίωσιν, τὴν τῶν αἰσθήσεων παρὰ φύσιν μετέρχεται χρῆσιν, μηδεμιᾶς συγχωροῦν κατὰ φύσιν διαφαίνεσθαι τὴν χρῆσιν τῆς ἐνεργείας. Γεννᾷ γὰρ τήν τε τῶν παθῶν ἕξιν καὶ τὴν ἐνέργειαν, καὶ ὡς θείαν εἰσοικίζεται τὴν γαστριμαργίαν, πρὸς γένεσιν τῶν ῥυπαινόντων τῇ παραχρήσει τὰς αἰσθήσεις τρόπων, εἰς ἀναίρεσιν τῶν ἐν τοῖς οὖσι φυσικῶν λόγων τε καὶ σπερμάτων.

κζ'. Οὐδεὶς μόνῃ προσανέχων τῇ σωματικῇ τοῦ νόμου λατρείᾳ, φυσικὸν τοπαράπαν δύναιτ' ἂν παραδέξασθαι λόγον ἢ λογισμὸν, ὅτι μηδὲ πέφυκε ταυτὸν εἶναι τῇ φύσει τὰ σύμβολα. Ὁ γὰρ τοῖς συμβόλοις ἐναπομένων τοῦ νόμου, οὐ δύναται κατὰ λόγον τὴν τῶν ὄντων φύσιν ὁρᾶν, καὶ τοὺς τεθέντας οὐσιωδῶς ὑπὸ τοῦ δημιουργοῦ τοῖς οὖσι λόγους περιποιεῖσθαι, διὰ τὸ τῶν συμβόλων πρὸς τὴν τῶν ὄντων φύσιν διάφορον.

κη'. Ὁ Θεὸν τὴν κοιλίαν ἡγούμενος, καὶ ὡς ἐπὶ δόξῃ τῇ αἰσχύνῃ καλλωπιζόμενος, μόνων οἶδεν ὡς θείων ἀντέχεσθαι διὰ σπουδῆς τῶν παθῶν τῆς ἀτιμίας· καὶ διὰ τοῦτο μόνα περιέπει τὰ χρονικὰ, τουτέστι τὴν ὕλην καὶ τὸ εἶδος, καὶ τὴν κατὰ παράχρησιν πενταπλῆν ἐνέργειαν τῶν αἰσθήσεων. Τῇ γὰρ ὕλῃ καὶ τῷ εἴδει συμπλαχεῖσα κατὰ μίξιν ἡ αἴσθησις, ἀποτελεῖν μὲν πάθος, ἀπεκτενεῖν δὲ καὶ ἀναιρεῖν τοὺς κατὰ φύσιν πέφυκε λόγους. Πάθος γὰρ καὶ φύσις κατὰ τὸν τοῦ εἶναι λόγον, οὐδαμῶς ἀλλήλοις συνυπάρχουσιν. Οὐ γὰρ πέφυκε πάθει συν-

23. Aut rursus *oris confusio*, mentis agitatio est, quæ affectibus speciem inducit, exque sensus ratione libidinosam pulchritudinem effingit. Citra enim excogitantem ac inventricem mentis facultatem ad formam effingendam, affectus ac passio non procedit. Vel etiam *anathema* est, terrena et invenusta informisque perturbationum ac affectuum incitatio: *oris* vero *confusio*, quæ ex sensus ratione affectum specie format, subtilibusque commentis aptam affectui seu passioni materiam tribuit, mentis agitatio.

24. Qui carnalis voluptatis fruendæque quietis causa, præcepisse Deum sacrificiorum festorumque legitima, Sabbataque et neomenias instituisse existimat, omnino prorsusque affectibus vitiisque obnoxius erit; turpiumque inde cogitationum ac rationum pædoris probro ac confusioni: mundo item qui corrumpitur, et libidinosæ inque corpora effusæ cogitationum meditationi; ac postremo vitiorum affectuumque tum materiæ tum formæ; qui præter ea quæ corruptione intereunt, nihil in pretio habere possit.

25. Cui certo persuasum sit, divinum esse mandatum corporalibus secundum legem indulgere deliciis, tanquam Dei donum cum gaudio ventris ingluviem in sociam vitæ rationem assumit, ex qua modos moresque per abusum, sensuum operationem inquinantes gignit.

26. Cum animi vis contemplandi solers, voluptatem ex legis littera tanquam divinam propter mandatum in sociam vitæ rationem proclive asciverit, innaturalem sensuum usum colit, nihil reipsa, quidquid agant, ex naturæ rationibus elucere sinens. Gignit enim vitiorum ac perturbationum cum habitum tum actum; ac velut divinam, conjugii jure gulam ducit, unde mores modosque suscipiat per abusum sensus polluentes, **616** quorum labe naturales in rebus rationes seminaque interimat.

27. Qui soli corporali legis cultui animum adhibet, naturalem omnino rationem aut cogitationem sensumque animi ut recipiat, fieri non potest; cum neque comparatum sit, ut symbola idipsum ac natura sint. Qui enim legis symbolis immoratur, rerum naturam, ita ut ratione comparatum est, lustrare non potest, nec essentialiter a Creatore inditas rebus rationes asciscere, ob discrimen quod inter symbola rerumque naturam est.

28. Qui ventrem Deum esse existimat, ac confusione probroque gloriatur ut magnifico gloriæ titulo, solos novit tanquam divinos serio complecti probrosissimos affectus vitiaque: hinc neque adeo est, ut sola curet colatque temporanea; materiam scilicet et formam, et quæ abusu constat, quinque partibus divisam sensuum operationem. Sensui enim materiæ formæque complicato atque commisto comparatum est, ut libidinis vitiique parens, naturales rationes sublatas velit ac interimat. Vitium enim, seu libido et perturbatio, naturaque

Digitized by Google

escendi ratione non una secum exsistunt. Non enim omnino comparatum est, ut una cum vitio affectuque et libidine, naturæ ratio eluceat, ut origìnem habeat.

29. Qui non credit spiritalem esse Scripturam, paupertatem suam, quod ad scientiam attinet, non sentit, etsi fame consumitur. Vere namque fames est, quod bona ipso experimento gustuque cognita deficiant, penuriaque ac egestas ciborum spiritalium, quibus animi vigor conflatur. Qua enim quis ratione famem damnumve putaverit, ea sibi ablata quorum nunquam penitus notitiam habuit?

30. Revera fame laborat plebs fidelium, ac eorum qui veritatem cognoverunt; singulorum item animæ, spiritali in gratia contemplatione dimissa, figurali in littera servituti factæ obnoxiæ; dum magnificis sensis et conceptibus notionibusque mentem non pascunt, sed corporalibus symbolorum Scripturæ informationibus, libidinosis cogitationibus adimplent sensum.

31. Quisquis spiritalem Scripturæ sacræ contemplationem non admittit, tum naturalem una cum illa Judæorum **617** more legem repudiavit, tum legem gratiæ, iis, qui ex illius rationibus reguntur, deificationem præstantem, nescivit. Is igitur qui legem scriptam corporali ratione accipit, animum virtutibus non alit: quique rerum rationibus non attendit animum, non eum varia Dei sapientia magnifice recreat ac pascit: qui denique magnum novæ gratiæ non novit mysterium, non exsultat spe futuræ deificationis. Quod igitur legis scriptæ spiritalis contemplatio deficiat, comitem egestatem habet, ut ex naturali lege non intelligatur multiplex Dei sapientia, ad quam sequatur omnino, ex novi mysterii ratione per gratiam concedendæ deificationis ignorantia.

ροντος ἐνδομυχοῦσαν, καὶ οἷον αἰκίζουσάν τε συνεχῶς καὶ διοχλοῦσαν τὴν βάσανον · ἕως λυμήνηται τὰ τὴν ψυχὴν λυμαινόμενα πάθη, δι' ἐγκρατείας, καὶ τῆς πρὸς τὰ μέλη τῆς σαρκὸς ἑκουσίου νεκρώσεως. Εἶτα καὶ πρὸς ἀγχιστείαν αὐτοῦ τοῦ λόγου δι' εὐσεβείας, καὶ τῆς περὶ τὰ κρείττω τελειοτέρας ἀγάγοι σπουδῆς · οἷς φυσικῶς ἐνεργουμένοις, τὰ οἰκεῖα καὶ πατρικὰ παραβάλλων, ὁ ὑπὲρ οὐσίαν καὶ φύσιν Θεὸς Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, *Ὁ δὲ Θεὸς οὐ μὴ ποιήσῃ, φησὶ, τὴν ἐκδίκησιν ὑμῶν*, δι' ἐμοῦ σαρκωθέντος, καὶ τὴν τοῦ καθαιρέτου τῆς φύσεως ποιουμένου καθαίρεσιν ;

A nesta sunt ac officii obduratior, quæ ex diuturniore habitu inolevit; dum illa intus latens ac continue velut flagellans ingruensque molestius tormentum ferre non potest : quandiu nimirum affectus ac libidines, animam pessumdantes, per continentiam ac sponte assumptam membrorum carnis mortificationem, non pessumdederit; exindeque ad rationis ipsius necessitudinem, pietatis cultu diligentiorique opera erga ea quæ virtutis sunt, provexerit : quibus, dum sic natura præstantur, sua paternaque assimilans, qui essentia naturaque Deus Dominus noster Jesus Christus superior est, *Deus*, inquit, **638** *non faciet vestri vindictam*[a] : per me scilicet, qui carnem assumpserim, et qui eum destruam, qui naturam destruxit.

Οὕτω μὲν οὖν τὰ περὶ τούτου διεξῆλθον ἐπιτόμως ἐγὼ, καθ' ὅσον τὸ ἐγχωροῦν τῆς διανοίας μέτρον ἐπήρκεσεν · εἰ καὶ ἄλλως ἄλλοι τὸν τόπον κατανοήσαντες · οἱ μὲν εἰς Χριστόν · οἱ δὲ τοὔμπαλιν, εἰς τὸν Ἀντίχριστον ἐξειλήφασι. Δέος δέ μοι νοεῖν, ἢ λέγειν ἑκάτερα · τὸ μὲν, ὡς ἀσύγκριτον · οὐ γὰρ μείων μὲν Υἱοῦ · μείζων δὲ Πατρὸς, ἡ ἐκδίκησις · ἢ δι' ἄλλου, καὶ ἄλλη τὸ σύνολον, πλὴν τοῦ Υἱοῦ. Καὶ πῶς ἐπὶ τῆς αὐτῆς συγκριτικῶς φησι, τὸ, *Ὁ δὲ Θεὸς*, φησὶν, *οὐ ποιήσει τὴν ἐκδίκησιν ὑμῶν ;* Οὐ γὰρ ἔχει χώραν · ἢ διάφορος πάντως δειχθήσεται, καὶ μετὰ τῆς φύσεως οὐ δυναμένης τὸ ἴσον δρᾷν · καὶ διὰ τοῦτο λοιπὸν, οὐ συντασσομένης · εἰκονιζούσης δὲ μόνον, ὡς ὑπερκειμένην, τὴν ὑπερέχουσαν. Τὸ δὲ, ὡς ἀνέκδεκτον καὶ ἀμήχανον, τὸ καλὸν ποιεῖν τὸν κακίας εὑρετὴν καὶ διδάσκαλον · *Οὐ γὰρ δύναται*, φησὶ, *δένδρον σαπρὸν καρποὺς καλοὺς ποιεῖν* · καλὸν δὲ ἡ ἐκδίκησις, καὶ τὸ τὴν ὄχλησιν ἀφοσιοῦσθαι δεόντως τοῦ προσπελάζοντος · ἢ τούτῳ παραβάλλεσθαι τυχὸν, ὃ μὴ θέμις, τὸν Πατέρα, καὶ πάσης ἀρετῆς καὶ ζωῆς χορηγὸν ἐξ Υἱοῦ, καὶ ταῦτα μονογενοῦς, καὶ ἴσου τὴν φύσιν καὶ τὴν ἀγαθότητα. Οὐ γὰρ τὰ καλὰ διὰ τῶν κακῶν μηνύεσθαι πέφυκεν, ὥσπερ οὐδὲ διὰ σκότους τὸ φῶς, ἢ θανάτου ζωή · καὶ τοῦ μηδαμῶς ὄντος, τὸ ὄν. Καὶ οὐ λέγω ταῦτα πρὸς τὴν ἐκείνων ἀθέτησιν · ἔχομαι γὰρ καὶ ἀντέχομαι ζωῆς πλέον, τῆς τῶν φαμένων διδασκαλίας · ἀλλὰ τὸ οἰκεῖον μέτριον δι' ἄκραν δειλίαν ἀσφαλιζόμενος. Τὴν δὲ ἀνάγνωσιν τοῦ ὑποπιάζειν κανονίζειν οὐ πρέπον ἐμοὶ, διὰ τὴν ἐν τούτοις ἐμαθίαν, ἢ τοῖς ἠσκημένοις καὶ σπουδῇ προελομένοις τὴν παίδευσιν · οἱ ταύτην ὀφείλειν φασὶ κανονίζεσθαι βαρυτόνως μᾶλλον, ἢ περισπωμένως, ὅτι τέ φασι τῶν ῥημάτων οὐδὲν περισπᾶται, πλὴν εἰ μὴ ἐκ συναιρέσεως· βαρυτόνου καθέστηκεν, ὡς τὸ, νοῶ, καὶ ποιῶ, καὶ χρυσῶ, καὶ ὅσα τοιαῦτα, φυλάσσοντα καὶ μετὰ προθέσεως ἐπὶ τῆς αὐτῆς τὸν τόνον.

B Sicque adeo quæ huc spectant sub compendio enarravi, quantum pro animi modulo assequi licuit, etsi alii eum locum aliter intellexerunt; partimque de Christo, partim contra de Antichristo, nonnulli exposuerunt. Metuo tamen ac absterreor, ne utrumvis aut intelligam, aut dicam : alterum quidem, quod omnem respuat comparationem; non enim minor quidem Filii, major autem Patris vindicta est; aut per alium, atque alia prorsus, quam Filii, aut per Filium. Quanam vero ratione, eadem cum sit, quasi per comparationem dicit, *Deus autem non faciet vindictam vestri ?* Non enim habet locum, aut omnino diversus monstrabitur, eaque præditus natura, quæ idem præstare non possit : quæque adeo ejusdem minime ordinis sit; sed quæ solummodo tanquam eminentem simulacro referat ac repræsentet, eam quæ præcellit. Alterum vero, quod nullo modo admittendum sit, neque res ferat, ut auctor malitiæ et inventor doctorque, bonum præstare existimetur : *Non enim*, inquit, *potest arbor mala fructus bonos facere*[b]; vindicta autem bonum est, justoque munere seu functione, interpellantis molestiam redimere ac depellere. Aut forte ut Antichristo (quod nefas) Patrem similem asseramus, per Filium, idque unigenitum parique natura ac bonitate, virtutis omnis ac vitæ auctorem. Non enim natura comparatum, ut bona et honesta, eorum quæ mala sunt, typo designentur; sicut neque ut lumen per tenebras, ac per mortem vita; eo denique quod minime est, id quod est figuretur. Neque hæc dico, ut viris detraham; cum eorum qui dixerunt, doctrinam, ipsa chariorem vita habeam, sed ut meæ ipse tenuitati præ summa formidine caveam. Vocis autem ὑποπιάζειν accentus rationem tradere, non tam mearum sit partium, ob summam iis in rebus inscitiam, quam eruditorum, et qui disciplinis sedulo animum adjunxerunt. Aiunt itaque sic observandum, ut gravi potius accentu, quam flexo pronuntietur. Nullum enim verbum dicunt circumflecti, nisi quod ex gravi per contractionem effectum sit; ut sunt νοῶ ποιῶ, χρυσῶ, ac similia, quæ etiam cum propositione in eadem servant accentum.

Τὴν δεξιὰν, σιαγόνα, τὴν δεξιὰν πρᾶξίν φημι, καὶ ὅσην ἔνθεος ἡμῖν διὰ τῶν ἐντολῶν συνιστάμενος βίος χαρακτηρίζει, ῥαπιζομένην ὑπὸ τοῦ πονηροῦ

639 Dexteram maxillam, dexteram dico actionem, et quæ fauste cedit; omnem denique, quam divina nobis vita, mandatorum observatione fulta,

[a] Luc. xviii, 7. [b] Matth. vii, 18.

Digitized by Google

insignit : quam nequissimus, boni honestique operis occupata opinione percutit; indeque proficiscentis arrogantiæ plaga per inanem gloriam in tumorem, adversus eos qui nulla, aut impari forte virtute præditi sunt; cum quadam velut inflammatione, tollit : cui malo ut occurramus, velut aliam ac sinistram vertamus operæ pretium est; nempe vitam, quæ nos hujus sæculi errore prius conspurcavit, qua jugiter vigente memoria percutiamur; velutique peccatores magis comprimamur atque ad modestiam componamur, quam ut sancti extollamur, exque elatione, quibus sacra humilitas ad stabilitatem desit, corruamus. Honorentur vero cum iis quæ sensu spirituali accipiuntur (quin et illis prius) ut sacræ præparationis anteriorisque emundationis signa, ac corporaliter quæ sic fiunt, in Domini gratiam, qui præcepit, atque inde rem præstantibus mansuetudinis habitum tribuit; et ut ipse percutiens, incredulus esse desinat, dum alacri promptaque suscipientis constantia, ejus qui plagam infert, incitationem retundit; qui, sin aliud, vel illud ipsum revereatur, quod tantis inferior est; quodque non resistat, cujus id facultatis sit, ac cujus impetum una duntaxat religio præcepti inhibeat.

A τῇ προλήψει τῆς ἐνεργουμένης καλοκαγαθίας· καὶ τῇ πληγῇ τῆς ἐντεῦθεν οἰήσεως, φλεγμαινουσάν πως διὰ κενοδοξίας, καὶ ἐπαιρομένην κατὰ τῶν μηδεμίαν, ἃ μὴ τὴν ἴσην τυχὸν κεκτημένων· δι' ἣν ὥσπερ ἄλλην καὶ οἷον ἀριστερὰν στρέφειν προσήκει, τὸν ἤδη πρότερον ἡμᾶς κατὰ τὴν ἀπάτην τοῦ αἰῶνος τούτου καταμολύναντα βίον, τούτῳ τε πλήττεσθαι συνεχῶς διὰ τῆς μνήμης· καὶ ὡς ἁμαρτωλοὺς μᾶλλον συστέλλεσθαι καὶ μετριάζειν, ἢ ὡς ἁγίους μετεωρίζεσθαι, καὶ δι' ἔπαρσιν καταπίπτειν, οὐκ ἔχοντας πῆξιν ἱερὰν τὴν ταπείνωσιν. Τιμάσθω δὲ μετὰ τῶν κατὰ θεωρίαν λαμβανομένων· μᾶλλον δὲ καὶ πρὸ τούτων, εἰς ἑτοιμασίαν ἱερὰν καὶ προκάθαρσιν, καὶ σωματικῶς ταῦτα τελούμενα διὰ τὸν ἐντειλάμενον Κύριον· πραϋπαθείας ἐντεῦθεν ἕξιν τοῖς κατορθοῦσι δωρούμενον, καὶ τῆς τοῦ πλήττοντος περιγραφὴν ἀπιστίας, τῷ ἑτοίμῳ τῆς παραδοχῆς τὸ πρόθυμον τῆς πληγῆς ἀναστέλλοντα, αἰδομένου τυχὸν, εἰ μήτι ἄλλο, τὸ ὑπερβάλλον τῆς ὑποπτώσεως· καὶ τὸ μηδαμῶς ἀντιτείνειν τὸν δυνάμενον τοῦτο ποιεῖν, εἱργόμενον δὲ διὰ τὴν πρόσαξιν.

Illud autem, *Noli me tangere*, ad Mariam Magdalenam dictum est a Domino, cum ea illum hortulanum esse existimaret; hoc nimirum significante mysterio ac indicante animam omnem intelligendi vi præditam, necdum superato conjuncto tabernaculo, ac quæ proinde eorum quæ oriuntur et intereunt (quæ a sativis nihil distant oleribus; par enim in utrisque fluxio ac defluxio, temporisque circumscriptio ac periodus) Verbum conditorem esse existimet, ob ejus circa hæc, et ad illa usque progressum ac demissionem; haud dignam esse quæ ipsum spiritu tangat, idque cum ex illis quærat, quæ in aspectum cadunt, ac nostri causa duntaxat factum carnem cognoscat; at, non pro majestate, Deumque ex Deo Patre natum, habeat. Hoc enim merito intelligimus, quod ita dicitur, *Nondum ascendi ad Patrem meum :* nempe per summam theologiam ac fidem, quibus rerum in aspectum cadentium natura circumscribitur, haud exaltatum **640** esse ab anima, quæ in eum modum affecta sit; sed quæ adhuc velut pædagogo duce, ad perfectiorem ejus comprehensionem (ad habitum scilicet revelationis divinorum) tanquam ad Galilæam per contemplationem necesse habeat ascendere, ac cum præsignatis ab eo propositisque rationibus ac sermonibus, totum, quoad licet, comprehendere, tantumque fieri, quod ipsum erat, quod factum est quod nos sumus, quantum id factum esse ostensum est, excepto duntaxat peccato; uti nos quoque cum illo, excepta duntaxat natura, cum doni compotes facti fuerimus; quod spei munere modo operiens, congruisque, mandata exsequendo, operibus convenienter honestans, consequeris, quantum credidisti; fruerisque, quantum laborasti; quin et amplius, infinitiesque, quantum etiam dator muneris, cum naturæ modum, tum sæculi omnis comprehensionem superessentiali præstantia excedit.

Τὸ δὲ, *Μή μου ἅπτου*, πρὸς τὴν Μαγδαληνὴν λέλεκται Μαρίαν παρὰ τοῦ Κυρίου, κηπουρὸν αὐτὸν εἶναι νομίσασαν· δηλοῦντος τοῦ μυστηρίου, καὶ ὑπεκφαίνοντος, ὡς ψυχὴ πᾶσα νοερὰ, μήπω τὸ συμφυὲς σκῆνος ὑπεραναβᾶσα, καὶ διὰ τοῦτο τῶν ἐν γενέσει καὶ φθορᾷ μόνον, οὐδὲν οὐδαμῶς διαφερόντων λαχάνων κηπευθμένων· ἴση γὰρ ἐπ' ἀμφοῖν ἡ τε ῥοὴ καὶ ἀπορροή, καὶ ἡ τοῦ χρόνου περιγραφὴ καὶ περίοδος· δημιουργὸν εἶναι τὸν Λόγον ὑπολαμβάνουσα, διὰ τὴν περὶ ταῦτα, καὶ ἕως τούτων πρόοδον αὐτοῦ καὶ συγκατάβασιν· οὐκ ἀξία τῆς τούτου κατὰ πνεῦμα καθέστηκεν ἁπαφῆς, καὶ ταῦτα τοῖς φαινομένοις αὐτὸν ἐπιζητοῦσα· καὶ σάρκα δι' ἡμᾶς γεγενημένον γινώσκουσα μόνον αὐτόν· ἀλλ' οὐχὶ πρωτότως καὶ θεὸν ἐκ Θεοῦ τοῦ Πατρὸς γεγεννημένον γινώσκουσα. Τοῦτο γὰρ κατὰ τὸ εἰκὸς νοεῖν ὑποβάλλει, τὸ, *Οὔπω ἀναβέβηκα πρὸς τὸν Πατέρα μου*, τὸ μὴ δι' ἄκρας θεολογίας καὶ πίστεως, οἷς ἡ τῶν ὁρωμένων περιγράφεται φύσις, ὑψωθῆναι πρὸς τῆς οὕτω διακειμένης ψυχῆς· ἀλλ' ἔτι παιδαγωγικῶς δεομένης εἰς ἐντελεστέραν τούτου κατάληψιν, ἐπὶ τὴν ἀποκαλυπτικὴν ἕξιν τῶν θείων ὡσεί τινα Γαλιλαίαν διὰ θεωρίας ἀναβραμεῖν· καὶ σὺν τοῖς ὑπ' αὐτοῦ προτετυπωμένοις καὶ προβεβλημένοις λόγοις, ὅλον ὡς θέμις περιληφθῆναι, καὶ γενέσθαι τοσοῦτον ὅπερ αὐτὸς ἦν ὁ γενόμενος ὅπερ ἡμεῖς, ὅσον ἐδείχθη τοῦτο γενόμενος πλὴν μόνης τῆς ἁμαρτίας, ὡς καὶ ἡμεῖς ἐκείνῳ, δίχα μόνης τῆς φύσεως, ἠνίκα τῆς δωρεᾶς τῆς ἐπιτύχοιμεν· ἣν δι' ἐλπίδος νῦν προσδεχόμενος, καὶ προσήκουσι τῶν ἐντολῶν ἔργοις διέποντος ἀποσεμνύνων, ἀπολαύσαις ὅσον ἐπίστευσας, καὶ τρυφήσαις ὅσον ἐπόνησας· μᾶλλον δὲ πλέον καὶ ἀπειράκις, καθ' ὅσον καὶ ὁ ταύτης δοτὴρ ὑπερουσίως ὑπερανέστηκε καὶ φύσεως κίνησιν, καὶ παντὸς αἰῶνος περίληψιν.

Digitized by Google

ΕΤΕΡΑ ΚΕΦΑΛΑΙΑ

ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΜΑΞΙΜΟΥ.

CAPITA ALIA

SANCTI PATRIS NOSTRI MAXIMI.

ΣΤΙΧΟΙ.

Πηγὴν ῥάουσαν ἠθικῶν δρόσον λόγων,
Ἐνταῦθ' ἐφεύρεις, εἰ μετέλθῃς γνησίως,
Ὁμολογητοῦ Μαξίμου πόνους, φίλε.
Ἀσπάζου δ' αὐτούς, καὶ μαθήσῃ τὸ κέρδος.

A

VERSICULI.

Manantem fontem moralium rorem sermonum
Hic invenies, si vere ex animo perlegeris,
O amice, Maximi Confessoris labores.
Hos amplectere, ac utilitatem condisces.

α'. Ἔπεστι παντὶ Χριστιανῷ τῷ ὀρθῶς πιστεύοντι εἰς Θεὸν, μὴ ἀμεριμνεῖν· ἀλλὰ πάντοτε προσδοκᾷν καὶ ἐκδέχεσθαι πειρασμόν· ἵνα ὅταν ἔλθῃ, μὴ ξενίζηται μηδὲ ταράσσηται· ἀλλ' εὐχαρίστως ὑπομένειν τὸν κόπον τῆς θλίψεως, καὶ ἐννοεῖν τί ψάλλων σὺν τῷ Προφήτῃ λέγει· *Δοκίμασόν με, Κύριε, καὶ πείρασόν με.* Καὶ οὐκ εἶπεν· *Ὅτι ἡ παιδεία σου* κατέστρεψέ με, ἀλλὰ, *ἀνώρθωσέ με εἰς τέλος.*

1. Debet quisquis Christianus recte in Deum credit, curis vacuus non esse minusque sollicitus, sed tentationem semper opperiri et exspectare; ne, cum venerit, quasi improvisa perculiat atque conturbet: sed in gratiarum actionem effusus, afflictionis molestiam atque laborem patienter ferat, menteque cogitet, quid psallendo cum Propheta dicat: *Proba me, Domine, et tenta me* [1]. Neque dixit: *Disciplina tua* **641** evertit me, sed, *correxit me in finem* [2].

β'. Ἀρχὴ μὲν καλοῦ, φόβος Θεοῦ· τέλος δὲ, ὁ πόθος αὐτοῦ. Ἀρχὴ παντὸς ἀγαθοῦ λόγος ἐμπρακτος, καὶ πρᾶξις ἐλλόγιμος. Διὸ, οὔτε πρᾶξις λόγου χωρὶς, ἀγαθή· οὔτε λόγος πράξεως ἄνευ, ὁ προερχόμενος (*a*).

B

2. Initium boni, timor Dei est: finis vero, ejus amor. Boni omnis initium, sermo actione fretus, actioque quasi sermone imbuta ac erudita. Quocirca nec actio bona est absque sermone; nec sermo ipse prolatitius absque actione

γ'. Πρᾶξις ἐστὶ, σώματος μὲν, νηστεία καὶ ἀγρυπνία· στόματος δὲ, ψαλμῳδία· ψαλμῳδίας δὲ κρεῖττον, εὐχή· καὶ σιωπὴ, λόγου τιμιωτέρα. Καὶ χειρῶν πρᾶξις, τὸ ὑπ' ἐκείνων ἀγογγύστως γινόμενον. Ποδῶν δὲ, τὸ δι' αὐτῶν ἐκ πρώτης ἐπιτροπῆς ἀνύόμενον. Ψυχῆς δὲ πρᾶξις, ἐγκράτεια σὺν ἁπλότητι, καὶ ἁπλότης τῇ ἐγκρατείᾳ ἐνεργουμένη. Τοῦ δὲ νοὸς, ἡ ἐν θεωρίᾳ εὐχὴ, καὶ ἐν εὐχῇ θεωρία τοῦ Θεοῦ.

3. Actio, corporis quidem, jejunium et vigiliæ: oris vero, psalmodia. Porro psalmodia, potior oratio est; silentiumque, præstantius sermone. Manuum item actio, quod per illas citra murmurationem præstatur: pedum vero, quod ex prima statim jussione iliis peragitur. Animi actio, continentia cum simplicitate, et simplicitas continentia efficax. Mentis denique actio, quæ in contemplatione est, oratio; et quæ in oratione est, Dei contemplatio.

δ'. Προηγεῖται πασῶν ἀρετῶν, ἔλεος καὶ ἀλήθεια, ὧν κύημα ἡ ταπείνωσις, καὶ ἡ ἐκ ταύτης κατὰ τοὺς Πατέρας προσγινομένη διάκρισις. Ἧς ἄνευ, οὐδ' ἑτέρα τὸ αὐτῆς ἰδεῖν πέρας δυνήσεται.

C

4. Cunctis virtutibus præeunt misericordia et veritas, quarum proles est humilitas; et quæ ex illa provenit (uti Patrum fert sententia) discretio. Hæc si desit, neutra suum finem videre poterit.

ε. Ἡ μὲν πρᾶξις τὸν τοῦ λόγου ζυγὸν ἀτιμά-

5. Actio, spreto sermonis jugo ac rationis, huc

[1] Psal. xxv, 2. [2] Psal. xvii, 36.

(*a*) Ὁ προερχόμενος. Quod tanta ejus vocis λόγος Græcis amplitudo est ac ὁμωνυμία, scite Maximus de illo distinxit, qui ore profertur. Nam λόγος ἐνδιάθετος, mentis sermo ac cordis, illique insitus, de quo tanta in procemio Scholiorum ad *Quæst ad Thalass.* ipse potius actionis parens, præhabensque quidquid in ea bonitatis exsistit. Qua de re ad orat. Gregorii in magnum Athanasium.

Digitized by Google

illuc errore vaga circa inutilia, juvencæ in modum, invenitur : sermoque ac ratio, abjecto actionis pretioso amictu, haud cultu decenti nitet, etsi talem specie tenus præferre videtur.

ζουσα, ὧδε κἀκεῖσε περὶ τὰ ἀνωφελῆ, οἷά τις δάμαλις περιπλανωμένη εὑρίσκεται· ὁ δὲ λόγος, τῆς πρακτικῆς τοὺς ἐντίμους χιτῶνας ἀποποιούμενος, οὐκ εὐσχήμων, κἂν τοιοῦτος εἶναι πως τὸ δοκεῖν σχηματίζεται.

6. Virilis fortisque animus, mulieris instar, per omnem vitam, duplici accensa face (actionis scilicet vi ac contemplationis) quæ sunt officii peragit : rursus vero contraria qui voluptatibus mollis est ac remissus.

ς'. Ἡ ἀνδρεία ψυχή, ὡς γυνή, παρ' ὅλον αὐτῆς τὸν βίον, εἰς δύο λύχνους, τὸ πρακτικόν τε καὶ θεωρητικόν, καιομένους κατέχουσα, πράττει τὰ ὀφειλόμενα· τὰ ἐναντία δὲ πάλιν, ἡ παρειμένη ταῖς ἡδοναῖς.

7. Non sufficit animo, ut a vitio perfecte liberetur, sponte assumpta afflictatio; nisi et iis malis quæ invitis obveniunt, velut ignis camino non dissolvatur.

ζ'. Οὐκ ἀρκεῖ τῇ ψυχῇ πρὸς τελείαν κακίας ἀπαλλαγήν, ἡ ἑκούσιος κακοπάθεια, εἰ μὴ καὶ διὰ τῆς ἀκουσίου ἐκπουρουμένη μὴ διαλύηται.

8. Gladii in morem ad perfecte abdicandum vitium duratus animus, nisi per ignem et aquam (voluntarios scilicet et involuntarios labores) transierit, illidentibus casibus atque adversis inviolabilis non servabitur.

η'. Οἷά τις μάχαιρα ἡ ψυχὴ πρὸς τελείαν κακίας ἀπαλλαγήν, εἰ μὴ διὰ πυρὸς διέλθῃ καὶ ὕδατος, τουτέστιν ἑκουσίων πόνων καὶ ἀκουσίων, ἄθραυστος ταῖς ἀντιτυπίαις τῶν συμβαινόντων οὐ συντηρεῖται.

9. Quemadmodum tentationum quæ ex animi voluntate sunt, tres universaliores causæ exsistunt, sanitas, divitiæ, et gloria seu claritas; sic et earum quæ invitis ac exteriore agente obveniunt, tres itidem sunt causæ, bonorum jactura seu damna, infirmitates, maledicta ac convicia. Hæc autem quibusdam quidem ad ædificationem contingunt, quibusdam vero ad destructionem.

θ'. Ὥσπερ τῶν ἑκουσίων πειρασμῶν, τρία εἰσὶ τὰ καθολικώτερα αἴτια· ὑγεία, πλοῦτος καὶ εὐκλεια· οὕτω καὶ τὰ τῶν ἀκουσίων τρία εἰσί· ζημίαι, ἀσθένειαι καὶ λοιδορίαι. Γίνονται δὲ ταῦτα τισὶν, εἰς οἰκοδομήν· τισὶ δὲ, εἰς καθαίρεσιν.

642 10. Adnascuntur velut stolones quidam, animo quidem, cupiditas et tristitia; corpori vero, voluptas et dolor. Causa vero, doloris quidem, voluptas. Dum enim molestum doloris sensum vitare volumus, ad voluptatem confugimus : tristitiæ vero seu mœroris, cupiditas aut ægritudo.

ι'. Παρυφέστηκε ψυχῇ μὲν, ἐπιθυμία καὶ λύπη· σώματι δὲ, ἡδονὴ καὶ ὀδύνη. Αἴτιον δὲ, τῆς μὲν ὀδύνης, ἡ ἡδονή (*b*)· θέλοντες γὰρ ἐκφυγεῖν τὴν κατὰ τὴν ὀδύνην ἐπίπονον αἴσθησιν, πρὸς τὴν ἡδονὴν καταφεύγομεν· λύπης δὲ, ἐπιθυμία ἢ ἀρρωστία.

11. Studiosus ac virtutis cultor, bonum habet alte animo repositum insitumque : qui autem inani gloria laborat, illo cogitatum. Malum vero studiosus quasi superficie tenus habet; libidinosus vero ac voluptati deditus, alto fixum pectore.

ια'. Ἐνδιάθετον μὲν ὁ ἐνάρετος κέκτηται τὸ καλόν· περινενοημένον δὲ, ὁ κενόδοξος. Τὸ δὲ κακὸν, ὁ μὲν σπουδαῖος, ἐξ ἐπιπολῆς ἔχει· κατὰ βάθους δὲ, ὁ φιλήδονος

12. Rarius nec ex animo ac propense in malo versatur [3], qui illud odit : crebrius vero et tenacius, qui ejus adhuc causis affectus est.

ιβ'. Ὀλιγάκις μὲν καὶ οὐκ ἐπιμελῶς (*c*) εὑρίσκεται πρὸς τὸ κακὸν, ὁ τοῦτο μισῶν· πλεονάκις δὲ καὶ προσεκτικώτερον, ὁ ἔτι ταῖς αἰτίαις ἐκείνου προσκείμενος

13. Quibus non ex animo est ut pœniteant, illis quoque juge est ut delinquant : quibus vero non ex destinata est voluntate ac proposito ut peccent, certa exque animo pœnitentia est, ejusque causa haud ita crebra.

ιγ'. Οἷς μὴ κατὰ πρόθεσιν τὸ μετανοεῖν, τούτοις συνεχὲς καὶ τὸ πλημμελεῖν· οἷς δὲ παρὰ πρόθεσιν τὸ ἁμαρτάνειν, ἐμπληροφόρητος ἡ μετάνοια, καὶ τὸ αἴτιον ταύτης οὐχὶ συχνόν.

14. Sensus et conscientia oris sermoni sint comites, ut scilicet divinus sermo, qui dixit [4] fore se in medio eorum, non erubescat, ob procacita-

ιδ'. Αἴσθησις καὶ συνείδησις, λόγῳ τῷ κατὰ προφορὰν συνερχέσθω, ὅπως ὁ εἰρηκὼς θεῖος λόγος, ἐν μέσῳ τούτων εὑρίσκεσθαι, μὴ καταισχύνηται, διὰ

[3] Gen. vi, 5. [4] Matth. xviii, 20.

(*b*) *Τῆς μὲν ὀδύνης, ἡ ἡδονή.* Sunt quidem hæc, alia aliis causa, uti aliis locis ipse Maximus explicat; dumque sectamur voluptatem, nos laboribus implicamus, ac dolorem augemus, ipsumque jugem reddimus. Hic tamen, et quod attinet ad rationem Maximo allatam, potius scribendum videatur, τῆς μὲν ἡδονῆς, ἡ ὀδύνη· *Dolor causa est voluptatis;* quod ejus depellendi causa, voluptatem consectamur. Pleniora forte scripsit Maximus : quanquam pronum est permutatas has voces ex litterarum vicinitate.

(*c*) *Καὶ οὐκ ἐπιμελῶς.* Allusio est ad Gen. vi, 5, ubi sic ἐπιμελῶς, quasi serio, omnique diligentia atque opera dicuntur, illius ætatis homines malo incumbere; quod procul est ab eo, qui illud odit, peneque invitus vel concupiscentia, vel suasione aliqua aut etiam errore, in illud quandoque trahitur.

Digitized by Google

τῆς προπετείας ἢ ἀμετρίας τῶν λεγομένων ἢ πραττομένων.

tem aut immoderantiam eorum quæ dicuntur aut aguntur.

ιε'. Οὐχ' ὁ τοῖς ἔργοις μὴ ἀδικῶν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, οὗτος καὶ τοῖς λόγοις ἀμίαντον συνετήρησεν. Οὐ δὲ ὁ τούτους φυλάττων, ἤδη καὶ λογισμοὺς οὐκ ἐμόλυνεν. Ὁ γὰρ ἁμαρτάνων, τριττῶς τοῦτο πράττει.

15. Qui non lædit operibus animum suum, haud etiam verbis servavit impollutum. Nec qui linguæ custos est, jam quoque cogitationes nihil inquinavit. Peccatum enim, triplici hac ratione contingit.

ις'. Οὐ δυνήσῃ τὸ πρόσωπον τῆς ἀρετῆς κατιδεῖν, ἡδέως ἔτι τὸ τῆς κακίας κατανοῶν. Μισητὸν δὲ τότε φανεῖται τὸ δεύτερον, ὅτε τοῦ πρώτου ἐπιθυμήσεις τὴν γεῦσιν, καὶ τοσαύτης τὴν ὄψιν ἀποξενώσεις μορφῆς.

16. Virtutis faciem videre non poteris, qui jucunde adhuc vitii conspectum animo usurpes. Tunc porro alterum exosum videbitur, cum prioris gustum desiderio concupisces, vultumque a tali longe forma abstraxeris.

ιζ'. Διὰ τῶν λογισμῶν, οὐ τῶν πραγμάτων προηγουμένως πολεμοῦσιν οἱ δαίμονες τὴν ψυχήν. Αὐτὰ γὰρ καθ' αὑτὰ, ἀναγκαῖα τὰ πράγματα. Καὶ τῶν μὲν πραγμάτων, ἡ ἀκοὴ αἰτία καὶ ὅρασις· τῶν δὲ λογισμῶν, ἡ συνήθεια καὶ οἱ δαίμονες.

17. Cogitationum, non rerum incursu, dæmones principalius adoriuntur animum. Nam res ipsæ, secundum se, necessariæ sunt. Ac rerum quidem causa, auditus et visus : cogitationum vero, consuetudo ac vis dæmonum.

ιη'. Τριττὸν μὲν, τὸ ἁμαρτητικὸν μέρος τῆς ψυχῆς, ἐν ἔργοις καὶ λόγοις καὶ λογισμοῖς εὑρισκόμενον. Ἐξαδικὸν δὲ, τὸ ἀναμαρτησίας καλόν. Ἀπταίστους γὰρ τὰς πέντε αἰσθήσεις καὶ τὸν προφορικὸν συντηρεῖν δεῖ λόγον. *Ἐν οἷς ὁ μὴ πταίων, ἀνὴρ φησι τέλειος, δυνατὸς χαλιναγωγῆσαι καὶ τὰ μέλη τοῦ σώματος.*

18. Trifariam animi peccatum dividitur, quod in operibus et verbis et cogitationibus invenitur. Sex vero partibus constat non peccandi bonum. Inoffensos enim servemus necesse est quinque sensus, orisque sermonem : *In quibus qui non offendit, perfectus est vir; potens etiam freno circumducere membra corporis* [5,6].

643 ιθ'. Ἐξαχῶς τὸ ἄλογον μέρος διαιρεῖται τῆς ψυχῆς· εἴς τε τὰς πέντε αἰσθήσεις, καὶ εἰς τὸν κατὰ προφορὰν λόγον, ὃς συνδιαιρεῖται μὲν ἀδιαιρέτως τῷ πάσχοντι, ἀπαθὴς ὢν· ἀναμάττεται δὲ τὴν αὐτοῦ κακίαν παθητικὸς εὑρισκόμενος.

19. Animi pars rationis expers sex partibus dividitur; quinque scilicet sensibus, et sermone qui ore profertur. Is, una cum eo qui afficitur indivise dividitur, immunis ipse ab affectione : contrahit vero ejus vitium ac malitiam, cum affectus concitatos movens animosque perturbans invenitur.

κ'. Οὐ δύναται οὔτε σῶμα καθαρθῆναι νηστείας καὶ ἀγρυπνίας χωρὶς· οὔτε ἐλέους καὶ ἀληθείας ψυχή· ἀλλ' οὔτε νοῦς ἄνευ θεωρίας καὶ ὁμιλίας Θεοῦ. Αὗται γὰρ αἱ συζυγίαι, ἐν τούτοις ἐπισημόταται.

20. Nec corpus citra jejunium vigiliasque emundari potest, nec absque misericordia et veritate animus; at neque mens absque contemplatione Deique colloquio. Sunt enim hæ in istis illustrissimæ conjugationes.

κα'. Κυκλοφορουμένη ταῖς εἰρημέναις ἀρεταῖς ἡ ψυχὴ, ἀπερικτύπητον τὸ ταύτης ἐκ πειρασμῶν καθίστησι φρούριον· ὅ ἐστιν ἡ ὑπομονή· *Ἐν τῇ ὑπομονῇ ὑμῶν γὰρ κτήσασθε τὰς ψυχὰς ὑμῶν*, ὁ Λόγος φησίν. Εἰ δὲ ἑτέρως ἐχόμενα εἴη, οἷά τις πόλις ἀτείχιστος, καὶ ὑπὸ τῶν πόρρωθεν ψόφων, δειλίας μοχλοῖς κατασείεσθαι εἴωθεν.

21. Iis, quas dicebam, virtutibus, cuneo vallatus animus, immune a tentationum strepitu reddit suum præsidium, id est, patientiam. Ait namque Scriptura : *In patientia vestra possidete animas vestras* [7]. Sin autem se aliter res habuerit, haud secus ac civitas immurata, etiam fragoribus longe positis, pavoris vectibus vehementius concuti consuevit.

κβ'. Οὐχ ὅσοι εἰς τὰ κατὰ λόγον εἰσὶ φρόνιμοι, οὗτοι καὶ εἰς τὰ κατ' ἔννοιαν· ὅσοι δὲ εἰς τὰ κατ' ἔννοιαν, οὗτοι καὶ εἰς τὰ κατ' αἴσθησιν ἔξωθεν εὑρεθήσονται. Εἰ γὰρ καὶ πάντας ὑποφόρους ἔχει ἡ αἴσθησις, ἀλλ' οὐχ ὁμοίους αὐτῇ τοὺς φόρους ἀποδιδόασιν. Ἐξ ἀφελότητος γὰρ οἱ πλείους εἰς τὰ κατ' αὐτὴν τιμᾷν αὐτὴν ὡς αὐτὴ ἀπατεῖ οὐκ ἐπίστανται.

22. Non omnes qui sermone prudentes sunt, hi quoque mentis sensu prudentes exsistunt : omnes vero qui mentis sensu, hi etiam sensu exterius hoc esse invenientur. Quamquam enim sensus omnes vectigales habet, non tamen eadem illi tributa reddunt. Plerique enim ex simplicitate, sic eum colere, ut ipse expetit, non noverunt.

κγ'. Τῇ φύσει ἄτμητος οὖσα ἡ φρόνησις, τέμνεται εἰς διαφόρους τομάς. Ὃ μὲν γὰρ δίδοται πλέον, ᾧ δὲ ἔλαττον μέρος αὐτῆς· ἕως αὐξηθεῖσα ἡ πρακτικὴ ἀρετὴ, συνδρόμους τε αὐτῇ τὰς γωνικὰς [ἐχουσα] ἀρετὰς, τὸ ἐνδεχόμενον ἑκάστῃ ἀποπλη-

23. Prudentia, cum natura indivisibilis sit, diversis partibus scinditur. Alii enim major, alii minor illius portio tribuitur; donec aucta virtus actioni studens, una secum concurrentes nacta generales virtutes, quantum cuique bonum concessum est,

[5,6] Jac. III, 2. [7] Luc. XXI, 19.

Digitized by Google

expleverit. Plerique enim per defectum vitæ actuosæ, etiam prudentiæ munera adepti sunt

24. In his quæ sunt ex natura, pauci prudentes invenientur : in his vero quæ præter naturam, longe plures. Illorum enim metu, suam omnem naturalem prudentiam evacuantes, parum illic habent ut sapiant ; plurimum vero in rebus superfluis, et quæ natura laudem non habeant.

25. Convenientis exque ratione silentii asseclæ ac convivæ, opportunitas et modus : ejus vero epulum, veritas ; per quam veniens mendacii pater ad animam peregrinantem, eorum quæ quærebat, nihil invenit.

26. Verus misericors est, non qui sponte præbet superflua, sed qui necessaria raptoribus indulget.

644 27. Alii quidem terrenis divitiis spiritales comparant, eleemosynæ ritu : alii vero spiritalibus terrenas abdicant, earum gustu percepto quæ intellectibiles sunt.

28. Amant omnes in bonis abundare : grave autem est, qui Dei munere divitias consecutus sit, non in longum tempus licere iis frui ac oblectari.

29. Foris apparet animi sanitas ; intusque in sensus imo, ejus proclive latet infirmitas. Sin autem omnino sic rebus comparatum est, ut foris quidem reprehensionum emundatione, intus vero mentis renovatione illa proveniat ; demens est qui reprehensiones rejicit ; ac quem semper in stuporis nosocomio jacere non pudet.

30. Ne gravius animo feras ac offendaris, in eum, qui manu curam invito adhibeat : sed magis ad abstersam injucunditatem vertens oculos, te quidem deplora ; Deumque, ejus tibi dispensationis ac curæ auctorem, magnifice prædica.

31. Ne infirmitatis tuæ ulla gravitate animum despondeas ; sed efficaciorum remediorum sedulo apparatu ac diligentia, procul ab ea recede, qui salutis animæ curam geras.

32. Ne te ei subduxeris qui opportune perstringit ; quin te illi adjunge, atque ostendet quantum sub sensu tuo malum delitescat : absumptoque quod amaritudinis gustu displicebat, dulci ex sanitate vesceris edulio.

33. Quantum capis laborum sensum, tantum lubens eum habe, qui arguendo quasi digito ostendit. Est enim perfectæ tibi emundationis auctor,

ρώσει καλόν. Οἱ πλείους γὰρ κατὰ τὴν ἔλλειψιν τῆς ἐμπράκτου ζωῆς (*d*), καὶ τὸ φρονεῖν ἐκληρώσαντο.

κδ'. Εἰς μὲν τὰ κατὰ φύσιν, ὀλίγοι φρόνιμοι εὑρεθήσονται· εἰς δὲ τὰ παρὰ τὴν φύσιν, πολλοί. Δέει γὰρ τῷ περὶ αὐτὰ ὅλην αὐτῶν τὴν φυσικὴν φρόνησιν ἐκκενώσαντες, ἔχουσιν ἐκεῖ μὲν τὸ φρονεῖν ὀλίγον· τὸ πλεῖστον δὲ ἐν τοῖς περιττοῖς, καὶ οὐ τῇ φύσει ἐπαινετοῖς.

κε'. Τῆς εὐλόγου σιωπῆς, ὁ καιρὸς καὶ τὸ μέτρον συνεστιάτορες· παιδαισία δὲ τούτου γίνεται ἡ ἀλήθεια· καθ' ἣν ὁ τοῦ ψεύδους πατὴρ ἐπὶ ψυχὴν ἀποδημοῦσαν ἐρχόμενος, εὑρίσκει ἐπιζητουμένων οὐδέν.

κς'. Ἐλεήμων ἀληθὴς, οὐχ ὁ παρέχων ἑκουσίως τὰ περιττὰ, ἀλλ' ὁ συγχωρῶν τὰ ἀναγκαῖα τοῖς ἁφαρπάζουσιν.

κζ'. Οἱ μὲν τῷ ἐνύλῳ πλούτῳ κτῶνται τὸν ἄϋλον ἐλεημοσύνης θεσμοῖς· οἱ δὲ ἀΰλῳ ἀποκτῶνται τὸν ἔνυλον, ἐν αἰσθήσει τοῦ ἀνεκλείπτου γενόμενοι.

κη'. Φίλον μὲν παντὶ, τὸ πλουτεῖν ἐν καλοῖς· λυπηρὸν δὲ, τῷ θείως πλουτήσαντι μὲν, μὴ ἐπὶ πλεῖστον συγχωρηθῆναι δὲ ἐνευφρανθῆναι αὐτῷ

κθ'. Ἔξωθεν μὲν, ἡ ὑγεία δοκεῖ τῆς ψυχῆς· ἔνδοθεν δὲ, ἐν τῷ τῆς αἰσθήσεως πυθμένι πέφυκε κρύπτεσθαι ἡ ἀῤῥωστία αὐτῆς. Εἰ δὲ δεῖ πάντως ἔξωθεν μὲν ἐκείνην τῷ ἀναθερισμῷ τῶν ἐλέγχων γενέσθαι, ἔνδοθεν δὲ ταύτην τῷ ἀνακαινισμῷ τοῦ νοός· ἄφρων ὁ τοὺς ἐλέγχους ἀποσειόμενος, καὶ ἐν τῷ τῆς ἀναλγησίας πάντοτε ἀνακεῖσθαι νοσοκομείῳ (*e*) μὴ αἰσχυνόμενος.

λ'. Μὴ τραχυνθῇς κατὰ τοῦ ἀκουσίως σε χειρουργήσαντος· ἀλλὰ πρὸς τὴν κενωθεῖσαν ἀηδίαν ἀποβλεψάμενος, ταλάνισον μὲν ἑαυτόν· μακάρισον δὲ, τὸν αἴτιόν σοι ταύτης γενόμενον οἰκονομίας θεόν.

λα'. Μὴ πρὸς τὸ δεινὸν ἀπευδοκήσῃς τῆς ἀῤῥωστίας σου· ἀλλὰ διὰ τῶν τῆς φιλοπονίας δραστικωτέρων φαρμάκων, πόῤῥω γενοῦ ταύτης, ὁ τῆς κατὰ ψυχὴν ὑγείας ἐπιμελούμενος.

λβ'. Μὴ συσταλῇς ἀπὸ τοῦ καιρίως σε πλήττοντος· πρόσει δὲ τούτῳ, καὶ ὑποδείξει σοι, ὅσον τὸ ὑποσμῆχον τὴν αἴσθησίν σου κακὸν, καὶ φάγῃ ὕψον ἡδὺ τὸ ἐκ τῆς ὑγείας, μετὰ τὸ ἀναλωθῆναι τὸ ἐκ τῆς πικρίας ἀπόβλητον.

λγ'. Ὅσον αἰσθάνῃ τῶν πόνων, τοσοῦτον ἀποδέχου τὸν τούτους διὰ τῶν ἐλέγχων ὑποδεικνύντά σοι. Καθάρσεως γὰρ τελείας αἴτιός σοι καθίσταται· ἧς

(*d*) *Κατὰ τὴν ἔλλειψιν τῆς ἐμπράκτου ζωῆς.* Videtur τὴν ἔμπρακτον ζωὴν, quasi activam dicere, seu, quæ actionem colit, et contra θεωρητικὴν dividitur : velitque plures non admodum exercitatos in vita activa et actionis cultu, quasi per rationes superiores vi contemplationis Deoque illustrante prudentiæ munere nactos esse. Anceps usus τοῦ, κατὰ, dubium sensum reddit. Verius hic Maximus dixerit, quam in cap. *De charitate ad Elpidium*, esse aliqua difficilia, et quæ semel et iterum legi oporteat, ut percipiantur, nec solum ex phrasi et usu loquendi, sed magis ex ipsa materia, ipsa ex reconditiore penu moralis et Christianæ philosophiæ petita.

(*e*) *Ἐν τῷ τῆς ἀναλγησίας νοσοκομείῳ.* Ἀναλγησία hic Maximo, palam stupor mentis, quo quis cœlestium, et eorum quæ sunt ad salutem, omni sensu careat ; vixque ac ne vix quidem meliori fruge renovari valeat. Jungit Marcus semel et iterum, *De just. et operibus*, c. 122 et 133, τὸ, ἡδυπαθὴς et ἀνάλγητος, qui sit voluptarius, sicque corporis deliciis deditus, ut illis sensum omnem pietatis exuerit ; nedum erga proximos, per immisericordiam, uti expressit Obsop., sed magis erga Deum propriamque salutem.

Digitized by Google

ἄνευ, ἐν καθαρῷ χωρίῳ τῆς εὐχῆς οὐ δύναται γενέσθαι ὁ νοῦς.

λδ'. Ἐν τῷ ἐλέγχεσθαι, ἢ σιωπᾷν δεῖ, ἢ ἡπίως ἀπολογεῖσθαι τῷ καταλέγοντι· οὐ διὰ τὴ συστῆσαι τὰ οἰκεῖα τὸν ἐλεγχόμενον· διὰ δὲ τὸ ἀναστῆσαι προσκόψαντα ἴσως, τὸν ἐν ἀγνοίᾳ ἐλέγχοντα.

λε'. Ὁ τῷ λυπήσαντι ἀδίκως (*f*) πρὸ τοῦ προσκληθῆναι ὑπ' αὐτοῦ εὐνοῶν, ἐζημίωται τῶν ἀντικόντων οὐδέν. Ὁ δὲ μετὰ τὴν πρόσκλησιν, τῆς εὐφορίας τὸ ἥμισυ. Κερδαίνει δὲ ὅλον τὸ προκαταβληθὲν, ὁ μηδέποτε διὰ λύπην ἀποσυνάγωγος εὑρισκόμενος· προστίθησι δὲ καὶ μισθὸν ἑαυτῷ, ὁ τὸ σφάλμα βάλλων ἐπάνω ἑαυτοῦ ἐν παντί.

λς'. Οὔτε ὁ ὑψηλόφρων ἐπιγινώσκει οἷα τὰ ἑαυτοῦ ἐλαττώματα, οὔτε ὁ ταπεινόφρων τὰ οἰκεῖα καλά. Καλύπτει γὰρ, τὸν μὲν, ἄγνοια φαύλη· τὸν δὲ, θεάρεστος.

λζ'. Τοῖς ἰσοτίμοις ὁ ὑπερήφανος ἐν καλοῖς παραμετρεῖσθαι οὐ βούλεται· ἐν δὲ τοῖς ἐναντίοις, πρὸς τοὺς ὑπερέχοντας, φορητὸν τὸ ἑαυτοῦ παραβαλλόμενον ἡγεῖται ἐλάττωμα.

λη'. Ὁ μὲν ψόγος στερρὸν· ὁ δὲ ἔπαινος, ἔκλυτον τὴν ψυχὴν ἀπεργάζεται καὶ νωθροτέραν πρὸς τὰ καλά.

λθ'. Ὑπόστασις μὲν πλούτου, χρυσός· ἀρετῆς δὲ, ταπείνωσις. Ὡς οὖν ὁ χρυσοῦ ἀπορῶν πένης ἐστὶ, κἂν μὴ τοῖς ἔξωθεν φαίνηται· οὕτω ταπεινώσεως ἄνευ, ἐνάρετος οὐκ ἔσται ὁ ἀγωνιζόμενος.

μ'. Χρυσοῦ δίχα, ὥσπερ ἔμπορος οὐ πέφυκεν ἔμπορος, κἂν λίαν πρὸς ἐμπορίαν ἐστὶν ἐπιτήδειος· οὕτως οὐδὲ ταπεινοφροσύνης χωρὶς, ἐν κατασχέσει τῶν τῆς ἀρετῆς ἡδέων εὑρεθήσεται ὁ ἀσκούμενος, κἂν πάντη τῇ ἑαυτοῦ νουνεχείᾳ θαρρῇ.

μα'. Τῇ ταπεινοφροσύνῃ ὁ ἀνιὼν, κατώτερος τοῦ ἑαυτοῦ φρονήματος γίνεται· ἀνώτερος δὲ, ὁ ἐκείνης χωρὶς, ὃς οὐδὲ παραμετρεῖσθαι τοῖς ἐλαχίστοις (*g*) ἑκουσίως ἀνέχεται· καὶ διὰ τοῦτο ἐν ταῖς πρωτοκλισίαις τὸ λυπηρὸν ἐπιδείκνυται.

μβ'. Καλὸν τῷ ἀγωνιστῇ φρονεῖν μὲν ἧττονα τῆς ἐργασίας αὐτοῦ, πράττειν δὲ κρείττονα τῆς δειλίας αὐτοῦ. Οὕτω γὰρ ἂν καὶ ἀνθρώποις αἰδέσιμος, καὶ Θεῷ *ἐργάπης* εὑρίσκεται *ἀνεπαίσχυντος*.

μγ'. Ἡ κατορθοῦσθαι δεῖ (*h*) πρὸς πάσας τὰς ἐν-

A sine qua mens, in mundo orationis loco non potest versari.

34. Dum quis reprehenditur, aut taceat necesse est, aut blande sugillanti excusando respondeat : non ut is qui reprehenditur sua statuat, sed ut eum qui forte offendit, per ignorantiam reprehendendo, erigat.

35. Qui ei qui injuria læsit, priusquam ab eo invitaretur, benevolentiæ sinum aperit, ejus quod officii sit nullam jacturam fecit. Qui vero postquam invitatus fuerit, uberioris fructus dimidiam partem amisit. Lucratur autem quidquid fuerat proseminatum, qui præ tristitia animique rancore, nunquam præsentiam subduxisse invenitur. Sed et mercedem sibi accumulat, qui in omnibus in se culpam

B rejicit.

645 36. Nec qui elato est animo suos novit defectus, quanti sint; nec qui humili modestoque sensu, sua bona; celat enim tum illum mala ignorantia, tum hunc Deo accepta.

37. Superbus in bonis, æqualibus componi renuit : in contrariis vero malisque, cum his qui præcellunt collatum vitium suum, tolerabile prorsus existimat.

38. Vituperium quidem, robustum ac fortem : laus vero, solutum ac mollem, et ad ea quæ sunt officii segnem reddit animum.

39. Divitiarum quidem substantia, aurum; virtutis vero, humilitas. Quemadmodum igitur qui auri penuria laborat, pauper est, quamvis his qui foris

C sunt ac extraneis non videatur; sic sine humilitate virtutis palæstra certans studiosus non erit.

40. Quemadmodum mercator, quem aurum deficiat, nec si valde idoneus mercaturæ sit, omnino mercator exsistat : sic nec exercens ad pietatem sine humilitate virtutis fructuum compos unquam invenietur, quantumvis omnino suæ solertiæ fidat.

41. Qui sensus modestia ac humilitate ascendit, sensu suo dejectior redditur; qui vero absque illa, altior, ac nec minimis lubens componi velit. Hincque adeo fit, ut in primis consessibus tristitiam prodat[8].

42. Præstat pugilem virtutis palæstra, minora sapere quam pro suo opere; potiora vero quam pro

D sua formidine ac ignavia agere. Sic enim tum hominibus venerabilis, tum Deo *operarius inconfusibilis*[9] invenietur.

43. Aut Dei mandata omnia adimpleat necesse

[8] Luc. XIV, 7; XX, 46. [9] I Tim. II, 15.

(*f*) Ὁ τῷ *λυπήσαντι ἀδίκως*. Coactus sum mutare quod mendosum omnino apparebat, nulloque apto sensu a Maximo scribi potuerat, λυπήσαντι δικαίως, et μετανοῶν· cum alioqui expedita sit totius capitis sententia, ipsa arguta, ac qua erudite exponuntur gradus ferendi aut remittendi injurias; quæ tunc injuriæ sunt, cum injuste inferuntur : ἀντὶ τοῦ μετανοῶν, scripsissem μετευνοῶν, si illa voce usum aliquem probatum auctorem invenissem. Alioqui vero vox εὐνοῶν, ipsa non incommoda; respexeritque in ea Maximus, illud Matth. v, 25 · Ἴσθι εὐνοῶν τῷ ἀντιδίκῳ σου ταχύ· *Habeto benevolentiam cum adversario tuo cito*, uti reddit Erasm. ac Græca sonant; spectatque et istud ad reconciliationem, qua studemus, injuriæ obliti, si quid ea læsa benevolentia est, saniori consilio resarcire.

(*g*) *Παραμετρεῖσθαι τοῖς ἐλαχίστοις*. Hæc humilitatis perfectio est, ac quod Dominus aliis verbis admonuit, jubens sedere in novissimo loco; ut nemo sit inter minimos, cujus nos modum excedere existimemus. Secus de superbis 37, nec æqualibus ait (τοῖς ἰσοτίμοις) in bonis velle *παραμετρεῖσθαι*, *componi et exæquari*.

(*h*) Ἡ *κατορθοῦσθαι δεῖ*. Caput istud novum

Digitized by Google

est, aut uni diligenter humilitati incumbat, qui verceatur ne extraneus a recumbentibus in thalamo exsistat.

44. Misce simplicitati continentiam; ac humilitati copula veritatem, erisque justitiæ contubernalis, cui velut ad mensam, reliquæ omnes virtutes libenter congregentur.

45. Cæca veritas est, cui desit comes humilitas. Hincque est ut contradictione pædagogo utatur, qua utcunque laborans fulciatur, nec tamen præter rancoris arcem quidquam inveniat.

46. Blandi mores, virtutis decorem produnt : membrorumque firma compositio, animi pacem et tranquillitatem.

646 47. Primum bonum est, nullas officii partes deserere. Huic proximum, quod erratum sit, pudore non obtegere, ac nec in eo impudentius gloriari; sed magis humiliari, et cum accuseris, teipsum pariter accusare, pœnamque libenter suscipere. Hoc ni fiat, invalidum est quidquid Deo obtuleris.

48. Cum sponte assumpta afflictatione, suscipienda et quæ invitis accidit; quæ nimirum ex illatis calumniis, exque rerum damnis acceptis et ægritudinibus consistit. Hæc enim qui non suscipit, sed indigne fert, ei similis est, qui non cum sale, sed cum solo melle vult comedere panem suum : cui sane non ubique comes voluptas, sed satietas atque nausea semper e vicino est.

49. Cum herus sit, servi formam præferre videtur, qui proximi vestem laceram divinis sermonibus lavat, vel qui eleemosynarum elargitionibus eam consuit. Caveat autem qui hoc facit, nequando quod ut servus rem præstet, cum mercede, quæ etiam competit, potentiæ dignitatem, inanis gloriæ vitio amittat.

50. Quemadmodum fides substantia est rerum sperandarum [10]; ita nimirum prudentia, animi; ac virtutis, humilitas. Mirumque est, quomodo quæ a se perfecta sunt, imperfecta exsistant, si accidentia desint.

51. *Dominus custodiat introitum tuum et exitum tuum*, inquit [11]; ciborum scilicet atque verborum, per continentiam seu abstinentiam. Qui enim temperate et sobrie se habet pro ciborum verborumque introitu atque exitu, cupiditatem oculorum vitat; iramque ex vesania animique insolentia, lenit; quorum utique etiam præ omnibus connitendum omni modo virtutis palæstra, ut diligentia habeatur. In his enim tum vis agendi robur obtinet, tum contemplandi firmitatem habet.

52. Sunt qui pro ciborum introitu magnam adhibeant diligentiam; pro exitu autem verborum, segnius ac negligentius sese habeant. Hi tales nesciunt, ex Ecclesiastis sententia, iram quidem ex

[10] Hebr. xi, 1. [11] Psal. cxx, 8.

τολὰς τοῦ Θεοῦ, ἢ μιᾶς ἀντιπαρεῖσθαι τῆς ταπεινοφροσύνης, τὸν δεδοιότα μὴ ξένον τῶν τῷ νυμφῶνι ἀνακειμένων ὀφθῆναι.

μδ'. Μίξον τῇ ἁπλότητι τὴν ἐγκράτειαν· καὶ σύζευξον τῇ ταπεινοφροσύνῃ ἀλήθειαν, καὶ ὀρθείσῃ δικαιοσύνῃ συνέστιος· ᾗ ὡς ἐπὶ τραπέζης, ἄλλη πᾶσα φιλεῖ ἐπισυνάγεσθαι ἀρετή.

με'. Τυφλὴ τῆς ταπεινοφροσύνης χωρὶς ἡ ἀλήθεια. Διὰ τοῦτο καὶ τῇ ἀντιλογίᾳ χρῆται παιδαγωγῷ, ἐρείσαι μὲν αὐτῇ ἐπί τι μοχθούσῃ, μὴ εὑρισκούσῃ δέ, εἰ μὴ τὸ τῆς μνησικακίας ὀχύρωμα.

μς'. Ἦθος χρηστὸν, ὡραιότητα μαρτυρεῖ ἀρετῆς· μελῶν δὲ εὐστάθεια, εἰρηναίαν ψυχήν.

μζ'. Πρῶτον μὲν καλὸν, τὸ ἐν μηδενὶ μέρει πταίειν. Δεύτερον δὲ, τὸ μὴ αἰδοῖ καταχαλύπτειν τὸ σφάλμα αὐτοῦ· μή τε μὴν, ἀναιδεύεσθαι ἐν αὐτῷ, μᾶλλον δὲ ταπεινοῦσθαι, καὶ κατηγορούμενον ἑαυτοῦ συγκατηγορεῖν, καὶ δέχεσθαι ἀσμένως τὸ ἐπιτίμιον. Τούτου δὲ μὴ γινομένου, ἀνίσχυρον ἅπαν τὸ τῷ Θεῷ προσφερόμενον.

μη'. Πρὸς τῇ ἑκουσίῳ κακοπαθείᾳ, χρὴ καὶ τὴν ἀκούσιον καταδέχεσθαι· τὴν ἐκ διαβολῶν λέγω, ζημιῶν τε καὶ ἀσθενειῶν. Ταῦτα γὰρ ὁ μὴ καταδεχόμενος, ἀλλὰ δυσπετῶν, ὅμοιός ἐστι τῷ μὴ μετὰ ἁλὸς, μετὰ δὲ μέλιτος μόνου βουλομένου ἐσθίειν τὸν ἄρτον αὐτοῦ· ὃς οὐ πάντοτε μὲν τὴν ἡδονὴν ἔχει σύντροφον, τὸν δὲ κόρον ἀεὶ γείτονα κέκτηται.

μθ'. Δεσπότης ὢν, δούλου σχῆμα περιβαλλόμενος φαίνεται, ὁ τὸ διερρωγὸς πλύνων τοῦ πλησίον λόγοις ἐνθέοις ἱμάτιον, ἢ καταρράπτων ταῖς μεταδόσεσι. Σκοπείτω δὲ ὁ τοῦτο ποιῶν, μή ποτε διὰ τὸ ὡς δοῦλος τοῦτο τελεῖν, προσαπολέσῃ σὺν τῷ μισθῷ, καὶ τὸ προσὸν αὐτῷ τῆς ἐξουσίας διὰ κενοδοξίας ἀξίωμα.

ν'. Ὥσπερ ἡ πίστις ἐλπιζομένων ὑπόστασις πέφυκεν, οὕτω ψυχῆς μὲν, ἡ φρόνησις· ἀρετῆς δέ, ἡ ταπείνωσις. Καὶ θαῦμα, πῶς τὰ αὐτοτελῆ, τῶν συμβεβηκότων δίχα ἀτελῆ καθεστήκασι.

να'. *Κύριος φυλάξοι τὴν εἴσοδόν σου*, φησὶ, *καὶ τὴν ἔξοδόν σου*· τὴν τῶν βρωμάτων δηλονότι καὶ τῶν ῥημάτων, τῇ ἐγκρατείᾳ. Ἐγκρατῶς γὰρ ὁ ἔχων περὶ τὴν τῶν βρωμάτων καὶ ῥημάτων εἴσοδόν τε καὶ ἔξοδον, ἐπιθυμίαν μὲν τὴν ἐξ ὀφθαλμῶν ἀποδιδράσκει· θυμὸν δὲ τὸν ἐξ ἀπονοίας καταπρῦναι, ὧν δεῖ καὶ πρὸ πάντων ποιεῖσθαι τὴν ἐπιμέλειαν τὸν ἀγωνιζόμενον, παντὶ τρόπῳ σπουδαστέα. Ἐν τούτοις γὰρ, τὸ μὲν πρακτικὸν ἔρρωται· τὸ δὲ θεωρητικὸν, ἐστερέωται.

νβ'. Τινὲς δὲ περὶ τὴν εἴσοδον τῶν βρωμάτων, πολλὴν ποιοῦνται τὴν ἐπιμέλειαν· περὶ δὲ ἔξοδον τῶν ῥημάτων, ἀμελῶς διατίθενται. Οἱ τοιοῦτοι οὐκ ἐπίστανται παράγειν θυμὸν μὲν ἀπὸ καρδίας (*i*), ἐπιθυ-

est, etsi in schedis Roma missis, eodem numero consignatum erat cum superiori. Idem verbum eadem constructione ex psal. cxviii, 128, habet Marc. c. 31, *De lege spiritali;* de quo, ejusque recto sensu, quæ visa sunt obiter exposita altero Maximi centenario ex duobus, nec hic necesse repetere.

(*i*) *Παράγειν θυμὸν μὲν ἀπὸ καρδίας.* Inter tot verbi παράγω significationes, qua usurparunt ut

Digitized by Google

μίαν δὲ ἀπὸ σαρκὸς, κατὰ τὸν Ἐκκλησιαστήν· δι' ὧν ἡ καθαρὰ καρδία κτίζεσθαι εἴωθε παρὰ τοῦ καινουργοῦντος Πνεύματος.

A corde, ex carne vero cupiditatem [11], auferre; quibus innovator Spiritus habet cor mundum creare [12].

ιγ'. Τὸ μὲν τῶν βρωμάτων ἀπέριττον, περὶ τὴν ἧττω τρυφῆς ποιότητα· τὸ δὲ τῶν ῥημάτων ἀνέγκλητον, περὶ τὴν κρείττω τῆς σιωπῆς ποσότητα εὑρεθήσεται.

53. Ciborum laudata frugalitas atque parcitas, in minori quam pro deliciis qualitate; verborum autem omni vacans reprehensione indulgentia, in potiori quam pro silentio invenietur quantitate.

νδ'. Πύρωσον τοὺς νεφρούς σου ἀσιτίᾳ βρωμάτων, καὶ ἔτασον τὴν καρδίαν σου ἐγκρατείᾳ ῥημάτων, καὶ ἕξεις πρὸς ὑπηρεσίαν καλῶν, τὸ, ἐπιθυμητικόν τε καὶ θυμικόν.

647 54. Ure renes tuos ciborum inedia, et proba cor tuum verborum abstinentia, habebisque virtutis ministerio obsequentes, cupiditatis iræque facultatem.

νε'. Ἡ μὲν τῶν ὑπογαστρίων ἡδονὴ καταπίπτει ἐν ἀσκουμένοις, τοῦ σώματος παρακμάσαντος· ἔτι δὲ παραμένει τοῦ φάρυγγος (*j*), τῷ μὴ φθάσαντι ταύτην ἐνδίκως κολάσαι. Σπουδάσαι οὖν χρὴ διὰ τῆς αἰτίου, τοῦ αἰτιατοῦ τὸν ὀνειδισμὸν ἀποτρίψασθαι, ὡς ἂν μὴ ξένος ἐκεῖσε τῆς κατὰ τὴν ἐγκράτειαν ἀρετῆς εὑρεθεὶς, αἰσχυνθῇς.

55. Venereorum voluptas, emarcescente corporis pube, concidit, in iis qui virtutis palæstra exercent: adhuc tamen manent gulæ irritamenta, ei, qui non ante eam debita ultione castigaverit. Enitendum igitur est, ut per causam, effectus probrum elidas, ne extraneus ab abstinentiæ seu continentiæ virtute illic inventus, confundaris.

νς'. Ἀναγκαῖον εἰδέναι τὸν ἀσκητὴν, πότε καὶ τίσι βρώμασι δεῖ ὡς ἐχθρὸν τρέφειν τὸ σῶμα αὐτοῦ· πότε δὲ ὡς φίλον παρακαλεῖν καὶ πάλιν παραμυθεῖσθαι ὡς ἀσθενῆ· ἵνα μὴ λάθῃ τὰ μὲν τοῦ ἀσθενοῦς, τῷ φίλῳ· τὰ δὲ τοῦ φίλου παρατιθεὶς τῷ ἐχθρῷ· καὶ ἑκατέρους ὡς σκανδαλίσας, καιρῷ πειρασμοῦ εὑρήσει πολεμοῦντας αὐτόν.

56. Exercens ad pietatem, sciat necesse est, quandonam et quibus cibis alendum corpus ut hostis; quando item recreandum ut amicus, ac rursus quando ei adhibenda solatia tanquam infirmo: ne per imprudentiam, quæ sunt infirmi, amico; et quæ amici, hosti apponendo; ac velut qui utrosque scandalizaverit, utrisque in tempore tentationis utatur infensis.

ιζ'. Ὅταν τῆς τρυφῆς τὴν τροφὴν ὁ τρεφόμενος προτιμοτέραν ποιήσηται, τότε ἡ τῶν δακρύων ἐπιδημήσασα χάρις αὐτῷ, παρακαλεῖν ἄρχεται καὶ ἄλλης πάσης ἡδύτητος ἐπιλανθάνεσθαι, ὡς ἤδη τούτων καταποθείσης ἀσυγκρίτῳ ἡδύτητι.

57. Cum is qui alimento utitur, gulæ deliciis necessarium cibum prætulerit, tunc accedens lacrymarum gratia, ingerere incipit ac suadere, ut et omnem aliam dulcedinem obliviscatur, quæ harum jam incomparabili dulcedine absorpta sit.

νη'. Τῷ μὲν πλατυνομένῳ συνεστάλη τὰ δάκρυα· ἐξεβλύθη δὲ ταῦτα, τῷ τὴν στενὴν ὁδὸν ἀγαπήσαντι.

58. Ei qui dilatatur, contracta est lacrymarum vis; fluunt autem largo fonte, illi, qui viam arctam dilexit.

νθ'. Οὐκ ἔστιν λύπης ἐκτὸς, οὔτε ἁμαρτωλὸς, οὔτε δίκαιος· ἀλλ' ὁ μὲν, ὅτι μὴ πάντη ἀπέλιπεν τὸ κακόν· ὁ δὲ, ὅτι οὕπω κατέλαβε τὸ ὄντως καλόν.

59. Nec peccator aliquis, nec justus, doloris animi expers exsistit: sed dolet ille quidem, quod non omnino malum reliquerit; hic vero, quod necdum quod est vere bonum adeptus sit.

ξ'. Τῶν ἐφ' ἡμῖν μὲν κατὰ δύναμιν ἀρεταὶ, εὐχὴ καὶ σιωπή· τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν δὲ, ἀλλ' ὡς τὰ πολλὰ τῆς τοῦ σώματος κατασκευῆς, νηστεία καὶ ἀγρυπνία εἰσίν. Ὅπερ οὖν τῷ ἀγωνιστῇ εὐληπτότερον, τοῦτο μετέρχεσθαι χρή.

60. Eorum quæ in nostra sunt facultate, virtutes, oratio et silentium: eorum vero, quæ non sunt in facultate, sed plerumque ex corporis temperamento pendent, jejunium et vigiliæ. Quod igitur pugili magis expeditum, id vero necesse eum colere et exercere.

ξα'. Οἶκος μὲν εὐχῆς, ἡ ὑπομονή· περικρατεῖται

61. Domus orationis, patientia est; ejus enim

[11] Eccle. xi. 10. [12] Psal. l, 12.

LXX in eo Eccles. loco, non admodum probatis Græcis auctoribus trita. Affine tamen est, quod in plurium majore Lexico, alias Crispiniano refertur ex Plutar. in *Romulo*, Τούτους ἐξέκρουε καὶ παρῆγεν ὁ Τάτιος. *Quasi expunxit ac missos fecit*: quod et vox Hebraica sonat תעבר *transire fecit*. Apud Paulum, τὸ, Παράγει γὰρ τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου, I Cor. vii, 31, quod vulg. *Præterit figura mundi hujus*; perinde reddi posset: *Fallax est species mundi hujus*, quod scilicet mortalium oculis in rebus humanis objicit, a quibus Paulus discipulorum avocat animos, ne se illis dementari sinant, ipsis adhærendo, sed magis ad ea quæ vere sunt studium omne transferant, levi solum rerum usu permisso ac qualem vitæ necessitas alio festinantibus omnino postulat. Pro ἐπιθυμίας Vulg, *malitia*, ex Heb. cujus vocis explicatio est, τὸ, ἐπιθυμία· hæc enim carnis malitia seu vitium, *concupiscentia*.

(*j*) Ἔτι δὲ παραμένει τοῦ φάρυγγος. Nempe diuturniora gulæ prælia, nec nisi morte finienda; quod absolvi a necessario ciborum usu, quandiu vita superstes est, minime liceat; cui conjuncta illa gulæ voluptas, ipsa necessaria Deoque auctore insita, quandiu justæ mediocritatis modum servat. Secus de venereorum voluptate, ordinata ad speciei conservationem, cujus rei munus, nec ad omnes, nec pro omni statu aut ætate spectat. Erat mendose, παρειμένου τοῦ φάρυγγος· quæ sic aperta imperiti scribæ menda, nolim excoquere, aut possim, indeque lectori negotium facessere.

Digitized by Google

septis arceque continetur : res vero ac substantia, humilitas, quod illa alatur.

62. Qui verba non sustinet, nec laudibus honorabitur : qui vero ante voluptatem dolorem considerat, ejus molestiam cavebit.

63. Cave minore vinciaris, et non servies majori; non enim moribus comparatum est, ut majus malum ante minus illinatur.

648 64. Qui ad majora respicias, minoribus eris formidabilis : his vero contemptus videbere, si ad illa animum desponderis.

65. Fieri non potest ut ad majores evadas virtutes, qui earum quæ sunt ex facultate summam arcem non apprehenderis.

66. In quibus viget misericordia et veritas, viget perinde quidquid Deo gratum et acceptum est. Nam hæc quidem neminem judicat nisi misericordia comite; illa vero extra veritatem nusquam humanitatem ac clementiam adhibet.

67. Si continentiam simplicitate temperaveris, ejus quæ illinc est beatitudinis compos eris.

68. Quæ te impugnant vitia omnia nunquam excideris, nisi prius arvum, unde aluntur, inultum dimiseris.

69. Alii corporis solummodo materiam emundare student; alii, etiam animi. Quidam enim adversus peccatum solummodo quod opere patratur, vires acceperunt; quidam vero adversus etiam affectum animique vitium seu perturbationem : qui autem adversus cupiditatem, longe paucissimi sunt.

70. Mala materia, corporis quidem, libidinosa affectio; animi vero, voluptarius affectus; mentis autem, prona vergensque affectio. Attinent vero, ad priorem quidem, tactus; ad alteram, sensus reliqui; ad postremam, contraria mentis affectio.

71. Voluptarius haud procul est a libidinoso; quique prono affectu ducitur, haud procul a voluptario. Longe vero ab utroque est, qui immunis ab affectibus (ἀπαθὴς) imperturbati scilicet animi est.

72. Libidinosus est, cujus vis prona in peccatum rationem majori vi rapit, etsi hactenus opere exteriori non peccet. Voluptarius autem, qui peccati actum habet ratione imbecilliorem, etsi intus animo afficitur. Affectu pronus, qui libertati (seu potius servituti) mediorum propense hæret. Affectibus liber (ἀπαθὴς), qui horum omnium discrimen nescit.

73. Perit ex animo, libidinosa quidem affectio, jejunii cultu et orationis. Voluptaria vero, vigiliarum ac silentii disciplina. Propensæ mentis affectio, quietis solitudine ac sui diligenti cura. Imperturbatio mentisque tranquillitas, ex Dei conflatur memoria.

649 74. Ab imperturbationis tranquillique ani-

A γὰρ ἐν αὐτῇ· χρῆμα δὲ, ἡ ταπείνωσις· τρέφεται γὰρ δι' αὐτῆς.

ξβ'. Λόγους μὴ καρτερῶν, ἐπαίνοις οὐ τιμηθήσῃ· πρὸ δὲ τῆς ἡδονῆς τὴν ὀδύνην ἀποσκοπῶν, ἐκφεύξῃ ταύτης τὸ λυπηρόν.

ξγ'. Μὴ δεσμεύθῃς τῷ μικρῷ, καὶ οὐ δουλεύσεις τῷ μείζονι· οὐ γὰρ πέφυκε τὸ μεῖζον κακὸν πρὸ τοῦ μικροῦ διαπλάττεσθαι.

ξδ'. Ἀφορῶν πρὸς τὰ μείζω, φοβερὸς ἔσῃ τοῖς ἥττοσιν· εὐκαταφρόνητος δὲ τούτοις ὀφθείσῃ, πρὸς ἐκεῖνα ἀπειρηκώς.

ξε'. Οὐ δυνήσῃ ἐπὶ τὰς μείζους φθάσαι τῶν ἀρετῶν, μὴ τῶν κατὰ δύναμιν καταλαβὼν τὴν ἀκρότητα.

B ξς'. Ἐν οἷς κρατεῖ ἔλεος καὶ ἀλήθεια, ἐν ἐκείνοις καὶ πᾶν εἴ τι θεάρεστον. Ἡ μὲν γὰρ οὐδένα κρίνει ἐλέους χωρίς· τὸ δὲ φιλανθρωπεύεται ἐν οὐδενὶ ἀληθείας ἐκτός.

ξζ'. Τῇ ἁπλότητι κερασάμενος τὴν ἐγκράτειαν, ἐν περιλήψει γενήσῃ τῆς ἐκεῖθεν μακαριότητος.

ξη'. Οὐ κόψῃς πάντα τὰ πολεμοῦντά σε πάθη, εἰ μὴ πρότερον τὴν γῆν, ἐξ ἧς ἐτρέφοντο, ἐάσῃς ἀνήροτον.

ξθ'. Οἱ μὲν, τὴν τοῦ σώματος μόναν ὕλην ἐκκαθάραι σπεύδουσιν· οἱ δὲ, καὶ τὴν τῆς ψυχῆς. Οἱ μὲν γὰρ πρὸς μόνην τὴν κατ' ἐνέργειαν ἁμαρτίαν ἰσχὺν ἔλαβον· οἱ δὲ καὶ πρὸς τὸ πάθος· πρὸς δὲ τὴν ἐνθυμίαν πάνυ ἐλάχιστοι.

C ο'. Ὕλη πονηρὰ, σώματος μὲν ἐμπάθεια (*k*), ψυχῆς δὲ ἡδυπάθεια, προσπάθεια δὲ τοῦ νοός. Κατηγορεῖται δὲ τῆς μὲν ἁφῆ, τῆς δὲ αἱ λοιπαὶ αἰσθήσεις, τῆς δὲ τελευταίας ἐναντία διάθεσις.

οα'. Ὁ μὲν ἡδυπαθὴς πλησίον ἐστὶ τοῦ ἐμπαθοῦς· ὁ δὲ προσπαθὴς, τοῦ ἡδυπαθοῦς· μακρὰν δὲ ἀμφοτέρων ὁ ἀπαθής.

οβ'. Ἐμπαθής ἐστιν ὁ τὸ ἁμαρτητικὸν ἔχων τοῦ λογισμοῦ βιαιότερον, κἂν τέως μὴ ἁμαρτάνει ἐκτός. Ἡδυπαθὴς δὲ ὁ τὴν ἐνέργειαν τῆς ἁμαρτίας ἔχων ἀσθενεστέραν τοῦ λογισμοῦ, κἂν πάσχῃ ἐντός. Προσπαθὴς δὲ ὁ τῇ ἐλευθερίᾳ, μᾶλλον δὲ τῇ δουλείᾳ τῶν D μέσων, προσκείμενος· ἀπαθὴς δ' ἂν εἴη ὁ τούτων πάντων τὴν διαφορὰν ἀγνοῶν.

ογ'. Ἀπόλλυται ἐκ ψυχῆς ἐμπάθεια μὲν διὰ νηστείας καὶ προσευχῆς, ἡδυπάθεια δὲ δι' ἀγρυπνίας καὶ σιωπῆς, ἡ δὲ προσπάθεια διὰ ἡσυχίας καὶ προσοχῆς· ἀπάθεια δὲ συνίσταται ἐκ μνήμης Θεοῦ.

οδ'. Τῆς ἀπαθείας ἀπὸ χειλέων, κηρὶς μέλιτος,

